

COPIOSAE VTILESQ; ADDITIONES.

SEV POTIVS OBSERVATIONES

AD PRIMVM LIBRVM

Quotid.Resolut.Spectab. Regentis Regiam Cancellariam

D. DONATI ANTONII DE MARINIS





AVTHORE.

IO: LEONARDO RODOERIO

I.C., & Aduocato Neapolitano.

OPVS SANE QVANTO ELABORATVM,

tam Iusdicentibus, Aduocatis, & Licęis operam dantibus, perquàm vtile, & necessarium; In eo enim tam ius commune, Pontificium uempè, & Cæsareum, quàm ius Regni Neapolitani, quò ad frequentiores, difficilioresq; materias, & quæstiones, miro ordine, ac stylo, theoricè, & practicè enucleatur.



NEAPOLI, Apud Castaldum M. DC. LXV.

SVPERIORVM PERMISSV.



EMINENTISSIMO PRINCIPI,

AC HEROI INCOMPARABILI,

D. PASCHALI ARAGONA,

S. R. E. CARDINALI,

Tit. S. Balbinæ, Consilij Status Suæ Cath. Maiestatis à Latere Consiliario, ac huius Neapolitani Regni Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

V. I. D. Io. Leonardus Rodoerius, Dat, Dicat, & Vouet.





N opus, an Author numinis tui præsidium implorarct, Iurgium factum est, sed citò liti finem fiducia imposuit, vterque enim labor, & Author, te Principem Orbem irradiantem, te Romam purpureo decore illustrantem, te tandem Regni huius Regis nostri Potētissimi placitu clauum sustinentem, implorant Protectorem, & compositis dissidijs dat tibi Author opus, dat opus Authorem, vtrumq; tamen



COPIOSAE VTILESQ; ADDITIONES, SEV POTIVS OBSERVATIONES

AD PRIMVM LIBRVM

Quotid. Resolut. Spectab. Regentis Regiam Cancellariam

D. DONATI ANTONII DE MARINIS





AVTHORE

IO: LEONARDO RODOERIO

I. C. & Aduocato Neapolitano.

OPVS SANE QVANTO ELABORATVM, tantò Iusdicentibus, Aduocatis, & Liceis operam dantibus, perquàm vtile, & necessarium; In eo enim tam ius commune, Pontificium nempè, & Cæsareum, quàm ius Regni Neapolitani, quò ad frequentiores, difficilioresq; materias, & quæstiones, miro ordine, ac stylo, theoricè, & practicè enucleatur.



NEAPOLI, Apud Castaldum M. DC. LXV.

SVPERIORVM PERMISSV.



EMINENTISSIMO PRINCIPI,

AC HEROI INCOMPARABILI,

D. PASCHALI ARAGONA.

S. R. E. CARDINALI,

Tit. S. Balbinæ, Consilij Status Suæ Cath. Maiestatis à Latere Consiliario, ac huius Neapolitani Regni Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

V. I. D. Io. Leonardus Rodoerius, Dat, Dicat, & Vouet.





N opus, an Author numinis tui præsidium imploraret, *Iurgium* factum est, sed citò liti finem fiducia imposuit, vterque enim labor, & Author, te Principem Orbem irradiantem, te Romam purpureo decore illustrantem, te tandem Regni huius Regis nostri Potētissimi placitu clauum sustinentem, implorant Protectorem, & compositis dissidijs dat tibi Author opus, dat opus Authorem, vtrumq; tamen

pusillum est, vtrumq; leue; sed quid ni? immensa animi, sanguinis, morum, virtutum, & clementiæ tuæ munificentia, spem præbent, fiduciam promittunt. Altitudinem Tuam Eminentissimam, nec opus in tributum, nec Authorem in tributarium fore recusaturam, Ocœani instar, quod nō tantū tumētibus fluminibus, sed & tenuis, sinui suo ingenti aditum, ingressumq; facilè dat, atq; parat; Numinum enim est, dantis animum, non dati pretium inquirere, dedi quod potui, quod vires sinuere præbui, vt capias læta fronte remanet quod offertur, & oblatum opus, oblantemq; tuere digneris, vt ità liuidorum morsus, & Zoilorum maledicētias, solo protectionis tuæ nomine valeam cohibere, indèq; fastè sub eodem in hoc vigesimo quinto ętatis meę anno triumphare, quemadmodum mihi ipsi, ob immensam animi, & dexteræ tuæ largitatem expromitto. *V*ale Principum decus, ac Purpurarum honor, quem Deus ad maiora fælicem, incolumemq; seruet. Iterum *V*ale.



CAN-

CANDIDO LECTORI.

P. VINCENTIVS VIDMAN I. C.



Iste paululum in hoc vestibulo Lector amice. Opus leges initū planè non loquor, sed expletū cū quartū ætatis lustrum degeret Author. Frontem nè contrahas, & mihi tuæ ne sis parcus fidei, non enim hoc mirum est; quippè sapientia iste ætatem superat, & in annorum aurora fulgētissimus doctrinæ radiat meridies, vt aptè recanere possis; Et in Eoo fulget quoq; Apollo. *Quique nostrum scire reminiscentiæ tribuit, in authoris ingenio promptum suæ inueniret opinionis experimentum, cuiq; non latet nostræ Iurisprudētiæ Oceanum ingeniorum Pallinuros absorbuisse, cum hunc secundis totū enauigasse faustè velis, hisq; paginis ambiguitatum scopulos effugiendos, quæstionumq; Syrtes euadendas alios docendo iudicantem demonstrat, omnibus hanc insinuare veritatē planum erit. Diù latuerunt; paternusq; rigor an modestia genialibus hiscè laboribus prolixè Solis denegauit lucem;* Horationi *documenti rigidus obseruator, dum semper illud,* Nonúmq; præmantur in annum, *præ ore habebat. Tandem amicorum adiurationibus impulsus Typis illos præbere decreuit, & en ad Iurisprudentiæ gloriā prodeunt, Iuridicoq; Cælo nouum oritur sydus non mutuata luce fulgens. Esperum eū vocare lubeat, dum Iurisprudentiæ Phæbum nocturnarū lucubrationum habuit præcursorem, illud Senatorum decus, & speculum, illud* Iuris *Romani Oraculum, Togarum Gloria, & laus, in quo & Vlpiani acumen in iurium interpretatione, & Papiniani sapientiam in respondendo Nostrum admiratur, lætaturq; sæculum Spectabilē Supremi* Ita*liæ, & Collateralis Consilij dignissimum Regentem* D. DONATVM ANTONIVM DE MARINIS, *sic inscribo, quem insecutus Author noster in tenebris non ambulauit, & planè* Iuris*prudentiæ honoris tetigit metam. Quod vt experimento noscas ad lectionem te prouoco, in qua si diminuta reperies capita, reminiscētia vtaris, quippè tali numero primam suam ditauit Dn̄s Regens editionem; in secūda verò ad pinguiorem reduxit, cuius supplementum tibi quamprimum edendum fore polliceor. Tu interim libenter, candidoq; animo fruere istis.* Zoiloq; *lippum in hoc deflectenti oculum Authoris mei nomine responde cum* Martiale

Carpere vel noli nostra, vel ede tua

ac cum Sulmonensi

Fac simile, aut melius post nostros carpe labores,

Nam ipse in Criticos cum Alciato *canit suæ prudentiæ peragens cursus*

Quid prodest muscas operosis pellere flabris.
Negligere est satiùs quod nequeas regere.

Faustè igitur tu hinc abi, lege, & Vale.

In

IN Congreg. habita coram Eminentiss. Dño Card. Philamarino Archiep. Neap. sub die 23. Nouemb. 1662. fuit dictum, quod V. I. D. Iulius Caponus reuideat, & in scriptis referat eidem Congreg.

P. Garbinatus Vic. Gen. Neap.

Can. D. Matt Renzi V. I. D. & S. Off. Conf.

MAndato Em. V. obtemperando vidi Adnotationes, seu Additiones nouissimas ad Primum Librum Quotidianarum Resolutionum Spectab. Dñi Regentis Donati Antonij de Marinis, Authore V. I. D. Io. Leonardo Rodoerio, quę quidē doctrinas cōtinēt sanas, & singulares, memoratiq; egregij, & docti iuuenis scientiam, & ingentem laborē indicant, ideoq; nihil continentes contra bonos mores, nec contra ecclesiasticam iurisdictionem, typis imprimi posse arbitror, si Em. S. sic iusserit. Dat. Neap. die 24. Maij *1663*.

Humillimus Seruus *Iulius Caponus.*

IN Congreg. habita coram præfato Eminentiss. sub die 6. Iulij 1663. fuit dictum, quod stante relatione supradicti Reuisoris imprimatur.

P. Garbinatus Vic. Gen. Neap.

Can. D. Matt. Renzi V. I. D. & S. Off. Conf.

Eccellentiss. Sig.

IL Dottor Gio. Leonardo Rodoero espone à V. E. come intende mandare alle Stampe vn libro legale, intitolato; *Additiones nouissimæ ad primum librum Resolutionum Quotidianarum Spectab. Dñi Regentis Donati Antonij de Marinis*; Supplica per tanto V. E. si vogli degnare commettere la reuisione di quello, acciò possi poi ottenere il Regio imprimatur, vt Deus.

Magnif. V. I. D. Bartholomęus de Luca videat, & in scriptis referat.

Galeota Reg. Muscetula Reg. Vlloa Reg. Nauarra *Reg.*

Prouisum per S. E. Neap. die 3. Nouembris *1662*.

Sebastianus.

Excellentiss. Domine

ACtentè Excellētiss. Dñe ordine tuo legi elaboratissimas additiones Doctoris Io. Leonardi Rodoerij ad eximij Regentis de Marinis Resolutiones Tom. prim., in quibus Authoris ingenium, magnusq; labor inspicitur; eoq; magis, quod ad tam magni Doctoris opus noua addere summo studio curauit, lucemq; Soli addidit, ex quo maiora esse in lucem prodíturum in futurum speratur; nihilq; in eis contra Regalem Iurisdictionem inueni, ob quod ad commune, & pubicum bonum, posse typis mandari existimo, si E. S. videbitur. die 12. Martij *1663*.

Exc. V. Deditiss. & humillimus Seruus

Bartholomęus de Luca.

Visa retroscripta relatione, imprimatur, & in publicatione seruetur Reg. Prag.

Galeota Reg. Vlloa Reg. Nauarra Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 3. Aprilis *1663*.

Anastasius.



AVTHORIS PROTESTATIO.

Biurgari audio, cur volens ad ingentem, lautamq; componendorum librorũ mensam accedere, typographias, & torcularia inutilibus inuoluere ausus fuerim: inutilibus inquam, si enim demens est tenuis volens riuolis immẽsa Nectuni Regna augere, dementiæ quoq; adscribendum planè erit, dum insufficiens, ac ignara minerua mea, nostro iuris Oçeano aliquod putauit præbere incremenrum; Profectò reum me nosco, reprehensione fateor me dignum, dandum tamen excusationi locum præcor repræhendentem. Absit enim, vt nec quidem cogitauerir mens mea omissa addere, vel aperire; eũ namq; quem Authorem veneror, cuncta rectè rimasse, multaq; quæ à caligine tenebrarum, & obscuritate præmebantur tàm doctè, ac magistralitèr dilucidasse, vt admirationis Orbi toto fuerit, sed ea dumtaxàt adnotare, quæ moderniores Authores in eorum voluminibus nouitèr præbuerunt, quæuè nostrum S. C. in quampluribus magni ponderis contingentijs, exemplaritèr, & memorandè (iuxtà morem) in decernendo sententiauit; non ignarus, opera omnia à doctissimis ædita genitoribus eorum cognita vtilitate, mox opulentissimis additionibus, ac obseruationibus ditata extitisse, vti noua obseruatione digna: Tales ipse existimaui quotidianas hascè Iuris Resolutiones quas SPECTABILIS DOMINVS MEVS edidit, non quidem vt sibi solum gloriam captaret, sed magis, vt languentem intèr inuolutas controuersias Iurisprudentiam, ad commune, tàm Tribunalium, quàm Scholarum iuuamen illustraret; *Accessi* ideò hilati animo ad opus hoc componendum, quod vti ingenioli mei partum primum excusandum præbeo, non calumniandum, proptereà in ipsius fronte meam quam suprà cernis effigiem imprlmendam curaui, vt me adolescentem compatiantur Lectores. Valete.

ADMODVM REVERENDI DOMINI

D. BERNARDINI MANGIA

Abb. Cur. S. Thomæ ad Capuanam.

DOMINVS IOANNES LEONARDVS RODOVERIVS.

Anagramma purum.

ORAS DINVS; VNVSVE' ES, DINO MELIOR, ORANDO.

Alia Anagrammata Arithmetica.

423	225	490	768	
Dominus	Ioannes	Leonardus	Rodouerius	1916

16	144	161	9	239	95	389	620	243
Ecce	addens	libro	de	Marinis	ſe	ipſum	illuſtrat	decorat

Aliud.

368	95	309	388	349	105	302
Fulgens	es	tui	iuris	ſplendor,	et	decus.

Aliud.

16	300	341	9	239	436	105	278	192
Ecce	tu	librum	de	Marinis	copioſiorem,	et	clariorem	reddis

Aliud.

16	301	177	346	248
hęc	tua	additio	ad librum	de Marinis

331	105	190	77	125
doctiorem	te	eſſe	Baldo	dicit

Ratio litterarum ſecundum alphabeticum Hebręorum.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	200

R.D.

R. D. LEONARDI PASSERI
AD AVTHOREM.



Ioannes Leonardus Rodoerius,
Aduocatus Neapolitanus:

ARGVMENTVM ANAGRAMMATIS.

Recenti hac aurea Additione, vniuersalis Doctorum Palæstra
Largè muneratur.

ANAGRAMMA PVRISSIMVM.

Rara Laus.
In Iure post Alios Vnus è nouo edocens,
Dat Dona.

Digesta literarum series.

6	1	3	4	3	2	5	6	1	3
A	C	D	E	I	L	N	O	P	R

5	2	5
S	T	V

Sunt omnes 46.

Distichon.

Bartolus, & Baldus taceant Rodoerius adsis;
Addantur Magno Flumina vestra Mari.

IOSEPHI HODIRENA

I. C. ET ACADEMICI NEAPOLITANI.

AD AVTHOREM.

Ioannes Leonardus Rodouerius.

Anagramma purum decantatum.

Ornans es vero ordine ius : laudo.

DECANTATIO.

Laudo! Quo feror? aut quæ me dementia cepit?
Hei mihi quid tentas nunc mea musa loqui?
I mea Musa vale: non es mea; me ne volentem
Dicere dum nomen, & omen adest.
Et si crimen erit texisse silentia laudes
Authoris nomen, criminis auctor erit.

EIVSDEM.

AD EVNDEM.

Vtriusque Iuris interpres Dominus Ioannes Leonardus Rodoerius.

Aliud Anagramma.

O Virtus mundo redoles. O Vir quasi sidus in vero mari semper renites.

Dell' istesso al Medesimo.

SONETTO.

HA la Vittoria per carta; dell'Egeo
Non può temer la rigida fortuna;
Anzi quì viene à tributarli in vna
I Diamanti Magòr, perle Eritreo.
Il Sol troua nel MARE il Perigèo.
E fenice del acque hà tomba, e cuna;
Questi, se raggi di virtù raduna
Con la fama risorge al Apogèo.
Argonauti non più; de Velli aurati
Ad altra naue è destinato il pondo;
Son le glorie di lei Velli dorati.
D'Amerie all'acquisto Austro giocondo
Portò Colombo, & hor vogliono i fati
Ch'additi (Rodouerio) vn nuouo mondo.

AL

AL SIGNOR

GIO: LONARDO RODOERIO.



IL DOTTOR GIVSEPPE DE VITO.

DE l'Ocean sù l'acque alte, e profonde
Già resse Alcide i suoi volanti Lini;
E le Colonne sue hebber Destini,
Non più oltre additar strade seconde,

Di Pelaghi non visti, in grembo à l'onde,
Colombo poi condusse alati Pini:
Ed in Terra trouò nuoui confini,
Più ricchi Lidi, e più superbe sponde;

De la legge l'Egeo Hercol più degno,
Tù varcasti, e con te tal pregio vn'sti;
Ch'altri giunger non può tua Sorte, e segno;

Tù, Christoforo nuouo, à noi venisti,
E di legal scienza al vasto ingegno,
Nuoui Mar, nuoui Mondi, à noi scouristi.

DELL'ISTESSO,

AL MEDESIMO:

Laus Deo dell'Autore nel fine de l'opera;

GIO: LONARDO RODOERIO.

ANAG. PVRO.

GLORIE, ONOR OR DO' A' DIO:

AD:




ADDITIONES COPIOSÆ
AD PRIMVM LIBRVM
QVOTIDIANARVM RESOLVTIONVM
SPECTABILIS DOMINI REGENTIS
DONATI ANTONII DE MARINIS
AVTHORE
IO: LEONARDO RODOERIO V.I.D.

SVMMARIVM



Abbates non præsumuntur exēpti, num.1.
Abbas exemptus quis dicatur num.2.
Abbates exempti nomine tantum differunt ab Episcopis, n. 3. Imò veniunt appellatione Episcoporum, num.4.
Abbas exemptus habet iurisdictionem ordinariã in subditos, priuatiuè ad Episcopum vicimiorem num.5:
Abbas exemptus habens in subditos omnem iurisdictionem, cognoscit de causis matrimonialibus, & criminalibus, num.6.
Abbas exemptus concedit licentiam prædicandi in sua diœcesi, & quomodo hoc procedat, n.7.
Potest approbare confessarios, cum declaratione num.8.
Potest publicè benedicere populum, num.9.
Potest creare Rectores in Ecclesijs suæ diœc.n. 10.
Potest interponere debitum decretum super alienatione bonorum; n.11.
Potest ex iuxta causa remittere denunciationes in matrimonijs contrahendis, num.12.
Potest alteri assistendi licentiam concedere in matrimonijs contrahendis inter suos subditos, num.13.
Pōt excōmunicare, & absoluere suos subditos n.14
Non potest dispensare super irregularitate occulta num.15.
Potest vti Pontificalibus, nempè mitra, baculo, & alijs num.16.
Pōt erigere Baldacchinum, cū declaratione, n.17.
Potest concedere licentiam, & assentiri in erectio, ne iuris patronatus, & nouarum Ecclesiarum, num.18.
Potest concedere licentiam nouitijs disponendi de eorum bonis temporalibus, iuxtà formam S.C. Trid.num.19.
Potest concedere dimissorias suis subditis, & delaratur dispositio S.Concil.num.20.
Potest minores ordines conferre suis subditis secularibus, & regularibus, num.21.
Habens proprium, & distinctum territorium, nō dicitur esse de Prælatis Episcopo inferioribus, num.22.
Potest facere vniones beneficiorum, etiam curatorum, num.23.
Potest consecrare Virgines ingredientes Monasterium, num.24.

Potest cognoscere de causis hæresum, num. 25.
Familiares Abbatum exemptorum, an fruantur priuilegio fori, sicut familiares Episcoporum remissiuè, num. 26.
Abbas exemptus, an possit visitare Ecclesias suorum religiosorum, & alias sibi subiectas, remissiuè, num. 27.
Abbas exemptus potest benedicere Campanas, num. 28. Non tamen potest benedicere Calices, pixides, & patenas, num. 29.
Abbas exemptus non potest concedere Indulgentias, nisi habeat hanc facultatem ex priuilegio, vel inueterata Consuetudine, num. 30.
Declaratoria incursus censurarum contentarum in Gregoriana Constitutione contrà violatores immunitatis Ecclesiasticæ, non competit Abbatibus, etiam exemptis, ac nullius diœcesis, sed Episcopo viciniori, num. 31.
R. D. Franciscus Curtius laudatur, num. 32.



AD CAPVT PRIMVM

Additio.



DECLARAT vtilitèr in hoc 1. *Cap. SPECTABILIS Dom. ment*, materiã Abbatum exemptorũ, ac de eorũ potestate disserit; Circà quod præsciendum
1 est, regularitèr Abbates nunquam cẽseri exemptos, & habere iura episcopalia, imò contrà eos stare præsumptionem, si euidentèr de exemptione non doceant, per priuilegium Apostolicum, *Abb. in cap. cum contingat n. 18. de for. compet. Io: Andr. in cap. ꝗ Episcopus, de offic. ordin.* & dixit *Rot. die 26. Iunij* 1604. coram *Reuerendiss. Atrebatens.* & iterum teste *Farinac. decis.* 655. *num. 5 part. 1.*
2 Benè verum, (vt eadem *Rot.* censuit) penès *Eminentiss. Card. Mantic. decis.* 361. *nu.* 2. Exẽptus dicitur Abbas, qui proprium territorium nemini subiectum habet, distinctum ab illo Episcopi, ac extrà illius diœcesim existẽs, prout etiam tradit *R. P. Francis. Bordon. cõtr.*
3 *moral. contr. 27. n. 54* idemq; *P. Bordon.* loquẽs de talibus Abbatibus, *contr. 26 sub n. 25.* docet, eos nomine tantum ab Episcopis differre, ex *Tambur. de iur. Abbat. tom. 1. disput 3. quæst 4. & disput. 15. quæst. 9.* quibus adstipulatur *Gauant. in prax. Episc. verbo, Abbas, n 52.*
4 vbi dicit, quod nomine Episcopi venit Abbas exemptus habens proprium territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem, sequitur *Io. Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib. 2. cap. 23 n 63.*
5 Hoc patet euidentèr, quia Abbas exemptus in subditos suos habet iurisdictionẽ ordinariam, *gl. in cap cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin.* & gerere se valet cum eis, tanquam Episcopus *Can. si quis deinceps 17. qu. 4. Meno h. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 3. casu 216. n. 7. & Vbi decis. 314 n. 6.* Imò hæc iurisdictio Abbatis exempti in subditos, est priuatiua ad Episcopum viciniorem *Iacob. Pute. decis. Rot.*
6 *Rom. 239. n. 2. lib. 3.* quia cognoscit in sua Diœcesi de omnibus contingentibus causis, tam matrimonialibus, quam Criminalibus, nullãque habet de illis vicinior Episcopus cognoscendi iurisdictionem, vt censuit *Congregatio,* teste *Narbon. l. 59 glos. t. n. 66 tit. 4. lib. 2. nou recop.* qui refert quoq; fuisse illam decisionem approbatam per *Sanctissimum*, cum hac tamẽ qualitate, seu conditione, scilicèt, dummodò tales Abbates habeãt in suos subditos omnẽ iurisdictionem; idem sentit *cit. Farinac. dec. 100. n. 3* post *Consil. crim. lib. 1. & cit. Io: Bapt.*
7 *Ciarlin. lib. 1 cap 67 n. 9.* Item quia tales exẽpti Abbates possunt in eorum Diœcesibus facultatem, ac licentiam concedere prædicandi, vt habetur hic *n* 4. Sed aduertendum est, quod procedit hoc in eo dumtaxat casu, quò Abbas proprium haberet territorium; cæterum si ipse nullum proprium haberet territorium, licèt multas sub se possideret Ecclesias, sitas tamen in Diœcesi alterius *Episcopi*, nullo modo hoc casu posset talis Abbas concedere licentiam verbum Dei seminandi in illis Ecclesijs sibi subiectis, sed hoc Episcopo spectaret in cuius Diœcesi sitæ sunt Ecclesiæ illæ, & ita fuit decisum per *S Congr. gat. onẽ,* vt in *decis* 46. post *cit. Tambur.* & refert etiã *P. Bordon d. contr. 27 sub num 55.*
8 Quod à pari procedit cum facultate approbandi confessarios, quamuis etiamsi habeant Abbates exempti ità quod *S Concil Trident. session 23. de refor. cap. 15* habet locum etiam in talibus Abbatibus, qui possunt approbare Sacerdotes, eosq; habilitare ad cõfessiones audiendas, quamuis *Concilium loco cit.* loquatur de Episcopo, vt accomodatissimè desumitur ex *Rot. Rom.* penès *Farinac. decis. 655. n 1. part. 1* & tenet expressè *Io: de la Cruz in Summ de Sacram. part. dubit. 6. conclus. 3. & dubit. 8 conclus. 4 Sanchez in sel. disput 49. nu. 9. in fin. Barbos. de potest. Episc. tom. 2. alleg. 25. n. 9. Bordon. d. contr. 27. n. 53. Campanil in diuers. iur. Canon. rubr. 12. c. 13 n 76. Ricc. dec. 22. n. 4 part. 4. Fagun. in quinq. Eccles. præcept. præcept. 2. lib. 7. cap. 2. nu. 55. & Rot. decis. 332. part. 1. in recens.* tamen vt *cit. Bordon.* ait ibidẽ *n. 55.* hoc procedit in Abbatibus habentibus proprium, & distinctum territorium, atque Diœcesim, quia si contingeret aliquem Abbatem exemptum morari intrà Diœcesim alterius Episcopi, non vtiq; haberet talem facultatem, licèt multas Ecclesias sibi subiectas, sitas tamen in Diœcesi dicti Episcopi haberet,

ex

ex decis.posita post tract.Tambur.decis.40.

9 Præterea, potest Abbas exemptus post celebrationem missæ, ac vespertinas preces, aliaq; solemnia publicè benedicere Populum, tam scil. in Ecclesia, Plateis, & Villis, quam tota Diœcesi Fra. Eman. quæst. Regul. tom.1. quæst.18.art.1 Azor.lib.12.cap.2.quæst.7.Piasec.in prax.Episcop.cap.2.in fin. & Barbos. qui prædictos,& alios allegat tract.de potest.Episc. tom.2.allegat 27.n.67.& licet tex. in cap. Abbates,de priuil.lib.6.dicat,posse Abbates exēptos benedicere Populum, sed tantùm intus Ecclesiam, non autem extra illam (prout etiam tradunt Francisc. Marc.& alij relati à Ricc.collect.2414) tamē tex. ille intelligi potest,de Abbate existente intra Diœcesim alterius Episcopi,quo casu, dubitari haud potest, quin id ei prohibitum sit,nè videatur exercere actum iurisdictionis in alieno territorio.

10 Item potest in Ecclesijs sibi subiectis,& grācijs suæ Abbatiæ creare Rectores, & Cappellanos, Abb in cons.25. Quoniam de infrascriptis,in princ.vers.Item video vol.2. & Rot.penès Farinac.decis.560.n.2.par.1.

11 In alienatione bonorum Ecclesiæ, potest debitum interponere decretum, in omnibus casibus,in quibus possunt cæteri Episcopi,eorum impartiri licentiam, glos.in Clem.1. in verb. proprij, tit. de reb. Eccles. non alien.cit. Abb.in cap.1.n.7.eod.tit Barbat. cons 14. par. 2. Dom. Card. Mantic.tract.de tacit.& ambig. conuent.lib.4.tit.7 n.46. Ricc. d. collect. 2414. vers.& tūc,& P.Bord.cōtr.moral.cōtr 26.n.25

12 Denunciationes quoq; in matrimonijs cōtrahendis,iusta suadente causa,eodem modo quo potest Episcopus, potest etiam Abbas exemptus remittere Gratian. discept. forens. tom.1.cap.83.n.15.Ricc.collect.955.vers Item potest remittere lib.4. Sanch.de matr. disput.7. n.4.Flor.de Men.variar.resolut lib.3.quæst.26. n.20. Sayr.decis 9. de sponsal. Francisc. Molin. differ 11.nu.60.Molfes.cap.8.nu.21. Marcell. Vulpe.in prax.cap.15.n.9. Cenali.comm.contr. comm.quæst.604. n.95. & Nauar. consil.5. & cons.47 de spons.

13 In eisdem matrimonijs contrahendis inter suos subditos, potest alteri assistendi licentiam concedere, Guttier.de matrim cap 66. n. 6. Petr.de Ledesm.de matrim: quæst.45. art 5. puncto 3 in fin.conclus.3 .Henriq.lib.13. cap.3. nu.4 Basil.Ponti.de Sacram. matrim. lib.5. cap. 10.n.4.& Barbos.tract.de potest. Episc. tom 2. alleg 32.n.122.

14 Subditos suos ex iustis causis excommunicare non prohibetur, cap.cum in Ecclesia de maior.& obed.cap.cum ab Ecclesiarum, de offic. Iud.c.Ordina.Innoc.& glos.in cap quanto, eod. tit. Eosdemq; à lata,vel incursa excommunicatione absoluere, Rot.diuers.decis.1522.par. 3.relata à Ricc.collect.955.in fin. Felin.in cap. Monachi n 4.de sent.excomm.Sicut etiam po-

15 test talis Abbas exemptus, habens propriū, & distinctum territoriū, dispensare super omnibus irregularitatibus, prouenientibus ex delicto occulto, non obstante quod S. Conc. Trid.sess.24. cap 6.de reform. quò ad hanc dispensandi facultatem, de Episcopis dumtaxàt loquatur,vt per Duard.in Bulla Cænæ lib. 3.§.2.quæst 8. n.55. Monet.de commut. vltim. volunt.cap.5.n 455 & Fr.Sigism à Bono. tractat.de elect. dub. 51.n. 8. de qua opinione, quamuis ipse non dubitauerim propter verba dicti Sac. Concil. quæ secundum veram interpretationem non excludunt similes Abbates exemptos, tamen propter determinationem Sac. Congreg. relatam à Spectab. Domino hic num. 31.in fine, dicendum omninò est prædictam dispensandi facultatem super occulta irregularitate,Episcopis tantùm priuatiuè, & taxatiuè spectare, ac propterea amplectendam esse sententiam eorum,qui rectissimè senserunt, non licere Abbatibus quantumuis exemptis, super occulta irregularitate dispensare, vt nominatim tenuerunt innumeri relati per Barbos. d. tract. de appell.verbo.appellat.89.n.23. & Ricc. in prax. Eccles. par.1.resolut.465.

16 Rursus, potest Abbas exemptus in Concilijs,celebrationibus,ac alijs ceremonijs deferre insignia Episcopalia, nempè Mitram aurifrisatā,Baculum,& alia, quorum vsum habēt ex priuilegio pro decore dignitatis, vt in cap. Vt Apostolicæ, de priuileg. in 6. optimè doctis.Cassan.in Catalog glor.mund. par.1.considerat.38.concl 5.vers.Nè tamen, Vesill.in conclus legal.to.1.concl 1.n.11.& Leaz insumm. quæst.regul.in verbo Abbat, par.3. Imò dicit Cæsar Caren. quod talibus insignijs vti potest Abbas prædictus, etiā in Ecclesia,quæ ei pleno iure non spectat, existimans sufficere ad effectum prędictum,quod Ecclesia illa aliquo iure,vel ratione sit ei subiecta, Resolut.pract.

17 Resolut.231. n.1. 2.& 3. Sed controuersia consistit circa vsum Baldacchini,num Abbas exemptus possit Baldacchinum erigere, ad quod videnda est determinatio emanata à S. Rit.Congreg.in vna firmam 28.Ianuarij 1606. & 28. Martij 1617. legendiq; Laurent. de Franch in contr. inter Episc.& Regul. pag.92. & seq.& Alzed.par.1. cap.11.n.52. vbi allegat Barbos.qui in tract.de potest.Episc lib.3.alleg.81.n.19.postquam mentionem fecerit suprædictorum decretorum, dicit, vsum Baldacchini esse permissum Abbatibus Cassinēsibus, Oliuetanis, & Camandulensibus dumtaxat;cum hoc etiam,dummodò Baldacchinum sit sine auro, ac alijs ornamentis, illoq; dicti Abbates vtantur in tribus tantum solemnitatibus,& dummodò illud fixum & immobile non teneant in eorum Ecclesijs, sed apponatur illis tantùm tribus festiuis diebus, ex priuilegio Vrbani VIII.sub die 4.Aprelis, & 11.Iulij 1620.& determinatione S.Rit.Cōgreg.in vna Camandulen.Baldacch,21.Augusti 1632.

18 Iterum, potest Abbas exemptus authori-
tatem, & consensum impartiri, in erectione,
& fundatione iurispatronatus, quia cum habeat
facultatem concedendi licentiam supèr edi-
ficatione nouarum Ecclesiarum, habet in
consequentiam dictam consensiendi potesta-
tem in erectione iurispatronatus, *Rot. in vna
Imolens. iurispatron.* 18. *Nouembris* 1578. *co-
ram Cantuccio*, quæ est in 2. *par. diuers. decis.*
85. cum alia *decis.* relata per *cit. Barbos. de po-
19 test. Episc. par. 3. alleg 7 n. 3 1.* Idemq; *Barbos.
eod tom. 3. allegat. 99. n 6.* dicit fortiùs, sed no-
tabilitèr, posse Abbates concedere licentiam
nouitijs morantibus in Monasterijs existenti-
bus intrà fines suæ Diæcesis, disponendi de
eorum bonis temporalibus, pèr bimestre an-
tè professionem. iuxta formam traditam à *S.
Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 16. *tit. de regul. &
monial.* Quod licet dicat ibi, *Nisi cum licentia
Episcopi, siuè eius Vicarij*, non tamen excludit
tales Prælatos exemptos, quorum par ratio
est cum Episcopis, vt in terminis huius con-
clusionis, prætèr *Barbos.* tenent *R. P. Bartho-
lom. à San: Fausl. in Tesaur. Religios. lib. 5. quæst.
196. Fr. Barthol. de Vecbis in prax. obseruant.
in admitten. ad Religion. stat. Nouit. disp. 8 dub.
9. n. 2. & Sanch in præcept. decalog tom. 2. lib. 7.
cap. 5. n 68.*
20 Dimissoriales quoq; literas subditis suis, ad
effectum, vt ab alio Episcopo ordinentur cō-
cedere potest, quando tamen talis Abbas
proprium, & distinctum habet territorium,
non existens intrà fines Diæcesis alterius or-
dinarij, vt per *Io. Baptistam Ciarlin. contron.
forens. controu.* 220. *n.* 100. & euidentissimè à
contrario desumitur ex dispositione *S. Concil.
Trident sessi on. 23. cap* 10. vbi talis facultas de-
negatur illis dumtaxàt Abbatibus, qui intrà
fines alterius Diæcesis existunt, licèt alitèr ex
priuilegio essent exempti; Et quamuis eos etiā
posse tales dimissoriales literas concedere,
contendat latissimè *Gratian discept. forens. to.
2. cap. 12. per totum*, authoritate *Flor. de Men.
var. resol. lib. 3. quæst.* 24. addo *Sayr. decis.* 25.
tit de temp. ordin quem sequitur *Ricc. coll ct.
par. 4 collect 955. in princ* horum tamen sen-
tentia citrà primum casum, nullo modo te-
nenda est, inspecto quod decretum *S. Conc.
loco cit.* expressissimè dictam facultatem ta-
libus Abbatibus adimit, non obstantibus qui-
buscumq; priuilegijs, præscriptionibus, aut
consuetudinibus, etiam immemorabilibus.
Et ex hoc quod possit Abbas exemptus
concedere dimissorias, quando tamen pro-
prium, & distinctum habet territorium, non
positum, neque situm intrà fines alterius Diç-
21 cesis; Infertur accomodatissimè posse quoq;
eum minores ordines conferre, nè dum sub-
ditis suis regularibus, sed etiam sæcularibus,
vt etiam à contrario patet ex dicto *Decreto
S. Concil.* cuius authoritate, ità dicit nouissi-
mè *Dom. Canon. de Magistr.* doctissimus Ca-
nonista nupèr defunctus, *in Silu. Eccles. tom 2.
lib. 1. tit. 3. de his qui sunt in minor. ordin. const.
cap. 1. sub n. 7.* post *Ciarlin. d. cap* 220. *n.* 55. *&
22 n. 100. vers. Et sanè*; Est ratio quia quando
Abbas habet proprium, & distinctum territo-
rium, non situm in Diæcesi alterius, habet
per consequens iura Episcopalia, quæ faciunt
vt talis Abbas eo casu, non dicatur de infe-
rioribus Episcopo, nec comprehēdatur in di-
spositionibus loquentibus, de Prælatis Epi-
scopo inferioribus, notabilitèr *Anton. Fab.
decis. 3. tit de Episc. & Cler.* quem refert *Ricc.
d. collect. 955. in vers Item habens*, & alij mul-
ti penès sæpè *cit. Ciarlin. d. cap.* 220. *n.* 67.
23 Et per hanc eandem rationem dicimus, *S.
Concil. Trid sess.* 21. *cap.* 5. tribuens Episcopis
facultatem faciendi vniones beneficiorum,
etiam curatorum, & aliarum Ecclesiarum,
proptèr illarum paupertatem, habere etiam
locum in Abbatibus habentibus proprium,
& distinctum territorium, vt scilicèt etiam
ipsi facere possint tales vniones Ecclesiarum,
& beneficiorum sibi subiectorum, *Azor. inst.
moral. par. 2. lib. 6. cap.* 28. *q.* 10. *Garc. de benefic.
par. 12. cap. 2. n. 71. cum seq. Ricc. decis. 198. n 4.
par 4 Monac. Sbroz de offic. Vicar. lib. 2. q. 115
n.* 12. cum alijs penè innumeris cumulatis
per *Barbos. de potest. Episc. to. 3. alleg. 66. n. 14.*
Neq; obstat *tex. in cap. sicut vnire 8. de excess.
Prælat.* vbi expresè adimitur Abbatibus ta-
lis vniendi facultas, quia *tex.* ille loquitur de
illis Abbatibus, qui existunt intra fines alte-
rius Diæcesis, hoc namq; casu non dubitatur,
quin id eis sit prohibitum, etiam si habeant
Ecclesias omninò sibi subiectas *glos. in Clem.
1 §. ad hæc in vers. ordinarias, ac stat. Monac.
Peni. decis Rot.* 28. *n.* 6. *& decis* 341. *n.* 4. Benè
verum, vt notat *glos. loc. cit.* etiā Abbates exi-
stentes intrà fines alterius Diæcesis, & Epi-
scopo inferiores, possunt habere hanc facul-
tatem vniendi Ecclesias eis subiectas per prę-
scriptionē, cū titulo, vel sine titulo, si prçscri-
ptio est talis, cuius initij memoria non adest,
ex eo quia actus iste iurisdictionis est, non
ordinis *Rot. decis. 1. vers. Præterea, tit. de offic.
legat. in nou.*
24 Item possunt Abbates exempti (de quibus
est noster sermo) consecrare Virgines ingre-
dientes Monasterium *Tambur. de iur. Abbat.
disput. 22. quæst 6. n. 2.* & *Caren. d. resolut. 231.
n. 5. & 6.* idemq; *Caren. in tract. de inquis.* dicit
25 posse quoq; eos procedere in causis occurrē-
tibus in sua Diæcesi circà hæreticam praui-
tatem, *tit. 6. de Vicar. Gener. Episc.* §. 4. vbi de
Abbate concludit eodem modo, quo in præ-
cedenti §. dixerat de Capitulo Sede vacante,
& *decis. Sayr. de hæret.* non loquitur, de Abba-
tibus omninò ordinarijs, & exemptis. propter
territorium distinctum, & separatum ab alio
Episcopo, cui eo casu in omnibus assimila-
tur.
26 Sed an eius familiares gaudeant priuilegio
fori

fori, & exemptionis à iurisdictione laicorũ, non minùs ac familiares Episcoporum, *cit. Ciarlin.contr.27.à n.26.cum multis seqq.lib.1.*
27 An possint visitare Monasteria suorum religiosorum, & alias Ecclesias sitas in sua Diæcesi, videndus *Fusc.de visit.lib.1.cap.2.n.14.& Barbos. de potest Episc.par.3. alleg. 73.n.23.*
28 Item, an possint benedicere campanas non inseruientes pro vsu Ecclesiarum suæ religio-
29 nis, affirmatiuè *Riec. d. collect.* 955. Calices autem, pixides, & patenas certum est, quod benedicere non potest, *Gemin.in cap. Abbates de priuileg. in 6. Siluest. in summ. verb. Calix n.2. Fagũd.cap.*21.*n.*14.& alij relati per *Barbos.de potest.Episc. tom.2. alleg.27. sub n.36.* vbi dicit, quod hoc fuit concessum ex priuilegio Abbatibus Cistercienſibus, & alijs quatuor eius Coabbatibus tantùm, ab *Innocent. VIII. in anno* 1489.*ex Ludou. Miran. in manual.prælat.tom.2.quæst.41. art.4. Azor.instit. moral.par.1.lib.10.cap.28.quæst 2.Suar.tom.4. de resig tract.8 lib.2.cap.vlt.à n.2.& Lezz. in summ.cap.18.n 98.*

30 Secundo cessat authoritas Abbatis exempti in imparticndis, concedendisq; indulgentijs. *Summ. Pisanell.in verbo Indulgentia col. 2.vers Similiter nec etiam,* & de ratione *Dian. in Summ. verbo Indulgentia, vers. Concilium generale,* post *Io Bacon.lib.4.distinct.24. quæst. 2.art.2.vers.Sed numquid Abbas fol. 150. at. col.2.* vbi subdit; *Nisi haberet hanc facultatem ex speciali concessione, vel alia legitima causa, puta ex præscripta Consuetudine* : prout etiam sentit *Sanch lib 4 cap.38.n.21.moral.*

31 Postremò cæteris omissis, cessat Abbatis exempti potestas circà facultatem declarandi, quem incurrisse in censuras *Gregorian.constitutionis*, contrà violatores immunitatis Ecclesiasticæ, vt tenẽt relati per *Ciarlin* quos ipse sequitur *contr. ou.forens.lib.1.cap.10.n.34.&* scio ità nouissimè fuisse decisum per *Sac.Cõgregationem* contrà Reuerendissimum Abbatẽ Montis Virginis, per hæc verba, *Declaratoria incursus censurarum contrà violatores immunitatis Ecclesiasticæ non competit Prælatis Episcopo inferioribus, etiamsi alias ordinarij sint, & nullius Diæcesis, sed ad Episcopum viciniorem spectat S.Congr.Episc. &* Regul. *in Caue.* 11. *Martij* 1633.*& in Abell.*18.*Iunij* 1658. De
32 qua determinatione certiorauit me R.D.D. Franciscus Curtius eo tempore Vicarius in dicta Ciuitate Abellin. nunc in Catredali huius Neapolitanæ Ciuitatis Canonicus dignissimus.

Io: Leonardus Rodoerius.

S V M M A R I V M.

Soror non admittitur ad querelandum de morte fratris occisi existente patre n. 1.

Soror potest criminalitèr agere contrà fratris occisores, non obstante quod superstis frater remisisset vltionem, n.2. limita n. 3. & 11.

Accusandi ius illis competit, quibus successio debetur ab intestato, n.4.

Accusandi, & remittendi ius est sanguinis, n. 5. intellige vt n. 10.


Filius potest accusare patris interfectores, licèt heres eius non sit, n.6. & 7.

Filius accipiendo aliquid ab interfectoribus patris pro facienda illis remissione, non videtur paternam adiuisse hæreditatem, n.8.

Pecunia, quæ datur hæredi ab interfectoribus defuncti pro remissione facienda, non est obnoxia Creditoribus ipsius defuncti, nec est ponenda in inuentario bonorum illius, n. 9.

Mater, quæ transiuit ad secunda vota, vel simplicitèr, vel etiam non petito tutore filio, non potest eiusdem filij mortem vindicare, contrà Tartagl. n. 12.

Iura sanguinis à statuto tolli non possunt, n. 13. Sed quomodò sit intelligenda hæc regula, vide n. 14.



A D C A P V T II.

Additio



1 Patre existente in medio non admittitur soror ad querelandum de morte fratris occisi; Hinc non obstãte variatione facta a sorore vidua, fuit causa remissa ad Baronẽ, ex eò quia aderat pater, qui ei preferebatur, vt latè per *D. Reg. Sanfel.dec.*378.

2 Fratre autem existente, certissimum est, posse sororẽ accusare de morte alterius fratris occisi, non obstante remissione, & pace facta ab alio superstite fratre, notabilitèr *Afflict. in Constit. Iustitiarij non per Calendar, col fin.in vers.Et per istam glos.* quẽ sequitur *Petr. Foller.in sua prax.crim. verb. audiantur excusatores n.22.& Paschal.de patr.potest.par. 2.cap.1.n* 57.

3 Sed hæc conclusio venit limitanda in Ciuitate, aut etiam extrà, si soror fuit dotata, & renunciauit in ampla forma, nam quia in vtroque casu excluditur, sequitur per consequens non esse de cætero admittendam, ad criminalitèr agendum, contrà fratris occisores, stante remissione eis facta ab alio viuẽte fratre, latissimè *P. Molfes. ad Consuet. tom. 1.tit.de renunc.quæst.*18 latiùs, idem *Molfes. consf.*10.& exquisitè *Dom.Reg.Carol.Tapp.decis S.C.* 28.*per totam*, cuius etiam memor est

Reg.

Reg.Rouit.in prag.7.sub n.6.tit.de composit. & confert *Iul.Clar.in* § *fin.q* 58. *sub n.*35. *vers.*
4 *Benè verum est.* Constat enim ius accusandi eis competere, quibus successio debetur ab intestato, *Alex & Imol.in l.ex facto,§.siquis rogatur, ff.ad Trebell.* & habetur in *prag.* 8. *sub tit.de composit.*

5 Et licèt communis regula sit, accusandi, & remittendi ius esse simpliciter sanguinis, non hæreditarium, *l.quæsitum* 10. *ff. de sepul. violat Bart.in l.damni infect.§.Sabini senten.n.2. in fin.vers Item pro hoc,ff.de damn.infect. & in l.si filius,ff.de vu g.& pupill.* cuius sententiam dicit esse communem *Rip.in l.*2. §. *Cato num.* 101.*ff.de verb.oblig. Dec.in cap. in præsentia n.*57.*vers.Contrarium tamen de probat.* per optimè *Parlad.quotid.differ.different.* 51. §.2. *n.* 5. *Consil.Theod.alleg.9.per discursum,* & latis-
6 simè *Paschal.d.cap* 1.*par.*2. Adeo quod etiam instituto hærede extraneo, potest filius accusare interfectores patris, eisdemq; remissionē facere, vt ex communi DD. sententia docet *Plaz.in Epit.delict.cap.*45.*n.*2. *Iul.Clar. in d.* §.*fin quæst.*58.*n.*32. *Reg.Rouit.d.pragm.*7. *de composit.& Paschal.loc.cit.n.*3 Sicut quoq; po-
7 test repudiata patris hæreditate, ius illud remittendi, & accusandi exercere, tanquam ab hæreditate alienum, *Dec.loc.cit. Pederic.de Sen. quæst.* 174. *Ego putarem, Franch. decis.* 611.*& Farinac.in prax. crim. quæst* 14. *n.* 19.
8 Imò recipiendo aliquid (vt moris est) pro remissione facienda, non videtur ob id hæreditatem paternam adiuisse *Padill.in l.transigere n* 63.*C.de transact.Iul.Clar.d.quæst.*58. *versic. Sed incidenter quæro,Vrsill.ad Afflict dec.*372
9 *n.* 8. & confert *Ruin.* qui dicit, quod id quod recipitur pro remissione facienda pro delicto commisso in personam ipsius defuncti, nō deber poni in inuentario bonorum illius, ad effectum vt sit creditoribus obnoxiū, *cit. Ruin. in l.*4. §.*Cato, ff de verb. oblig.* quem sequitur *Consiliar.Theodor. d.alleg.*9.*n.*9. & fuit decisum in causa Ducis Sanctæ Agatæ, cum Marchionissa Burgentiæ, *Rouit. in pragm.* 7. *de compos in fine.*

10 Aduertendum tamen est, quod etsi memorata regula stricto iure verissima sit, hodiè tamen non transit sine maxima difficultate, inspecta dispositione *d prag.*7. *de cōpos.* ex quā patet euidentèr, remittendi, accusandiq; ius, non simpliciter sanguinis, sed quodammodo hæreditarium quoq; esse, hoc ita intelligendo, vt is qui accusare intendit, debeat esse hæres in potentia, scilicèt quod sit talis, quòd ab intestato successisset in hæreditate defuncti, quamuis hæres non sit in actu, vt subtilitèr de more ait. *Dom. Rouit. in comment.ad dictā*
11 *prag.n.* 64.*&* 80. Vndè (vt ad rem nostram redeamus) quia soror dotata, & maritata, stante eius renunciatione, nec actualitèr, nec potentialitèr est fratris ab intestato defuncti hęres, ob existentiam alterius fratris; sequitur pertinacesse esse omninò repellendam, si vellet occisi fratris mortem vindicare, vt ponderat ibidem *Rouit.* & refert decisum in dicta causa *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.*1.*de prouis. fiери solit.*§.4.*n.*17.*&* 18.

12 Et per eandem rationem *eit prag.* quæ illos vocat, quibus ab intestato defuncti successio debetur, sequitur etiam nullum ius matri cōpetere, tam in accusando, quàm in remittēdo pro morte filij in casibus, in quibus ab illius successione repellitur, nempè si se secundo viro copulauit per *tex.in l.femina,C.de secūd. nupt.* vel quia eidem filio de tutore prouideri non curauit, priusquam secundas nuptias degustasset per *tex. in l omnem 6. C. ad Tertyll.* Vndè sit, vt in his terminis maximoperè errauerit *Tartagl.* qui in hac quæstione contrariū audactèr affirmat, *in comment.ad d.pragm.cap.* 2.*n.*6. quem refert *Paschal.d.cap.*1.*n.*58. eius
13 namque opinio præter puros terminos iuris communis, nullo modo saluari potest; Nam argumentum eius, amplexatum à *cit. Paschal. d.cap.*1.*sub n* 9. continet euidens æquiuocum; Inquit enim, quod cum ius querelandi, remittendiq; sit sanguinis, vt iam dictum est *sup n.*5. sit per consequens, non potuisse *Regiam pragm.* illud tollere. vel alterare, ex regula *l.iura sanguinis, ff. de reg.iur l.iui autem, ff.de pact & l.cum,ff.de interdict.& relegat. cū*
14 *concord.* Quia responsio ad argumentum est facilis, quandoquidem regula prædicta ita intelligitur, vt non possit ius sanguinis tolli, scilicèt ipsa consanguinitas, & cognatio, non autem effectus ipsi cognationi, & consanguinitati tributi à iure ciuili (vt est ius accusandi, remittendi, & similia) hæc namq; benè tolli possunt, & hoc casu non quidem ius sanguinis sublatum dicitur, sed ipsum ius ciuile, *Syln. Aldobran.in glos.ad* § *quod autem,inst.de legit. agnat.tutel.in vers. Adde quod non perditur,* sequitur *Bartholom.Socin. in l.si cognatis n.*1.*ff. de reb.dub.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Officialis substituens alium pro exercitio sui officij, tenetur de culpis, & defectibus substituti n. 1.

Officialis habens officium in capite, cum facultate substituendi, tenetur de culpis substituti n.2.

Tutor tenetur pro mala administratione contutoris, & factoris per eum electi, n.3.

Episcopus tenetur de culpis Vicarij, n. 4.

Substituens non liberatur pro culpis, & defectibus substituti, licèt eum exhibuerit, & confutatur distinctio Bar.n.5.

Officialis substituens aliquem in suo officio ex causa

sa necessaria, non tenetur pro culpis substituti, num.6.

Officialis substituens, tunc demum tenetur prò culpis substituti, si substitutio processerit ex causa voluntaria, num.7.

Substituens officialem non tenetur prò eius culpis, si is delinquat circà ea, quæ non tangunt exercitium officij, num.8.

Officialis substituens virum probum, non tenetur prò eius culpis, num.9.& 10.

Substitutus si confirmatur à Prorege, vel à Iudice, substituens non tenetur prò eius culpis, n.11.

Officiales hodiè tenentur personalitèr deseruire, nec possunt substituere, n.12.



AD CAPVT III.

Additio.

1 NTER Iurisconsultorum responsa, illud mihi frequẽtissimum videtur, quod substituens aliquem ad officium, cui præest, teneatur de culpis, defectibus, & delictis substitui, *l. nullus, in fin. C. de decurion. lib. 10.* ibi. *Hi verò qui honorario titulo illustrẽ dignitatẽ cõsequuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum, Curiæ muneribus satisfacere non vetentur.* Concordat *tex. in l. 1. C de præpos. agen in reb. lib. 12.* ibi in fine. *Electione sua, suarumq; periculo facultatum præfatum munus, eos implere præcipimus* Et *in l. ad similitudinem 21. C de Episcop.* & Cleric. ibi in fine. *Periculo suarum facultatum Curiæ muneribus satisfacere nõ vetentur.* Tradiderunt etiam Reg. *Costan. in d l. nullus à num. 57. cum multis seqq.* vbi latissimè, *Cardin. Ludouis. (deindè Diuina prouidentia Pontifex Gregorius XV.) decis. 233 nu. 1. Rot. decis. 379. sub n 1. part. 4 in recens. Giurb. cons. crim. 36. n. 15. 19.* & 20. quem sequitur doctissimus nostrorum temporum I. C. & Consiliarius dignissimus *Paul. Staiban.* Resol. *forens. part. 1. resol. 34. num. 8.*

2 Ampliatur primò hæc receptissima sententia in quocumq; officiali habente officium in capite à Regia Curia cum facultate substituẽdi, quia adhùc tenetur pro defectibus, & culpis substituti, delinquentis in exercitio officij, vt fuit decisum teste *Rouit. decis.* 79.

3 Secundò ampliatur in tutore, qui indistinctè tenetur prò mala administratione contutoris, seù factoris per eum electi, *l. solet 13. ff. de tutel.* facit *tex. in l. 2. §. sed si filius, ff. ad munic.* & in terminis durioribus *tex. in l. Lucius 47. §. cum in testamento, ff de administ. tutor.* *Cauale de tutor. & curat. n. 311. & cit. D. Staiban. resol. 90. n. 7. 8 9. 10. & 11. lib. 1* vbi copiosè; addo regulam *l. nam, & seruius 22. § fin ff. de negot. gest. & l. qui non tam idoneum 11. ff. commod.*

4 Tertiò ampliatur in Episcopo, qui tenetur de culpis, & defectibus Vicarij delinquentis in officio, ac intuitù illius *Rot. decis. 6. tit. de offic Vicar. in nouis.*

5 Et postremò ampliatur, vt substituens, non liberetur, à culpa qua tenetur, etiam si exhibuerit substitutum delinquentem, vel culpabilem; siuè essemus in official. habente officium priuatum, ex *l. videamus 12 ff locat.* siuè in habente officium publicum, ex *l. ad commentariensem 4* & ibi *glos versic. Nec putet, C. de custod. reor.* Vndè fit vt non sit admittenda in hoc articulo distinctio *Bar. in l. 1. § familiæ, & § quod nouissimè ff ad munic.* qui dicit, quod habens officium publicum liberatur, exibendo substitutum à se in illo officio, qui delinquit, seq; culpabilem reddidit in administratione illius; Secùs autem in habente officiũ priuatum, sequitur *Ludouis d. decis. 233. n. 3. & 4.* hæc namq; distinctio impugnatur a *Cuman. in eod. d §. quod nouissimè*, qui valdè miratur de tali differentia, inspecto quia omnis ratio exposcit, vt sæuiùs plectatur delinquens in publico officio, quam in priuato, & tantò pluris, quantò publica vtilitas, priuato præfertur commodo; vt etiam latismè tradit *Maur. alleg. 39.* qui respondet ad iura super quibus fundatur *Bar.* nempè in *d. l. 1. §. quod nouissimè, & in l. cum si exibuissent, ff. de public.* vt procedant in publicano dumtaxat, & sic in casu speciali, authoritate *Rom. in d. l. cum si exibuissent, in princip.*

6 Sed aduertendum quoque est, & eandem sic ampliatam regulam, quampluribus restringi in casibus. Primò enim limitatur in officiali substituẽte ex causa necessaria, quò casu omnes concludunt, nullo modo ipsum teneri prò defectibus, & culpis substituti, si tamen in electione nulla fraus, vel negligentia substituentis intercessit, puta quia substitutus ipse idoneus, & fide dignus, electionis tempore reputabatur, *Luc. de Penn. in l. agentes nu. 10. vers. vel dic melius,* C. de *præpos. agen. in reb in penul. col.* & alij relati à *Dom. Rouit. dict. decis. 79. nu. 2 idem cons. 87. vol. 1.* & omnium latiùs Reg. *Costan. in d. l. nullus à num. 59. vsq. 62. cit. tit. de Decur. lib. 10.*

7 & fuit notabilitèr decisum in Regia Camera, tunc demum teneri officialem substituentem de culpis, & defectibus substituti, si substitutio illa fuit ex causa voluntaria, teste *Doctissimo Domin.* Reg. *Anib. Moles in sua adhuc non impressa decis. 93.* cuius verba sunt hæc. *Sed an isti officiales, qui habent facultatem substituendi, teneantur princi-*

pa:

palitèr, & indistinctè de culpis, & defectibus substituti, & declaraumus, quod in substituto voluntariè ab ipso, indistinctè, teneatur. Hæc ille.

8 Limitatur secundò dicta conclusio, vt nec procedat si substitutus delinqueret, circà ea, quæ officium, vel illius necessitatem, & exercitium nō respiciunt, pro talibus enim culpis, nullo modo potest teneri substituens, ex *iuribus allegatis à Spectabili Domino meo, hic n.6.* addo *tex in l.qui peculij 47.ff.de pecul. Ludou. d. decis.233.n.6.*

9 Restringitur tertiò, in officiali substituente in offi cio personam valdè integram; quasi eo casu non sit in culpa, & cesset regula, *mala, electio, &c.* Vndè meritò non potest ad quidquam teneri, si mutatis, ex post facto moribus substitutus delinquat, ad quod facit *glos. in cap.ad hac, in vers. examinaretur, de offic. Archidiac. Felin. in cap. Petrus n. 11. de homicid. Ludouis. loco cit. num. 5.* cum *Seraphin. ibi additio, decis. 52. num. 1.* Vndè per hanc

10 rationem, dicit *Io: Andr. in addit. ad speculat.* quod Castellanus cui fuit cōmissa custodia arcis, si ex iusta causa se absentauit, & substituit ad tale munus virū aliquem probum, & fide dignum, qui tempore commissæ custodiæ diligens, & sufficiens reputabatur, ad nihilum tenetur, imò est excusatus, si castrum perdatur, quia commisit à principio viro bono, & habili, sequitur *Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. principium sub n.8. & Gregor. Lop. quem celebrat cit. Reg. Costan. in d.l. nullus num.63. & 64.*

11 Postremò cessat memorata regula, si officialis substituit aliquem, qui posteà confirmatur à Prorege, & ab eius manibus suscipit officium, per viam prouisionis; quia hoc casu nominans, siuè substituens non tenetur pro culpis, & defectibus illius substituti, tamquā à superiore approbati, *cit. Domin. Moles d. decis. 93.* vbi ponit hæc verba. *Sed solent etiam hic officiales non substituere, sed cum licentia Proregis deputare alium, qui à Prorege per viā Regentiæ suscipit commissionem, & officium administrat. Et decreuimus eos nullatenus teneri, nec principalitèr, nec in subsidium, l. 1. & toto tit. C. de offic. eius qui vic. alter. Iudic. &c.* confert *Reg. Rouit.* qui idem concludit de substituto confirmato decreto Iudicis *d. consi.87.nu.3 lib.1.* cum alijs allegatis per *cit. Dom. Staib. d. resolut. 34. n 9. lib. 1.*

12 Hodiè autem virtute ordinum emanatorum tempore Inuictissimi Regis Philippi Secundi, nullus officialis sine assensu Proregis potest pro substitutum suo muneri deseruire, sed tenetur personalitèr illud exercere, nisi in priuilegio substituendi facultatem habeat, *vt in toto tit. & prag. de Administ. & quod ipsi met serui.* Et in *cap. Caroli Primi, incipit Item quod prædicti officiales 34. in ordine,* diffusè *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 10. de diuers. prouis. & licent cap. incipit. solent etiam Proreges fol.329 & B lot. consul. 1. n. 13.*

legendus est ad materiam præsentis *cap. R. P.D. Cæsar Afflict.* post hæc scripta visus, *Controu. iur. cap. 45. per totum. & Carleual. in Apolog. contrà Rouit. in respons. ad decis. 79. post tract. de Iudic. tom. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Adiectus solutioni dupliciter considerari potest, vno modo simplicitèr, vt n. 1. alio modo quoddammodò principalitèr, num. 2. vbi ponuntur exempla.

Adiectus solutioni simplicitèr, non potest debitorem conuenire eumq; Iudicialitèr cogere ad solutionem, n. 3. neq; potest instrumentum liquidare, num. 4.

Adiectus solutioni non potest solutionis terminum dilatare, vel debitum remittere, in præiudicium principalis stipulatoris, num. 5.


Adiectus solutioni nō potest aliud, nisi quod oblatam à debitore solutionem recipere, num. 6.

Debitor soluens adiecto solutioni liberatur, perindè si soluisset principali Creditori, n. 7.

Debitor soluens adiecto solutioni, non rectè soluit, si is statum suum in deterius mutauit, n. 8.

Adiectus solutioni quodammodò principali nomine, & in rem propriam, potest debitorem conuenire ad solutionem, & contrà eum liquidare instrumentum, ad formam rit. M.C. n. 9.

Hæres adiecti solutioni principalitèr, priuato nomine, & in rem propriam, potest liquidare instrumentum contrà debitorem, sicut poterat ipse adiectus, num. 10.



AD CAPVT IV.

Additio.



ISTAM materiam de adiecto solutioni, prætèr inferiùs allegandos, diffuse pertractat *Sigism. Scacc. tract. de commer. & camb. §. 2. glos. 7. per totum*, Sed nihilominùs notādū

1 est autè omnia, duplicitèr, quem dici posse esse adiectum solutioni, scilicet vno modo simplicitèr (quod fit quandò ego stipulor mihi, vel Titio) alternatiuè, solui centum, & allegatis per *Sud. decis.*

229.

129.n.29. Alio modo dicitur quis adiectus,
2 sed non simpliciter accessoriè, vt in præ-
cedenti casu, sed quodammodò principalitèr,
vt puta quando stipulatur mulier dotem sibi
vel eius viro solui, item quando adiectus est
Creditor adijcientis, ità quod intersit ei quod
solutum, apud adiectum remaneat, vel quādo
cōcipitur stipulatio in personam alterius, non
alternatiuè vt sup. sed copulatiuè, vel demum,
quando quis prò tali effectu constituitur pro-
curator in rem propriam, suaq; priuato no-
mine interest, vt per *Bar. in l. 2. n. 2. & 3. ff. de
duob. reis, Ruin. cons. 209. n. 9. lib. 1. Paris. cons.
107. num. 32. vol. 3.* & alios quorum memores
sunt *Fontanell. Cenci. Barzi & Carthar. locis
mox allegandis.*

3 Hoc iacto fundamento concludo, quod
adiectus solutioni accessoriè, non potest neq;
valet debitorem conuenire, & iudicialiter
cogere ad solutionem promissam, *l. quod sti-
pulatus, ff. de solut. l. soluendo, ff. de negot. gest.
l. enim qui ita. §. qui sibi; & l. fin. ff. de verb.
obligat. l. sed & si filiofamilias 7. §. si mihi, ff. de
constit. pecun. cum concord. glos. in §. plane, verbo,
Scio, instit. de inut. stipul. Flamin. Carthar. decis.
Rot. Gen. 126. num. 1. Bellon. decis. eiusdem Rot.
Gen. 54. n. 4. Cæsar. Barzi. decis. Bonon. 26. nu. 1.
Cenc. de censib. quæst. 67. n. 39. Fontanell. de pa-
ctis nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 10. part. 2. n. 35 fol.
250. Scacc. loco cit. nu. 39. Cancer. variar. resolu.
part. 2. cap. 6. tit. de solut. & liberat. num. 131.* &
Dom. Capyc. Latr. decis. 8. nu. 5. & 6. lib. 1. post
4 *Vrsill. ad Afflict. decis. 64. n. 7.* vbi dicit eum nō
posse instrumentum præsentare, & liquidare
contrà debitorem, sequitur *Calter. in prax. in-
strum. par. 1. 2. par. rub. & Cuius nomine agat,
n. 20. fol. mihi 176.* sicut nec minùs potest
5 solutionem dilatare, vel debitum remittere
in præiudicium principalis, cui spectat vtilitas
negotii, vt in *d. l. quod stipulatus,* ibi. *Nec pete-
re, nec nouare,* tradit *Anu. allegat. 89. n. 8.* Quia
6 huic adiecto accessoriè, nil aliud iura conce-
dunt, nisi quod oblatam à debitore solutionē
recipere, vt in allegatis *iurib.* & *DD. ferè om-
nes locis cit.* addo *Io. Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib.
1. cap. 171. n. 17.* & *Consil. Theodor.* qui appellat
talem adiectum procuratorem ad hunc actū,
7 *allegat. 76. n. 10.* concordat *Surd.* dicens *in d.
decis. 229. n. 8.* debitorem soluentem adiecto
solutioni liberari ab obligatione, & debito,
latè etiam *Stracc.* quem allegat *Scacc. vbi sup.
n. 36.* quia habetur perindè si soluisset princi-
pali creditori *Matth. Coler. de process. exequt.
par. 2. cap. 2. n. 77.*

8 Sed & hoc limitandum, vt non procedat si
adiectus solutioni statum suum in deteriùs
mutauit, quia hoc casu ei nec rectè solui potest,
& talis solutio non induceret debitoris libe-
rationem, si sciebat, vel verosimilitèr scire po-
terat decoctionē eius, vel status mutationem,
vt apertissimè habetur *in l. cum quis 38. ff. cit.
tit. de solut.* ibi, *Cum quis sibi, aut Titio dari
stipulatus sit, magis esse ait, vt ità demum ritè
Titio solui dicendum sit, si in eodem statu ma-
neat; quo fuit cum stipulatio interponeretur. Cæ-
terum siuè iam in adoptionem, siuè in exilium ie-
rit, vel aqua, & igni ei interdictum est, vel ser-
uus pena factus sit, non rectè ei solui dicendum
est. Tacitè enim hæc conuentio inesse stipulationi
videtur, si in eadem causa maneat.* Optimè
*Stracc. tract. de mercatur. cap. de adiect. part. 3. n.
110. cum seqq.* & *Nigr. de laudem. tom. 2. quæst.
22. n. 3. & 23.*

9 Quandò autem sumus in adiecto solutioni
non accessoriè, sed quodammodò principali-
tèr, & eo modo quo considerauimus *sup. n. 2.*
puta etiā, quia ei fuit facta promissio proprio,
priuato, & principali nomine, omnes hoc ca-
concludunt, posse eum, debitorem conuenire
ad solutionem promissam, ac instrumentum
liquidare, vt nos dicimus, ad formam *Rit. M.
C. V.* vt deducitur *ex l. 2. ff. de duob. reis. Cancer.
loco sup. cit. Cenc. d. quæst. 67. sub n. 40. vers. Ni-
si fuerit,* authoritate *Ruin. cons. 209. n. 9. lib. 1.* &
Paris. d. consil. 107. n. 32. lib. 3. quē sequitur etiā
*Carthar. d. decis. 126. n. 5. & 6. & Reg. Rouit.
cons. 71. n. 15. vol. 2.* post *Barz. d. decis. Bonon.
26.* vbi assignat rationē, quia huic adiecto ità
datur actio, sicut principali creditori, ex tra-
ditis per *Bursat. cons. 242. n. 8.* quem sequitur
Fontanell. vbi sup. per discursum.

10 Et in tantum hoc est verum, vt eadem liqui-
dandi facultas contrà debitorem, competens
adiecto solutioni eo modo, quo suprà conside-
rauimus; competat etiam eius hæredibus qui
possunt paritèr liquidare, & procedere ad in-
terrogationem, *vt fuit decisum iunctis aulis in
anno 1626 in causa Ill. Marchionis Laurinæ, cū
Dom. Io: Baptista Capycio Galeota Reg. Generali
Thesaurario, de qua decisione memor est præ-
ter Thor. in compen. tom. 2. verbo Hæres adiecti
fol. 259. col. 2. in princip. D. Reg. Sanfelic. decis.
213. n. 13.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVdex potest in conscientia iudicare in causa in qua fuit aduocatus n. 1.

Iudex in foro fori est suspectus in causa in qua fuit Aduocatus n. 2. Amplia vt sit suspectus etiam in causa connexa, & dependente ab illa n. 3. & de ratione n. 4. 5. & 6.

Iudex potest interuenire in causa simili illi in qua fuit Aduocatus n. 7.

Iudex etiam partibus consentientibus non potest interuenire in illa causa in qua fuit Aduocatus, ex dispositione Reg. Pragm. n. 8.


Cliens secundum terminos Reg. Pragm. potest recu-

fare suum Aduocatum effectum Iudicem in illa causa n.9.

Cliens secundum terminos iuris communis non potest recusare suum Aduocatum effectum Iudicē n.10. Limita si Aduocatus propalauit votum suū contra clientem n.11.

Aduocatus effectus Iudex, nō potest interuenire in ea causa, vel in alia dependente ab illa, pro qua tempore aduocationis ad collegium fuit vocatus, n.12. vbi refertur decis. S.R.C.

Iudex dimisso officio, an possit esse Aduocatus causæ; latè n.13



AD CAPVT V.

Additio.

1 LICET in Conscientia possit Aduocatus esse Iudex in eadem causa, prò qua suum præstitit patrociniū, quia cum iura hoc prohibentia fundentur in præsumptione affectionis, benè potest ille in interno omnibus se exuere affectionibus, & passionibus, ita *Cordub. in Summ. part. 3. tit. 5. quæst. 269. Resolut. 56.* sequitur *Diau. in Summ. verb.*
2 *Aduocatus n.6. fol.* 35. In externo tamen, & sic in foro fori, haud dubitari potest, quin id sit ei prohibitum, inspecto quod contrà ipsum vrget dicta præsumptio affectionis, ob quam redditur suspectus, regula est trita, *tex. in cap. postremò de appellat. l. Prætor. ff. de Iurisd. omni Iudic. & l fin. C. de assessor. cum concord.* traditis per *Bar. in d.l. Prætor Iaſ. in l. solet nu. 1. ff. cit. tit. de Iurisdict. omni Iudic.* & *Rober. Maran. in spec. part. 6. act. 2. rub. & quandoq; appellatur. n.* 42.
3 Et hoc in tantum est verum; vt non solum prohibeatur Aduocatus iudicare in causa principali, prò qua patrocinatus olim fuit, verum etiam in aliquo emergenti, vel dependente ab illa, quia non est opus, quod causa sit eadem identificè, sed sufficit, quod sit cōnexa cum ea *Berdacchin. in suo repertorio, verbo, Aduocatus sub n.50. verſ. Aduocatus non potest esse Iudex*, & post eum *Capyc. decis. 146. n.2. Stefan. Gratian d. scept forens. tom. 1. cap. 4. n. 5. D. Reg. Sanfel. decis. 78. n.* 8. & omnisimè ita refert decisum *Dom. Reg. Merlin. contr. forens. centur. 2. cap.* 37.
4 quia eadē ratio, quæ in principali consideratur, militat etiam in accessorio, absq; vllo discrimine, *Ann. in repet. Cōst. Constitutionem Diuæ Memoriæ nu. 286. versic.*
5 *nam idem*. Item quia connexorum eadem est disciplina, idemq; Iudicium, *cap. cum singula, de preben. in 6. Hippol. de Marsil. singul.* 251.
6 *Incipit, connexorum*, & postremò quia causa eadem dicitur, quæ dependet ab eodem fonte, iuxtà sensum *Vulpian.* dicentis, quod petens aliquid connexum primæ petitioni, nil noui petere videtur, *in l. si quis cum totum, 7. §. si ancillam, ff. de except. rei iudic. & Pōtanell.*
7 *decis.* 126. *nu.* 15. Et ad hoc non obstat *decis.* 87. *Dom. de Franch.* dicentis, posse Iudicem iudicare in causa simili illi, in qua fuit aduocatus, prout etiam refert decisum iunctis Consiliarijs quatuor aularum *Scip. Teodor. allegat.* 87. quia hòc licèt verissimum sit, nihil tamen commune habet cum præcedenti articulo, vbi agitur quandò vna causa dependet ab altera, & est illi connexa, quod non consideratur in casu *decis. Præs. de Franch. & Consil. Teodor.* Ergò, &c.
8 Rursùs ampliatur dicta Conclusio, vt nec vtraq; parte consentiente possit quis esse *Iudex* in causa, in qua fuit Aduocatus, vt est exprese dispositum in *Prag. 15. §. 18. tit. de sus. spit. official.* vbi habentur hæc verba, *Il Giudice, che è stato Auocato di vna delle parti, volemo, che non possa giudicare nell'istessa causa, ancorche consentissero ambe le parti*.
9 Vndè est, vt inspectis his terminis, hacq; particulari Regni huius Sanctione, possit Iudex, qui fuit aduocatus in causa, recusari tanquam suspectus etiam à suo cliente, correcta in hoc *decis.* relata à *Carol. Tapp.* 40. quæ nullo pacto potest sustineri, stante dicta *Reg. Prag.*
10 *mat.* nisi dicamus illam procedere secundū terminos iuris communis, secundum quod, cōtrarium est verius *ex glos. in cap. dilecto, verbo, recusastis, tit. de test.* vbi prohibetur clienti recusare Aduocatum suum effectum Iudicem in illa causa, prout etiam tenet *Felin. in cap. irrefragabili n. 4. tit. de offic. ordin.* & *d. glos.* appellat notabilem *Iaſ. in d. l solet. sub. n. 2. verſ. secundo limita, de Iurisd. omni Iudic.* quidquid dixerit in contrarium *Ancon. de Butr. in cap. insinuante tit. de offic delegat.* & *Mastrill. decis.* 151. horum namq; opinio rectis simè ita in-
11 terpretari potest, vt procedat in eo dumtaxat casu, quo Aduocatus votum contra cliētem suum propalauit, vndè mirum non est, si tunc potest ab illo recusari, prout allegando *Mastrill. loco cit.* tenet *Giurb. decis* 89. *nu.* 7. & latiùs insequitur D. *Reg. Carol. Tapp. d. decis. S.C.* 40. per discursum. In Regno tamen vigore dictæ Pragmaticæ non attenditur ad effectum prædictū an aduocatus votum nec nè
12 propalauerit, sed semper est suspectus; Imò in durioribus terminis in currēti anno 1663. de mense Iunij ad instantiam Ill. Dom. Io: Francisci Grimaldi Principis Hieracis, fuit allegatus suspectus Dom. Consiliarius Ortētius Pepi, ex eo quia, cum fuisset causarum patronus, vocatus interuenit in collegio facto, instan-

instante d. Ill. Principe, in sua causa prætensi fideicommissi ordinati à quond. Ioannettino Piccamilio Nobili Ianuense, ad quod ipsum fuisse inuitatum contendit; Et in effectu referente Integerrimo Reg. Dom. Consiliario Paulo Iannettasio, fuit dictum, quod *non interueniat*, in aula Dom. Consiliarij Io: Baptistę Iouini, Sacri Reg. Neapolitani Consilij Decani, in quo verè omne virtutum genus triumphat, Itaq; pro vero habuere Oculatissimi illi Senatores vocatum in aliquo collegio, tempore quo Aduocationis muneri incumbebat, eo effecto Iudice, vti suspectum recusati posse à cliente, quamuis causa, de qua tunc agebatur, non fuisset eadem super qua collegiatum fuit, sed solum pedissequa ad illam, & post annos 8. à die dicti collegij facti, nullaq; voti propalatio fuisset probata.

13 His positis de Aduocato effecto Iudice, deuenio nunc ad casum contrarium, dubitando, an Iudex dimisso officio possit esse Aduocatus causæ, in qua iudicauit. *Spectabilis Dom. meus* concludit affirmatiuè, addo solemnem *apostillam ad Bar. in d. l. Pretor. cit. tit. de Iurisd. omni. Iudic.* notabiliter *Anton. Fab. in suo C. lib. 2. tit. 5. de postul. dec. 1. Baldass. de Angel. in l. nemo sub n. 4. C. de assessor. fol.* 210. & de hac sententia secundum rigorem dubitari penitus potest, inspecto quod nullum infertur alteri parti præiudicium, si is qui olim fuit Iudex in causa mea, modo sit Aduocatus meus; Verum secundum conuenientiam, & honestatem à prudenti viro non esset amplectenda, vt dicit Cappell. *Tholos. decis.* 278. vbi ponit hęc verba. *Item an ille, qui fuit, Iudex in causa principali possit esse procurator, vel Aduocatus in causa appellationis? Conclusum fuit, quod sic, quamuis melius faciat si abstineat.* Latius, & notabilius *Paul. de Castr. in l. quisquis vult*, C. *de postul.* vbi ponit hæc notabilia verba. *Secundò potest intelligi è conuerso, quod ille, qui fuit Iudex in causa, non possit finito officio esse aduocatus in eadem, Cyn. non tenet hoc, quia nõ est eadem causa suspicionis, Iudex enim non præsumitur habere affectionem plus ad vnam partem, quam ad alteram. Mihi videtur, & ita vidi fieri, & est honestum, quod si dedit sententiam prò vna parte, non possit finito officio suo in causa appellationis sumere officium aduocationis prò illa parte, vel saltim non debet, quia tunc resultat suspicio, quod faueret illi parti, vel quod intellexerit se cũ illa, sed si non dederat sententiam, securè potest acceptare officium.* Hęc *Paul. de Castr.* Videndus ad totam præsentem materiam, de Aduocato effecto Iudice, quæ larissimè tradit, locupletissimus *Dom Pratus*, post hęc scripta visus, *disceptationum forens. tom. 3. cap. 47. per tot.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Bona Ecclesiæ non possunt alienari, neq; in emphyteusim concedi, vel infeudari inconsulto Pontifice n. 1.

Paulinæ constitutio, disponens circà prohibitionem alienationis bonorum Ecclesiæ; præsumitur moribus recepta ab omnibus n. 2. Contrarium n. 3. Prima opinio est verior n. 4.

Census impositio facta super re Ecclesiæ sine solemnitatibus non tenet n. 5.

Census impositio est species alienationis n. 6.

Prælatus, vel Rector alienans bona Ecclesiæ, etiam si iurauerit non contrauenire, potest illa vindicare n. 7.

Clericus quilibet, etiam aliis discrepantibus, potest vindicare bona Ecclesiæ malè alienata n. 8.

Emens bona Ecclesiæ minùs solemniter, si ab eo vincentur, habet actionem ex contractu contrà venditorem ad restitutionem pretij n. 9.

Bona Ecclesiæ in vndecim casibus possunt liberè sine solemnitatibus alienari n. 10.

Fratres mendicantes, præcipuè Patres Prædicatores, ac etiam Theatini, possunt liberè eorum bona alienare n. 11.

Bona Ecclesiæ sterilia, ac inutilia possunt liberè sinè solemnitatibus alienari n. 12.

Bona Ecclesiæ sterilia, possunt liberè in emphyteusim concedi sinè solemnitatibus n. 13.

Alienatio bonorum Ecclesiæ, si fuerit illi vtilis valet sinè solemnitatibus n. 14.

Bona Ecclesiæ concurrente eius vtilitate, possunt sinè solemnitatibus permutari, sinè cum bonis alicuius priuati, sinè cum bonis alterius Ecclesiæ, concurrente tamen æqualitate valoris n. 15.

Solemnitas non attenditur, vbi actus vtiliter geritur ad fauorem eius, prò quo fuit statuta solemnitas n. 16.

Alienationem de re Ecclesiæ, fuisse eidem vtilem non probatur per Assertionem Prælati alienantis n. 17. Neq; statur assertioni Notarij n. 18.

Vtilitas vt faciat valere alienationem rei Ecclesiæ sinè solemnitatibus, quomodò probetur. n. 19.

Bona Ecclesiæ possunt validè sinè solemnitatibus alienari propter præcisam necessitatem famis, vel belli, Item prò redemptione Captiuorum num. 20.

Necessitatis causa, vt faciat valere alienationem rei Ecclesiæ sinè solemnitatibus; debet probari n. 21.

Bona relicta Ecclesiæ cum libera facultate alienandi possunt ab ea alienari inconsulto Pontifice n. 22.

Ecclesia grauata de alienando, potest alienare incõsulto Pontifice n. 23.

Bona Ecclesiæ non possunt locari vltra triennium num. 24.

Locatio de re Ecclesiæ, facta ad vitam alicuius non tenet sine solemnitatibus contentis in Paulina, n. 25.

Solemnitates necessariæ ad validitatem alienationis rei Ecclesiæ, requiruntur etiam in locatione ad-

18 Iterum, potest Abbas exemptus authoritatem, & consensum impartiri, in erectione, & fundatione iurispatronatus, quia cu habeat facultatem concedendi licentiam supèr edificatione nouarum Ecclesiarum, habet in consequentiam dictam consentiendi potestatem in erectione iurispatronatus, *Rot. in vna Imolens. iurispatron.* 18. *Nouembris* 1578. *coram Cantuccio*, quæ est in 2. *par. diuers. decis.* 85. cum alia *decis.* relata per *cit. Barbos. de po-*
19 *test. Episc. par.* 3. *alleg* 7 *n.* 31. Idemq; *Barbos. eod tom.* 3. *allegat* 99. *n* 6. dicit fortiùs, sed notabilitèr, posse Abbates concedere licentiam nouitijs morantibus in Monasterijs existentibus intrà fines suæ Diæcesis, disponendi de eorum bonis temporalibus, pèr bimestre antè professionem, iuxta formam traditam à *S. Concil. Trident. sess* 25. *cap.* 16. *tit. de regul. & monial.* Quod licet dicat ibi, *Nisi cum licentia Episcopi, siuè eius Vicarij*, non tamen excludit tales Prælatos exemptos, quorum par ratio est cum Episcopis, vt in terminis huius conclusionis, præter *Barbos.* tenent *R. P. Bartholom. à Sanc. Faust. in Tesaur. Religios. lib.* 5. *quæst.* 196. *Fr. Barthol. de Vecchis in prax. obseruant. in admitten. ad Religion. stat. Nauit. disp.* 8 *dub.* 9. *n.* 2. *& Sanch in precept. decalog tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *n* 68.

20 Dimissoriales quoq; literas subditis suis, ad effectum, vt ab alio Episcopo ordinentur cōcedere potest, quando tamen talis Abbas proprium, & distinctum habet territorium, non existens intrà fines Diæcesis alterius ordinarij, vt per *Io. Baptistam Ciarlin. controu. forens. controu.* 220. *n.* 100. & euidentissime à contrario desumitur ex dispositione *S. Concil. Trident sessio.* 23. *cap* 10. vbi talis facultas denegatur illis dumtaxàt Abbatibus, qui intrà fines alterius Diæcesis existunt, licèt alitèr ex priuilegio essent exempti; Et quamuis eos etiā posse tales dimissoriales literas concedere, contendat latissimè *Gratian discept. forens. to.* 2. *cap.* 12. *per totum*, authoritate *Flor. de Men. var. resol. lib.* 3. *quæst.* 24. addo *Sayr. decis.* 25. *tit de temp. ordin* quem sequitur *Ricc. coll &. par.* 4 *collect* 955. *in princ* horum tamen sententia citrà primum casum, nullo modo tenenda est, inspecto quod decretum *S. Conc. loco cit.* expressissimè dictam facultatem talibus Abbatibus adimit, non obstantibus quibuscumq; priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Et ex hoc quod possit Abbas exemptus concedere dimissorias, quando tamen proprium, & distinctum habet territorium, non positum, neque situm intrà fines alterius Diœ-
21 cesis; Infertur accomodatissimè posse quoq; eum minores ordines conferre, nè dum subditis suis regularibus, sed etiam sæcularibus, vt etiam à contrario patet ex dicto *Decreto S. Concil.* cuius authoritate, ità dicit nouissimè *Dom. Canon. de Magistr.* doctissimus Canonista nupèr defunctus, *in Silu. Eccles. tom* 2. *lib.* 1. *tit.* 3 *de his qui sunt in minor. ordin. const. cap.* 1. *sub n.* 7. post *Ciarlin. d. cap* 220. *n.* 55. *&*
22 *n.* 100. *vers. Et sanè*; Est ratio, quia quando Abbas habet proprium, & distinctum territorium, non situm in Diæcesi alterius, habet per consequens iura Episcopalia, quæ faciunt vt talis Abbas eo casu, non dicatur de inferioribus Episcopo, nec comprehēdatur in dispositionibus loquentibus, de Prælatis Episcopo inferioribus, notabilitèr *Anton. Fab. decis.* 3. *tit de Episc. & Cler.* quem refert *Ricc. d. collect.* 955. *in vers Item habens*, & alij multi penès sæpè *cit. Ciarlin. d. cap.* 220. *n.* 67.

23 Et per hanc eandem rationem dicimus, *S. Concil. Trid sess.* 21. *cap.* 5. tribuens Episcopis facultatem faciendi vniones beneficiorum, etiam curatorum, & aliarum Ecclesiarum, proptèr illarum paupertatem, habere etiam locum in Abbatibus habentibus proprium, & distinctum territorium, vt scilicèt etiam ipsi facere possint tales vniones Ecclesiarum, & beneficiorum sibi subiectorum, *Azor. inst. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 10. *Garc. de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 71. *cum seq. Ricc. decis.* 198. *n* 4. *par* 4 *Monac. Sbroz de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 115 *n.* 12. cum alijs penè innumeris cumulatis per *Barbos. de potest. Episc. to.* 3. *alleg.* 66. *n.* 14. Neq. obstat *tex. in cap. sicut vnire* 8. *de excess. Prælat.* vbi expressè adimitur Abbatibus talis vniendi facultas, quia *tex.* iste loquitur de illis Abbatibus, qui existunt intra fines alterius Diæcesis, hoc namq. casu non dubitatur, quin id eis sit prohibitum, etiam si habeant Ecclesias omninò sibi subiectas. *glos. in Clem.* 1 §. *ad hæc in vers. ordinarias, de stat. Monac. Peni. decis Rot.* 28. *n.* 6. *& decis* 341. *n.* 4. Benè verum, vt notat *glos. loc. cit.* etiā Abbates existentes intrà fines alterius Diæcesis, & Episcopo inferiores, possunt habere hanc facultatem vniendi Ecclesias eis subiectas per præscriptionē, cū titulo, vel sine titulo, si præscriptio est talis, cuius initij memoria non adest, ex eo quia actus iste iurisdictionis est, non ordinis *Rot. decis.* 1. *vers. Præterea, tit. de offic. legat. in nou.*

24 Item possunt Abbates exempti (de quibus est noster sermo) consecrare Virgines ingredientes Monasterium *Tambur. de iur. Abbat. disput* 22. *quæst* 6. *n.* 2. & *Caren. d. resolut.* 231. *n.* 5. *&* 6. idemq; *Caren. in tract. de inquis.* dicit
25 posse quoq; eos procedere in causis occurrētibus in sua Diœcesi circà hæreticam prauitatem, *tit.* 6. *de Vicar. Gener. Episc.* §. 4. vbi de Abbate concludit eodem modo, quo in præcedenti §. dixerat de Capitulo Sede vacante, & *decis. Sayr. de hæret.* non loquitur de Abbatibus omninò ordinarijs, & exemptis propter territorium distinctum, & separatum ab alio Episcopo, cui eo casu in omnibus assimilatur.

26 Sed an eius familiares gaudeant priuilegio

fori

fori, & exemptionis à iurisdictione laicorũ, non minùs ac familiares Episcoporum, *cit. Ciarlin.contr.27.à n.26.cum multis seqq.lib.1.*

27 An possint visitare Monasteria suorum religiosorum, & alias Ecclesias sitas in sua Diœcesi, videndus *Fasc.de visit.lib.1.cap.2.n.14.& Barbos. de potest Episc. par.3. alleg. 73. n.23.*

28 Item, an possint benedicere campanas non inseruientes pro vsu Ecclesiarum suæ religio-
29 nis, affirmatiuè *Ricc. d. collect. 955.* Calices autem, pixides, & patenas certum est, quod benedicere non potest, *Gemin.in cap. Abbates de priuileg. in 6. Siluest. in summ. verb. Calix n.2. Fagũd.cap.21.n.14.&* alij relati per *Barbos.de potest.Episc. tom.2. alleg.27. sub n.36.* vbi dicit, quod hoc fuit concessum ex priuilegio Abbatibus Cisterciensibus, & alijs quatuor eius Coabbatibus tantùm, ab *Innocent. VIII. in anno 1489. ex Ladou. Miran. in manual.prælat.tom.2.quæst.41. art.4. Azor.instit. moral.par.1.lib.10.cap.28.quæst 2. Suar.tom.4. de relig tract.8 lib.2.cap.vlt.à n.2.& Leaz. in summ.cap 18.n 98.*

30 Secundo cessat authoritas Abbatis exempti in impartiendis, concedendisq; indulgentijs. *Summ.Pisanell.in verbo Indulgentia col. 2 vers Similiter nec etiam,&* de ratione *Dian. in Summ. verbo Indulgentia, vers. Concilium generale,* post *Io Bacon lib.4.distinct.24. quæst. 2.art.2.vers.Sed numquid Abbas fol. 150. at. col.2.* vbi subdit; *Nisi haberet hanc facultatem ex speciali concessione, vel alia legitima causa, puta ex præscripta Consuetudine* : prout etiam sentit *Sanch lib 4 cap.38.n.21.moral.*

31 Postremò cæteris omissis, cessat Abbatis exempti potestas circà facultatem declarandi, quem incurrisse in censuras *Gregorian.constitutionis*, contrà violatores immunitatis Ecclesiasticæ, vt tenẽt relati per *Ciarlin* quos ipse sequitur, *controu.forens.lib 1.cap. 10.n.34.&* scio ità nouissimè fuisse decisum per *Sac.Cõgregationem* contrà Reuerendissimum Abbatẽ Montis Virginis, per hæc verba, *Declaratoria incursus censurarum contrà violatores immunitatis Ecclesiastica non competit Prælatis Episcopo inferioribus, etiamsi alias ordinarij sint, & nullius Diæcesis, sed ad Episcopum viciniorem spectat S.Congr.Episc. & Regul. in Caus. 11. Martij 1633. & in Abell.18.Ianij 1658.* De
32 qua determinatione certiorauit me R.D.D. Franciscus Curtius eo tempore Vicarius in dicta Ciuitate Abellin. nunc in Catredali huius Neapolitanæ Ciuitatis Canonicus dignissimus.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Soror non admittitur ad quærelandum de morte fratris occisi existente patre n. 1.

Soror potest criminalitèr agere contrà fratris occisores, non obstante quod superstis frater remisisset vltionem, n.2. limita n. 3. & 11.

Accusandi ius illis competit, quibus successio debetur ab intestato, n.4.

Accusandi, & remittendi ius est sanguinis, n. 5. intellige vt n. 10.


Filius potest accusare patris interfectores, licèt heres eius non sit, n.6. & 7.

Filius accipiendo aliquid ab interfectoribus patris pro facienda illis remissione, non videtur paternam adiuisse hæreditatem, n.8.

Pecunia, quæ datur hæredi ab interfectoribus defuncti pro remissione facienda, non est obnoxia Creditoribus ipsius defuncti, nec est ponenda in inuentario bonorum illius, n. 9.

Mater, quæ transiuit ad secunda vota, vel simplicitèr, vel etiam non petito tutore filio, non potest eiusdem filij mortem vindicare, contrà Tartagl. n. 12.

Iura sanguinis à statuto tolli non possunt, n. 13. Sed quomodò sit intelligenda hæc regula, vide n. 14.



AD CAPVT II.

Additio



1 Atre existente in medio non admittitur soror ad querelandum de morte fratris occisi; Hinc non obstãte variatione facta à sorore vidua, fuit causa remissa ad Baronẽ, ex eò quia aderat pater, qui ei preferebatur, vt latè per *D. Reg. Sanfel.dec.378.*

2 Fratre autem existente, certissimum est, posse sororẽ accusare de morte alterius fratris occisi, non obstante remissione, & pace facta ab alio superstite fratre, notabilitèr *Afflict. in Constit. Iustitiarij non per Calendas, col fin.in vers.Et per istam glos.* quẽ sequitur *Petr. Foller.in sua prax.crim. verb. audiantur excusatores n.22. & Paschal.de patr.potest.par. 2.cap.1.n 57.*

3 Sed hæc conclusio venit limitanda in Ciuitate, aut etiam extrà, si soror fuit dotata, & renunciauit in ampla forma, nam quia in vtroque casu excluditur, sequitur per consequens non esse de cætero admittendam, ad criminalitèr agendum, contrà fratris occisores, stante remissione eis facta ab alio viuẽte fratre, latissimè *P. Molfes. ad Consuet. tom. 1.tit.de renunc.quæst.18* latiùs, idem *Molfes. cons.10.&* exquisitè *Dom.Reg.Carol.Tapp.decis S.C. 28. per totam,* cuius etiam memor est

Reg.

Reg.Rouit.in prag.7.sub n.6.tit.de composit. &
confert *Iul.Clar.in § fin.q 58.sub n.35. vers.*
4 *Benè verum est.* Constat enim ius accusandi
eis competere, quibus successio debetur ab in-
testato, *Alex & Imol.in l.ex facto,§.siquis ro-
gatus, ff ad Trebell.* & habetur in *prag. 8. sub
tit.de composit.*
5 Et licèt communis regula sit, accusandi, &
remittendi ius esse simpliciter sanguinis, non
hæreditarium, *l.quæsitum 10. ff. de sepul. vio-
lat Bart.in l.damni infecti,§.Sabini senten.n.2.
in fin.vers Item pro hoc,ff.de damn.infect.& in
l.si filius,ff.de vulg.& pupill.* cuius sententiam
dicit esse communem *Rip.in l.2. §. Cato num.
101.ff.de verb.obligat. Dec.in cap. in præsentia
n.57.vers.Contrarium tamen de probat.* perop-
timè *Parlad.quotid.differ.different. 51.§.2.n.
5. Consil.Theod.alleg.9.per discursum,* & latis-
6 simè *Paschal.d.cap 1.par.2.* Adeo quod etiam
instituto hærede extraneo, potest filius accu-
sare interfectores patris, eisdemq; remissionē
facere, vt ex communi DD. sententia docet
*Plaz.in Epit.delict.cap.45.n.2. Iul.Clar. in d.
§.fin.quæst.58.n.32. Reg.Rouit. d.pragm.7. de
composit.& Paschal.loc.cit.n.3.* Sicut quoq; po-
7 test repudiata patris hæreditate, ius illud re-
mittendi, & accusandi exercere, tanquam ab
hæreditate alienum, *Dec.loc.cit. Federic.de
Sen. quæst. 174. Ego putarem, Franch. decis.
611.& Farinac.in prax. crim. quæst 14. n. 19.*
8 Imò recipiendo aliquid (vt moris est) pro re-
missione facienda, non videtur ob id hæredi-
tatem paternam adiuisse *Padill.in l.transigere
n 63.C.de transact.Iul.Clar.d.quæst.58. versic.
Sed incidentèr quæro,Vrsill.ad Afflict dec.372
9 n. 8.* & confert *Ruin.* qui dicit, quod id quod
recipitur pro remissione facienda pro delicto
commisso in personam ipsius defuncti, nō de-
bet poni in inuentario bonorum illius, ad ef-
fectum vt sit creditoribus obnoxiū, *cit. Ruin.
in l.4. §.Cato. ff de verb. oblig.* quem sequitur
Consiliar.Theodor. d.alleg.9.n.9. & fuit deci-
sum in causa Ducis Sanctæ Agatæ, cum Mar-
chionissa Burgentiæ, *Rouit. in pragm. 7. de
compos in fine.*
10 Aduertendum tamen est, quod etsi memo-
rata regula stricto iure verissima sit, hodiè ta-
men non transit sine maxima difficultate, in-
specta dispositione *d prag.7. de cōpos.* ex qua
patet euidentèr, remittendi, accusandiq; ius,
non simpliciter sanguinis, sed quodammodò
hæreditarium quoq; esse, hoc ita intelligen-
do, vt is qui accusare intendit, debeat esse
hæres in potentia, scilicèt quod sit talis, quòd
ab intestato successisset in hæreditate defun-
cti, quamuis hæres non sit in actu, vt subtilitèr
de more *cit. Dom. Rouit. in comment.ad dictā
11 prag.n.64.& 80.* Vndè (vt ad rem nostram re-
deamus) quia soror dotata, & maritata, stante
eius renunciatione, nec actualitèr, nec poten
tialitèr est fratris ab intestato defuncti hæres,
ob existētiam alterius fratris; sequitur necel-
cessè esse omninò repellendam, si vellet occi-
si fratris mortem vindicare, vt ponderat ibi-
dem *Rouit.* & refert decisum in dicta causa
*Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.1. de prouis.
fieri solit.§.4.n.17.& 18.*
12 Et per eandem rationem eit *prag.* quæ illos
vocat, quibus ab intestato defuncti successio
debetur, sequitur etiam nullum ius matri cō-
petere, tam in accusando, quam in remittēdo
pro morte filij in casibus, in quibus ab illius
successione repellitur, nempè si se secundo
viro copulauit per *tex.in l.fœminæ,C.de secūd.
nupt.* vel quia eidem filio de tutore prouideri
non curauit, priusquam secundas nuptias de-
gustasset per *tex. in l omnem 6. C. ad Tertyll.*
Vndè fit, vt in his terminis maximoperè erra-
uerit *Tartagl.* qui in hac quæstione contrariū
audactèr affirmat, *in comment.ad d.pragm.cap.
2.n.6.* quem refert *Paschal.d.cap.1.n.58.* eius
13 namque opinio pratèr puros terminos iuris
communis, nullo modo saluari potest; Nam
argumentum eius, amplexatum à *cit. Paschal.
d.cap.1.sub n 9.* continet euidens æquiuocum;
Inquit enim, quod cum ius quærelandi, re-
mittendiq; sit sanguinis, vt iam dictum est
sup n.5. sit per consequens, non potuisse *Re-
giam pragm.* illud tollere, vel alterare, ex re-
gula *l.iura sanguinis, ff. de reg.iur l.iur antem,
ff.de pact & l.cum.ff.de interdict.& relegat. cū
14 concord.* Quia responsio ad argumentum est
facilis, quandoquidem regula prædicta ita in-
telligitur, vt non possit ius sanguinis tolli, sci-
licèt ipsa consanguinitas, & cognatio, non au-
tem effectus ipsi cognationi, & consanguinita-
ti triburi à iure ciuili (vt est ius accusandi, re-
mittendi, & similia) hæc namq; benè tolli pos-
sunt, & hoc casu non quidem ius sanguinis
sublatum dicitur, sed ipsum ius ciuile, *Sylu.
Aldobran.in glos.ad § quod autem,inst.de legit.
agnat.tutel.in vers. Adde quod non perditur,* se-
quitur *Bartholom.Soccin. in l.si cognatis n.1.ff.
de reb.dub.*

Io:Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

OFficialis substituens alium pro exercitio sui officij, tenetur de culpis, & defectibus substituti n. 1.

Officialis habens officium in capite, cum facultate substituendi, tenetur de culpis substituti n.2.


Tutor tenetur pro mala administratione contutoris, & factoris per eum electi, n.3.

Episcopus tenetur de culpis Vicarij, n. 4.

Substituens non liberatur pro culpis, & defectibus substituti, licèt eum exhibuerit, & confutatur distinctio Bar.n.5.

Officialis substituens aliquem in suo officio ex causa

sa necessaria, non tenetur pro culpis substituti, num. 6.
Officialis substituens, tunc demum tenetur prò culpis substituti, si substitutio processerit ex causa voluntaria, num. 7.
Substituens officialem non tenetur prò eius culpis, etsi is delinquat circa ea, quæ non tangunt exercitium officij, num. 8.
Officialis substituens virum probum, non tenetur prò eius culpis, num. 9. & 10.
Substitutus si confirmatur à Prorege, vel à Iudice, substituens non tenetur prò eius culpis, n. 11.
Officiales hodiè tenentur personalitèr deservire, nec possunt substituere, n. 12.



AD CAPVT III.

Additio.

1 
NTER Iurisconsultorum respōsa, illud mihi frequētissimum videtur, quod substituens aliquem ad officium, cui præest, teneatur de culpis, defectibus, & delictis substitui, *l. nullus, in fi. C. de decurion. lib.* 10. ibi. *Hi verò qui honorario titulo illustrē dignitatē cōsequuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum, Curiæ muneribus satisfacere non vetentur.* Concordat *tex. in l. 1. C. de præpos. agen. in reb. lib.* 12. ibi in fine. *Electione sua, suarumq; periculo facultatum præfatum munus, eos implere præcipimus Et in l. ad similitudinem* 21. *C. de Episcop. & Cleric.* ibi in fine. *Periculo suarum facultatum Curiæ muneribus satisfacere nō vetentur.* Tradiderunt etiam *Reg. Costan. in d. l. nullus à num.* 57. *cum multis seqq.* vbi latissimè, *Cardin. Ludouis. (deindè Diuina prouidentia Pontifex Gregorius XV.) decis.* 233 *nu.* 1. *Rot. decis.* 379. *sub n.* 1. *part.* 4. *in recens. Giurb. cons. crim.* 36. *n.* 15. 19. & 20. quem sequitur doctissimus nostrorum temporum I. C. & Consiliarius dignissimus *Paul. Staiban. Resol. foreus. part.* 1. *resol.* 34. *num.* 8.

2 Ampliatur primò hæc receptissima sententia in quocumq; officiali habente officium in capite à Regia Curia cum facultate substituēdi, quia adhùc tenetur pro defectibus, & culpis substituti, delinquentis in exercitio officij, vt fuit decisum teste *Rouit. decis.* 79.

3 Secundò ampliatur in tutore, qui indistinctè tenetur prò mala administratione contutoris, seù factoris per eum electi, *l. solet* 13. *ff. de tutel.* facit *tex. in l.* 2. §. *sed si filius, ff. ad munic.* & in terminis durioribus *tex. in l. Lutius* 47. §. *cum in testamento, ff. de administ. tutor. Canale de tutor. & curat. n.* 111. & *cit. D. Staiban. resol.* 90. *n.* 7. 8 9. 10. & 11. *lib.* 1 vbi copiosè; addo regulam *l. nam, & seruus* 12. § *fin ff. de negot. gest.* & *l. quisquis tam idoneum* 11. *ff. commod.*

4 Tertiò ampliatur in Episcopo, qui tenetur de culpis, & defectibus Vicarij delinquentis in officio, ac intuitu illius *Rot. decis.* 6. *tit. de offic. Vicar. in nouis.*

5 Et postremò ampliatur, vt substituens, non liberetur, à culpa qua tenetur, etiam si exhibuerit substitutum delinquentem, vel culpabilem; siuè essemus in officiali habente officium priuatum, ex *l. videamus* 12 *ff locat.* siuè in habente officium publicum, ex *l. ad commentariensem* 4 & ibi *glos. versic. Nec putet, C. de custod. reor.* Vndè fit vt non sit admittenda in hoc articulo distinctio *Bar. in l.* 1. § *familiæ, & § penultimè ff ad munic.* qui dicit, quod habens officium publicum liberatur, exhibendo substitutum à se in illo officio, qui delinquit, seq; culpabilem reddidit in administratione illius; Secùs autem in habente officiū priuatum, sequitur *Ludouis. d. decis.* 233. *n.* 3. & 4. hæc namq; distinctio impugnatur à *Cuman. in eod. d.* §. *quod nouissimè*, qui valdè miratur de tali differentia, inspecto quia omnis ratio exposcit, vt sæuiùs plectatur delinquens in publico officio, quam in priuato, & tantò pluris, quantò publica vtilitas, priuato præfertur commodo; vt etiam latismè tradit *Maur. alleg.* 39. qui respondet ad iura super quibus fundatur *Bar.* nempè in *d. l.* 1. §. *quod nouissimè, & in l. cum si exhibuissent, ff. de public.* vt procedant in publicano dumtaxat, & sic in casu speciali, authoritate *Rom. in d. l. cum si exhibuissent, in princip.*

6 Sed aduertendum quoque est, & eandem sic ampliatam regulam, quampluribus restringi in casibus. Primò enim limitatur in officiali substituēte ex causa necessaria, quò casu omnes concludunt, nullo modo ipsum teneri prò defectibus, & culpis substituti, si tamen in electione nulla fraus, vel negligentia substituentis intercessit, puta quia substitutus ipse idoneus, & fide dignus, electionis tempore reputabatur, *Luc. de Penn. in l. agentes in rebus.* 10. *vers. vel dic melius, C. de præpos. agen. in reb in penul. col.* & alij relati à *Dom. Rouit. dict. decis.* 79. *nu.* 2 *idem cons.* 97. *vol.* 1. & omnium latiùs *Reg. Costan. in d. l. nullus à num.* 59. *vsq.* 62. *cit.*

7 *tit. de Decur. lib.* 10. & fuit notabilitèr decisum in Regia Camera, tunc demum teneri officialem substituentem de culpis, & defectibus substituti, si substitutio illa fuit ex causa voluntaria, teste *Doctissimo Domin. Reg. Anib. Moles in sua adhuc non impressa decis.* 93. cuius verba sunt hæc. *Sed an isti officiales, qui habent facultatem substituendi, teneantur princi-*

pa:

paliter, & indistinctè de culpis, & defectibus substituti, & declaramus, quod in substituto voluntariè ab ipso, indistinctè, teneatur. Hæc ille.

8 Limitatur secundò dicta conclusio, vt nec procedat si substitutus delinqueret, circà ea, quæ officium, vel illius necessitatem, & exercitium nō respiciunt; pro talibus enim culpis, nullo modo potest teneri substituens, *ex iuribus allegatis à Spectabili Domino meo, hic n.6.* addo *text in l. qui peculij 47 ff. de pecul. Ludou. d. decis. 223. n. 6.*

9 Restringitur tertiò, in officiali substituente in offi cio personam valdè integram; quali eo casu non sit in culpa, & cesset regula, *mala, electio, &c.* Vndè meritò non potest ad quidquam teneri, si mutatis, ex post facto moribus substitutus delinquat, ad quod facit *glos. in cap. ad hæc, in vers. examinectur, de offic. Archidiac. Felin. in cap. Petrus n. 11. de homicid. Ludouis. loco cit. num. 5. cum Seraphin. ibi additio, decis. 52. num. 1.* Vndè per hanc

10 rationem, dicit *Io: Andr. in addit. ad specul.* quod Castellanus cui fuit cōmissa custodia arcis, si ex iusta causa se absentauit, & substituit ad tale munus virū aliquem probum, & fide dignum, qui tempore commissæ custodiæ diligens, & sufficiens reputabatur, ad nihilum tenetur, imò est excusatus, si castrum perdatur, quia commisit à principio viro bono, & habili, sequitur *Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. principium sub n. 8. & Gregor. Lop. quem celebrat cit. Reg. Costan. in d. l. nullus num. 63. & 64.*

11 Postremò cessat memorata regula, si officialis substituit aliquem, qui posteà confirmatur à Prorege, & ab eius manibus suscipit officium, per viam prouisionis; quia hoc casu nominans, siuè substituens non tenetur pro culpis, & defectibus illius substituti, tamquā à superiore approbati, *cit. Domin. Moles d. decis. 93.* vbi poni. hęc verba. *Sed solent etiam hic officiales non substituere, sed cum licentia Proregis deputare alium, qui à Prorege, per viā Regi ntiæ suscipit commissionem, & officium admi istrat. Et decreuimus eos nullatenus teneri, nec principalitèr, nec in subsidium. l. 1. & toto tit. C. de offic. eius qui vic. alter. Iudic. &c.* confert *Reg. Rouit.* qui idem concludit de substituto confirmato decreto Iudicis *d. cons. 87. nu. 3 lib. 1.* cum alijs allegatis per *cit. Dom. Scaib. d. resolut. 34. n. 9. lib. 1.*

12 Hodiè autem virture ordinum emanatorum tempore Inuictissimi Regis Philippi Secundi, nullus officialis sine assensu Proregis potest p. r substitutum suo muneri deseruire, sed tenetur personalitèr illud exercere, nisi in priuilegio substituendi facultatem habeat, *vt in toto tit. & prag. de Administ. & quod ipsi met serui. Et in cap. Caroli Primi, incipit Item quod prædicti officiales 34. in ordine, diffusè Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 10. de diuers. prouis. & licent cap. incipit. solent etiam Proreges fol. 329 & B lot. consul. 1. n. 13.*

legendus est ad materiam præsentis *cap. R. P. D. Cesar Afflict.* post hęc scripta visus, *Controu. iur. cap. 45. per totum. & Carlenal. in Apolog. contrà Rouit. in respons. ad decis. 79.* post *tract. de Iudic. tom. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Adiectus solutioni duplicitèr considerari potest, vno modo simplicitèr, *vt n. 1.* alio modo quodāmodò principalitèr, *num. 2.* vbi ponuntur exempla.

Adiectus solutioni simplicitèr, non potest debitorem conuenire eumq; Iudicialitèr cogere ad solutionem, *n. 3.* neq; potest instrumentum liquidare, *num. 4.*

Adiectus solutioni non potest solutionis terminum dilatare, vel debitum remittere, in præiudicium principalis stipulatoris, *num. 5.*


Adiectus solutioni nō potest aliud, nisi quod oblatam à debitore solutionem recipere, *num. 6.*

Debitor soluens adiecto solutioni liberatur, perindè si soluisset principali Creditori, *n. 7.*

Debitor soluens adiecto solutioni, non rectè soluit, si is statum suum in deterius mutauit, *n. 8.*

Adiectus solutioni quodammodò principali nomine, & in rem propriam, potest debitorem conuenire ad solutionem, & contrà eum liquidare instrumentum, ad formam rit. *M. C. n. 9.*

Hæres adiecti solutioni principalitèr, priuato nomine, & in rem propriam, potest liquidare instrumentum contrà debitorem, sicut poterat ipse adiectus, *num. 10.*



AD CAPVT IV.

Additio.



ISTAM materiam de adiecto solutioni, pręter inferiùs allegandos, diffuse ptractat *Sigim. Scact. tract. de commer. & camb. §. 2. glos. 7. per totum*, Sed nihilominùs notādū

1 est antè omnia, duplicitèr, quem dici poss. esse adiectum solutioni, scilicet vno modo simplicitèr (quod fit quandò ego stipulor mihi, vel Titio) alternatiuè, solui centum, & allegatis per *Sud. decis.*

229.

129.n.29. Alio modo dicitur quis adiectus,
2 sed non simpliciter accessoriè, vt in præcedenti casu, sed quodammodò principalitèr,
vt puta quando stipulatur mulier dotem sibi
vel eius viro solui, item quando adiectus est
Creditor adijcientis, ità quod intersit ei quod
solutum, apud adiectum remaneat, vel quãdo
cõcipitur stipulatio in personam alterius, non
alternatiuè vt sup. sed copulatiuè, vel demum,
quando quis prò tali effectu constituitur procurator in rem propriam, suaq; priuato nomine interest, vt per *Bar. in l. 2. n. 2. & 3. ff. de duob. reis*, Ruin. *cons. 209. n. 9. lib. 1. Paris. cons. 107. num. 32. vol. 3.* & alios quorum memores sunt *Fontanell. Cenci. Barzi & Carthar. locis mox allegandis.*

3 Hoc iacto fundamento concludo, quod adiectus solutioni accessoriè, non potest neq; valet debitorem conuenire, & iudicialiter cogere ad solutionem promissam, *l. quod stipulatus, ff. de solut. l. soluendo, ff. de negot. gest. l. cum qui ita. §. qui sibi; & l. fin. ff. de verb. obligat. l. sed & si filio familias 7. §. si mihi, ff. de constit. pecun. cum concord. glos. in §. planè, verbo, Scio, instit. de inut. stipul. Flamin. Carthar. decis. Rot. Gen. 126. num. 1. Bellon. decis. eiusdem Rot. Gen. 54. n. 4. Cæsar. Barzi. decis. Bonon. 26. nu. 1. Cenc. de censib. quæst. 67. n. 39. Fontanell. de pactis nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 10. part. 2. n. 35 fol. 250. Scacc. loco cit. nu. 39. Cancer. variar. resol. part. 2. cap. 6. tit. de solut. & liberat. num. 131.* & *Dom. Capyc. Latr. decis. 8. nu. 5. & 6. lib. 1.* post
4 *Vrsill. ad Afflict. decis. 64. n. 7.* vbi dicit eum nõ posse instrumentum præsentare, & liquidare contrà debitorem, sequitur *Calter. in prax. instrum. par. 1. 2. par. rub. & Cuius nomine agat, n. 20. fol. mihi 176.* sicut nec minùs potest
5 solutionem dilatare, vel debitum remittere in præiudicium principalis, cui spectat vtilitas negotii, vt in *d. l. quod stipulatus,* ibi. *Nec petere, nec nouare,* tradit *Ann. allegat. 89. n. 8.* Quia
6 huic adiecto accessoriè, nil aliud iura concedunt, nisi quod oblatam à debitore solutionẽ recipere, vt in allegatis *iurib.* & *DD. ferè omnes locis cit.* addo *Io. Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib. 1. cap. 171. n. 17.* & *Consil. Theodor.* qui appellat talem adiectum procuratorem ad hunc actũ,
7 *allegat. 76. n. 10.* concordat *Surd.* dicens *in d. decis. 229. n. 8.* debitorem soluentem adiecto solutioni liberari ab obligatione, & debito, latè etiam *Stracc.* quem allegat *Scacc. vbi sup. n. 36.* quia habetur perindè si soluisset principali creditori *Matth. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 2. n. 77.*

8 Sed & hoc limitandum, vt non procedat si adiectus solutioni statum suum in deteriùs mutauit, quia hoc casu ei nec rectè solui potest, & talis solutio non induceret debitoris liberationem, si sciebat, vel verosimilitèr scire poterat decoctionẽ eius, vel status mutationem, vt apertissimè habetur *in l. cum quis 38. ff. eit. tit. de solut.* ibi, *Cum quis sibi, aut Titio dari stipulatus sit, magis esse ait, vt ità demum ritè Titio solui dicendum sit, si in eodem statu maneat; quo fuit cum stipulatio interponeretur. Cæterum siuè iam in adoptionem, siuè in exilium ierit, vel aqua, & igni ei interdictum est, vel seruus pena factus sit, non rectè ei solui dicendum est. Tacitè enim hæc conuentio inesse stipulationi videtur, si in eadem causa maneat.* Optimè *Stracc. tract. de mercatur. cap. de adiect. part. 3. n. 110. cum seqq.* & *Nigr. de laudem. tom. 2. quæst. 22. n. 3. & 23.*

9 Quandò autem sumus in adiecto solutioni non accessoriè, sed quodammodò principalitèr, & eo modo quo considerauimus *sup. n. 2.* puta etiã, quia ei fuit facta promissio proprio, priuato, & principali nomine, omnes hoc casu concludunt, posse eum, debitorem conuenire ad solutionem promissam, ac instrumentum liquidare, vt nos dicimus, ad formam *Rit. M. C. V.* vt deducitur *ex l. 2. ff. de duob. reis. Cancer. loco sup. cit. Cenc. d. quæst. 67. sub n. 40. vers. Nisi fuerit,* authoritate *Ruin. cons. 209. n. 9. lib. 1.* & *Paris. d. consil. 107. n. 32. lib. 3.* quẽ sequitur etiã *Carthar. d. decis. 126. n. 5. & 6. & Reg. Rouit. cons. 71. n. 15. vol. 2.* post *Barz. d. decis. Bonon. 26.* vbi assignat rationẽ, quia huic adiecto ità datur actio, sicut principali creditori, ex traditis per *Bursat. cons. 242. n. 8.* quem sequitur *Fontanell. vbi sup. per discursum.*

10 Et in tantum hoc est verum, vt eadem liquidandi facultas contrà debitorem, competens adiecto solutioni eo modo, quo suprà considerauimus; competat etiam eius hæredibus qui possunt paritèr liquidare, & procedere ad interrogationem, *vt fuit decisum in actis aulis in anno 1626. in causa Ill. Marchionis Laurinæ, cũ Dom. Io: Baptista Capycio Galeota Reg. Generali Thesaurario, de qua decisione memor est præter Thor. in compen. tom. 2. verbo Hæres adiecti fol. 259. col. 2. in princip. D. Reg. Sanfelic. decis. 213. n. 13.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVdex potest in conscientia iudicare in causa in qua fuit aduocatus n. 1.

Iudex in foro fori est suspectus in causa in qua fuit Aduocatus n. 2. Amplia vt sit suspectus etiam in causa connexa, & dependente ab illa n. 3. & de ratione n. 4. 5. & 6.

Iudex potest interuenire in causa simili illi in qua fuit Aduocatus n. 7.

Iudex etiam partibus consentientibus non potest interuenire in illa causa in qua fuit Aduocatus, ex dispositione Reg. Pragm. n. 8.


Cliens secundum terminos Reg. Pragm. potest recusare

sare suum Aduocatum effectum Iudicem in illa causa n.9.

Cliens secundum terminos iuris communis non potest recusare suum Aduocatum effectum Iudicē n.10. Limita si Aduocatus propalauit votum suū contra clientem n.11.

Aduocatus effectus Iudex, nō potest interuenire in ea causa, vel in alia dependente ab illa, pro qua tempore aduocationis ad collegium fuit vocatus, n.12. vbi refertur decis. S.R.C.

Iudex dimisso officio, an possit esse Aduocatus causæ; latè n.13



AD CAPVT V.

Additio.

1 LICET in Conscientia possit Aduocatus esse Iudex in eadem causa, prò qua suum præstitit patrociniū, quia cum iura hoc prohibentia fundentur in præsumptione affectionis, benè potest ille in interno omnibus se exuere affectionibus, & passionibus, ita *Cordub. in Summ. part. 3. tit. 5. quæst. 269. Resolut. 56.* sequitur *Dian. in Summ. verb.*
2 *Aduocatus n. 6. fol. 35.* In externo tamen, & sic in foro fori, haud dubitari potest, quin id sit ei prohibitum, inspecto quod contrà ipsum vrget dicta præsumptio affectionis, ob quam redditur suspectus, regula est trita, *tex. in cap. postremò de appellat. l. Prætor. ff. de Iurisd. omn. Iudic. & l fin. C. de assessor. cum concord.* traditis per *Bar. in d. l. Prætor Ias. in l. solet nu. 1. ff. eit. tit. de Iurisdict. omni Iudic.* & *Rober. Maran. in spec. part. 6. act. 2. rub. & quandoq; appellatur. n. 42.*

3 Et hoc in tantum est verum; vt non solum prohibeatur Aduocatus iudicare in causa principali, prò qua patrociņatus olim fuit, verum etiam in aliquo emergenti, vel dependente ab illa, quia non est opus, quod causa sit eadem identificè, sed sufficit, quod sit cōnexa cum ea *Berdacchin. in suo repertorio, verbo, Aduocatus sub n. 50. vers. Aduocatus non potest esse Iudex,* & post eum *Capyc. decis. 146. n. 2. Stefan. Gratian discept forens. tom. 1. cap. 4. n. 5. D. Reg. Sansel. decis. 78. n. 8.* & nouissimè ita refert decisum *Dom. Reg. Merlin. contr. forens.*
4 *ecntur. 2. cap. 37.* quia eadē ratio, quæ in principali considetatur, militat etiam in accessorio, absq; vllo discrimine, *Ann. in repet. Cōst. Constitutionem Diua Memoria nu. 286. versic.*
5 *nam idem.* Item quia connexorum eadem est disciplina, idemq; Iudicium, *cap. cum singula, de preben. in 6. Hippol. de Marsil. singul. 251.*
6 *Incipit, connexorum,* & postremò quia causa eadem dicitur, quæ dependet ab eodem fonte, iuxtà sensum *Vulpian.* dicentis, quod petens aliquid connexum primę petitioni, nil noui petere videtur, *in l. si quis cum totum, 7. §. si ancillam, ff. de except. rei iudic. & Fōtanell.*
7 *decis. 126. nu. 15.* Et ad hoc non obstat *decis. 87. Dom de Franch.* dicentis, posse Iudicem iudicare in causa simili illi, in qua fuit aduocatus, prout etiam refert decisum iunctis Consiliarijs quatuor aulatum *Scip. Teodor. allegat. 87.* quia hoc licèt verissimum sit, nihil tamen commune habet cum præcedenti articulo, vbi agitur quandò vna causa dependet ab altera, & est illi connexa, quod non consideratur in casu *decis. Præs. de Franch. & Consil. Teodor.* Ergò, &c.

8 Rursus ampliatur dicta Conclusio; vt nec vtraq; parte consensiente possit quis esse Iudex in causa, in qua fuit Aduocatus, vt est expressè dispositum in *Prag. 15. §. 18. tit. de su. spit. official.* vbi habentur hæc verba, *Il Giudice, che è stato Auocato di vna delle parti, volemo, che non possa giudicare nell'istessa causa, ancorche consentissero ambe le parti.* Vndè est,
9 vt inspectis his terminis, hacq; particulari Regni huius Sanctione, possit Iudex, qui fuit aduocatus in causa, recusari tanquam suspectus etiam à suo cliente, correcta in hoc *decis.* relata à *Carol. Tapp. 40.* quæ nullo pacto potest sustineri, stante dicta *Reg. Prag-*
10 *mat.* nisi dicamus illam procedere secundū terminos iuris communis, secundum quod, cōtrarium est verius *ex gloss. in cap. dilecto, verbo, recusastis, tit. de test.* vbi prohibetur clienti recusare Aduocatum suum effectum Iudicem in illa causa, prout etiam tenet *Felin. in cap. irrefragabili n. 4. tit. de offic. ordin.* & *d. gloss.* appellat notabilem *Ias. in d. l solet. sub n. 2. vers. secundo limita, de Iurisd. omni Iudic.* quidquid dixerit in contrarium *Anton. de Butr. in cap. insinuante tit. de offic. delegat.* & *Mastrill. decis. 151.* horum namq; opinio rectissimè ita in-
11 terpretari potest, vt procedat in eo dumtaxat casu, quo Aduocatus votum contra cliētem suum propalauit, vndè mirum non est, si tunc potest ab illo recusari, prout allegando *Mastrill. loco cit.* tenet *Giurb. decis 89. nu. 7.* & latiùs insequitur D. Reg. *Carol. Tapp. d. decis. S. C. 40.* per discursum. In Regno tamen vigore dictæ Pragmaticæ non attenditur ad effectum prędictū an aduocatus votum nec nē
12 propalauerit, sed semper est suspectus; Imò in durioribus terminis in currēti anno 1663. de mense Iunij ad instantiam Ill. Dom. Io: Francisci Grimaldi Principis Hieracis, fuit allegatus suspectus Dom. Consiliarius Ortētius Pepi, ex eo quia, cum fuisset causarum patronus, vocatus interuenit in collegio facto, instan-

Instante d. Ill. Principe, in sua causa prætensi fideicommissi ordinati à quond. Ioannettino Piceamilio Nobili Ianuense, ad quod ipsum fuisse inuitatum contendit; Et in effectu referente Integerrimo Reg. Dom. Consiliario Paulo Iannettasio, fuit dictum, quod *non interneniat*, in aula Dom. Consiliarij Io: Baptistę Iouini, Sacri Reg. Neapolitani Consilij Decani, in quo verè omne virtutum genus triumphat, Itaq; pro vero habuere Oculatissimi illi Senatores vocatum in aliquo collegio, tempore quo Aduocationis muneri incumbebat, eo effecto Iudice, vti suspectum recusari posse à cliente, quamuis causa, de qua tunc agebatur, non fuisset eadem super qua collegiatum fuit, sed solum pedissequa ad illam, & post annos 8. à die dicti collegij facti, nullaq; voti propalatio fuisset probata.

13 His positis de Aduocato effecto Iudice, deuenio nunc ad casum contrarium, dubitando: an Iudex dimisso officio possit esse Aduocatus causæ, in qua iudicauit. *Spectabilis Dom. meus* concludit affirmatiuè, addo solemnem *apostillam ad Bar. in d. l. Prætor. cit. tit. de Iuris. omn. Iudic.* notabiliter *Anton. Fab. in suo C. lib. 2. tit. 5. de postul. dec. 1. Baldass. de Angel. in l. nemo sub n. 4. C. de assessor. fol.* 210. & de hac sententia secundum rigorem dubitari penitus potest, inspecto quod nullum infertur alteri parti præiudicium, si is qui olim fuit Iudex in causa mea, modo sit Aduocatus meus; Verum secundum conuenientiam, & honestatem à prudenti viro non esset amplectenda, vt dicit Cappell. *Tholos. decis.* 278. vbi ponit hęc verba. *Item an ille, qui fuit, Iudex in causa principali possit esse procurator, vel Aduocatus in causa appellationis? Conclusum fuit, quod sic, quamuis melius faciat si abstineat.* Latius, & notabilius *Paul. de Castr. in l. quisquis vult, C. de postul.* vbi ponit hæc notabilia verba. *Secundò potest intelligi è conuerso, quod ille, qui fuit Iudex in causa, non possit finito officio esse aduocatus in eadem, Cyn. non tenet hoc, quia nō est eadem causa suspicionis, Iudex enim non præsumitur habere affectionem plus ad vnam partem, quam ad alteram. Mihi videtur, & ita vidi fieri, & est honestum, quod si dedit sententiam prò vna parte, non possit finito officio suo in causa appellationis sumere officium aduocationis prò illa parte, vel saltim non debet, quia tunc resultat suspicio, quod faueret illi parti, vel quod intellexerit se cū illa, sed si non dederat sententiam, securè potest acceptare officium.* Hęc *Paul. de* Castr. Videndus ad totam præsentem materiam, de Aduocato effecto Iudice, quæ latissimè tradit, locupletissimus *Dom. Pratus*, post hęc scripta visus, *disceptationum forens. tom. 3. cap. 47. per tot.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Bona Ecclesiæ non possunt alienari, neq; in emphyteusim concedi, vel infeudari inconsulto Pontifice n. 1.

Paulina constitutio, disponens circà prohibitionem alienationis bonorum Ecclesiæ; præsumitur moribus recepta ab omnibus n. 2. Contrarium n. 3. Prima opinio est verior n. 4.

Census impositio facta super re Ecclesiæ sine solemnitatibus non tenet n. 5.

Census impositio est species alienationis n. 6.

Prælatus, vel Rector alienans bona Ecclesiæ, etiam si iurauerit non contrauenire, potest illa vindicare n. 7.

Clericus quilibet, etiam alijs discrepantibus, potest vindicare bona Ecclesiæ malè alienata n. 8.

Emens bona Ecclesiæ minùs solemniter, si ab eo vindicentur, habet actionem ex contractu contrà venditorem ad restitutionem pretij n. 9.

Bona Ecclesiæ in vndecim casibus possunt liberè sine solemnitatibus alienari n. 10.

Fratres mēdicantes, præcipuè Patres Prædicatores, ac etiam Theatini, possunt liberè eorum bona alienare n. 11.

Bona Ecclesiæ sterilia, ac inutilia possunt liberè sinè solemnitatibus alienari n. 12.

Bona Ecclesiæ sterilia, possunt liberè in emphyteusim concedi sinè solemnitatibus n. 13.

Alienatio bonorum Ecclesiæ, si fuerit illi vtilis valet sinè solemnitatibus n. 14.

Bona Ecclesiæ concurrente eius vtilitate, possunt sinè solemnitatibus permutari, siuè cum bonis alicuius priuati, siuè cum bonis alterius Ecclesiæ, concurrente tamen æqualitate valoris n. 15.

Solemnitas non attenditur, vbi actus vtiliter geritur ad fauorem eius, prò quo fuit statuta solemnitas n. 16.

Alienationem de re Ecclesiæ, fuisse eidem vtilem non probatur per Assertionem Prælati alienantis n. 17. Neq; statur assertioni Notarij n. 18.

Vtilitas vt faciat valere alienationem rei Ecclesiæ sinè solemnitatibus, quomodò probetur. n. 19.

Bona Ecclesiæ possunt validè sinè solemnitatibus, alienari propter præcisam necessitatem famis, vel belli. Item prò redemptione Captiuorum, num. 20.

Necessitatis causa, vt faciat valere alienationem rei Ecclesiæ sinè solemnitatibus; debet probari n. 21.

Bona relicta Ecclesiæ cum libera facultate alienādi possunt ab ea alienari inconsulto Pontifice, n. 22.

Ecclesia grauata de alienando, potest alienare incōsulto Pontifice n. 23.

Bona Ecclesiæ non possunt locari vltra triennium. num. 24.

Locatio de re Ecclesiæ, facta ad vitam alicuius non tenet sine solemnitatibus contentis in Paulina, n. 25.

Solemnitates necessariæ ad validitatem alienationis rei Ecclesiæ, requiruntur etiam in locatione

18 Iterum, potest Abbas exemptus authoritatem, & consensum impartiri, in erectione, & fundatione iurispatronatus, quia cum habeat facultatem concedendi licentiam supèr edificatione nouarum Ecclesiarum, habet in consequentiam dictam consensiendi potestatem in erectione iurispatronatus, *Rot. in vna Imolens. iurispatron.* 18. *Nouembris* 1578. *coram Cantuccio*, quæ est in 2. *par. diuers. decis.* 85. cum alia decis. relata per *cit. Barbos. de po-*
19 *test. Episc. par.* 3. *alleg* 7 *n.* 31. Idemq; *Barbos. eod tom.* 3. *allegat* 99. *n* 6. dicit fortiùs, sed notabiliter, posse Abbates concedere licentiam nouitijs morantibus in Monasterijs existentibus intrà fines suæ Diæcesis, disponendi de eorum bonis temporalibus, pèr bimestre antè professionem, iuxtà formam traditam à *S. Concil. Tridens. sess* 25. *cap.* 16. *tit. de regul. & monial.* Quod licèt dicat ibi, *Nisi cum licentia Episcopi, siuè eius Vicarij*, non tamen excludit tales Prælatos exemptos, quorum par ratio est cum Episcopis, vt in terminis huius conclusionis, prætèr *Barbos.* tenent *R. P. Bartholom. à San: Faust. in Tesaur. Religios. lib.* 5. *quæst.* 196. *Fr. Barthol. de Verbis in prax. obseruant. in admitten. ad Religion. stat. Nouit. disp.* 8 *dub.* 9. *n.* 2. *& Sanch in præcept. decalog tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *n* 68.

20 Dimissoriales quoq; literas subditis suis, ad effectum, vt ab alio Episcopo ordinentur cõcedere potest, quando tamen talis Abbas proprium, & distinctum habet territorium, non existens intrà fines Diæcesis alterius ordinarij, vt per *Io. Baptistam Ciarlin. controu. forens. controu.* 220. *n.* 100. & euidentissimè à contrario desumitur ex dispositione *S. Concil. Trident. session.* 23. *cap* 10. vbi talis facultas denegatur illis dumtaxàt Abbatibus, qui intrà fines alterius Diæcesis existunt, licèt alitèr ex priuilegio essent exempti; Et quamuis eos etiã posse tales dimissoriales literas concedere, contendat latissimè *Gratian discept. forens. to.* 2. *cap.* 12 *pertotum*, authoritate *Flor. de Men. var. resol. lib.* 3. *quæst.* 24. addo *Saijr. decis.* 25. *tit de temp. ordin* quem sequitur *Ricc. coll. Il. par.* 4 *collect* 955. *in princ* horum tamen sententia citrà primum casum, nullo modo tenenda est, inspecto quod decretum *S. Conc. loco cit.* expressissimè dictam facultatem talibus Abbatibus adimit, non obstantibus quibuscumq; priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Et ex hoc quod possit Abbas exemptus concedere dimissorias, quando tamen proprium, & distinctum habet territorium, non positum, neque situm intrà fines alterius Diœ-
21 cesis; infertur accomodatissimè posse quoq; cum minores ordines conferre, nè dum subditis suis regularibus, sed etiam sæcularibus, vt etiam à contrario patet ex dicto *Decreto S. Concil.* cuius authoritate, ità dicit nouissimè *Dom. Canon. de Magistr.* doctissimus Canonista nupèr defunctus, *in Silu. Ecclef. tom* 2. *lib.* 1. *tit.* 3 *de his qui sunt in minor. ordin. const. cap.* 1. *sub n.* 7. post *Ciarlin. d. cap* 220. *n.* 55. *&*
22 *n.* 100. *vers. Et fare*; Est ratio quia quando Abbas habet proprium, & distinctum territorium, non situm in Diæcesi alterius, habet per consequens iura Episcopalia, quæ faciunt vt talis Abbas eo casu, non dicatur de inferioribus Episcopo, nec comprehẽdatur in dispositionibus loquentibus, de Prælatis Episcopo inferioribus, notabilitèr *Anton. Fab. decis.* 3. *tit de Episc. & Cler.* quem refert *Ricc. d. collect.* 955. *in vers Item habens*, & alij multi penès sæpè *cit. Ciarlin. d. cap.* 220. *n.* 67.

23 Et per hanc eandem rationem dicimus, *S. Concil. Trid sess.* 21. *cap.* 5. tribuens Episcopis facultatem faciendi vniones beneficiorum, etiam curatorum, & aliarum Ecclesiarum, proptèr illarum paupertatem, habere etiam locum in Abbatibus habentibus proprium, & distinctum territorium, vt scilicèt etiam ipsi facere possint tales vniones Ecclesiarum, & beneficiorum sibi subiectorum, *Azor. inst. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 10. *Garc. de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 71. *cum seq. Ricc. decis.* 198. *n* 4. *par* 4 *Monac. Sbroz. de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 115 *n.* 12. cum alijs penè innumeris cumulatis per *Barbos. de potest. Episc. to.* 3. *alleg.* 66. *n.* 14. Neq; obstat tex. *in cap. sicut vnire* 8. *de excess. Prælat.* vbi expressè adimitur Abbatibus talis vniendi facultas, quia tex. ille loquitur de illis Abbatibus, qui existunt intra fines alterius Diæcesis, hoc namq, casu non dubitatur, quin id eis sit prohibitum, etiam si habeant Ecclesias omninò sibi subiectas *glos. in Clem.* 1 §. *ad hæc in vers. ordinarias*, *ac stat. Monac. Peni. decis Rot.* 28. *n.* 6. *& decis* 341. *n.* 4. Benè verum, vt notat *glos. loc. cit.* etiã Abbates existentes intrà fines alterius Diæcesis, & Episcopo inferiores, possunt habere hanc facultatem vniendi Ecclesias eis subiectas per præscriptionẽ, cũ titulo, vel sine titulo, si præscriptio est talis, cuius initij memoria non adest, ex eo quia actus iste iurisdictionis est, non ordinis *Rot. decis.* 1. *vers. Præterea, tit. de offic. legat. in nou.*

24 Item possunt Abbates exempti (de quibus est noster sermo) consecrare Virgines ingredientes Monasterium *Tambur. de iur. Abbat. disput.* 22. *quæst* 6. *n.* 2. & *Caren. d. resolut.* 231. *n.* 5. *&* 6. idemq; *Caren. in tract. de inquis.* dicit
25 posse quoq; eos procedere in causis occurrentibus in sua Diæcesi circà hæreticam prauitatem, *tit.* 6. *de Vicar. Gener. Episc.* §. 4. vbi de Abbate concludit eodem modo, quo in præcedenti §. dixerat de Capitulo Sede vacante, & *decis. Sayr. de hæret.* non loquitur de Abbatibus omninò ordinarijs, & exemptis. propter territorium distinctum, & separatum ab alio Episcopo, cui eo casu in omnibus assimilatur.

26 Sed an eius familiares gaudeant priuilegio

fori

fori, & exemptionis à Iurisdictione laicorũ, non minùs ac familiares Episcoporum, *cit. Ciarlin.contr.27.à n.26.cum multis seqq.lib.1.*
27 An possint visitare Monasteria suorum reli-
giosorum, & alias Ecclesias sitas in sua Diæ-
cesi, videndus *Fuse.de visit.lib.1.cap.2.n.14.&*
Barbos. de potest Episc. par.3. alleg. 73.n.23.
28 Item, an possint benedicere campanas non
inseruientes pro vsu Ecclesiarum suæ religio-
29 nis, affirmatiuè *Ricc. d. collect.* 955. Calices
autem, pixides, & patenas certum est, quod
benedicere non potest, *Gemin.in cap. Abbates
de priuileg. in 6. Siluest. in summ. verb. Calix
n.2.Fagũd.cap.*21.*n.*14.& alij relati per *Bar-
bos.de potest.Episc. tom.2. alleg.27. sub n.36.*
vbi dicit, quod hoc fuit concessum ex priui-
legio Abbatibus Cistercienfibus, & alijs qua-
tuor eius Coabbatibus tantùm, ab *Innocent.
VIII. in anno* 1489.*ex Ludou. Miran. in ma-
nual.prælat.tom.2.quæst.*41.*art.*4. *Azor.instit.
moral.par.1.lib.*10.*cap.*28.*quæst* 2.*Suar.tom.*4.
*de resig tract.*8 *lib.*2.*cap.vlt.à n.*2.& *Lraz. in
summ.cap* 18.*n* 98.

30 Secundo cessat authoritas Abbatis exempti in impartiendis, concedendisq; indulgentijs. *Summ.Pisanell.in verbo Indulgentia col. 2.vers Similiter nec etiam*, & de ratione *Dian. in Summ. verbo Indulgentia, vers. Concilium generale*, post *Io Baton.lib.4.distinct.24. quæst. 2.art.2.vers.Sed numquid Abbas fol.* 150. *at. col.*2. vbi subdit; *Nisi haberet hanc facultatem ex speciali concessione, vel alia legitima causa, puta ex præscripta Consuetudine*: prout etiam sentit *Sanch lib* 4 *cap.*38.*n.*21.*moral.*

31 Postremò cæteris omissis, cessat Abbatis
exempti potestas circà facultatem declaran-
di, quem incurrisse in censuras *Gregorian.con-
stitutionis*, contrà violatores immunitatis Ec-
clesiasticæ, vt tenẽt relati per *Ciarlin* quos ip-
se sequitur, *contr.on.forens.lib* 1.*cap.*10.*n.*34.&
scio ità nouissimè fuisse decisum per *Sac.Cõ-
gregationem* contrà Reuerendissimum Abbatẽ
Montis Virginis, per hæc verba, *Declaratoria
incursus censurarum contrà violatores immu-
nitatis Ecclesiasticæ non competit Prælatis Epi-
scopo inferioribus, etiamsi alias ordinarij sint, &
nullius Diæcesis, sed ad Episcopum viciniorem
spectat S.Congr.Episc. & Regul. in Caue.* 11.
Martij 1633.& *in Abell.*18.*Iunij* 1658. De
32 qua determinatione certiorauit me R.D.D.
Franciscus Curtius eo tempore Vicarius in
dicta Ciuitate Abellin. nunc in Cattedali
huius Neapolitanæ Ciuitatis Canonicus di-
gnissimus.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Soror non admittitur ad quærelandum de morte fratris occisi existente patre n. 1.

*Soror potest criminalitèr agere contrà fratris occisores, non obstante quod superstis frater remisisset vltionem, n.*2.*limita n.*3.& 11.

*Accusandi ius illis competit, quibus successio debetur ab intestato, n.*4.

Accusandi, & remittendi ius est sanguinis, n. 5. *intellige vt n.* 10.

*Filius potest accusare patris interfectores, licèt heres eius non sit, n.*6. & 7.

*Filius accipiendo aliquid ab interfectoribus patris pro facienda illis remissione, non videtur paternam adiuisse hæreditatem, n.*8.

Pecunia, quæ datur hæredi ab interfectoribus defuncti pro remissione facienda, non est obnoxia Creditoribus ipsius defuncti, nec est ponenda in inuentario bonorum illius, n. 9.

Mater, quæ transiuit ad secunda vota, vel simplicitèr, vel etiam non petito tutore filio, non potest eiusdem filij mortem vindicare, contrà Tartagl. n. 12.

Iura sanguinis à statuto tolli non possunt, n. 13. *Sed quomodò sit intelligenda hæc regula, vide n.* 14.



AD CAPVT II.

Additio



1 Atre existente in medio non admittitur soror ad querelandum de morte fratris occisi; Hinc non obstãte variatione facta à sorore vidua, fuit causa remissa ad Batonẽ, ex eo quia aderat pater, qui ei præferebatur, vt latè per *D. Reg. Sanfel.dec.*378.

2 Fratre autem existente, certissimum est, posse sororẽ accusare de morte alterius fratris occisi, non obstante remissione, & pace facta ab alio superstite fratre, notabilitèr *Afflict. in Constit. Iustitiarij non per Calendas, col fin.in vers.Et per istam glos.* quẽ sequitur *Petr. Foller.in sua prax.crim. verb. audiantur excusatores n.*22.& *Paschal.de patr.potest.par.*2.*cap.*1.*n* 57.

3 Sed hæc conclusio venit limitanda in Ciuitate, aut etiam extrà, si soror fuit dotata, & renunciauit in ampla forma, nam quia in vtroque casu excluditur, sequitur per consequens non esse de cætero admittendam, ad criminalitèr agendum, contrà fratris occisores, stante remissione eis facta ab alio viuẽte fratre, latissimè *P. Molfes. ad Consuet. tom.* 1.*tit.de renunc.quæst.*18 latiùs, idem *Molfes. cons.*10.& exquisitè *Dom.Reg.Carol.Tapp.decis S.C.* 28.*per totam*, cuius etiam memor est

Reg.

Reg.Rouit.in prag.7.sub n.6.tit.de composit. & confert *Iul.Clar.in § fin.q 58.sub n.35. vers.*
4 *Benè verum est.* Constat enim ius accusandi eis competere, quibus successio debetur ab intestato, *Alex & Imol.in l.ex facto,§.siquis rogatus, ff.ad Trebell.* & habetur in *prag.8.sub tit.de composit.*

5 Et licèt communis regula sit, accusandi, & remittendi ius esse simpliciter sanguinis, non hæreditarium, *l.quæsitum 10.ff.de sepul. violat Bart.in l.damni infecti,§.Sabini senten.n.2. in fin vers Item pro hoc,ff.de damn.infect.& in l.si filius,ff.de vulg.& pupill.* cuius sententiam dicit esse communem *Rip.in l.2.§.Cato num.101.ff.de verb.obligat. Dec.in cap. in præsentia n.57.vers.Contrarium tamen de probat.* peroptimè *Parlad.quotid.differ.different. 51.§.2.n.5. Consil.Theod.alleg.9.per discursum,* & latis-
6 simè *Paschal.d.cap 1.par.2.* Adeo quod etiam instituto hærede extraneo, potest filius accusare interfactores patris, eisdemq; remissionē facere, vt ex communi DD. sententia docet *Plaz.in Epit.delict.cap.45.n.2 Iul.Clar. in d.§ fin quæst.58.n.32. Reg.Ronit. d.pragm.7. de composit.& Paschal.loc.cit.n.3.* Sicut quoq; po-
7 test repudiata patris hæreditate, ius illud remittendi, & accusandi exercere, tanquam ab hæreditate alienum, *Dec.loc.cit. Federic.de Sen. quæst. 174. Ego putarem, Franch. decis. 611.& Farinac.in prax. crim. quæst 14. n. 19.*
8 Imò recipiendo aliquid (vt moris est) pro remissione facienda, non videtur ob id hæreditatem paternam adiuisse *Padill.in l.transigere n 63 C.de transact.Iul.Clar.d.quæst.58. versic. Sed incidentèr quæro, Vrsill.ad Afflict dec.372*
9 *n.8.* & confert *Ruin.* qui dicit, quod id quod recipitur pro remissione facienda pro delicto commisso in personam ipsius defuncti, nō debet poni in inuentario bonorum illius, ad effectum vt sit creditoribus obnoxiū, *cit. Ruin. in l.4.§.Cato.ff de verb.oblig.* quem sequitur *Consiliar.Theodor. d.alleg.9.n.9.* & fuit decisum in causa Ducis Sanctæ Agatæ, cum Marchionissa Burgentiæ, *Ronit. in pragm. 7. de compos in fine.*

10 Aduertendum tamen est, quod etsi memorata regula stricto iure verissima sit, hodiè tamen non transit sine maxima difficultate, inspecta dispositione *d prag.7. de cōpos.* ex qua patet euidentèr, remittendi, accusandiq; ius, non simplicitèr sanguinis, sed quodammodò hæreditarium quoq; esse, hoc ità intelligendo, vt is qui accusare intendit, debeat esse hæres in potentia, scilicèt quod sit talis, quòd ab intestato successisset in hæreditate defuncti, quamuis hæres non sit in actu, vt subtilitèr de more *cit. Dom. Ronit. in comment.ad dictā*
11 *prag.n.64.&* 80. Vnde (vt ad rem nostram redeamus) quia soror dotata, & maritata, stante eius renunciatione, nec actualitèr, nec potentialitèr est fratris ab intestato defuncti hæres, ob existētiam alterius fratris; sequitur percessè esse omninò repellendam, si vellet occisi fratris mortem vindicare, vt ponderat ibidem *Ronit.* & refert decisum in dicta causa *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.1. de prouis. fieri solit.§.4.n.17.& 18.*
12 Et per eandem rationem *cit. prag.* quæ illos vocat, quibus ab intestato defuncti successio debetur, sequitur etiam nullum ius matri cōpetere, tam in accusando, quam in remittēdo pro morte filij in casibus, in quibus ab illius successione repellitur, nempè si se secundo viro copulauit per *tex.in l.fæmina,C.de secūd. nupt.* vel quia eidem filio de tutore prouideri non curauit, priusquam secundas nuptias degustasset per *tex. in l omnem 6. C. ad Tertyll.* Vndè fit, vt in his terminis maximoperè errauerit *Tartagl.* qui in hac quæstione contrariū audactèr affirmat, *in comment.ad d.pragm.cap.2.n.6.* quem refert *Paschal.d.cap.1.n.58.* eius
13 namque opinio pratèr puros terminos iuris communis, nullo modo saluari potest; Nam argumentum eius, amplexatum a *cit. Paschal. d cap.1.sub n 9.* continet euidens æquiuocum; Inquit enim, quod cum ius quærelandi, remittendiq; sit sanguinis, vt iam dictum est *sup n 5.* sit per consequens, non potuisse *Regiam pragm.* illud tollere, vel alterare, ex regula *l.iura sanguinis, ff. de reg.iur l.iur autem, ff.de pact & l.cum,ff.de interdict.& relegat.* cū
14 *concord.* Quia responsio ad argumentum est facilis, quandoquidem regula prædicta ita intelligitur, vt non possit ius sanguinis tolli, scilicèt ipsa consanguinitas, & cognatio, non autem effectus ipsi cognationi, & consanguinitati tribuci à iure ciuili (vt est ius accusandi, remittendi, & similia) hæc namq; benè tolli possunt, & hoc casu non quidem ius sanguinis sublatum dicitur, sed ipsum ius ciuile, *Sylu. Aldobran.in glos.ad § quod autem,inst.de legit. agnat.tutel.in vers.Adde quod non perditur,* sequitur *Bartholom.Soccin. in l.si cognatis n.1.ff. de reb.dub.*

Io: Leonardus Rodoerius

S V M M A R I V M

Officialis substituens alium pro exercitio sui officij, tenetur de culpis, & defectibus substituti n. 1.

Officialis habens officium in capite, cum facultate substituendi, tenetur de culpis substituti n.2.

Tutor tenetur pro mala administratione contutoris, & factoris per eum electi, n.3.

Episcopus tenetur de culpis Vicarij, n.4.

Substituens non liberatur pro culpis, & defectibus substituti, licèt eum exhibuerit, & confutatur distinctio Bar.n.5.

Officialis substituens aliquem in suo officio ex causa

sa necessaria, non tenetur pro culpis substituti, num.6.

Officialis substituens, tunc demum tenetur prò culpis substituti, si substitutio processerit ex causa voluntaria, num.7.

Substituens officialem non tenetur prò eius culpis, tsi is delinquat circa ea, quæ non tangunt exercitium officij, num.8.

Officialis substituens virum probum, non tenetur prò eius culpis, num.9.& 10.

Substitutus si confirmatur à Prorege, vel à Iudice, substituens non tenetur prò eius culpis, n.11.

Officiales hodiè tenentur personalitèr deseruire, nec possunt substituere, n.12.



AD CAPVT III.

Additio.



1 NTER Iurisconsultorum respõsa, illud mihi frequẽtissimum videtur, quod substituens aliquem ad officium, cui præest, teneatur de culpis, defectibus, & delictis substituti, *l. nullus, in fin. C. de decurion. lib.* 10. ibi. *Hi verò qui honorario titulo illustrẽ dignitatẽ cõsequuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum, Curiæ muneribus satisfacere non vetentur.* Concordat *tex. in l. 1. C de præpos. agen. in reb. lib.* 12. ibi in fine. *Electione sua, suarumq; periculo facultatum præfatum munus, eos implere præcipimus* Et in *l. ad similitudinem* 21. *C. de Episcop.* & *Cleric.* ibi in fine. *Periculo suarum facultatum Curiæ muneribus satisfacere nõ vetentur.* Tradiderunt etiam *Reg. Costaa. in d. l. nullus à num.*57. *cum multis seqq.* vbi latissimè, *Cardin. Ludouis. (deindè Diuina prouidentia Pontifex Gregorius XV.) decis.*233 *nu.*1. *Rot. decis.*379. *sub n.*1. *part.*4. *in recens. Giurb. cons. crim.* 36. *n.* 15. 19. & 20. quem sequitur doctissimus nostrorum temporum I. C. & Consiliarius dignissimus *Paul. Staiban. Resol. foreas. part.*1. *resol.*34. *num.*8.

2 Ampliatur primò hæc receptissima sententia in quocumq; officiali habente officium in capite à Regia Curia cum facultate substituẽdi, quia adhùc tenetur pro defectibus, & culpis substituti, delinquentis in exercitio officij, vt fuit decisum teste *Rouit. decis.* 79.

3 Secundò ampliatur in tutore, qui indistinctè tenetur prò mala administratione contutoris, seù factoris per eum electi, *l. solet* 13 *ff. de tutel.* facit tex *in l.* 2. §. *sed si filius, ff. ad munic.* & in terminis durioribus *tex. in l. Lucius* 47. §. *cum in testamento, ff de administ. tutor. Cauale de tutor. & curat. n.*311. *& cit. D Staiban. resol.*90. *n.*7 8 9. 10. *&* 11. *lib* 1 vbi copiosè; addo regulam *l. eam, & seruius* 22. § *sin ff. de negot. gest.* & *l. q. ujnon tam idoneum* 11. *ff. commod.*

4 Tertiò ampliatur in Episcopo, qui tenetur de culpis, & defectibus Vicarij delinquentis in officio, ac intuitù illius *Rot. decis.* 6. *tit. de offic Vicar. in nouis.*

5 Et postremò ampliatur, vt substituens, non liberetur, à culpa qua tenetur, etiam si exhibuerit substitutum delinquentem, vel culpabilem; siuè essemus in official. habente officium priuatum, ex *l. videamus* 12 *ff locat.* siuè in habente officium publicum, ex *l. ad commentarienses* 4 & ibi *glos verfic. Nec putet, C. de custod. reor.* Vndè fit vt non sit admittenda in hoc articulo distinctio *Bar. in l.* 1. § *familiæ, &* § *ip nouissimè ff ad munic.* qui dicit, quod habens officium publicum liberatur, exibendo substitutum à se in illo officio, qui delinquit, seq; culpabilem reddidit in administratione illius; Secùs autem in habente officiũ priuatum, sequitur *Ludouis d. decis.*233. *n.*3. *&* 4. hæc namq; distinctio impugnatur à *Cuman. in eod. d.* §. *quod nouissimè*, qui valdè miratur de tali differentia, inspecto quia omnis ratio exposcit, vt sæuiùs plectatur delinquens in publico officio, quam in priuato, & tantò pluris, quantò publica vtilitas, priuato præfertur commodo; vt etiam latismè tradit *Maur. alleg.* 39. qui respondet ad iura super quibus fundatur *Bar.* nempè in *d. l.* 1. §. *quod nouissimè, & in l. cum si exibuissent, ff de public.* vt procedant in publicano dumtaxat, & sic in casu speciali, authoritate *Rom. in d. l. cum si exibuissent, in princip.*

6 Sed aduertendum quoque est, & eandem sic ampliatam regulam, quamplurimis restringi in casibus. Primò enim limitatur in officiali substituẽte ex causa necessaria, quò casu omnes concludunt, nullo modo ipsum teneri prò defectibus, & culpis substituti, si tamen in electione nulla fraus, vel negligentia substituentis intercessit, puta quia substitutus ipse idoneus, & fide dignus, electionis tempore reputabatur, *Luc. de Pena. in l. agentes nu.*10. *vers. vel dic melius, C. de præpos. agen. in reb in penult. col.* & alij relati *à Dom. Rouit. dict. decis.* 79 *nu.*2 *idem consf* 87. *vol.*1. & omnium latiùs *Reg. Costaa. in d. l. nullus à num.*59. *vsq.*62. *cit. tit. de Decur. lib.* 10.

7 & fuit notabilitèr decisum in Regia Camera, tunc demum teneri officialem substituentem de culpis, & defectibus substituti, si substitutio illa fuit ex causa voluntaria, teste *Doctissimo Domin. Reg. Anib. Moles in sua adhuc non impressa decis.* 93. cuius verba sunt hæc. *Sed an isti officiales, qui habent facultatem substituendi, teneantur princi-*

pa:

palitèr, & indistinctè de culpis, & defectibus substituti, & declarauimus, quod in substituto voluntariè ab ipso, indistinctè, teneatur. Hæc ille.

8 Limitatur secundò dicta conclusio; vt nec procedat si substitutus delinqueret, circà ea, quæ officium, vel illius necessitatem, & exercitium nõ respiciunt, pro talibus enim culpis, nullo modo potest teneri substituens, *ex iuribus allegatis à Spectabili Domino meo, hic n.6.* addo *tex in l. qui peculij 47. ff. de pecul. Ludou. d. decis. 233. n. 6.*

9 Restringitur tertiò, in officiali substituente in officio personam valdè integram; quasi eo casu non sit in culpa, & cesset regula, *mala, electio, &c.* Vndè meritò non potest ad quidquam teneri, si mutatis, ex post facto moribus substitutus delinquat, ad quod facit *glos. in cap. ad hæc, in vers. examinentur, de offic. Archidiac. Felin. in cap. Petrus n. 11. de homicid. Ludouis. loco cit. num. 5.* cum *Seraphin. ibi additio, decis. 52. num. 1.* Vndè per hanc

10 rationem, dicit *Io: Andr. in addit. ad specul.* quod Castellanus cui fuit cõmissa custodia arcis, si ex iusta causa se absentauit, & substituit ad tale munus virũ aliquem probum, & fide dignum, qui tempore commissæ custodiæ diligens, & sufficiens reputabatur, ad nihilum tenetur, imò est excusatus, si castrum perdatur, quia commisit à principio viro bono, & habili, sequitur *Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. principium sub n. 8. & Gregor. Lop. quem celebrat cit. Reg. Costan. in d. l. nullus num. 63. & 64.*

11 Postremò cessat memorata regula, si officialis substituit aliquem, qui postea confirmatur à Prorege, & ab eius manibus suscipit officium, per viam prouisionis; quia hoc casu nominans, siuè substituens non tenetur pro culpis, & defectibus illius substituti, tamquã à superiore approbati, *cit. Domin. Moles d. decis. 93.* vbi ponit hęc verba. *Sed solent etiam hic officiales non substituere, sed cum licentia Proregis deputare alium, qui à Prorege, per viã Regentiæ suscipit commissionem, & officium administrat. Et decreuimus eos nullatenus teneri, nec principalitèr, nec in subsidium, l. 1. & toto tit. C. de offic. eius qui vic. alter. Iudic. &c.* confert *Reg. Rouit.* qui idem concludit de substituto confirmato decreto Iudicis *d. cons. 87. nu. 3 lib. 1.* cum alijs allegatis per *cit. Dom. Staib. d. resolut. 34. n 9. lib. 1.*

12 Hodiè autem virtute ordinum emanatorum tempore Inuictissimi Regis Philippi Secundi, nullus officialis sine assensu Proregis potest per substitutum suo muneri deseruire, sed tenetur personalitèr illud exercere, nisi in priuilegio substituendi facultatem habeat, vt *in toto tit. & prag. de Administ. & quod ipsi met serui.* Et *in cap. Caroli Primi, incipit. Item quod prædicti officiales 34. in ordine,* diffusè *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 10. de diuers. prouis. & licent cap. incipit. solent etiam Proreges fol. 329 & B los. consul. 1. n. 13.*

legendus est ad materiam præsentis *cap. R. P. D. Cesar Affl̃ict.* post hęc scripta visus, *Controu. iur. cap. 45. per totum. & Carleual. in Apolog. contrà Rouit. in respons. ad decis. 79. post tract. de Iudic. tom. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

ADiectus solutioni duplicitèr considerari potest, vno modo simplicitèr, vt n. 1. alio modo quodãmodò principalitèr, num. 2. vbi ponuntur exempla.

Adiectus solutioni simplicitèr, non potest debitorem conuenire eumq; Iudicialitèr cogere ad solutionem, n. 3. neq; potest instrumentum liquidare, num. 4.

Adiectus solutioni non potest solutionis terminum dilatare, vel debitum remittere, in præiudicium principalis stipulatoris, num. 5.


Adiectus solutioni nõ potest aliud, nisi quod oblatam à debitore solutionem recipere, num. 6.

Debitor soluens adiecto solutioni liberatur, perindè si soluisset principali Creditori, n. 7.

Debitor soluens adiecto solutioni, non rectè soluit, si is statum suum in deterius mutauit, n. 8.

Adiectus solutioni quodammodò principali nomine, & in rem propriam, potest debitorem conuenire ad solutionem, & contrà eum liquidare instrumentum, ad formam rit. M. C. n. 9.

Hæres adiecti solutioni principalitèr, priuato nomine, & in rem propriam, potest liquidare instrumentum contrà debitorem, sicut poterat ipse adiectus, num. 10.



AD CAPVT IV.

Additio.



1 STAM materiam de adiecto solutioni, prętèr insertos allegandos, diffuse pertractat *Sigism. Scacc. tract. de commer. & camb. § 2. glos. 7. per totam*, Sed nihilominùs notãdũ est antè omnia, duplicitèr, quem dici posse esse adiectum solutioni, scilicèt vno modo simplicitèr (quod fit quandò ego stipulor mihi, vel Titio) alternatiuè, solui centum, & allegatis per *Sud. d. dis. 229.*

229.n.29. Alio modo dicitur quis adiectus,
2 sed non simpliciter accessoriè, vt in præcedenti casu, sed quodammodò principaliter, vt puta quando stipulatur mulier dotem sibi vel eius viro solui, item quando adiectus est Creditor adijcientis, ità quod interfit ei quod solutum, apud adiectum remaneat, vel quàdo cõcipitur stipulatio in personam alterius, non alternatiuè vt sup. sed copulatiuè, vel demum, quando quis prò tali effectu constituitur procurator in rem propriam, suaq; priuato nomine interest, vt per *Bar. in l. 2. n. 2. & 3. ff. de duob. reis, Ruin. cons. 209. n. 9. lib. 1. Paris. cons. 107. num. 32. vol. 3.* & alios quorum memores sunt *Fontanell. Cenci. Barzi & Carthar. locis mox allegandis.*
3 Hoc iacto fundamento concludo, quod adiectus solutioni accessoriè, non potest neq; valet debitorem conuenire, & iudicialiter cogere ad solutionem promissam, *l. quod stipulatus, ff. de solut. l. soluendo, ff. de nogot. gest. l. cum qui ita. §. qui sibi; & l. fin. ff. de verb. obligat. l. sed & si filio familias 7. §. si mihi, ff. de constit. pecun. cum cencord. glos. in §. planè, verbo, Scio. instit. de inut. stipul. Flamin. Carthar. decis. Rot. Gen. 126. num. 1. Bellon. decis. eiusdem Rot. Gen. 54. n. 4. Cæsar. Barzi. decis. Bonon. 26. nu. 1. Cenc. de censib. quæst. 67. n. 39. Fontanell. de pa. ctis nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 10. part. 2. n. 35 fol. 250. Scacc. loco cit. nu. 39. Cancer. variar. resolu part. 2. cap. 6. tit. de solut. & liberat. num. 131. & Dom. Capyc. Latr. decis. 8. nu. 5. & 6. lib. 1.* post
4 *Vrsill. ad Afflict. decis. 64. n. 7.* vbi dicit eum nõ posse instrumentum præsentare, & liquidare contrà debitorem, sequitur *Calter. in prax. instrum. par. 1. 2. par. rub. & Cuius nomine agat, n. 20. fol. mihi 176.* sicut nec minùs potest
5 solutionem dilatare, vel debitum remittere in præiudicium principalis, cui spectat vtilitas negotii, vt in *d. l. quod stipulatus*, ibi. *Nec petere, nec nouare*, tradit *Ann. allegat. 89. n. 8.* Quia
6 huic adiecto accessoriè, nil aliud iura concedunt, nisi quod oblatam à debitore solutionẽ recipere, vt in allegatis *iurib.* & DD. ferè omnes *locis cit.* addo *Io. Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib. 1. cap. 171. n. 17.* & *Consil. Theodor.* qui appellat talem adiectum procuratorem ad hunc actũ,
7 *allegat. 76. n. 10.* concordat *Surd.* dicens *in d. decis. 229. n. 8.* debitorem soluentem adiecto solutioni liberari ab obligatione, & debito, latè etiam *Stracc.* quem allegat *Scacc. vbi sup. n. 36.* quia habetur perindè si soluisset principali creditori *Matth. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 2. n. 77.*
8 Sed & hoc limitandum, vt non procedat si adiectus solutioni statum suum in deteriùs mutauit, quia hoc casu ei nec rectè solui potest, & talis solutio non induceret debitoris liberationem, si sciebat, vel verosimiliter scire poterat decoctionẽ eius, vel statum mutationem, vt apertissimè habetur *in l. cum quis 38. ff. cit. tit. de solut.* ibi, *Cum quis sibi, aut Titio dari stipulatus sit, magis esse ait, vt ità demum ritè Titio solui dicendum sit, si in eodem statu maneat; quo fuit cum stipulatio interponeretur. Cæterum sinè tam in adoptionem, siuè in exilium ierit, vel aqua, & igni ei interdictum est, vel seruus pena factus sit, non rectè ei solui dicendum est. Tacitè enim hæc conuentio inesse stipulationi videtur, si in eadem causa maneat.* Optimè *Stracc. tract. de mercatur. cap. de adiect. part. 3. n. 110. cum seqq.* & *Nigr. de laudem. tom. 2. quæst. 22. n. 3. & 23.*
9 Quandò autem sumus in adiecto solutioni non accessoriè, sed quodammodò principaliter, & eo modo quo considerauimus *sup. n. 2.* puta etiã, quia ei fuit facta promissio proprio, priuato, & principali nomine, omnes hoc caconcludunt, posse eum, debitorem conuenire ad solutionem promissam, ac instrumentum liquidare, vt nos dicimus, ad formam *Rit. M. C. V.* vt deducitur *ex l. 2. ff. de duob. reis. Cancer. loco sup. cit. Cenc. d. quæst. 67. sub n. 40. vers. Nisi fuerit*, authoritate *Ruin. cons. 209. n. 9. lib. 1.* & *Paris. d. consil. 107. n. 32. lib. 3.* quẽ sequitur etiã *Carthar. d. decis. 126. n. 5. & 6.* & *Reg. Rouit. cons. 71. n. 15. vol. 2.* post *Barz. d. decis. Bonon. 26.* vbi assignat rationẽ, quia huic adiecto irà datur actio, sicut principali creditori, ex traditis per *Bursat. cons. 242. n. 8.* quem sequitur *Fontanell. vbi sup. per discursum.*
10 Et in tantum hoc est verum, vt eadem liquidandi facultas contrà debitorem, competens adiecto solutioni eo modo, quo suprà considerauimus, competat etiam eius hæredibus qui possunt pariter liquidare, & procedere ad interrogationem, *vt fuit decisum iunctis aulis in anno 1626 in causa Ill. Marchionis Laurinæ, cũ* Dom. *Io: Baptista Capycio Galeota Reg. Generali Thesaurario, de qua decisione memor est præter Thor. in compen. tom. 2. verbo Hæres adiecti fol. 259. col. 2. in princip. D. Reg. Sanfelic. decis. 213. n. 13.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Iudex potest in conscientia iudicare in causa in qua fuit aduocatus n. 1.

Iudex in foro fori est suspectus in causa in qua fuit Aduocatus n. 2. Amplia vt sit suspectus etiam in causa connexa, & dependente ab illa n. 3. & de ratione n. 4. 5. & 6.

Iudex potest interuenire in causa simili illi in qua fuid Aduocatus n. 7.

Iudex etiam partibus consentientibus non potest interuenire in illa causa in qua fuit Aduocatus, ex dispositione Reg. Pragm. n. 8.

Cliens secundum terminos Reg. Pragm. potest vacu- fare

Instante d. Ill. Principe, in sua causa prætensi fideicommissi ordinati à quond. Ioannettino Piccamilio Nobili Ianuense, ad quod ipsum fuisse inuitatum contendit; Et in effectu referente Integerrimo Reg. Dom. Consiliario Paulo Iannettasio, fuit dictum, quod *non interueniat*, in aula Dom. Consiliarij Io: Baptistę Iouini, Sacri Reg. Neapolitani Consilij Decani, in quo verè omne virtutum genus triumphat; Itaq; pro vero habuere Oculatissimi illi Senatores vocatum in aliquo collegio, tempore quo Aduocationis muneri incumbebat, eo effecto Iudice, vti suspectum recusari posse à cliente, quamuis causa, de qua tunc agebatur, non fuisset eadem super qua collegiatum fuit, sed solum pedissequa ad illam, & post annos 8. à die dicti collegij facti, nullaq; voti propalatio fuisset probata.

13 His positis de Aduocato effecto Iudice, deuenio nunc ad casum contrarium, dubitando: an Iudex dimisso officio possit esse Aduocatus causæ, in qua iudicauit. *Spectabilis Dom. meus* concludit affirmatiuè, addo solemnem *apostillam ad Bar. in d. l. Prætor. cit. tit. de Iurisd. omni. Iudic.* notabiliter *Anton. Fab. in suo C. lib. 2. tit. 5. de postul. dec. 1. Baldass. de Angel. in l. nemo sub n. 4. C. de assessor. fol.* 210. & de hac sententia secundum rigorem dubitari penitus potest, inspecto quod nullum infertur alteri parti præiudicium, si is qui olim fuit Iudex in causa mea, modo sit Aduocatus meus; Verum secundum conuenientiam, & honestatem à prudenti viro non esset amplectenda, vt dicit Cappell. *Tholos. decis.* 278. vbi ponit hęc verba. *Item an ille, qui fuit, Iudex in causa principali possit esse procurator, vel Aduocatus in causa appllationis? Conclusum fuit, quod sic, quamuis melius faciat si abstineat.* Latius, & notabilius *Paul. de Castr. in l. quisquis vult, C. de postul.* vbi ponit hæc notabilia verba. *Secundò potest intelligi è conuerso, quod ille, qui fuit Iudex in causa, non possit finito officio esse aduocatus in eadem, Cyn. non tenet hoc, quia nō est eadem causa suspicionis, Iudex enim non præsumitur habere affectionem plus ad vnam partem, quam ad alteram. Mihi videtur, & ita vidi fieri, & est honestum, quod si dedit sententiam prò vna parte, non possit finito officio suo in causa appellationis sumere officium aduocationis prò illa parte, vel saltim non debet, quia tunc resultat suspicio, quod faueret illi parti, vel quod intellexerit se cū illa, sed si non dederat sententiam, securè potest acceptare officium.* Hęc *Paul. de Castr.* Videndus ad totam præsentem materiam, de Aduocato effecto Iudice, quæ latissimè tradit, locupletissimus *Dom. Pratus*, post hęc scripta visus, *disceptationum forens. tom. 3. cap. 47. per tot.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Bona Ecclesiæ non possunt alienari, neq; in emphyteusim concedi, vel infeudari inconsulto Pontifice n. 1.

Paulina constitutio, disponens circà prohibitionem alienationis bonorum Ecclesiæ; præsumitur moribus recepta ab omnibus n. 2. Contrarium n. 3. Prima opinio est verior n. 4.

Census impositio facta super re Ecclesiæ sine solemnitatibus non tenet n. 5.

Census impositio est species alienationis n. 6.

Prælatus, vel Rector alienans bona Ecclesiæ, etiam si iurauerit non contrauenire, potest illa vindicare n. 7.

Clericus quilibet, etiam alijs discrepantibus, potest vindicare bona Ecclesiæ malè alienata n. 8.

Emens bona Ecclesiæ minùs solemniter, si ab eo vindicentur, habet actionem ex contractu contrà venditorem ad restitutionem pretij n. 9.

Bona Ecclesiæ in vndecim casibus possunt liberè sine solemnitatibus alienari n. 10.

Fratres mēdicantes, præcipuè Patres Prædicatores, ac etiam Theatini, possunt liberè eorum bona alienare n. 11.

Bona Ecclesiæ sterilia, ac inutilia possunt liberè sinè solemnitatibus alienari n. 12.

Bona Ecclesiæ sterilia, possunt liberè in emphyteusim concedi sinè solemnitatibus n. 13.

Alienatio bonorum Ecclesiæ, si fuerit illi vtilis valet sinè solemnitatibus n. 14.

Bona Ecclesiæ concurrente eius vtilitate, possunt sinè solemnitatibus permutari, sinè cum bonis alicuius priuati, sinè cum bonis alterius Ecclesiæ, concurrente tamen æqualitate valoris n. 15.

Solemnitas non attenditur, vbi actus vtiliter geritur ad fauorem eius, prò quo fuit statuta solemnitas n. 16.

Alienationem de re Ecclesiæ, fuisse eidem vtilem non probatur per Assertionem Prælati alienantis n. 17. Neq; statur assertioni Notarij n. 18.

Vtilitas vt faciat valere alinationem rei Ecclesiæ sinè solemnitatibus, quomodò probetur. n. 19.

Bona Ecclesiæ possunt validè sinè solemnitatibus, alienari propter præcisam necessitatem famis, vel belli. Item prò redemptione Captiuorum, num. 20.

Necessitatis causa, vt faciat valere alienationem rei Ecclesiæ sinè solemnitatibus debet probari n. 21.

Bona relicta Ecclesiæ cum libera facultate alienādi possunt ab ea alienari inconsulto Pontifice, n. 22.

Ecclesia grauata de alienando, potest alienare incōsulto Pontifice n. 23.


Bona Ecclesiæ non possunt locari vltra triennium, num. 24.

Locatio de re Ecclesiæ, facta ad vitam alicuius non tenet sine solemnitatibus contentis in Paulina, n. 25.

Solemnitates necessariæ ad validitatem alienationis rei Ecclesiæ, requiruntur etiam in locatione

ad longum tempus n.26.
Locatio ad longum tempus, qua dicatur num. 27.
Locatio de re Ecclesiæ vltratriendium, non valet etiam existente clausula, quod censeantur plures locationes n.28.
Donatio trascendens 500. solidos, debet insinuari, etiam existente clausula, quod censeantur plures donationes n.29.
Locatio de re Ecclesiæ vltrà tempus permissum, nō substinetur, neq; pro tempore permisso num. 30. Contrarium num. 31. Prima opinio est verior num.33.
Vtile per inutile non vitiatur num.32. Intellige vt num.34.
Contractus omnes sunt indiuidui n.35.
Donatio bonorum præsentium, & futurorum, non substinetur, neq; prò bonis præsentibus tantum, num.36.
Electio officialis vltrà tempus permissum vitiatur in totum, nec substinetur pro tempore permisso n.37.
Indulgentiarum concessio facta ab Episcopo vltrà 40. dies, vitiatur in totum n. 38.
Aditio hereditatis facta pro maiori parte debita, corruit in totum n.39.
Adiudicatio Creditori facta de re debitoris, est nulla in totum, si esset facta pro maiori quantitate debiti n.40.
Concessio in emphiteusim facta de re Ecclesiæ vltrà tertiam generationem vitiatur in totum num.41.
Alienatio de re Ecclesiæ sinè solemnitatibus, non potest declarari nulla inuita Ecclesia n. 42. Declara vt n.43.
Nullitas ad fauorem alicuius introducta, non potest exerceri eo contradicente n.44. & 50.
Contractus celebratus cum minore non potest declarari nullus eo inuito n.45.
Minor potest approbare venditionem fraudoletèr à Tutore factam num. 46.
Contractus dolo celebratus est nullus, volente tamen eo, qui dolum passus est n.47.
Dominus potest approbare venditionem nullitèr factam à suo Procuratore n. 48.
Simulatio contractus non potest allegari à simulante n.49.
Clausula decreti irritantis operatur nullitatem, volente eo, prò quo est apposita n.51.
Emphiteuta alienans, vel nō soluens Canonem, caditin commissum, si tamen velit Dominus directus n.52.
Pactum legis commissoriæ operatur volente tantum venditore n.53.





AD CAPVT VI.

Additio.



1 Occasione præsentis Capitis decreui succinctè declarare, quę crebriùs, in materia alienationis bonorum Ecclesię occurrunt. Ideòq; pręmitto generalitèr, quod alienatio, hypotheca, concessio, locatio, vltrà tempus permissum, & infeudatio bonorum Ecclesiæ prohibita omninò est, non accedente Summi Pontificis assensu, & beneplacito, vt latè habetur in *Constit. Paul.* II. registrata *in extrauag. sub tit. de rebus Eccles.*
2 *non alien.* incipit, *Ambitiosæ cupiditati*. Imò vt dicunt magis communitèr, hæc *Pontificia Sanctio*, quam *Paulinam* appellant, præsumitur ab omnibus moribus recepta, nisi probetur contrarium, *Beninten. decis. 13 sub n. 9. & 10. Quarant. in Sūm. Bull. verbo, Alienatio bonorum Ecclesiæ sub n.48. Paris. de resign. benef. lib 4 quæst. 2. in fin. Redoan. de reb. Eccles non alien. quæst. 6. cap. incipit, Item ex præmissis nu. 15. Guttier. lib. 1. Canon quæst. cap. 8. Garz. de benefic. part. 2. cap. 1. n. 41. & seq. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 5. tit. 13. in fin.* & *Gratian. discept forens. tom. 3. cap 559.*
3 *n.58.* Et licèt *Bursat. consil. 55 nu. 20. lib. 1.* defendat contrarium, nempe dictam *Paulinam Constitutionem* non præsumi moribus receptā, nisi probetur, prout etiam tenet *Mohed. decis. 1. de confit. & decis. 8. de locat. & conduc. Mādos. de signat. grat. tit. si in entdentem. vers. Emanauit Bulla*, & ex *Menoch.* & alijs tenet *Io: Baptist. Ciarlin. Contr. iur. lib. 2. contr. 183. n. 11.*
4 Tamen non est à prima opinione recedendū, eamque relatis DD. & rationibus tutatur *Alex. Sperell. decis. 15. n. 17 lib. 1. Macerat. variar. resol. lib. 1. cap. 21. n. 14. 15. & 16.* & etiā tenet *Rot. Rom. reiecta d. decis. Mohed.* vt refert *Peni. decis. 310. n. 16. 17. & 18.*
5 His breuitèr ad necessarium ornatum præmissis; Dico primo, nè dum alienationem de re Ecclesiæ factam non valere, non obseruata dispositione *dicta Constit.* Verum neq; constitutionem census super eadem re factā, quia illa easdem requirit solemnitates, quas exposcit alienatio, omni in hoc semoto discrimine, vt pluries censuit *Rot. Rom.* & signantèr *in vna Leodiensi census 11. Decembris 1596 coram R. P. D. Corduba, in alia Romana inualiditatis census Veneris 24. Maij 1590. coram Pamphilio, in alia Romana census de Romulis 8. Iunij*

nÿ 1598. coram R.P.D. Penia, in alia Leodien-
si census Lunæ 29. Ianuarÿ 1596. coram R.P.D.
Orano, in alia etiam Leodiensi census 15. Ianna-
rÿ 1597. coram R.P.D. Cordubu, & demum
in alia Romana census Veneris 17. Martÿ
1600. coram R.P.D. Iusto, quas omnes decis.
registrat Cenc. post tract. de censibus, & secūdū
ordinem suum sunt, decis. 8. decis. 27. & 28.
6 decis. 36. & 37. & decis. 40. ea ratione, quia cē-
sus impositio species alienationis est, vt in ter-
minis nostris dicit tex. in cap. nulli, de reb. Ec-
clesi. non alien. & docet cit. Cenc. de censib. quæst.
16. num 3.
7 Dico secundo; quod bona Ecclesiæ minùs
solemnitèr alienata, contrà formam dictæ
Paulinæ Constit. possunt nomine d. Ecclesiæ
vindicari ab eodem Prælato, & Rectore alie-
nante, ac propterea potest instare pro manu-
tentione, allegando defectum alienationis,
Abb. in cap. literæ n. 3. versic. Circà primum, de
dilat. Vcrall. decis. 182. per discursum, Beltram.
ad Ludouis. decis. 116. n. 5. & decis. 246 n 2. &
Ludouic. Post. de manuten. obser. 57. nu. 102. &
hoc procedit etiam si iurauerit Prælatus in
actu vendirionis, illi non contrauenire, vt au-
8 thoritate quamplurium docet Ciarlin. dicta
contron. 183. n. 67. & notabiliùs dixit Rot. dec.
11. in vers. Præterea, tit. de Iudic. in nouis, quod
quilibet Clericus, etiam alijs discrepantibus,
potest vindicare nomine Ecclesiæ bona illius
malè alienata, vnà etiam cum fructibus, ex
tex. in cap. si quis Præsbiterorū 6 tit. de reb. Ec-
cles. non alien. Verum in hoc notandum est vnū
9 necessarium, quod emptor bonorum Eccle-
siæ, si ab eo vindicentur bona illa, tanquam
nullitèr alienata, habet actionem ex contra-
ctu pro restitutione pretij, contra Prælatum,
vel alium venditorem, & quomodò formetur
ab eo hoc Iudicium, ponit Innocent. in cap. si
quis, cit. tit. de reb. Eccles. non alien. & sequitur
Apostill. ad Guid. Pap. decis. 159. lit. C.
10 Dico tertiò, quod dispositio tex. in d. extra-
uag. ambitiosæ, quamplures patitur restrictio-
nes, quarum vndecim principaliores, ex qui-
bus potest deueniri ad alienationem huius bo-
norum generis inconsulto Romano Pontifice,
notat Cardin. Alex. in cap. siuè exceptione col.
penul. & vltim. 12 q. 2. cumq; referendo tradit
etiam Capyc. decis 105. n. 2. & latiùs Tamburr.
de iur. Abb. part. 3. disput. 13, quæst. 9. per totam
11 Hic autem sequentes casus sunt breuiter no-
tandi. Primò enim possunt bona acquisita
alicui Monasterio mendicantium ab eis vali-
dè alienari sinè assensu Pontificis, quia aliena-
tio illa, non quidem fit voluntariè, sed ex ne-
cessitate status, talium religiosorum, vt dicit
Bald. cuius doctrinam notabilem appellat
Hippol. de Marsil. singul. 132. quem sequitur
nouissimè Consil. Paschal. qui loquitur de RR.
PP. Prædicatoribus, in tract. de patr. potest. lib.
1 cap. 3. num. 70. idemq; legimus de RR. PP.
Theatinis, qui possunt etiam alienare incon-
sulto Pontifice; non obstante decreto de reb.
Eccles. non alien. quod eos non comprehen-
dere eidem rescripsit Sacra Congregatio teste
Peregr. in Compen. priu. leg. suæ Relig. verbo,
Alienatio Nouar. tit. de alien. bonorum Regul. n.
17. & alter Nouar. eius germanus in Lucer. Re-
gul. verbo, alienatio n. 2. & de ratione latè R.P.
Francis. Bordon. cōtr. moral. contr. 26. nu. 13. &
14. tit. de reb. Eccles. non alien.
12 Secundò potest validè sine solemnitatibus
deueniri ad alienationem bonorum Ecclesiæ,
si bona illa essent sterilia, & per consequens
eidem Ecclesiæ omninò inutilia, vt notat glos.
in l. mandatu, vers. Causa cognita, de offic. eius
cui mandat. est iurisdict. latè Guid. Pap. decis.
156. n. 1. & 2. & Macerat. variar resolut lib. 1.
13 cap. 5. n. 3. Sicut etiam in eodem casu, possunt
in emphyteusim concedi sub annuo Canone,
cap. ad aures de reb. Eccles. non alien. Iacob. de
Franch. in tit. qui feud. dar poss. §. Quia de feud.
n. 78. & Redoun. quem sequitur allegando cō-
cordantes, Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus.
4. glos. 18. part. 1. n. 46. fol. 420.
14 Et ex hoc resultat alia verissima conclusio,
vt scilicet valeat etiam sinè solemnitatibus
alienatio de re Ecclesiæ, si fuerit illa eidem
Ecclesiæ vtilis, quoniam sic habemus finem,
qui requiritur in alienatione talium bonorū
Bald. in l. cum hi, §. eam transactionem in princ.
& ibi etiam Ias. n. 2. ff de transact. idem Bald.
in l. quæcū ꝗ versic. & facit, C. de bon. quæ liber.
latè Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum n. 9. de const.
Reb. ff. in compen. alienat. rerum Eccles. n. 34.
Gabriel. cons. 1. de rerum permut. Iacob. Man-
del. Albens. cons. 97. n. 17. cit. Macerat. Resolut.
50. n. 29. lib. 1. & Io: Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib.
1. cap. 8. n. 15. eademq; concurrente vtilitatis
15 ratione, valet sinè solemnitatibus permutatio
facta de re Ecclesiæ, inter ipsam, & priuatum
Afflict. decis. 17. sub. nu. 2. versic. & tunc & me-
liùs Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuent.
lib. 25. tit. 5. n. 6. sicut etiam valeret si fieret in-
ter duas Ecclesias ad inuicem, si vtriq; magis
consuleretur, auth. Item sibi inuicem, C. de Sa-
crosanct. Eccles. glos. in l. si pupillorum, verbo,
neuter ff. de reb. eorum, videndus August. Bero.
quæst. 106. qui dicit esse necessariam ad validi-
tatem talium permutationum æqualitatem
valoris. Ratio autem quare, propter vtilita-
tem Ecclesiæ sunt licita pdicta sine solemnita-
tibus, est palpabilis, quia non est curandum
16 de solemnitate, vel forma, vbi actus fuit ges-
tus cum vtilitate eius ad cuius fauorem fuit
statuta forma, & ad inuenta solemnitas, vt
in terminis præfatæ conclusionis dicit Ias. per
illum tex. in l. non. eo minus. 14. n. 3. C. de pro-
curat.
17 Sed nihilominùs à prędictis nō discedēdo,
sed consequtiuè ad rem notandum est, quod
Prælato, Rectori, vel Canonico, asserenti alie-
nationem à se factam de re Ecclesiæ, restitisse
in eius euidentem vtilitatem, non credatur, re-

te-

tenet *Roland. à Vall. consil. 15. n. 19 vol. 1. Bor-*
gni. Caualc. in addit. ad decis. 42 n. 24. lib. 1. Me-
noch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 76. num. 6-
Cardin. Caualer. decis. 439. n. 6. Peni. decis. 555.
n. 8 & Rot Rom. post *Cenc. decis. 7. n. 4. cum seq.*
18 *& decis. 28. n. 5.* Neq; fortiùs creditur nota-
rio, de eadem vtilitate testificanti in instru-
mento venditionis, quasi id agat ad se excu-
sandum, siuè exonerandum *Grammat. decis.*
79. n 20. ac propterea concludendum est, quod
19 ad effectum vt alienatio de re Ecclesiæ præ-
textu euidentis vtilitatis, sine requisitis solē-
nitatibus celebrata valeat, opus est, quod
vtilitas ipsa, non quidem per futiles has asser-
tiones, sed alitèr probetur, *cit. Guid. Pap decis.*
151. Saltim per communem opinionem, fa-
mam, & æstimationem *Anton. Corset. in suis*
singul. lit. A. in verbo, Alienatio, singul. 3.
20 Rursùs limitatur dispositio dictæ Paulinæ
Constitutionis, vt non procedat vrgente præ-
cisa necessitate, quia tali casu valet alienatio
de re Ecclesiæ, etiam inconsulto Romano Pō-
tifice, vt in *cap. 1. de reb. Eccles. alien. in 6.*
Abb. in cap. tua nos n. 8. de Eccles ædif. Io: Bapt.
Ciarlin. d. contr. 105. n. 9. lib. 1. & d. contr. 183.
n. 11. & 50 lib. 2. concordat *Surd.* qui ponit,
& considerat principalitèr vrgentiam famis,
& sic pro subueniendis Monachis, Pauperi-
bus, sibiq; Prælato, *in tract. de alim. tit. 8. priui-*
leg. 46. n. 2 & 3. addo si vrgerent calamitates
ob imminens bellum, vt docet authoritate
Sacrarum Scripturarum *Osas. decis. Pedam. 68.*
n 24. & 25. vel demum pro redemptione ca-
ptiuotum *Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuil.*
21 *103. & Io: Gutier. allegat. 7. nu.* 12. Veruni vt
iam diximus paulò superius, ad finem vt alie-
natio facta de re *Ecclesiæ* sinè solemnitatibus
valeat, sub prætextu necessitatis, opus est, quod
necessitas ipsa probetur, neque sufficeret ad
ad hoc assertio partium, vt docet *Rot. decis. 37.*
n. 6. post tract. de cens Cenri-
22 Postremò cæteris omissis, possunt iure op-
ptimo alienari bona Ecclesiæ sine solemnitati-
bus dictæ Paulinæ Constit. & sic inconsulto
Romano Pontifice, si bona illa fuissent ab ali-
quo dictæ Ecclesiæ donata, vel relicta, vna in-
simul cum facultate ad libitum alienandi, tū
quia aliàs dispositio testatoris, vel donatoris
redderetur elusoria, tum etiam, quia disposi-
tio hominis facit cessare dispositionem legis,
23 & demum, quia ità in simili respondit *Lapus,*
dicens, quod Ecclesia grauata per fideicom-
missum de alienando, potest actum alienatio-
nis perficere nullis interuenientibus solemni-
tatibus propter præceptum testatoris, per quod
cessat dispositio prohibens tales alienationes,
sequitur *cit Hippol. de Marsil. d. singul. 132. in*
fine, in versic. Alius est etiam casus.
24 Locari autem bona Ecclesiæ certum est nō
posse vltrà triendium, vt in dicto extrauag.
Ambitiosæ & ponit Pappon lib. 1. tit. 13. arest. 5.
25 Proindeq; locatio facta de dictis bonis, ad
vitam alicuius, non tenet sinè solemnitatibus,
positis in *tex loc. cit. Dec. cons. 204 In causa Re-*
uerendissimi, vol. 1. Couar. variar. resolut. lib. 2.
cap. 16. n. 3. cum alijs allegatis per *Vincen. Ca-*
roc. tract. de locat. & conduct. part. 3. tit. de reb.
Eccles. locan. conclus. 4. fol. mihi 134. post *Papp.*
d. lib. 1. tit. 13. arrest. 4. vbi etiam tenet, quod
26 eædem solemnitates requisitæ ad validitatē
alienationis bonorum Ecclesiæ, sunt quoque
necessariæ in illorum locatione ad longum
tempus, idem tenet *Boer. decis. 234. & Rebuff.*
in Compend. alien. rerū Eccles. n. 29. Diceretur
27 autem in terminis nostris locatio ad longum
tempus, si excederet triendium taxatum in
d. Paulina Constit. quò verò ad alios effectus,
illa dicitur locatio ad longum tempus, quæ
fit ad decendium *Dec. d. consil. 204. n. 1. Couar.*
d cap. 16. n. 1. Menoch. de arbitr. centur. 1. casu
n. 8. & DD. in d. Clemen. 1. vel quæ fit ad
vitā locantis siuè cōductoris *Anear. Cardin. &*
Imol. in eadem Clement. & alij innumeri re-
lati à *Carocc. d. tract. de locat. & conduct. part.*
2. tit. de locat ad long. temp. siuè de locat. ad vit.
quæst. 2. fol. 54.
28 Et in tantum est verum (vt ad institutum
nostrum redeamus) quod locatio de re Ec-
clesiæ vltrà triendium non valet, vt etiam si
pacto expresso caueretur, quod tot essent lo-
cationes, quot sunt anni, vel triendia, neq;
conuentio hæc valeret, proptèr fraudes, quæ
faciliter alias fierent in talibus locationibus,
si dicta cautela admitteretur, vt per *Couarr.*
in d. cap. 16. n. 4. versic. Primò contingere solet,
Caroc. d tract. de locat. & conduct. part. 3. tit.
de reb. Eccles. locand. conclus. 9. n. 41. & Bilott.
consult. 1. n. 29. confert *Io: Guttier. in repet. l.*
nemo potest n. 52. & 53. ff. de legat. 1. cit. Borgn.
Canal. in decis. 43. n. 6. & 7. lib. 1. & ante istos
Bar. in l. modestinus n. 10. ff. de donat. vbi impro-
29 bat similem cautelam, dicens notabiliter, quod
si ad euitandam insinuationem, donaretur ali-
quid trascendens summam quincentorum so-
lidorum, cum clausula, quod tot censeantur
donationes, quot sunt summæ dictorum 500.
ducatorum, talis cautela faciens fraudem le-
gi requirenti insinuationem, non valeret, nec
per eam euitaretur dicta solemnitas, *Bar.* se-
quitur *Alex. consil. 165. n. 5. vol. 2. & Reg. Rouit.*
decis. 48. n. 29. vidēdiq; *specul. in tit. de instrum.*
edit. §. porrò sub n. 4 col. 6. versic. quam quidem
donationem, Oldr. consil. 253. cit. Alex consil. 21.
n. 1. vol. 3. Bald. consil. 451. n. 3. vol. 1. & consil.
400. n. 4. vol. 4.
*H*oc idem, quòd de locatione diximus, pa-
30 tet etiam euidentèr, quia si fortassè fieret
locatio de bonis Ecclesiæ, vltrà tamen tem-
pus permissum, & in *d. Paulina* Constitutione
taxatum, talis locatio non vtiq; substineretur.
neq; quò ad tempus permissum. & sic quò ad
triennium, vt apertissimè deducitur ex *tex.*
In auth. de non alien. aut permut. §. emphyteusim
collat. 2. ibi *Neq; quod fit habere aliquod penni-*
tus

tus robur finimus, Item ex *tex. in dicto extrauaganti Ambitiosæ* ibi *locationem aliter factam nullius esse roboris* & in *Clem. 1. eod. tit. de rebus Eccles. non alien.* ibi *Nec recipienti ius aliquod acquiri*. Et hanc sententiam post Bar. *in auth. qui rem n. 7.* ibiq; etiam *Ias. n. 21. C. de Sacrsanct. Eccles.* & eundem *Bar. consil. 159. n. 8. lib. 1.* aliosq; classicos, tenet latè *Lap. allegat 80. à n. 2. ad finem, Alex. consil. 17. viso instrumento, sub n. 10. vol. 4. Purpurat consil. 340. n. 7. Roland. consil. 84. n. 29. vol. 1. Plot. cōs. 19. n. 62. & 63. Neniz. cons. 90. nu. 26. Loffred. consil. 3. n. 35.* Natt. *cons. 162. n. 8. lib. 1. Becc. cons. 92. n. 21. & 22. Afflict.* qui sic refert decisum, *in decis. 107.* Caroc. *tract. de locat. & conduct. part. 3. tit. de rebus Eccles. locand. conclus. 6. n. 20. Genuens. in prax. Eccles. cap 60. n. 15.* vbi ità pluriès refert fuisse terminatum per *Rot. Rom.* addo *Ricc. in prax. Eccles. part. 1. Resolut. 113. & Io: Bapt.* Ciarlin. acerrimū huius opinionis propugnatorē, *Contr. iur. lib. 1. cap. 8. à num. 26. cum multis seqq. & lib. 2. cap. 183. à n. 79. vsq; ad n. 93.* quibus in locis refert præcipuè *Garz.* qui dicit ità tenuisse *Rot. tract. de benef. part. 2. cap. 2. n. 55. cum seqq. Marches. de commis. part. 1. cap. 2. n. 63. & 64. fol. 57.* addo nouissimè *Peni. decis. Rot.* 320. vbi refert ità fuisse terminatum, sed in casu longè duriori, declarando nullam locationem quandam, factam per triendium ad beneficium vnius, & per aliud triendium ad beneficium alterius, in vnico tamen actu, idem tenet *Billot. d. consult. 1. n. 27. & seq.* Ità quod nō videtur ampliùs de hoc dubitandum; Eò fortiùs, quia hæc opinio indifferentèr, & indubiè amplexatur à *Rot. Rom.*

31 Et licèt non desint innumeri, qui contrarium audactèr affirment, existimantes (sed perperam) locationem prædictam, non alitèr in totum vitiari; sed dumtaxat pro excessu, vt antè omnes tenuit *Bald. in auth. si quæ vninas n. 2. C. de Sacrosanct. Eccles.* & hanc sententiam meliorem, & equiorem appellat *Paul. de Castr. in auth. qui rem n. 7. eod. tit.* addo *Vrsill. ad Afflict. decis. 101. n. 5. Cenall. pract. quæst. commun. contr. commun. quæst. 199. n. 15. Guttier Canon. quæst. lib. 2. cap. 13. n. 6.* cum alijs ferè innumeris prò hac parte cumulatis per *Ciarl.*

32 *locis cit. & Peni. d. decis. 320.* ea ratione, quia non debet vtile per inutile vitiari, *cap. non debet de reg. iur. in 6. l. 1. §. sed si mihi, ff. de verb. obligat. & l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff.*

33 *testam.* Tamen non est recedendum à priori opinione, tamquam maiori DD. calculo, & rationum efficacia roborata, quia cum in themate nostro, haud dubitari possit, quin dicta locatio facta vltrà triendium, dicatur contrà formam iuris facta, sequitur pernecessè in nihilo valere; Regula enim est trita, quod in factis cōtrà legem, si non valet quod fit vltrà, neq; valet, quod fit intrà, quia cum forma sit indiuidua, non potest meritò separari si quid contrà eam fiat; Et hoc arguendi genere ad tutandum hanc sententiam vtitur *Bald* in cōtrarium allegatus, *in l. quæcumq; in 1. col. vers. Et facit, C. de bon. quæ liber.* Et ex hoc etiam

34 Respondetur ad regulam in contrarium allegatam, vt scilicèt vtile per inutile non vitietur; procedit enim quando sumus in separabilibus, & diuiduis, *tex. in l. Sancimus, C. de donat. in l. rogatus, ff mandat. in l. siuè generalis, ff. de iur. dot. in l. pecuniæ, & in l. placuit, ff. de vsur. in l. cum allegas, C. eod. & in l. scimus, §. cum autem, C. de Inoff. testam.* secus autem si essemus in indiuiduis, & inseparabilibus, in quibus regula prædicta non habet locum, *Alex. cōsil. 153. n. 3. vol. 7.* & *Caualer. decis. 61.*

35 *n. 24.* Quod autem nos simus in actu indiuiduo patet, quia cum omnes contractus (sub quibus, & ipsa locatio continetur) indiuidui sint, *l. si ita 39. in fine, ff. de oper. liber. l. fin. ff. de acceptilat. & l. Iulianus 14. §. si quis colludere, ff. de act. empti, Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 28. artic. 3. n. 11. fol. 436.* Sequitur vt in casu nostro sit applicabilis limitatio superiùs assignata ad regulam prædictam.

Et ex hoc infero etiam ad plura notabilia

36 fortificantia dictam priorem sententiam; Primò enim donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, cum sit de se improbata, vlgatis *iuribus*, non valet, neq; tenet, nec minùs pro bonis præsentibus tantum, sed vitiatur in totum *Bar. in l. fin. n. 16.* & ibi etiam *Bald. & Deci. n. 36. C. de pact. Petr. de fideicom. q. 4. num. 8. versic. & hæc fol. 21. Crauet. consil. 538. n. 15. Ioan. Crot. consil. 76. n. 26. lib. 1. Ferrer. obseru. 306. part. 3. Peguer. decis. 138. & 139. Cardin. Mantic. tract. de tacit. & ambig. cōuent. lib. 13. tit. 26. num. 28. per totum*, & in casu duriori *Osasc. decis 100. num. 41. Guttier. de Iuram. confir. part. 1. cap. 11. num. 3. & 11. & Cancer. variar. resol. lib. 1. cap. 8. num. 57.*

37 Secundò facit, quod tradit *Roman. consil. 66.* dicens, quod si fieret electio officialis puta per triendium, *vel plùs*, & sic pro maiori tempore taxato à iure communi, vel municipali, talis electio non teneret, neque valeret, etiam pro tempore permisso, proptèr formā non seruatam, sequitur *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clausula 4 glos. 10. part. 1. n. 54. Reg. Ronit. in pragm. 1. num. 4 tit. de offic. Iudic. & aliorum official.* & ibi etiam *Io: Lagunar. in addit.*

38 Tertiò facit, quod si Episcopus qui non potest concedere, nisi quadraginta dies indulgentiæ, excederet prædictū numerū quadraginta dierum, dicta concessio non valeret, neque substineri posset prò tempore permisso, *Afflict. d. decis. 107. sub num. 3.* Natt. *d. cons. 162. num. 8. & Ciarlin. d. cap. 183. num. 82.*

39 Quartò facit, quod si quis adierit hæreditatem pro maiori parte ei verè debita, non acquirit ius ex illa aditione, quæ ob excessum est nulla, etiam pro ea parte, quæ verè adeunti

ci debebatur, *l. si quis mihi bona 25. §. sed si mandauit, ff. de acquir. hæredit. Imol. Angel. & Paul de Castr. in l. si quis extraneus, §. Sciendũ, ff. eod. Anna allegat. 61. num 4.*

40 Facit quinto *tex. in l. si non Sortem, §. centum, ff. de condit. indeb.* ex quo deducitur, quod adiudicatio facta Creditori de re debitoris, si trascendat quantitatem debitam, non valet, neq; prò quantitate cum effectu debita, sed corruit in totum, *Afflict. decis. 218. & 356. n. 7. Surd. decis. 45.* & ibi latè de ratione Doctissimus, & Integerrimus Dom. meus *Consil. Hodiern. in addit.* & fuit decisum per *Rot. Rom.* teste *Cardin. Canaler. decis. 84.* post *Caualc. tract. de vsufruct. mulier. relict. sub n. 208. vers. Et hoc de captura, & Barbat. in pragm. assistentiam glos. 1. n. 20. tit. de assist.*

41 Postremò cæteris omissis, & fortius stringendo, facit quod dicit *Bar. in d. auth. qui rem num. 7. C. de Sacrosanct. Eccles.* dum ait, quod si bona Ecclesię concederentur in emphyteusim vltrà tertiam generationem, & sic contrà prohibitionem, & formam traditam in *auth. de non alien. aut. permut. §. Emphyteusim autē;* talis concessio corrueret in totum, neq; valeret pro tertia generatione, sequitur *Angel. in d. §. Emphyteusim, Alex. consil. 153. viso Statuto n. 4. vol. 7. Francis. Becci. consil. 42. nu. 22. Garzi. de benefic. part. 2. cap. 1. nu. 61. 63 65. & 66. Rot.* apud *Farinac. decis. 30. num. 3. lib. 1.* & apud *Marches. decis. 13. n. 2. part. 1.* cum alijs multis ingeniosè cumulatis à *Io: Baptista Ciarlin. d. cap. 183. num. 83. cum multis seqq. vers. Etenim hæc.* Et quamuis in hoc etiam non desinat contradicere *Bald. in auth. si quas ruinas num. 3. C. de Sacrosanct. Eccles.* cumq; sequitur *Iul. Clar. in §. emphyteusis quæst. 6. num. 2.* ibiq; latè quoq; *Baiard.* Non tamen est recedendum ab opinione *Bar.* quæ probatur euidentèr ex verbis *tex. in d. §. emphyteusim, ibi. Neq; quod sit habere aliquid panitùs roboris sinimus.*

Quibus succintè resolutis, prò complemẽto deniq; noto, id quod tradit *Spectabilis*
42 *Dom. meus* hic, dum dicit, quod alienatio facta de re Ecclesiæ sinè solemnitatibus positis in *d. Paulin. Constit.* non potest declarari nulla ad instantiam emptoris, vel alterius, inquem facta reperitur alienatio, Ecclesia ipsa contradicente, addo *Abb. in cap. diuersis fallacijs num. 6. de Cleric. coniugat. Ias. in l. cum hi; §. eam transactionem, sub num. 2. de transact. Pute. decis. 365. n. 5. lib. 2. Cenc. de censib. quæst. 66. num. 41. Rot.* post eundem *Cenc. decis. 29. num. 4. Ruin. cons. 11. num. 6. vol. 4. Franch. decis. 35. n. 4. Vint. decis. 180. num. 8. Ann. singul. 578. & Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clausula 4. glos. 13. nu. 11. cum seq.* vbi de hoc assignat rationẽ, ne id quod est in fauorem Ecclesiæ introductum, in eius odium retorqueatur, idem te-
43 net *Reg. Sanfelic. decis. 308. num. 8.* Verum vt idem cit. *Fontanell.* edocet, hoc ita equissimè intelligendum est, dummodo Ecclesia ipsa; quæ contractui stare intendit, procuret debitas solemnitates pro validitate contractus, nè alioquin contrahens cum ea, sit continuò in suspenso *Franch. d. decis. 35. sub num. 4*

44 Et hac occasione notanda est generalis regula, quod scilicet nullitas ad fauorem alicuius adinuenta, ab eo tantum exerceri possit, non ab alio contra ipsum *Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 27. num. 39. Dom. Reg. Capyc. Latr. decis. 19. num. 11. vsq; ad finem lib. 1.* & latè etiam *Dom. Consil. Theodor. alleg. 15. n. 32.* Inde est quod contractus celebratus cum
45 minore sinè tutoris, vel curatoris authoritate, nullus contrà eum declarari non potest ipso contradicente, *l. Iulianus 14 §. si quis colluderet, ff. de act. empt. Simonecll. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 17. num. 124. Fontanell. loco cit. num. 15. 16. & 17.* vbi etiam probat, in hoc esse magis priuilegiatum minorem, ipsa Ecclesia, autho-
46 ritate de *Franch. d. decis. 35.* concordat ad idẽ *tex. in l. cum interdicta 6. C. arbitr. tutel.* vbi *Imper. Dioclet. & Maxim.* statuunt, posse minorem cogere tutorem suum ad restitutionẽ residui pretij rei ab eo fraudelentèr venditę, quia licèt venditio illa alias esset nulla proptèr fraudem euidentem, potest tamen minor (ad cuius fauorem nullitas vrget) eandem approbare venditionem; Et de hoc palpabilis
47 assignari potest ratio, quia quamuis contractus dolo initus ipso iure claudicet, est tamẽ in arbitrio eius, qui dolum passus est, contractum illum approbare, ac etiam aduersariũ, qui dolum commisit ad obseruantiam illius compellere, notabilis est *glos. in l. eleganter 7. in princip.* & in verbo, *nullam,* & iterum in verbo, *hoc ipse, versic. Item ad quid, ff. de dol. mal.* alia *glos. in l. Iurisgentium 8. §. Prætor, cit. versic. dolo malo, ff. de pact. & in l. in causa 17. vers. Nec locupletior, ff. de minor. Abb. in cap. cum dilecti n. 8. tit. de empti. & vendit. Felin. in cap. dilecti il 2. sub n. 8. versic. sic etiã, de rescript.* idem *Felin. in cap. suis quæstionib. sub num. 5. versic. Et dicit, de testi.* cum alijs ferè innume-
48 ris in hoc concordantibus, signanter *Bald. in l. dolum in fine, C. de petic. & commod. rei vendit.* dicens, quod si procurator meus colludens cum aliquo, rem meam vendiderit, possum nihilominùs ego, licèt aliàs venditio nulla esset, propter dolum, & collusionem adhibitam, illam approbare, & compellere emptorem ad obseruantiam emptionis, ad quod est *tex. in d. l. Iulianus, § si quis colludente,* & ibi *DD. omnes.*

49 Ab his quoq; non valdè differt, id quod idem *Bald.* annuit, in *l. 1. num. 8. C. plus val. quod agi.* dicens, quod simulatio contractus non potest allegari à simulante, si contractui illi is qui non simulauit stare intendit, vt etiã tenet *Salic. in ead. l. 1. col. 2. versic. Quæro vnus*
50 *ex contrahentibus* Simileq; dictum ponit *Ancar. cons. 141.* dum probat, quod si fuerit inter

con-

contrahentes conuentum, vt altero eorum contraueniente, contractus censeatur nullus, si in effectu alter contrahens contraueniat, nō tamen contractus ille est nullus, si non contraueniens velit illi stare, ac propterea potest iure optimo aduersarium cogere ad adimplen-
51 dum, sequitur *Felinus locis. cit.* Estq; ratio, quia clausula decreti irritantis tunc demum operatur nullitatem, si is ad cuius fauorem apposita est velit, non aliàs, vt pēt *Io: Monac. Io: Andr. Philipp. Fran. & Lap. in cap. statutum 3. de praeben. in. 6.*

52 Neq; omittam in hac tam congrua occasione, id quod dicitur de emphyteuta, qui alienando rem emphyteuticam, vel canonem non soluendo, in commissum incidit; Si tamē velit directus Dominus, cui permittitur eo casu ad pensionem dumtaxat agere *tex. est in l. 2. ibi, volenti ei, & glos. ibidem in d. vers. volenti*, cum DD. communiter *C. de iur. emphyt. Benedic. in cap. Raynutius, verbo, In codē testamento relinquens, sub num. 91. de testam. Alex consil. 113. n. 3. vol. 4. & Cēc. de cens. quaest. 66. num. 42.*

53 Postremò cæteris similibus omissis, facit quod dicitur de pacto legis commissoriæ, (nimirum si; pretium non fuerit solutum intrà tantum tempus, res vendita reuertatur ad Dominum venditorem,) quia non potest exerceri inuito ipso venditore, qui si velit stare contractui, pretio adhuc non soluto, potest, *l. 2. ff. de leg. cōmis. & l. 3. ff. eod.* ibi. *Nam legem commissoriam, quæ in venditionibus adijcitur, si volet venditor exercebit, non etiam inuitus*, latè *Nigr. de laudem tom. 2. quaest. 6. artic. 1. nu. 7. cum seq. fol. 86.* Hæc occurrunt.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Bona alienari prohibita, si fuerint semel legitimè alienata, durant perpetuò alienabilia, transmissibilia, delegabilia, cessibilia, diuisibilia, & collatienabilia, nu. 1. & 2.

Bona Ecclesiæ semel solemniter alienata, in emphyteusim concessa, & infeudata, durant perpetuò alienabilia, & in emphyteusim concessibilia num. 3.

Bona Ecclesiæ dicuntur solita alienari, si fuerint semel legitimè alienata n. 4.

Prælatus iurans se non alienaturum bona Ecclesiæ inconsulto Rom. Pontifice, potest adhuc alienare bona solita alienari, & effecta alienabilia num. 5.

Bona Ecclesiæ solemnitèr alicui hypothecata, possunt instante eodem creditore, alienari sinè solemnitatibus, in executionem prioris hypothecæ num. 6.

Bona Ecclesiæ, quæ possunt sinè solemnitatibus alienari, si alienentur cum solemnitatibus nullis, & inualidis, remanet etiam inualida alienatio, nec substinetur in vim potestatis alienandi sinè solemnitatibus num. 7.

Feudum alienabile sine assensu, si alienetur reseruato assensu, alienatio non valet, si deindè assensus non impetretur num. 8.

Intentio est primordialitèr attendenda nu. 9.

Actus factus vigore potestatis insufficientis, nō substinetur ex alia potestate sufficienti num. 10.

Episcus qui potest extrà Ciuitatem citare sine testibus, si cites cum testibus minùs idoneis, vel numero non oportunis, citatio non substinetur num. 11.

Maritus comparens vti procurator vxoris, cum mandatum non haberet, facit acta nulla, nec substinētur tamquam facta vti maritus, qui poterat sinè mandato comparere num. 12.

Coniunctus comparens vti procurator coniuncti, cum mandatum non haberet, facit acta nulla, nec substinentur, tamquam facta, vti coniunctus qui poterat comparere sinè mandato n. 13.

Procurator comparens cum mandato insufficienti facit acta nulla, licèt aliud sufficiens haberet mandatum n. 14.

Creditor, qui poterat agere via executiua, si agat ordinariè, non potest redire ad viam executiuā num. 15. limitatur tribus modis, vt num. 16. 17. & 18.



AD CAPVT VII.

Additio.

1 EGVLA est vulgatissima in iure, quod res prohibita alienari, si fuerit semel legitimè alienata, durat pperuò alienabilis, *l. Pater filiū 36. §. quindecim, ff. de legat. 3. Signor. consil. 210. num. 6. Cancer. Varia. Resolut. lib. 3. cap. 21. n. 211. &*
2 *Reuit. decis. 7. n. 6.* Et fit etiam transmissibilis, delegabilis, cessibilis, diuisibilis, & collationabilis, si paritèr fuit semel legitimè trāsmissa, delegata, cessa, diuisa, & collata, licet aliàs ex hominis, vel legis præcepto non poterat transmitti, delegari, cedi, diuidi, & conferri, vt pulcrè, & firmitèr probat *Nigr. de laudem. lib. 1. quaest. 4. artic. 5. n. 18.*

3 Ex hac regula infero principalitèr, quod si bona Ecclesiæ fuerint semel alienata, in em-

phyteusim concessa, vel infeudata præceden-
tibus, solennitatibus contentis in Paulina
Constitutione, per talem actum sunt effecta
perpetuò alienabilia, & possunt in posterum
inconsulto Romano Pontifice in emphyteusim
iterum concedi, & infeudari, vt colligitur ex
dicto extrauaganti ambitiosæ, de reb. Eccles. nō
alien. ibi. Præterquam in casibus à iure permissis,
& de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo
concedi solitis. Idem probatur ex tex. in cap. ex
parte, & ibi glos. extrà de feud. glos. in Clemen.
frequent. in verbo, ad mensam tit. de excess. Præ-
lat. Bar. in l. p. n. 8. C. de Impon. Lucrat. descrip.
lib. 10. Bald. in l. etiam sub n. 1. versic. Et
Vtrum, & ibi etiam Paul. de Castr. sub num. 4.
versic. prædicta procedunt ff. solut. matrim. Alex.
cons. 4. viso, & considerato, sub n. 13. vol. 2. Guid.
Pap. decis. 100. Capyc. in sua inuest. feudal. fol.
143. col. 1. versic. Quarta conclusio, Menoch.
de præsumpt. lib. 3. præsump. 6 n. 27. latè Rosen-
tal. de feud. cap. 4. conclus. 21. Fontanell. de
pact. nupt. tom. 1. clas. 4. glos. 13. part. 4. à n. 3. &
4 Macerat. variar. resolut. lib. 1. resolut. 25. n. 3.
qui licèt postea ibidem n. 16. dicat, quod ad
effectum vt bona Ecclesię dicantur solita alie-
nari, & concedi, sint necessariæ binæ conces-
siones, vel alienationes, tamen verior opinio
est sufficere vnicum actū solemnem, pro vt sen-
tiunt omnes ferè DD. mox allegati, confert
Pen. decis. Rot. Rom. 664. à n. 3.

5 Amplio istam conclusionē, vt procedat etiā
si Prælatus in ingressu officij iurauerit se non
aliàs alienaturum bona Ecclesiæ, nisi Romano
Pontifice certiorato, quia poterit adhuc, non
obstante iuramento, distrahere dicta bona ef-
fecta alienabilia, vt per Redoan. de reb. Eccles.
non alien. quæst. 55. à n. 70. Gutier. de iuramen.
confir. part. p. cap 52. num. 4. Cassador. decis. 1.
n. 12. tit. de acquir. rer. dom. & alios relatos à
Rosental. loco superiùs allegato conclus. 22. & p
Fontanel. n. 4.

6 Secundò hoc ipsum amplio per doctrinam
Bar. in auth. hoc ius porrectum n. 21. C. de Sa-
crosanct. Eccles. dum dicit, quod bona Eccle-
się solemniter alicui Creditori hypothecata,
possunt in executionem antecedentis actus
dictę hypothecę, absque alia solemnitate alie-
nari, & alienatio remanet valida ad fauorem
eius, in quē fit; concordat Bald. qui hoc pro-
bat per illum tex. in l. si pupillorum §. 1. ff. de
reb. cor. & Nigr. dicto tract. de laudem. tom. 1
quæst. 45 num. 6. fol. 651.

7 Benè verum (vt ad rem nostram redeamus)
notandum vtilitèr est, quod si in casibus, in
quibus possunt bona Ecclesiæ validè, & licitè
inconsulto Romano Pontifice alienari, velint
contrahentes ad maiorem cautelam adhibe-
re super tali alienatione solitas solemnitates
ac assensum impetrare; puta quia fuit etiam
in contractu reseruatus; adhuc alienatio ipsa
esset nullius valoris, si solemnitates reseruatæ,
vel nullitèr, vel non adhiberentur; quasi quod
eo casu, partes ipsę ita paciscendo, priori fa-
cultati contrahendi super talibus bonis sine
solemnitatibus renunciauerint, ita deducitur
ex Rot. Rom. relata à Spectabili Dom. meo in
præsenti, cui addo in casu duriori tradita per
Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr.
19. n. 10.

8 Hoc idem probatur etiam, ex simili doctri-
na tradita per Consil. Teodor. allegat. 30 n. 3.
versic. nec obstat, quo in loco notabiliter pro-
bat, quod feudum, de sui natura alienabile si-
ne assensu, si vendatur saluo assensu imperrā-
do, & ille in effectu non impetretur, venditio
illius feudi remanet inualida, nec substinetur
in vim potestatis alienandi sine assensu, inspe-
cto, quod isto in casu, intentio fuit contraria
9 potestati; Et in iure regula est vulgarissima,
contrahensium intentionem tāquam Reginā,
esse primariò attendendam, inspiciendamq;
l. in conditionalibus 19. ff. de condit. & demon-
strat. l. fin. C. qua res pignor. oblig. poss. l. in con-
ditione, cum glos. penul. ff. commum. præd. l. ita sti-
pulatus 115. cum glos. in verbo ex sententia ff.
de verb. obligat. l. sed celsus §. si fundus ff. de
contrah. empt. Ias. in l. si quis filium, col. 1. circa
finem, versic. & adde ff. de liber. præter, & glos.
in l. fideicommissa 11. §. quoties ff. de legat. 3.
ibi Non .n. in corde gerebam codicillos facere,
10 sed testamentum. Inde fit, quod si duplex resi-
det in me potestas ad actum aliquem confi-
ciendum, vna nempè efficax, & valida, ineffi-
cax, & inutilis altera, & velim actum illum ex
illa secunda potestate, de se inefficaci confice-
re, non vtriq; substinebitur virtute efficacis po-
testatis Roman. cons. 496. & Felin. in cap. non
nulli §. sunt, & alij n. 54 de rescript. & R. P.
Afflict. contr. iur. cap. 2. n. 7.

11. Iterum probatur ex Dom. Præs. de Franc.
decis. 560. n. 8. vbi probat, quod si Reg. Fiscus,
qui potest citari facere quoscunq; extra ciui-
tatem sine interuentu, & præsentia testium,
vellet citare cum testibus minus idoneis, vel
in numero non oportuno, talis citatio non va-
leret, neque posset substineri in vim prædictæ
facultatis citandi sine testibus.

12 Consonat quoq; prædictis simile dictum,
quod fuit originale Rom. cons. 446. vbi latè
probat, quod iudicium agitatum à viro vti
procuratore vxoris suæ, cum tamen mandatū
non haberet, non substinetur; ac proindè pro-
cessus est nullus, quia licet alias potuisset sine
mandato comparere, & agere vti maritus, vi-
detur tamen illo iuri, ac nomini renunciauis-
se, ita idem, cit. Roman. consil. 496. sequitur
Ias. in l. exigendi, num. 9. versic. & concludit Lu-
douic. C. de procurat. eādemq; opinionem am-
plexatur Rot. teste Achill. de Graff dec. 7. tit.
de procur. Caphal. cons 745 n. 8. & 9. vol. 5.
Canale. decis. 24. circa principium, vol. 1. Idem
in repert. decis. in verbo, Maritus postquam
comparuit fol. 1086. col. 2 in fine, Tiraquell. de
retrac. lignag §. 10. glos. vnica num. 6. Fontanel.
de

de pact. nupt. tom. 2. clas. 6. glos. 3. part. 7. num. 60. Nouar. quaest. for. lib. 2. quaest. 3. n. 14. & Scacc. de cōmer. & camb. §. 1. quaest. 7. part. 3. limit. 7. n. 7. fol. 306.

13 Qui etiam affirmant communitèr, quod si coniunctus, qui poterat pro coniuncto sine mandato compatere, comparuit vti eius procurator, cum tamen mandatum non haberet, Iudicium, & processus tamquam fabricatus à persona non legitima, non valet, nec tenet, neque vti agitatus à coniuncta persona. *Rip. in. l. 1. §. si qui vita, n. 31. versic. Hinc est quod gesta ff. de verb. obligat.* post *Rom. d. consil. 446.* cum alijs multis relatis à DD. in praecedenti conclusione allegatis, nempè à *Tiraquell. d. glos. vnic. num. 7. Fontanell. n. 60. & Scacc. sub n. 6.* addo *Ann. alleg. 27. n. 2.*

14 Facit quoque illud, quod dicitur de procuratore comparente cum mandato insufficiēti, quia iudicium, & acta ab eo facta non valent, licèt aliàs sufficientissimum haberet à Domino mandatum *Mobed. dec. 7 de offic. proc. Rot. diu. decis. 397. n. 2. part. 1. Honded. cons. 55. à num* 80. *vol.* 1. quem sequitur *Fontanell. loc. cit. n. 61. Non. d. quaest. 3. sub n. 14. & Scacc. n. 6.*

15 Et tandem confert non mediocritèr exemplum Creditoris, habentis contra debitorem suum actionem paratam, & exequtiuam, quia si omissa illa, ordinariè agere coeperit, non poterit amplius inchoatam à principio Iudicij formam mutare, redeundo ad processum summatium, ac viam exequtiuam, inspecto, quod censetur illi renunciatum, per electionē viae ordinariae, *Roman. cons.* 133. *col. 2. vers. Ex quo enim, Grammat. cons. ciuil.* 95. *num. 27. Coler de proces. exequt. part. 3. cap. 5. n. 31. cum seqq. Maran. in spec. part. 6. act. 8. num. 31. Scac. de iudic. caus. ciuil. lib. 1. cap. 62 n. 33. & cap. 76 n. 9. Mastrill. decis. 157 Giurb. decis. Siciliae 55. num. 18 lib. 1. Gall. f. de oblig. Cameral. part. 2. partic. 3 quaest. 2. Fontanel.* qui ita refert decisū *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. part. 5. n. 31. f. 431. Macerat. variar. Resolut. lib. 1. resol. 29. n. 8. Reg. Rouit. in pragm. 1. n. 10. tit. de confer. Nouar. quaest. forens. lib. 2. quaest. 52. n. 2. &* idē *Nouar. decis. 9. n. 2.* vbi multos congerit.

Verū notandū est pro cōplemento, postraemam hanc conclusionem quamplutibus re-
16 stringi modis. Primò . n. non procedit, si contingeret instantiam causae ordinariè coeptam perimi, hoc namq; casu Creditor redenndo ad viam exequtiuam non videt mutare primū iudicium, sed aliud de nouo formare, quod videtur probari posse ex *Gall. f. loco cit. num. 7.* quem sequitur *Rot. Rom.* post *Genc. dec. 101. num. 13.*

17 Limitatur secundò si vellet Creditor agere contra debitorem pro tertijs, & tandis maturatis post iudicium ordinariè coeptum, pro illis . n. nullo iure prohiberetur exequtiuam viam exercere, ea palpabili ratione, quia tot sunt debita, & stipulationes, quot sunt tandae, & annatae *l. scire debemus* 19. *ff. de verb. oblig.*

18 *Rot. Rom. dec. 243. n. 3. post tract. Cenc. de Cenc.* qui idem affirmat *quaest. 91. sub n. 25.*

Tertiò, & vltimò limitatur, si Creditor, qui intentauit iudicium ordinarium, se protestatus fuisset, quod non vult sibi praecludi viam, & facultatem agendi exequtiuè, vt per *Menoch. tract. de adipis. possess. remed. 6. n. 11.* quem ad hoc allegat cit. *Cenc.* qui ponit praedictas, & alias limitationes, *tract. de cens. quaest. 95. n. 29, & 30.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Ecclesia est restituenda ad eius bona, malè alienata, vna cum fructibus n. 1.


Fructus bonorum Ecclesiae, malè alienatorum à quo die sint ei restituendi, latè n. 2. vbi referuntur verba glos. in Can. non liceat Papae 12. q. 2. sed concluditur distinguendo, n. 3. & 4. & impugnatur opinio Io: Bapt: Ciarlin. n. 5.

Iuris error consistit in bona fide, & excusat possessorem illigitimum à fructibus n. 6. sed limitatur fauore Ecclesiae n. 7. Item si ius expresse resistere t n. 8.

Emptor bonorum minorum sine solemnitatibus, nō est in bona fide, licèt in iure errauerit, & proindè non praescribit n. 9.

Bona minoris malè alienata, sunt ei restituenda vna cum fructibus, à die celebrati contractus n. 10.

Bona Ecclesiae malè alienata sunt ei restituenda, cum omni medij temporis incremento n. 11.



AD CAPVT VIII.

Additio.

1 ESCISSA alienatione bonorū Ecclesiae, proptèr carentiam Apostolici assensus, & aliarum solemnitatum, est facienda vna cum re, omnium perceptorum fructuū restitutio *eex. est in l. iubemus 14. §. 1. C. de Sacrosan. Eccles.* cū concord. relatis ab *Aguft. Bero quaest. 59. Pappon. lib. 1. tit. 13. arrest. 10 Osas. decis. 160. sub. n. 2. & Gramm. decis. 79.* pc. dicur-

discutsũ, *vbi referepræcipuè.tex.* in *Cap. si quis præsbiterorum, tit. de reb; Eccles. non alien. & in Can. non liceat Papæ 12. quæst. 2.* Ibi *liceat etiã quibuslibet Ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere.*

2 Sed dubium in eo consistit, à quo die sint restituendi fructus, an à die quo fuerunt bona alienata, an vero à die motæ, vel contestatæ litis; *glos. in d. Can. non liceat Papæ,* in verbo, *& cum fructibus,* distinguit quamplures casus, per hæc notabilia verba. *Hinc, aduerte quod fructus possunt peti. Sciendum est, quod si agitur per interdictum aliquod ad petendum rem cum fructibus, tũc restituentur omnes fructus, percepti à tempore eo quo est propositum interdictum, nisi in interdicto vnde vi, in quo veniunt fructus omnes percepti à tempore deiectionis, vt ff. de interdic. l. Interdictit, ff. de vi, & vi armat. l. 1. §. ex die; Sin autem agitur rei vindicat. aut possessor fuit bonę fidei, aut malæ fidei, Si bonæ restituet omnes fructus perceptos à tempore litis contestatæ, vel qui culpa sua non sunt percepti. Sed ante litem contestatam perceptos non tenetur restituere, sed tantum extantes C. de rei vindic. l. certum est Instit. de offic. iudic. §. post inchoatam. Si fuerit possessor malæ fidei, tam perceptos, quam quos percipere poterat tenetur restituere, vt extrà de rest. spoliat. cap. grauis, & ff de rei vindic. l. si Nauis § generalitèr, & C. de rei vindic. l. certum est. Si verò malæ fidei possessor titulum habuit, tunc excusatur à percipiendis propter titulum, vt C. de rei vindic. l. si fundum, nisi ita sit quod ille titulus habeatur pro non titulo, vt cum quis emit contra interdictum legis, vt C. de Agric. & censit. l. quemadmodum lib. 11. & alios casus habes notatos ff. quod. met. caus. l. sed & partus.* Hactenùs glos.

Sed cum hæc eius distinctio in singulis suis partibus, & casibus considerata, quamplures possit habere non mediocris considerationis
3 ambages. Propterea non tam intricatè, sed conclusiuè procedendo in proposita quæstione distinguo breuitèr, quod aùt is in quem fuerunt distracta bona Ecclesiæ errauit in facto, puta quia credebat alienationem fuisse ritè factam, cum solemnitatibus, & requisitis debitis, & isto casu tenetur ad illos dumtaxat fructus, quos à die litis motę percepit *Felin. in cap. cum causa n. 27. in fine, vers. Procederet fortè tit. de Senten, & re iudicat. Mangil de*
4 *euict. quæst. 131. n. 12. & 13.* Aut in iure errauit vtputa quia credebat nullas esse necessarias solemnitates in simili alienatione bonorum Ecclesiæ, vel cum id percalleret, eas interponi non curauit, & isto casu concludũt omnes, teneri emptorem ad restitutionẽ omnium fructuum quos à die celebrati contractus percepit, non alitèr litis, vel illius contestationis tempore inspecto, vt per *Bero in d. cap. si quis Presbiterorum n. 14.* post *Butri ibidem n. 6.* & *Imol. n. 12.* cum alijs multis relatis à *cit. Mangil. d. quæst. 131. num. 10. & 11. à Spectabili Dom. meo cap. 18. num. 72 lib. 2. & per Io: Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib. 1. cap. 105. n. 71.*
5 *& 72.* vbi latè. Et licet idẽ *Ciarlin.* ibidem à *n. 73. cum seq.* recedat ab hac opinione, existimãs æquiùs, & mitiùs, vt etiam isto casu debeat fieri restitutio fructuum à die litis contestatæ; is tamen per rationes quas adducit, reddit opinionem suam dubiam, & fortasse fallam; putat. n. applicabilem esse ad casum nostrum re-
6 gulã illã, ꝙ iuris error nõ cõstituat possessorẽ in mala fide, ac proindè, quod faciat proptèr bonam fidem fructus suos, ex *l. sed & si l. 28. §. scire autem ff. de petit. hæred. & in l. de fruct. 18. ff. de donat. inter vir. & vxor*, quæ conclusio vltrà quod multos habere potest intellectus, per quos redditur inapplicabilis, & dubia, vt constat ex traditis per *glos. in dicto §.*
7 *scire autem, in vers. Et non puto.* Limitatur vt non procedat in themate nostro, ex doctrina *Felin. in d. cap. cum causa sub n. 27.* vbi probat latè, quod isto casu error iuris non excusat à fructibus, quia huic contractui illicitæ alienationis rei Ecclesiasticæ, lex Canonica, & etiam Ciuilis, expresse resistit, & satis est, contractum esse nullum à principio, ob quòd omnia iura superiùs allegata, mandant indistinctè, rem esse cum fructibus restituendam; idem tenet in puncto *Gramm. decis. 79.* vbi per hanc rationem resoluit dictam regulam, quod errans in iure faciat fructus suos, per
8 inde si esset possessor bone fidei, quam etiam declarauit *Bartol. in dicto §. scire autem*, dicens illam non procedere si ius expresse resisteret (vt in casu nostro) & *Bar.* sequitur *Abb. in cap. dilecto tit. de præben.* vbi tenet, quod possidens iure resistente non facit fructus suos, etiam si in illo iure errauerit, idẽ tenet *Felin. loco cit. & Gramm. n. 8.*

9 Hoc idem non dispari ratione probatur, nam fauore minoris, cuius prædium sine decreto distractum fuit, emens licèt in iure errauerit, credendo licere pupillis bona sua sine Iudicis, tutoris, curatorisuè authoritate distrahere, non est in bona fide propter iuris ignorantiam, ob quòd prædium illud non præscribit, *tex. est in l. 2. § si a pupillo, vers. quod si scias ff. pro empt.* ibi. *Quod si scias pupillum esse, putes tamen pupillis licere res suas sine tutoris authoritate administrare, non capies vsu, quia iuris*
10 *error nulli prodest*. Vnde est quod emens bona minoris sine decreto, cogitur eadem cum fructibus restituere siue extent, siue non *l. quod si minor 25. §. restitutio, in l. patri pro filio 28. §. item ex diuerso, & in l. si minor 41. §. prædia, ff. de minor. 25. an. l. si prædium 16. C. de prędi. min. & l. 2. C. si quis ignorans rem. min. esse sine decr. compar.* & dum *tex.* hic dicit, & *fructus vniuers reuocentur.* sequitur illorum restitutionem faciendam esse non quidem à die motæ, vel contestatæ litis, sed à die con-
11 tractus. Ergo idem quo ad Ecclesiam, ad quã redeundo concludo, quod eius res, & prædiũ ille-

illegitimè distractum, est ei restituendum cũ omni quoq; medij temporis incremento, vt in §. *quia verò* il Secondo *auth. de non alien. aut permut.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

A *Limenta, quæ socer genero, & vxori præstare promisit, & deindè præstitit, augent dotem num. 1.*

Socer soluta dote repetit à genero alimenta suæ filiæ præstita num. 2.

Frater alens Sororem maritatam, repetit impensas ab eius viro num. 3.

Actio nulla datur contra alitum pro alimentis, sed contra eum qui illum alere tenebatur num. 4.

Alimenta præstita filio familias non possunt ab eo repeti, sed ab eius Patre num. 5.

Socer qui dotem non soluit, non repetit alimenta præstita eius filiæ, & genero, sed compensantur cum interesse dotis n. 6.

Socer non potest conueniri ad interesse dotis non solutæ, si filiam, & generum aluit n. 7.

Gener potest cum Socero pacisci, vt dotis solutione pendente, certum quid ei annuatim soluatur num. 8.

Fructus pignoris recepti à genero, pendente dotis solutione, non sunt in dotis sortem computandi num. 9.

Pactum de non computandis fructibus pignoris in sortem, etiam fauore dotis improbatur num. 10. Ideoq; mulier soluto matrimonio, retinens feudum, vel alia bona viri, pendente dotis restitutione tenetur fructus ex bonis illis obuentis in dotis sortem computare num. 11. Sed intellige, & limita, vt num. 12.

Fructus pignoris extenuant sortem num. 13. cum declaratione posita num. 14.

Solutio simpliciter Creditori facta, si dubitetur an interesse debeatur, cedit in extinctionem sortis num. 15.



AD CAPVT IX.

Additio.

1 
REVITER, & resolutiuè procedendo distinguo in hoc Capite duos casus. Primus est, quando Socer promisit Genero, ipsum, & vxorem suam pro certo tempore aliturũ; & isto casu alimenta vigore dictæ conuentionis à Socero genero, & coniungi præstita, sunt prò estimatione restituenda, & augent quantitatem dotis, vt hic concludit *Spectabilis Dom. meus*, Addo tradita per eundem infrà *cap: 262, nu. 16.* vbi hoc idem confirmat.

2 Secundus casus est, si Pater non quidem
ex conuentione (vt in præcedenti casu considerauimus) sed quia ita necessitas, vel contingentia expostulauit, filiæ suæ maritatæ alimenta ministrauit, & isto casu subdistinguendum est; vel soluit iam dotem quam promisit, & repetit dicta alimenta à genero, vt per *Cyn. Bald. Alex. & Ruin. in l. quod in Vxorem 13. C. de negot. gest. Soccin. consf. 64. col. 2. vol. 4. in versic. Ex qua conclusione; & Nat.*
3 *consil. 547. num. 16. & seq.* qui ferè omnes idẽ
indubitatè concludunt in fratre, vt scilicèt alimenta, quæ præstitit Sorori maritatæ, possit repetere ab illius viro, qui eã alere tenebatur, quia quicũq; præstat alicui alimenta, quæ ab alio debentur, repetit ab eo, sequitur *Surd.* qui omnia cumulat, in *tract. de alim. tit. 4. quæst. 16. à nu. 2.* Sed tamen notandum est,
4 quod in prædictis, & similibus casibus, nulla
datur actio prò expensis contrà eum, cui fuerunt data alimenta, sed dumtaxat aduersus illum, qui ex obligatione, & vinculo, vel na-
5 turæ, vel conuenientiæ alere tenebatur; Vnde
est, quod si quispiam postquam alterius filio de alimentis prouidisset, illorum æstimationẽ recuperare vellet, non quidem contrà filium, sed aduersùs *Patrem*, cuius erat onus illud alendi, actionem, & gressus dirigere debet; vt *glos.* notabilis in *l. alimenta 11. in versic. Materna pietate, C. cit. tit.*

6 Aut, & demum (vt ad rem nostram, & ad secundum membrum propositæ distinctionis redeamus) Socer promissam dotem Genero, adhuc non soluit, & isto casu, si cum esset in mora constitutus, vel à lege, vel ab homine, eidem genero, eiusdemque vxori alimenta præbuit, illa quidem eo casu non repetit, sed fit congrua hinc inde alimentorum, cum dotis promissæ interesse, & fructibus compensa-
7 tio; eandemq; compensationis exceptionem

ob-

obstare legimus contrà petitionem interesse
dotis non solutæ, à genero contrà Socerum
propositam, si Socer ipse illum, eiusq; vxorẽ
pro eo tempore aluit, iura sunt ad hoc mani-
festissima in l. u Insulam 43. §. Vsuras autem,
ff. solut. matr. ibi in fine. Si proprys sumptibus
Vxorem suam exhibuerit; alioquin si Patris sum-
ptibus exhibita sit, inanis Vsurarum stipulatio,
compensationi non proderit. Et in l. Pater pro
filia 17. ff. de dol. mal. & met. except. vbi Sceuo-
la ait. Pater pro filia dotem promiserat, & pa-
ctus est, vt ipse aleret filiam suam, idem homo
rusticanus genero scripsit, quasi vsuras præsti-
tas ex dotis promissione; Quæsitum est, cum ipse
filiam suam exibuerit, & maritus nullam impen-
sam fecerit, an ex chyrographo ex stipulatu agē-
ti genero exceptio obstare debeat. Respondi si
(vt proponitur) Pater cum exiberet per erro-
rem promisisset, locum fore doli mali exceptione.
Hactenus I. C. & tertiò in l. cum post diuortiũ,
§. in domum, ff. de iur. dot. ibi In domum absen-
tis Vxore deducta, nullis in ea intereà ex bonis
viri sumptibus factis, ad exhibitionem vxoris,
promissas vsuras reuersus vir improbè petit.
Quorum Iurium nouissimus memor, atq; in-
terpres est R.P. Afflict. Controu. iur. cap. 7. nu.
21. 22. 39. & 42. qui in hac re legendus, & am-
plectendus est omninò.

8 Illud quoq; ad materiam notandum est,
quod tradunt magis communiter Theologi,
& Canonistæ vt scilicet recto iure possit Gener
qui Socero suo dilationem dedit ad soluẽdum
dotem, cum eo pacisci, vt dilatione pendente
aliquid ei annatim pro alimentis soluatur,
Abb. in cap. Salubriter num. 3. de vsur. Couar.
Variar. Resolut. lib 3. cap. 1. sub. num. 3. versic.
Quarto, cum seq. & Socc. qui innumeros vtri-
usq; speciei DD. congerit, tract. de commer. &
camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. amplia 8. num. 174.
cum multis seqq. vbi latè prosequitur hanc opi-
9 nionem, & subdit in versic. Confirmatur pri-
mo, quod potest etiam gener cui dos soluta nõ
fuit, fundum, vel domum aliquam pro pigno-
re accipere, absq; quod cogi possit fructus il-
lius in dotis sortem computare, ad quod tex.
est expressus in cap. Salubriter 16. de vsur. ibi
Salubriter, & infrà, Sanè gener ad fructus pos-
sessionum, quæ sibi à Socero sunt pro numerata
dote pignori obligatæ, computandos in sortem nõ
credimus compellendum. Cum frequenter dotis
fructus, non sufficiant ad onera matrimonij sup-
portanda.

10 Et licet multi dixerint contrarium, vt scili-
cet, expressum pactum de non computandis
fructibus pignoris in sortem, & quantitatem
debiti, tamquam fœneratitium, ac maximam
continens turpitudinem, etiam matrimonij,
dotisuè fauore improbari, Fontanell. de pact.
nupt tom. 1. clausula 4. glos. 18. part. 3. n. 107.
fol. 468. & latius Surd. cons. 194. lib. 2. quem se-
quitur idem Fontanell. d. tract. tom. 2. claus. 7.
11 glos. 3. par. 1. n. 10. fol. 475. Adeo quod, si mu-
lier soluto matrimonio rem viri pro suis do-
tibus retinuerit, vel in pignus receperit, te-
nebitur sine scrupulo, fructus ex re illa perce-
ptos in dotis sortem computare, si curiosa
non fuerit, atq; solicita in adeundo Iudicem,
petendo plenariam illius rei adiudicationem
pro suo Credito dotali, vt authoritate Andr.
qui loquitur de muliere retinente feudum vi-
ri, tenet Molfes. ad Consuetud. tom. 1. part. 4.
quæst. 13. num. 7. idemq; dicit Molin. de Hi-
span. primog. lib. 4. cap. 5. num. 7. Roger. tract. de
dot. quæst. 16. num. 6. sicq; fuisse iudicatum in
Senatu Mantuano, testis est Cæsar. Manent.
decis. 76. quem allegat Dom. meus Consil. Ho-
diern. ad Surd. decis. 240. num. 21. & seq. qui la-
tissimè de more prosequitur hanc materiam,
allegando etiam tex. expressum in l. Titia 47.
ff. de solut. & Capyc. Latr. decis. 97.

Ad hæc tamen validè responderi potest, vt
nihil commune habeant, cum conclus. posita
suprà n. 9. ibi enim agitur de viro substinen-
te oneta matrimonij, hic verò de muliere re-
tinente bona viri, ex mera causa lucratiua;
12 Vltrà quod precedentes quoq; authoritates,
loquentes contrà mulieres, & earum dotes
intelligendæ sunt, vt non procedant, si ob re-
tardatam dotis restitutionem, deberetur mu-
lieri annatim certa quantitas interesse; Isto
enim casu non est verum, quod fructus ex bo-
nis viri ab ea percepti debeant in sortem cõ-
putari, sed sunt cum interesse compensandi,
nisi dicamus fructus esse excessiuos, quia tũc
pro excessu tantum vltrà interesse, sortem ex-
tenuant, tex. est in d. l. Titia, in secundo respõ-
so, ibi. Sed si fortè vsurarum quoq; rationem
arbiter dotis recuperandæ habere debuerit, ita
computandum prout quidq; ad mulierem perue-
nerit, non vt ex vniuersa summa decedat, sed
prius in eam quantitatem, quam vsurarum no-
mine mulierem consequi oportebat, quod non est
iniquum. Idemq; probat Mastrill. quem sequi-
tur R. P. Afflict. cap. 28. num. 6. & cit. Dom Ca-
pyc. Latr. d. decis. 97. in fine, vbi hanc restrictio-
nem exemplificat, vt procedat præcipuè in
hac Ciuitate, in qua certum reperitur taxatũ
interesse ad beneficium mulierum, pendente
dotium restitutione eis facienda, vt in Con-
suetud. Viro mortuo; tit. de iur. dot.

13 Eodemq; modo declaranda est conclusio
illa, vt fructus pignoris debeant in sortem
computari, ac principale debitum extingue-
re, tam de iure Canonico, in cap. 1. & 2. cit.
tit. de vsur. & in cap. cum contrà de pignor. quã
de iure Ciuili, ex l. si dominium, & ibi DD. ff.
eodem tit. l. 1. 2. & fin. ff. de de pignorat. action.
& l. 1. C. de distract. pignor. Angel. in auth. de
alienat. rerum emphyteutic. §. hoc etiam num. 6.
14 collat. 9. & Afflict. decis. 373. Procedit enim,
quando pendente debiti solutione, nulla facta
est vsurarum stipulatio; Cæterum si pro debi-
to certum esset interesse in stipulatione dedu-
ctum, isto casu non debent fructus ex pigno-

re

re à Credirore percepti in sortem computari, nisi tantùm in eo, quod fructus illi, interesse quantitatem excederent, *l. si cui, 5. §. Quæri poterit, ff. vt in posses. legat.* ibi. *Quæri poterit, an inuicem vsurarum hi fructus cedant, quæ in fideicommissis debentur. Et cum exemplum pignorum sequimur, id quod ex fructibus percipitur, primum in vsuras, mox si quid superfluum est in sortem debet imputari.* Hactenùs *Vulpian.*

15 Quibus demum accedat ratio disparitatis; quia in primo casu, scilicèt, quandò nullum interesse est conuentum, ita quod non debeatur, vel saltim dubitetur an debeatur, tunc solutio Creditori facta (cui compar est fructuum perceptio) cedit in extinctionem, & extenuationem sortis, vt per *Ann. allegat. 54.* At in secundo casu, quia ex contractu, siue ex virtute conuentionis, certum à principio taxatum est interesse, non videtur, nec rigori, nec æquitati consentaneum, vt creditor duplicem patiatur iacturam; primam non recipiendo quantitatem illam interesse licitè cõuenti ratione lucri cessantis; Et alteram excinguendo creditum suum vnica tantum vice Exbursatum ex tot diminutis, ac diuisis fructuum perceptionibus.

Videndus etiam ad materiam istam, *Spectabilis Dom. meus cap. 172. vol. 2.* vbi in similibus contingentijs, conscientiæ consulit, & bonis.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

INteresse in vita testatoris maturatum; cedit ad beneficium eius cui sors legata fuit num. 1. Sed intellige vt n. 2.

Interesse maturatũ in vita donantis, eo mortuo an sit donatarij, an verò eius hæredis, num. 3.

Fructus pendentes in re legata tempore mortis Testatoris, vel purificata conditionis sunt legatarij num. 4.

Fructus pendentes in bonis hæreditarijs non veniunt in legato mobilium, contrà Castrens num. 5.

Fructus, & introitus maturati in vita hæredis grauati, & ab eo non exacti, non cedunt ad beneficium eius hæredis, sed fideicommissarij nu. 6.


Fructus non exacti ab hærede grauato, qui per consequens cedunt ad beneficium fideicommissarij, an augeant fideicõmissum, an vero possit de eis fideicommissarius liberè disponere num. 7. Resoluitur ad beneficium fideicommissarij num. 8. Sed contrarium est verius num. 9.

Fructus existentes tempore mortis Testatoris, & perceptos ante aditam hæreditatem, tenetur hæres grauatus restituere fideicommissario nu. 10.

Hæres sub conditione institutus in medietate hæreditatis, adueniente conditione non potest petere fructus pendente conditione perceptos à cohærede purè instituto, num. 11.

Legatarius sub conditione relictus, adueniente conditione non potest petere fructus perceptos ab hærede, illa pendente, num. 12.

Fructus maturati tempore vacationis beneficij, vel sunt expendendi in vtilitatem Ecclesiæ, vel sunt reseruandi ad beneficium successoris beneficiati, num. 13.



AD CAPVT X.

Additio.



CCASIONE articuli præsentis Capitis, dereui breuitèr omnia declarare, quæ fræquentiùs in hac materia occurrere possunt; ideò conclusiuè procedendo, Dico primò, quod licèt maxima fuerit controuersia, an interesse in vita testatoris maturatum, cedere simplicitèr debeat ad beneficium eius, qui sors legata fuit, an hæredis; ita quod post longam disputationem deciderit *Senat. Mantuan.* cedere simplicitèr ad beneficium legatarij, nec alitèr hæreditatem augere, vt constat ex relatis per *Surd. decis.* 88. Tamen probabilior semper fuit, & frequentiùs obtinuit opinio eorum, qui sentierunt, ita demum illud procedere, si tamen interesse deberetur accessoriè, & officio Iudicis, non autem ex partium conuentione, quasi tunc separatum constituat debitum, vt hic concludit *Spectab. Dom. meus*, cui addo alios cõcordantes, quos allegando sequitur Doctissimus *Dom. Consil. Hodier. ad cit. decis. Surd.* vbi omnes congerit, post *Peregr. de fideicomm. art. 49. n. 8. & 10.* & *Censal. ibidem, vers. Decima tertia sit assertio fol 503. col. 2.* vbi paritèr ait, legẽdum ad materiam *Casanat. consil. 28 à n. 22. cum seq.*

2 (margin number, at the line "stat ex relatis per Surd. decis. 88.")

3 Dico secundò, quod eodem modo interesse maturatum in vita donatoris, eo mortuo, ita demum donatarij est, si illud fuerit Iudicis officio debitum, vel si nomen illud debitoris à quo interesse debetur, fuisset cum omnibus iuribus, & introitibus donatum, & nõ alitèr, & ità intelligenda sunt quæ scribit. *Reg de Pont. consil. 100. vol. 1.* quem sequitur *Ricc. in addit. ad Franch. decis. 13. in fine, vers. Et fructus.*

4 Di-

Dico tertiò; quod fructus pendentes tempore mortis testatoris in re legata, vel tempore purificatæ conditionis, sunt ipsius legatarij *l. si pendentes 34. ff. de usufruct. & quemadm. quis utat. Franch. decis. 254. sub n. 4. vers. Et si essemus in rebus solis*; cum alijs paenes *Franc. Seuerin. Resolut. 2. nu. 1.* post *quæst. Nouar.* Est ratio, quia fructus pendentes sunt pars soli, *l. fructus pendentes, ff. de rei vindicat.* cum concord. allegatis per *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 24. & Castill. de usufruct. cap. 42.* signanter sub *n. 10. vers. Et p dictum*, qui *Castill.* per totum dictum *capus*
5 latè ex hac ratione probat, fructus pendentes in bonis hæreditarijs non venire sub legato mobilium, ex *Alciat. consf. 182. lib. 9. & Gabriel. conf. 98. à num. 5. vsq; ad 13. lib. 1.* reputando fructus illos pro immobilibus, vt in specie tenet etiam cit. *Cardin. Mantic. d. tract. lib. 9. tit. 3. num. 7.* confutata in hoc opinione *Castr.* contrarium sentientis, *cons. 132. num. 3. vol. 1.* & aliorum sequacium.

6 Tandem redeundo ad rem nostram, dico quartò, quod fructus, & introitus maturati, & non exacti in vita hæredis grauati, in bonis fideicommisso subiectis, ipso mortuo nõ transeunt in eius hæredes, sed sunt fideicommissarij, ad quem bona peruenire debent, late *Peregr. de fideicom. d. art. 48. n. 66. Mantic. d. l. 7. tit. 10. num. 24. Camill. Larath. consil. 73.* & alij multi relati ab *Horat. Viscõt. ad Frãch. d. decis. 13.* & cum de hoc non possit dubitari, cum sit casus expressus *tex. in l. postulante, §. sed in huiusmodi, & l. deducta, §. qui post, ff. ad Trebell.* ideo in hoc non insisto.

7 Solum de eo vtilitèr circa hoc dubitari potest, an fructus isti, & introitus, quos fideicommissarij lucrò cedere diximus, possint ab eo alienari, sicut res propria, an autem augeant hæreditatem, ita quod remaneant saltim pro æstimatione fideicommisso subiecti, & peruenire debeant ad sequentes fidei-
8 commissarios? De quo articulo dubitat non mediocriter *Iacob. Mandel. Albens. cons. 79.* & miratur non reperiri casum legis hoc decidentem, ideoq; post longam argumentorum hinc inde propositorum seriem, concludit tales pensiones, introitus, & fructus non exactos, simpliciter fideicommissarij successoris lucro cedere, absq; quod teneatur illos reseruare alijs fideicommissarijs vocatis in seque-
9 ti gradu. Quid ergo dicendum est? Concludo contrarium, quia si fideicommissarius nil aliud habere potest præter bona subiecta fideicommisso, cum nomen ipsum, *fideicommissarius*, præsupponat vinculum in re, consequens est vt tales introitus, & fructus sint pari modo sub vinculo fideicommissi, sicut tota hæreditas. Præterea, inter plures successiuè vocatos nullus alio deterioris, vel melioris conditionis est, nisi in eo dumtaxat, quod vnus post alium sit admittendus ad fideicommissum, vel in ordine ad præceptum testatoris, qui vnum ante alium vocauit, vel in ordine ad cursum naturę, quæ vnum ante alium procreauit. Ergo non est in proposita quæstione meliorandus primus vocatus, in præiudicium vocatorum in vlteriori gradu, quorum (vt diximus) par est ratio cum primo. Et demum hoc suadetur ex *tex. in d. l. postulante 44. §. Sed & in huiusmodi*, vbi habetur, quod in proposito thæmate fructus prædicti, & introitus non exacti, hæreditatis appellatione continentur; Ergò transeunt cum qualitate, cũ qua transit in fideicõmissarium tota hæreditas, quæ collectiuè sũpta non excludit
10 à se dictos redditus non exactos; vnde dicit *Romanconf. 276. num. 5. vers. Quo ad sextum*, q̃ tã fructus existentes in hæreditate tempore mortis testatoris, quam perceptos ante aditam hæreditatem, tenetur hæres grauatus restituere fideicommissario, non minus, ac cętera bona sub tali onere relicta, sequitur *Dom. Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. F. concl. 493. num. 8.*

Neq; mouent argumenta *d. Alb.* is namq; ad fundandam suam intentionem, adducit pro angulari lapide opinionis *tex. in l. ex asse, ff. cit. tit. ad Trebell.* qui *tex.* vt vera proferam, non video, quo nam pacto applicari possit ad rem; probat enim, quod *hæres* fideicom-
11 missarius institutus, atq; vocatus sub conditione, in medietate hæreditatis, adueniente conditione, nil penitùs prætendere possit in fructibus perceptis ab alio cohærede purè instituto, pendente conditione (quod nos non
12 negamus) Imo cumulando dico, idem procedere in legato sub conditione relicto, cui us rei fructus illa pendente ab hęrede perceptos, non tenetur ipsa conditione adueniente legatario restituere, *l. filium, & vxorem 21 ff. de opt. leg. glos. in l. p seruus, 39. & l. huius locus 49.* & ibi *glos.* notabilis, *ff. de legat. 2.*

Minus obstat exemplum, quod pro corroboratione adducit *cit. Iacob Mandel. Albens. d. consil. 79. num. 15.* quia *tex. in cap. quia sępè, de elect. in 6. in cap. fin. de offic. Iudic. ordin. in 6. & in cap. cum nos eod. tit.* non probant id ad
13 quod allegantur, solum dicunt quod fructus maturati tempore vacationis beneficij, sunt in vtilitatem Ecclesiæ expendendi, vel pro successore reseruandi, de quo nec hæsitatur; Imò etiam cumulando dico, vt idem procedat in fructibus, & pensionibus maturatis in vita beneficiati, sed per eum non exactis, vt latè patebit Deo dante ex traditis per nos infrà *cap. 152. num.* Tamen ex prædictis non resoluitur (vt ipse putat) quod tales fructus cedant simpliciter lucro successoris, ita quod possit de eis liberè disponere, absq; quod illos, vel saltim eorum æstimationem teneatur alijs successoribus reseruare; Et ita corruunt difficiliora argumenta *Alb.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Annui redditus intèr bona immobilia connumerantur.n.1.

Census dicitur immobilis,quia cohæret rei immobili,n.2.

Nomina debitorum connumerantur intèr immobilia,si bona immobilia pro eorum securitate sint obligata, n.3.

Nomina debitorum sunt subiecta Consuetud. loquenti de bonis antiquis,eitam si essent extrà districtum, dummodo tamen, solutio si. hic Neap. destinata,n.4.

Annui redditus sunt immobiles, etiam si essent redimibiles,& de ratione,num.5.

Annui redditus Ecclesiæ, minorum, & Ciuitatis, alienari sunt prohibiti, absq; solemnitatibus requisitis in distractione aliorum bonorum immobilium n. 6. Amplia in locatione ad longum tempus,n.7.

Annui redditus cōtinētur in legato immobiliū.n.8.

Gabella est soluenda de venditione annuorum redditutum, extante statuto, vel consuetudine exigendi illam de venditione immobilium, n.9.

Annui redditus comprehenduntur in confiscatione de immobilibus facienda,n.10.

Incapaces bonorum stabilium, sunt incapaces annuorum redditutum,n.11.

Possidens annuos redditus, releuatur ab onere satisdandi,perinde si immobilia possideret, n.12.

Statutum admittens ad inuicem coniuges, ad successionem mobilium alterius prędefunti coniugis non comprehendit annuos redditus,n.13.

Interdicta,& remedia omnia,competentia pro recuperatione stabilium, competunt etiam, pro recuperatione annuorum redditutum,n.14.

Collecta soluenda pro bonis immobilibus, est etiam soluenda pro annuis redditibus,n. 15.

Amplia, etiam si essent redimibiles,n.16.



AD CAPVT XI.

Additio



1 ANNVOS census intèr immobilia connumerari, receptissima est conclusio fundata in *Clement.exiui §.cumq; annui redditus,de verb. signif. in c. quarelā de elect. in l. iubemus 14. C. de Sacrosant. Eccles.et in auth.de non alien.aut permut.§.vltimo enim DD,omnes in dicta l.iubemus*, signantèr Bald, n. 5.*Guliel.de Bendic.in.cap. Raynutius,in verbo cætera bona n.8.de testam.Napod.in consuet.* quæ incipit, *Verum si aliquis sub num.41. fol. 220. Molfes.ad consuetud. tom 1.part.2. tit. de bonis,quæst.12.n.9.& 10. Cassan.in consuetud. Burgun. rub. 5. §. 1.n.3. cum seqq. Pelt.e. ad Consuetud. Auers.cap.10. n.17.&* R. *Rouit.in pragm.1.tit.de iuri.& act fiscal.n.66.*

Idemq;intèr *DD.* qui tractatus emanauerunt,est indubitatum, vt per *Tiraquell. tract. de retract lignag. §. 1.glos 6.n.4. Rodoan. de redit.Eccles.non alien. n.14.& de alienat. reddit.iur.& action.Eccles. à n 9.vsq;ad 14.Surd. de alim.tit 9 quęst.40.n.36.Cardin.Mātic.de tacit.& ambig conuent lib.25.tit.3.num.5,Sigmoncel de decret.lib.3.tit.8.inspect.7. num.57. fol.mihi 400.Meno. h.de recuper. possess. remed. 1. num.45. Felician. de cens. tom. 1.lib1..cap. 7.n.2.& tom.2. lib.1. cap.1.n.3. vsq; ad finem; & Dom.Nicol.Anton.Marot.de Collect.& Bonaten.cap.6.per totum discursum.*

Intèr consulentes *Honded.consil.61. nu.35 lib.1.Ruine consil.82.nu.5.lib.2.Roland cons 54. num.6. & 28.lib.2.Bellon.consil.23.num.9. Gabriel.consil.141.num.14.& seq.lib. 2. Decian. consil.2.num.69.& 191. lib. 1. Iacob. Mandel. Albens. cons. 26.num.5. Camill.de Medic. cons. 133.num.18.Reg.Rouit.consil.51.num.19. vol. 2.& Dom. Consil. Marcian. consil. 53. num.2. vol.1.*

Interdecidentes *Dom.Præs.de Franch. dec. 362. num. 7. Cæsar. Barzi. decis. Bonon. 109. Surd. decis. 204. num.1. Magon.decis. Floren. 107.num. 8. & 9. Ambrosin decis.Perusin.11. num.12.lib.1.&. Peni, decis. Rot. Roman. 79. num.6.*

Addo Couar. *Variar. Resolut. lib. 3.cap.7. sub num.2.versic.Secundo,il 2.Gratian.discept. forens.tom.1.cap.29 num.1. & tom.4. cap.756. num 20.Gall.pract.obseruat.lib.2.obseruat. 10. per totam, Guttier.pract.quæst.lib.2.quæst.146. num.2.& lib.3.quæst.83.num. 2. cum seq. Macerat Variar.Resolut.lib.2.Resolut.60.casu 34. in fin.vers.Vltimo fuit dubitatū,*& *Cōsil.Georg.*
2 *alleg.38.n.9.& alleg.49.n.43.*Ea ratione, quia cum census debeat necessariò prò eius validitate constitui supèr re immobili, fit per consequens, vt ratione talis cohærentiæ iudicetur res immobilis, vt latè per *Genc.de cens. quæst.30.num.4.& 5.* latiùs *cit. Dom. Marot.*
3 *d.cap.6.*Sicut etiam in simili generalitèr dicitur de alijs nominibus debitorum,quę immobilia paritèr dijudicantur, si creditor haberet illorum intuitu hypothecam, & actionem super re immobili, (vt indifferentèr seruat mos) *Napod.in Consuetud.si mulier nupta nu. 19.tit.de iur.dot.Camill.Salern. in prohem.Cōsuetud. in §.Quarum serie fol.43.in Apostilla* *quæ incipit, Nota etiam . lit. D. &* Dom. *Reg. Capyc.Galeot.Contr.iur.lib.2.contr.13.nu. 20.*
4 Vndè meritò nomina debitorum sunt subiecta *Consuetudini* loquenti de bonis antiquis, vt in *Consuetud.*quæ incipit, *Et si testator*, de

success. morien. fin. fil. etiam si essent extrà districtum, dummodò tamen sit destinata solutio in Ciuitate, vt colligitur ex *Zasi. in l. contraxisse, ff. de action. & obligat. Anton. de Alex.* qui sic refert decisum, in *Consuetud. si aliquis moriens, in Apostilla incipiente, Nota quod potest accidere, vers. quid autem in nominibus debitorum, de success. ex testa. Molfes. ad Consuetud. part. 2. tit. de bon. quæst. 12. num. 1. & 11. & Ronit in d. pragmat. 1. à num. 74. cum seq. tit. de iur. & exact. fiscal.*

5 Non omittendo id, quod tradit in materia annuorum censuum, & redditum, idem *Reg. Ronit. in cit. loco num. 67.* dicens ampliatiuè, quod etiam si illi redimibiles essent, & sic non perpetui, adhuc tamen debent inter immobilia connumerari, inspecto præsenti statu, idem tenet *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 10. nu. 6. Pellic. ad d. Consuet. d. Auers. cap. 10. num. 18. cit. Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. contr. 33. num. 7. post Cene. de ce s. quæst. 2. num. 8.* dicens non dari differentiam inter annuos reddit is redimibiles, & inredimibiles, & vtramq; speciem iudicari, sicut dijudicatur de perpetuo inaffrancabili, saltim potentialiter, & ex, arte debitoris, qui potest si vult, non vti facultate redimendi, cũ alijs latè ab eo cumulatis, authoritate *Ruin. consil. 82. num. 3. lib. 2.* quem sequitur *Cannet. in extrauag. volentes, §. successiuè num. 555. fol. 164.*

6 Ex quibus omnibus vtiliter infertur ad quamplurima notabilia; Primò enim quemadmodum est prohibita alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ, Ciuitatis, atq; minorum, eodem modo est prohibita alienatio annuorum censuum, & redditum, qui ab ipsis possidentur, si debitæ solemnitates nõ interponantur, vt de Ecclesia *tex. est in d. l. Iubemus, C. de Sacrosanct. Eccles. cum d. §. vltimo enim, in auth. de non alien. vt permut. Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libell. rub. 100. nu. 44.* De Ciuitate, & Vniuersitate loquit ur *tex. ibique Bar. num. 1. in l. fin. C. de venden. reb. Ciuit. lib. 11. Thomig. decis. 39. part. 2.* quem sequitur *Ricc. in collect. decis. lib. 3. collect. 668. versic. infertur octauo, & Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 22. num. 5. lib. 1.* De minore loquitur *Bald. consil. 518. vol. 5. Bellon. d. consi. 23. nu. 10. Roland. d. consi. 54. num. 9. & 28. lib. 2. Roderic. de annuis redit. lib. 1. quæst. 14. num. 2. & Cene. de censib. d. quæst. 30. num. 16.* vbi alios connectit huius sententiæ authores; Et tandem collectiuè, tam scilicèt de Ecclesia, quam de Ciuitate, & minore loquitur latè *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 6. & Caroc.* qui

7 loquitur de locatione ad longum tempus facienda, de his annuis redditibus talium personarum, dicit vt etiam sit prohibita sine solemnitatibus, sicut locatio de bonis stabilibus in *tract. de locat. & conduct. tit. de annuis redit. fol. 144. col. 1.*

8 Secundò isti annui redditus continentur in legato immobilium, *Redoan. tract. de reb. Eccles. non alienan. rub. de constit. annui cens. num. 26.* quem sequitur *Cæsar. Barzi.* qui alios allegat *d. decis. 109. num. 2.*

9 Tertiò infertur, quod stante statuto disponente, vt de venditione bonorum stabilium sit soluenda gabella, talis gabella debetur etiã ex venditione annuorum redditum, vt per *Cenc. d. quæst. 30. n. 19.*

10 Quartò fit, quod si necis, criminis suè causa, bona stabilia delinguentis confiscanda essent, non vtiq; tales redditus ab illa dispositione Ita mandante, exempti forent, sed imò tanquam compeehensi expressè, in confiscatione venirent, vna insimul cum cæteris stabilibus *Gabriel. consil 141. num. 7. lib. 2. Anton. Faber. decis. 49. de pan. Misinger. obseruat. 69. num. 7. centur. 1. Ricc. collect. 668. versic. Infertur septimò, & Cene. d. quæst 30 sub. n. 19. versic. Similiter, & quintò.*

11 Colligitur quintò, quod incapaces bonorum stabilium, vt Fratres minores, & alij, qui prohibentur in communi, & in particulari possidere stabilia, sunt pariter incapaces annuorum redditum, *Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. glos. 6. num. 5. Roland. consil. 54. nu. 8. lib. 2. Bono. de cens. artic. 15. num. 36. Aleibiad. Lucar. obseruat. 3. num. 9. lib. 1. & Cenc. loco cit. num. 14. & 15.* vbi alios cumulat.

12 Sextò Infertur, quòd possidens annuos redditus, releuatur ab onere satisdandi, non minus, ac cæteri alij, qui habent bona stabilia in eo loco, in quo alias satisdare cogerentur, *Bon. d. tra. de cens. artic. 10. consid. 2. vsq; ad finem, Roland. d. consil. 54. num. 7. lib. 2. Alcibiad. Lucar. d. obseru. 3. num. 13. lib. 1. & Cene.* qui alios concordantes allegat, in sepè *cit. quæst. 30. num. 13.*

13 Septimò elicitur ex dicta regula, quod si vigeret in aliqua Patria statutum, admittens ad inuicem coniuges ad successionem bonorum mobilium alterius coniugis antea decedentis, tale statutum non comprehenderet annuos redditus, tanquam immobiles *Misinger. d. obseruat. 69. num. cantur. 1. & Ricc. d. collect. 668. vers. Infertur Secundò.*

14 Octauò, Interdicta, & remedia omnia, inducta ab vindicandam, recuperandamque possessionem bonorum immobilium, competunt etiam prò annuis redditibus; nimirum pro manutentione iuris exigendi, vel recuperandi, *Tiraquell. d. tract. de retract. lignager. §. 1. glos 6. sub n. 6. in fine, versic. Et quod pro ys, Menoch. de recuper. posses. remed. 1. num. 87. Ricc. d. collect. 668. versic. Infertur decimò tertiò.*

15 Et postremò cæteris omissis, addo, quod quemadmodum pro bonis immobilibus soluitur collecta, ita pariter pro annuis redditibus, qui ad effectum istum describuntur in æstimo, sicut alia stabilia, *Luc. de Penn. in l. agros,*

agros, C. de fund. Limotroph. lib. 11. *Campagn.*
in cap. Regni, Porrecta, num. 71 *fol.* 164. *col.* 4.
Caphal. cons. 637. *n.* 55. *Reg. Capyc. Latr. decis.*
116. signantèr *num.* 20. *lib.* 1. & nouissimè *eit.*
Dom. Marot. d. tract. de Collect. & Bonaten. cap.
6. vbi singularitèr in hac collectarum mate-
16 ria loquitur ; Et procedit hæc opinio, siuè
huiusmodi annui redditus essent redimibiles,
siuè non, ex ratione per nos posita *sup. nu.* 5.
& tradit in terminis, Venerandæ in euum
memoriæ, *Dom. Reg. Io: Camill. Cacac.* qui
testatur ita, communem praxim obseruare,
vt in eius *allegatione*, posita in 3. *lib. Resol. quo-*
tidian. Spectabilis Dom. mei, *allegat.* 87. *num.*
12. *cum seq.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

A *Nnua census præstatio, super aliquo fundo debita, fundo legato, à quo solui debeat; ab hærede, an à legatario, num.* 1. *vbi distinguitur, & num.* 3.

Annui census maturati, & non exacti, forte legata, cuius sint, hæredis, an legatarij, num. 2.

Contrariorum eadem est disciplina, & cognito vno de contrarijs, cognoscitur, & reliquum num. 4.

Onera realia, vel mista transeunt in legatarium, sicut in quemlibet rei successorem num. 5.

Legato fundo, à quo debetur seruitus, legatarius seruientem fundum accipiet, nec cogitur hæres seruitutem extinguere num. 6.

Testator legando, censetur rem relinquere, sicut pænes se erat, cum omnibus actionibus, actiuis, siuè passiuis num. 7.

Legatum coniuncto, vel amico relictum de re alteri hypothecata, debet liberum ab hærede præstari, quasi ius luendi censeatur ei iniunctum num. 8.

Legatum factum consanguineo, vel. amico de re aliena ignorantèr, debetur num. 9. *limita num.* 10.

Legatum factum Ecclesiæ ignorantèr de re aliena, valet, num. 11. *vbi latè.*

Legata relicta consanguineis, amicis, vel pia causa, latissimè sunt interpetranda, venitq; semper, quod est plus, omisso quod est minus num. 12.



AD CAPVT XII.

Additio.

1 
N proposita quæ-
stione, nimirum
quãdo testator le-
gauit fundum pro
quo debetur cen-
sus, licèt contro-
uertatur intèr Do-
ctores, an huius-
modi annua cen-
sus præstatio sit
per hæredem nec nè, an per legatarium ipsũ
soluenda; Receptissima nihilominùs, est di-
stinctio, quod prò censibus præteritis ante
testatoris obitum, teneatur hæres, pro decur-
rendis autem teneatur legatarius, vt elicitur
ex *l. Aphricanus* 40 *§. hæres*, cum *glos. in verbo,*
Solarium, ff. de legat. 2. *l. qui concubinam* 29. *§.*
si sticcus, & versic. qui ortos, cum glos. ff. de legat.
3. & notarunt in specie *Io: Ferrar. in prax. Pa-*
piens. in forma libell. pro legat. rei particul. num.
17. *fol.* 200. *& Afflict. decis.* 95. *num.* 5. *versic.*
Pro hac conclusione.
2 Prima pars præfatæ distinctionis probatur,
nam quemadmodum in casu contrario affir-
mauimus superius *cap.* 10. hæredis, non lega-
tarii census lucro cedere vsuras, siuè annuos
introitus maturatos, & non exactos à testato-
3 re, vt ibi considerauimus; *Ità* modo hæredis
damno cedere dicendum est, vsuras, siuè in-
troitus alicuius annui census maturatos, ac à
4 testatore non solutos, applicando in hoc vul-
garissimam illam regulam (*contrariorum ea-*
dem est disciplina, atq; dispositia) ac etiam
(*cognito vno de contrarijs, cognoscitur aliud con-*
trarium) vt in *§.* 1. *instit. de his qui sunt sui, vel*
alien. iur. & glos. in auth. vt non fiant pignor. pro
alijs, versic. non enim.
5 Secunda pars probatur paritèr, quia one-
ra omnia rei legatæ annexa, siuè realia sint, si-
uè mista, transeunt in legatarium, quemad-
modum, & in quemlibet rei successorem, *l. fin.*
& ibi *Bal. & Salic. in* 3. *notab. C. sine cens. vel*
reliq. cum aliis cumulatis per *Castill. Soto-*
maior. tract. de vsufruct. cap. 56. *num.* 15. Indè
6 est, quod legato fundo, à quo debetur serui-
tus, legatarius seruientem fundum accipiet,
nec abstringendus erit hæres, seruitutem il-
lam extinguere, *l. si is cui via* 11. *§. fin. ff. quem-*
adm. seruit. ammit. ibi. *Hæres cum legatus es-*
set fundus sub conditione, imposuit ei seruitutes,
extinguentur, si legati conditio existat. Videa-
mus an adquisita sequantur legatarium? & ma-
7 *gis dicendum est vt sequantur.* Quia (vt con-
cludamus) testator legando, censetur rem
relinquere, sicut pænes se erat, cum omnibus
iuribus, tam actiuis, quam passiuis, *glos. in l.*

vxor Patrui 20. C. de legat. Soccin. iun. consil. 74. num. 19. lib. 1. Bursat. cons. 5. num. 14. & cons. 6. num. 16, vol. 1. & Capr. conclus. 106. & 107. num. 12.

8 Verum notandū est, quod si legetur coniunctæ personæ, vel familiarissimo, siuè intimo amico, hoc casu si fundus relictus, hypothecatus ad fauorem alicuius reperiretur, hoc siuè sciuerit, siuè ignorauerit testator, tenetur hæres rem legatam luere, quasi ius luendi, censeatur verosimiliter hæredi impositum, ob sanguinis coniunctionem, vel intimā legatarij amicitiam, *glos. in l. si res obligata*

9 *60. ff. de legat. 1.* Et corroboratur ex *l. cum alienam 10. C. eod.* vbi legatum etiam ignoranter de re aliena factum consanguineo, vel amico, ab hærede saltim pro estimatione præstandum est, concordat *glos. in cap. filius. de testam.* & in *l. prædia 6. C. de fideicommiss. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 9. nu. 4. Marescot. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 105. n. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 116. num. 19. Gratian. discept. forēs. tom. 5. cap. 955. num. 51. Peni. decis. Rot. Roman. 315. num. 3. & Dom. Marot. discept. foreus. cap. 3. num. 65.*

10 Nisi dicamus hæredem institutū esse paritèr testatori coniunctum, quia isto casu, vt inquit *Vasqui.* non habet locum *tex. in d. l. cum alienam*, ac per consequens non cogitur præstare legatum ignorantèr de re aliena à testatore relictum alicui eius consanguineo, quia tunc potior est conditio hæredis, *in tract. de success. creat. lib. 3. §. 23. limit. 18. n. 33. versic. Nam vt legatum*, eumq; sequitur *Io. Bapt. Ciarlin. contr. foreus. lib. 1. cap. 47. n. 68.*

11 Verum quidquid sit de prædicta conclusione, quam & ipse veram censeo; Receptissima quoq; est conclusio, vt idem procedat in legato ad pias causas relicto, quoniam quamuis ignorantèr de re aliena factum sit, non proptereà inualidum est, & nullum, sed ab hærede præstari debet, non minùs ac debetur amico, vel consanguineo, testatoris, cum nulla maior amicitia, & affinitas sit ea, quæ inter nos, & animas nostras consideratur, vt cōcludunt *Roman. cons. 235. n. 5. vers. 2.* cit. *Vasquez de success. progress. lib. 3. §. 27. n. 41. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg. 66. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 116. n. 30. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 12. Gratian. discept. forens. d. cap. 955. n. 34. cum seqq.* latè, & ingeniosè *Dom. Io. Francisc. Marot. d. cap. 3. d. n. 64. cum plurib. seqq.* & latiùs *Francis. Censal. ad Peregr. de fideicomm. art. 33. versic. Vndecimò declaratur, fol. 339. col. 2.* vbi post firmatam conclusionem istam, reprobat cauillosas nonnullorum distinctiones, signantèr illam, inter legatum rei omninò alienæ, vel in totum alicui hypothecatæ, & inter legatum rei, super qua testator simplex aliquod ius habebat; Itemq; aliam illam distinctionem, inter ius Ciuile, & ius Canonicum, vt fusissimè ipse *Censal.* ratiocinatur, tum ex *Gratian.* (acerrimo huius sententiæ propugnatore) loco *cit.* tum paritèr ex *Couar. in cap. filius noster n. 6. de testam.* & Ego his in hoc breuitèr sisto, nè videar aliorum vsurpare labores, sicut sæpè nostra præcipuè, miserabilis ætas experitur.

12 Addo dumtaxat huius opinionis germanā rationem, quia nè dum in legatis relictis amico, vel consanguineo, latissima sit interpretatio *Bart. in l. Aurelius, §. Titius testamento, ff. de liberat. legat.* & *Surd. decis. 88. n. 17.* etiā in damnum, & contrà hæredem, vt ex pluribus ostēdit *Cras. de effect. amicit. n. 106. & 107.* Verùm etiam in legatis factis piæ causę, in hoc nihilo minus priuilegiatis, quia & illa paritèr latè interpretantur, venitq; in eis sempèr quod est plus; reiecto quod est minus *l. Titia 40. §. Scia*, & ibi *Bar. ff. de aur. & argen. legat. Bald. in auth. siquis ad declinaudum col. penul. C. de Episc. & Cleric. Canonistæ in cap. iudicante de testam. Cagnol. in l. semper in obscuris n. 10. ff de reg. iur. Roman. singul. 521. Gozadin. cons. 60. col. 2. Surd. de alim. tit. 2. quæst. 10. n. 17.* & *tit. 8. priuileg. 25. n. 6.* & latius *decis. 298. n. 10.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Emphyteutica res in totum incidit in commissū, etiam si vnus ex pluribus emphyteutæ hæredibus suam Canonis portionem directo Domino soluisset. n. 1. Affertur ratio dubitandi in contrarium n. 9. Sed resoluitur n. 10.

Hæres vnus soluens directo Domino suam Canonis portionem, si res incidat in commissum, ex defectu aliorum cohæredum non soluentium, repetit ab eis omne damnum, & interesse ex caducitate passum n. 2.

Hæredes si sunt tres alicuius emphyteutæ, & pensio duc. 12. si illorum hæredum, vnus anno singulo soluerct quatuor pro portione sua, & alij nihil, res non potest incidere in commissum, post triendium, quia videtur cessatum à Canonis solutione per biendium tantum num. 3.

Solutio semper cedit in causam duriorem nu. 4.

Creditor plures habens in solidum obligatos, recipiendo ab vno suam virilem portionem, videtur diuidere debitum num. 5.

Ampliatur etiam si alij correi efficiantur non soluendo num. 6. Sed intellige, vt num. 7.

Creditores si sunt duo, & illorum vnus recipiat virilem portionem ab aliquo in solidum cum pluribus alijs abligato, ita quod videatur inducta debiti diuisio, an hæc exceptio taciti pacti noceat altero inscio creditori num. 8.

Debiti diuisio non inducitur ex solutione simplici-

ter


ter facta ab aliquo insolidum obligatorum fiex-
pressè non dicatur, cum soluere pro virili por-
tione num. 11.

Solutio facta ab aliquo plurium insolidum obliga-
torum, de sua portione virili tertiarum con-
uentarum, an inducat debiti diuisionem nu. 12.

Solutio facta ab aliquo plurium insolidum obligato-
rum non inducit debiti diuisionem, si sit de quã-
titate maiori, vel minori, ea ad quam virilis
portio soluentis ascenderet num. 13.

Debiti diuisio non inducitur ex solutione facta ab
aliquo plurium insolidum obligatorum, de sua
portione virili, si Creditor protestetur, de iure
solidi, & quando debeat fieri hac protestatio
num. 14. Affertur ratio dubitandi de hoc nu. 15.
Sed resoluitur num. 16.

Tex. in l. si Creditores, C. de pact. nouitèr latè ex-
plicatur à Dom. Iulio Capone num. 17.



AD CAPVT XIII.

Additio.

1 PRæceteris, quæ in præsenti Capit. notatu digna continentur, notabilissima est cõclusio illa, quod si pluriũ hæredum, vnus tantũ soluerit portionem suam annui Canonis alicuius rei emphyteuticæ, cæteris coheredibus à solutione deficientibus, res nihilominus emphyteutica in totum in commissum incidit, etiam nempè prò portione illius hæredis soluentis, vt elicitur manifestissimè ex *tex. in l. necessarias 8 §. si vnus, ff. de pignor. action.* ibi (*Si vnus ex haredibus debitoris portionem suã soluerit, tamen tota res pignori data venire poterit, quemadmodum si ipse debitor portionem soluisset*) concordat *glos.* indiuidualis, in *l. communi diuidundo, versic. Confunderetur, ff. commun. diuid.* & hanc sententiam tenent etiam *Cuman. consil. 164. num. 3. versic. Ampliùs considerari potest, Grat. conf. 67. n. 23. cum seqq. lib. 1.* vbi dicit communem, *Roland. consil. 17. num. 16. lib. 2.* & ex *Iaf. Io. Andr. Speculat.* & alijs probat latè *Nigr.* qui fatetur hanc sententiam esse communem, & seruandam, propter indiuiduam naturam contractus emphyteutici, in *tract. de laudem. tom. 1. quæst. 22. nu. 9. cum seqq. fol. 331.*

Verum notare non desinam binas singulares declarationes ad conclusionem istam. Prima est, quòd licèt hæres vnus, qui ex parte sua adimpleuit, Canonem pro hereditaria portione soluendo, incidat nihilominus in commissum, ex defectu cæterorum cohæredum non soluentium, habet tamen contrà eos actionem ad interesse, & damnum ex eorum incuria passum, cum quia, *Si culpa tua datum est damnum, vel iniuria, iure super his satisfacere te oportet,* iuxta regulam *tex. in cap. fin. de iniur. & damn. dat.* cũ etiam quia, *vnius factum cæteris damnosum esse non debet,* iuxtà aliam regulam, *l. hæres 26. §. quod pro empto-re, versic. Igitur, & versic. in illa, ff. fam. ercisc und.* per quem *tex.* ita in terminis tenet *Speculat. in tit. de emphyt. sub num. 92. versic. Sed dic.*

3 Secunda est, quam ponit notabilitèr *addit. ad cit. Speculat. d. tit. de emphyt. num. 92. in fin. lit. A. versic. Subdit autem,* vbi tradit exemplum; quod si tres sunt hæredes, & pensio est ducatorum duodecim, si duo eorum per triendium cessauerint à solutione Canonis, & tertius anno singulo quatuor soluisset pro sua portione, res non potest incidere in commissum, cum quia in vnum vnitis tribus illis solutionibus, minimè cessatum dici potest per triendium, sed per biendium duntaxat, nam, *singula, quæ non prosunt* (iuxtà vulgatissimum illud axioma) *Simul vnita iuuãt,*
4 tum paritèr, quia solutio semper dicitur cedere in duriorem, & grauiorem causam, *l. in his verò 5. in princip. ff. de solut. & glos. in l. 1. versic conueniatur, & versic. in fortem grauiorẽ, C. eod. tit.*

Prætereà, nõ minùs vtilitèr pertractatur in præsenti, de articulo circà *tex. in l. si Credito-*
5 *res 17. C. de pact.* vbi Creditor plures habens in solidum obligatos, recipiendo ab vno Creditorum suam virilem portionem, videtur nouasse quoad solidi actionem, & sic debitum diuisisse, ita vt videatur inducta exceptio taciti pacti quò ad cæteros debendi correos;
6 Et adeo est verum, quod soluens, etiam si deindè ex futuro euentu, cæteri correi debendi efficerentur non soluendo, nec minùs ob superuenientem inopiam aliorum, posset dici obligatus, propter debiti diuisionem ipso iure inductam per partis suæ solutionem, *Bar. in l. ex duobus 16. n. 3. in fin. ff. de duob. reis.*
7 nisi dicamus decoctionem cæterorum correorum debendi, adfuisse tempore solutionis, non autem superuenisse post illam, & ità intelligenda est *glos. in d. l. si Creditores, versic. vel dic. & Afflict. decis. 142. versic. Fuit notatum,* cum alijs allegatis per *Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 259. num. 20.* quia tunc non præsumitur, quod Creditor voluerit diuide-
8 re; sibiq; tam grauitèr præiudicare. Subditq; *cit. Bar. num. 4.* quod si duo essent Creditores plurium insolidum obligatorum, & alter Creditor reciperet partem virilem ab aliquo dictorum debitorum, talis receptio induceret exceptionem taciti pacti, & debiti diuisionem ad beneficium aliorum correorum de-

debendi, in præiudiciũ alterius concreditoris, in eo tamen casu, quo pactum vnius præ-
9 iudicaret alteri correo credendi: Et hoc pro ratione dubitandi, circa conclusionem superiùs adductam, de emphyteuta recipiente ab vno plurium hæredum suam virilem portionem Canonis; quandoquidem si verum est id quod manifestissimè elicitur ex verbis *tex.* in dicta *l. si Creditores*, videtur ex dicta diuisa receptione remissa pœna caducitatis, saltim respectù soluentis, & diuisum debitum Canonis.

10 Sed nihilominus inhęrendo cõtrariæ opinioni, ac his quæ scripsimus supra *num.* 1. dicimus *d. l. si Creditores*, quamplures habere intellectus, tollentes propositam dubitandi rationem, vt ex infrà dicendis pa-
11 tebit; Primò enim non procedit; si illa partis solutio fieret simpliciter, non exprimendo animum verbis expressis, vt nimirum facta intelligatur specialitèr pro portione ipsius soluentis, ità quòd recipiens quasi certioretur de præiudicio, illudq; acceptet, vt patet ex verbis eiusdem, *l. si Creditores*, ibi. *ex parte debiti*. & paulò inferius. *Pro sua persona soluentem*. Et in terminis *Bar. in d. l. ex duob. sub num. 3. versic. Aut soluit simplicitèr*, latè *Bartholom. Soccin. in l. si ex toto, §. si ita scriptum num. 5. ff de legat. 1. Alex. cons. 178. col. fin. versic. Præterea, vol. 7. Capoll. Cautel. 257. num. 1. Gallupp. tract. de concurs. & prælat. creditor. cap. 7. num. 31. Gardin. Mantic. tract. de tac. & ambig. conuent. 10. 2. lib. 2. tit. 5. num. 8. & Gratian. d. cap. 359. n. 7.*

12 Secundò non procedit, si partis solutio facta ab vno insolidum obligatorum, fuisset de tertijs, siuè de interesse conuento, quia isto casu, benè diceretur inducta debiti diuisio, sed pro illa annata tertiarum dumtaxat, non pro futuris, sicut nec minus pro sorte, eiusq; recuperatione; vt per *Vrsill. ad Afflict. d. decis. 242. sub. num. 2.* cum alijs hic allegatis à *Spectabili Dom. meo.* & probatur ex *d. l.* ibi. *ex parte debiti*.

13 Tertiò non procedit, si solutio esset, vel maior, vel minor, ea quantitate, ad quam virilis portio soluentis ascenderet; Quoniam *tex.* in sæpè *cit. l. si Creditores*, requirit, vt integra illa pars dumtaxat, ad virilem ascendẽs soluatur, nec plus, nec minus, ibi. *Quẽquã vestrũ pro sua persona soluentem*. Ac etiã probatur ex *l. quoties 37. ff. de solut. & liberat.* ibi. *Suam partem soluisset*. & in terminis *glos. in l. inter eos 52. §. fideiussor, versic. Soluit, ff. de fideiuss. Alex. d. consil. 178. num. 12. vol. 7. & Gratian. d. cap. 359. num. 6.*

14 Postremò cæteris omissis, limitatur dispositio d. *l.* si Creditor reciperet virilẽ portionem debiti ab aliquo suorum debitorum, contrà quos solidi actionem habet, præmissa tamen protestatione, *Saluo* (vt dicunt) *iure solidi*. & quod sibi noluerit præiudicare, vel actionẽ diuidere, vt ex *Bar.* docet *Capoll. d. cautel. 257. n. 2.* Et dixi (protestatione præmissa) nam alioquin, si fieret post receptam solutionem, & sic negotio non integro non prodesset, quia soluere, & ligare non est in manu nostra, post quam lex est iam operata effectum suum; & ita in terminis nostris tenet *Purpurat. in d. l. si Creditores, nu. 24. in fine, versic. & intellige, cit. tit. de pact.*

15 Sed de hac re, dubitat non mediocritèr *Soccin. senior. in d. l. si ex toto in fine, versic. Limita tamen, ff. de legat. 1.* dicens, nullo modo emissam protestationem in proposito articulo prodesse, inspecto quod si lex ipso iure tollit solidi obligationem, non videtur illam operari posse in hoc, tamquam factam super negotio non dependenti ab animo protestãtis, sed à dispositione iuris, ex *glos. in l. alimenta, ff. de negot. gest. Felin. in cap. cũ M. Ferrariensis num. 66. de constit.* & clariùs ibidem *Dec. num. 20. Rip num. 77. Osas decis. 39. num. 28.* & *Gomes. ad l. Taur. 61. num. 5.* Vnde *cit. Soccin.* remanet per hanc rationem dubius;

16 Ego tamen non recedendo à prima opinione, fateor, facilem esse dubij propositi solutionem, distinguendo, Quod, vel loquimur de summa soluta, & pro ea non dubitamus quin liberatus censeatur soluens ipso iure; vel loquimur de liberatione à solidi actione, qua per prius tenebatur, & cum ab ea per solutionem suæ virilis portionis, soluens non liberetur ipso iure, sed ope exceptionis, videtur protestationem prodesse tanquàm exclusiuam illius exceptionis, & ita firmitèr sentio.

17 Alia omnia in hac vtili, & vsufrequenti materia, quæ & nos Consultò omittimus, legenda sunt apud Doctissimum *Dom. Iul. Capon. in tract. de pact. & stipulat.* (post hæc ad pennam scripta emanatum) *quæst.* 36. vbi quidquid exoptari potest succintè, & conclusiuè cumulat, ad plenam explicationem *d. l. si Creditores, C. de pact.*

Io: Leonardus Rodoerius.

S V M M A R I V M.

ANtefatum non debetur si dos promissa non fuerit soluta num. 1.

Antefatum cum iuramento promissum, non tradita dote promissa, non debetur num. 2.

Antefatum non exigitur à muliere integrum, si dos integra non fuerit soluta, sed quotitatiuè, respectiuè ad quantitatem dotis soluta num. 3.

Antefatum promissum, ac taxatum debetur, etiam si matrimonium illud fuisset sine dote, & de ratione num. 4.

An-

Antefatum etiam dote non soluta debetur, si vir renunciauit beneficio, auth. sed qua nihil, C. de pact. conuent. num. 5.

Antefatum constitutum debetur dote etiam non soluta, si illud taxatum reperiretur, tam respectiuè ad dotes, quam ob alias causas, mouêtes animum constituentis n. 6.

Dispositio fundata super pluribus causis finalibus non cessat, si vnica illarum causarum deficiat, num. 7.

Antefatum debetur mulieri post mortem viri, dote etiam non soluta, si tamen vir decessit pendenti dilatione conuenta, ad dotem soluendam num. 8.

Maritus qui habuit fidem de dote, fingitur eam recepisse, ad effectum lucrifactionis antefati ad beneficium vxoris suæ n. 9.

Antefatum non debetur, si defunctus vir, dotem assequtus non fuit ob indebitas, & malitiosas dilationes dotantium n. 10.

Antefatum debetur dote adhuc non soluta, si vir negligens fuit in illius exactione n. 11.

Mulier quæ antefatum consequi non potest super bonis viri, ex eo quia ipsi dos soluta non fuit ob indebitas, & calumniosas dilationes dotantium, habet contra eos actionem ad tantundem. num. 12.


Antefatum an debeatur mulieri, matrimonio non consumato, distinguitur latè n. 13.

Mulier à viro deosculata, lucratur medietatem antefati, defuncto viro ante consumatum matrimonium n. 14.

Mulier quæ consumato matrimonio recessit à domo viri, & accessit ad domum parentum, si requisita noluit reuerti, & vir interim moriatur, an lucretur antefatum, negatiuè ex Afflict. nu. 15. Sed affirmatiuè num. 16. Author distinguit num. 17.

AD CAPVT XIV.

Additio.

1 

MNES in hac materia de Antefato vnicam principalem constituūt regulam, vt scilicet, dote viro nō tradita, vel soluta, nullum vxori eodem viro sibi defuncto debeatur antefatum; Sed (inquit tex.) *quæ nihil ex dote conscripta præstitit, nihil omnino à viro mortuo percipiet ex donatione.* Vt in *auth. Sed quæ, C. de pact. conuent.* & ex tex. vndè desumitur, in *auth. de non elig. secund. nub. §. Illud quoq;* ibi. *Non est iustum, omninò mulierem dotem non dantem marito, antenuptialem accipere donationem,* & in *auth. dos data, C. de donat. ante nupt.* ibi. *Dos data, dationem propter nuptias meretur.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 20. tit. 2. num. 11.* Atq; *Guid. Pap.*

2 idem prorsus procedere, quamuis iure iurādo pactum esset de antefato lucrando, quia iuramentum illam tacitam in se continet conditionem, si promissa seruentur, & sic in casu nostro operatur, si dos fuerit soluta, vt latè *decis. 274.* per discursum.

3 Indè est, quod si promissæ dotis pars tantum fuerit soluta, cessat etiam integri antefati exactio, nam respectiuè ad dotium solutarum quantitatem debetur tex. est in *d. auth. Sed quæ* ibi. *Item quæ minùs, quam professa est, dedit pro quantitate præstita, & lucrum sentiat,* & in *d. §. illud quoq;* ibi. *Sin autem non totam dedit dotem, & ipsa pro tantum exigat donationem, in quantum dederit dotem.* Vnde fit exactio quotitatiuè, secundum *Salic. in l. ex morte, tit. tit. de pact. conuent. Afflict. decis. 242. num. 4. & Consil. Georg. allegat. 45. num. 3.*

Verum prædicta quamuis verissima sint; limitantur tamen in quampluribus casibus;

4 Primò enim non habent locum, si matrimonium esset sine dote; Quoniam superiùs allegata iura, tunc demum ante, vel propter nuptias donationem non deberi statuunt, cū dos constituta est; atq; promissa, sed tamen non soluta, vt patet legenti. Atqui, quando nulla pro matrimonio constituta est dotis quantitas, eo casu debetur promissum antefatum, saltim respectiuè ad alias causas, vel scilicèt ammissæ pudicitiæ, vel pulchritudinis, vel nobilitatis, quæ multotiès efficiunt (vt videmus) contrahi matrimonia sine dote; ob quod dici non potest, promissionem illam de certa antefati quantitate lucranda, nullam esse, tanquam sinè causa, nimirum quia nulla cōstituta est dos; cū satis, & sufficientissima sit causa (vt diximus) ammissæ pudicitiæ, nobilitatis, vel pulcritudinis; & ita in terminis tenet *glos. in l. lege Leonis 10. versic. deduci, C. de pact. conuent. & Afflict. decis. 242. num. 3.* vbi pro fundamento huius sententiæ, transcribit integram *Apostillam Bartholomei de Capua, in cap. Regni, Dotariū,* qui ita notabiliter tenet, & confert *Io. Angel.*

5 *Pisanell.* mox infrà allegandus. Inde ad corroborationem prædictorum, si maritus, vel alius constituens antefatum, renunciauit dispositioni, siuè beneficio *d. auth. quæ nihil,* renunciatio tenet, & debetur nihilominus vxori antefatum, etiam dote non soluta, ex virtute renūciationis prædictæ, *Guid. Pap. d. decis. 274. versic. & præmissis;* Quæ conclusio deseruit pro secunda limitatione ad regulam supra positam n. 1.

7 Ter-

6 Tertiò li mitàtur, si antefati constitutio facta repetiretur, tam ob dotes, quàm ob alias causas viri, vel alterius constituentis animum iustè mouentes, nam hac verborum explicatione posita, etiam si promissa dos non solueretur, non ideò mulier illa antefati quantitate erit priuanda, vt in puncto aduertit *Io. Angel. Pisanell. in Consuetud. Quartam autem, in apostilla*, incipit, *Nota ex ista glos. fol.* 252. *in fin. Consil. Georg. d. alleg.* 45. *n.* 18. *Consil. Theodor. alleg.* 13. *n.* 16. vbi ità refert decisum, & Dom. *Marcian. consil.* 58. *n.* 7. *cum seqq. vol.* 2. quia illæ dictiones, tam, & quam, equaliter eũdem effectum tribuunt cuilibet enunciato, vt aliàs dicemus; Vndè sicut ex dotium solutione resultat effectus lucrificationis antefati, ità ex alijs illis enunciatis causis, expressè positis, sub verbis tamen generalibus. Itemq; quia di-
7 spositio vnica super pluribus finalibus causis fundata, nunquam cessat, sed remanet firmissima, licèt vna ex enunciatis causis cesset, quia vrgent aliæ *Bald. in auth. non licet n.* 7. *C. de liber. prætcr. & in l. si nonlex* 83. *ff. de hared. instit. Mohed. decis.* 4. *n.* 1. *& per tot tit. qui fil. sint legit. aliàs, decis.* 246. *Surd. de alim. tit.* 5. *quæst.* 4. *n.* 18. & *Mascar. de probat. conclus.* 714. *n.* 19.

8 Quartò non procedunt, si vir dilationem concessisset, vel dilationi assensisset circa dotis solutionem à socero suo, vel à quouis alio dotante faciẽda, fidemq; de ea habuisset, quia si dilatione pendente ipse vir migraret, non ideò quod dos soluta non fuit propter dilationem, vxor eius, constitutum antefatum nõ lucrabitur *Guid. Pap. d. decis.* 274. & *decis.* 430. *Boer. decis.* 22. *num* 21 *Grammat. decis.* 97. *nu.* 5. Idem *Grammat. in d. Consuetud. Quartam autem, in Apostilla* incipiente, *Mulier, etiam dote fol.* 253. *Georg. d. alleg.* 45. *n.* 20. *Pellicc. ad Consuetud. Auers. cap.* 4. *n.* 198. *cum seqq. Cancer. variar. resolut. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 150. *Ricc. in collect. decis. par.* 1. *collect.* 87. *versic. Sed quid si tempus*, *Reg. Rouit. consil.* 50. *n.* 3. *vol.* 2. & *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 1. *par.* 2. *n.* 68. vbi refert ita decisum in illo Cataloniæ Senatu, & subdit etiam *n.* 61. ita paritèr determinasse celebre Valentię Concistorium, teste *Hieronym. Leo decis.* 17. *à n.* 1. *cum seqq.* Et passim assignant huius dicti rationẽ,
9 quia nimirum, vir dilationem circa dotis solutionem concedendo, & sic fidem pro certo tempore de ea habendo, videtur, quòad effectum lucrifactionis antefati ad beneficium vxoris suæ, dotem recepisse, ex argum. *l. quod vendidi* 19. *ff. de contr. empt.*

10 Sed non modicam parit difficultatem circa punctum huoc, *tex. in d. auth. dos data, in fine, C. de donat. ant. nupt.* ibi, *At si per dilationẽ dos viro non detur, etiam donatio prorsus denegetur*. Quid igitur dicendum? Concludo, vt supradictam communem sententiam, quam tot insignes viri, vnanimi ferè consensu sequti sunt, saluemus; ly verbum, *dilationem*, in tex. positum, pro indebita, & malitiosa dilatione capiendum esse, ità quod pauper vir defatigatus, decedat prius, quàm dotem consequatur; Vndè meritò non potest ad quantitatem antefati eo casu, nec ipse, nec hęres eius vrgeri; maximè etiam si eius quoq; vxor cum dotante collusa, ab indebitis, iniustisq; dilationibus, quasi coosensiens, non discrepaneti tã
11 Et hùc pertinet id quod dicitur, lucrari per mulierem antefatum, dote etiam non soluta, si tamen culpa, & incuria viri, in illius exactione intercesserit, quia nempè nec dotantes, nec illorum expromissores, vel fideiussores vrsit, & interpellauit: Vndè ità viro imputanda est negligentia, noo vxori, quasi dotem non soluisset, *Pellicc. ad cit. Consuetud. Auers. cap.* 4. *n.* 189. *&* 190. *Reg. Rouit. d. cons.* 50. *n.* 5. *vol.* 2. *Gam. decis. Lusit.* 370. *n.* 2. *Mastrill. decis. Sicil.* 73. *n.* 12. *Paris consil.* 95. *n.* 2. *vol.* 2. *Intrigl. decis. Sicil.* 5. *n.* 14 *& Georg. d. allegat.* 45. *à n.* 14. *cum seqq.*

12 Cæterum si vir promissam dotem assequtus non fuerit, postquam omnes adhibuerit diligentias, atq; conatus, ita quod nequaquã possit ei negligentia, vel incuria imputari; Mulier eo casu, ex quo non potest à viri hæredibus antefatum consequi proptèr dotes non solutas, habebit tamen actionem ad tantundem contrà dotantes, qui indebitè, & cauillosè dotis solutionem denegauerunt, ac protrahauere, tum ex regula *tex. in cap. fin. de iniur. & damn. dat.* tum nè videatur ex alterius facto detrimentum pati, contrà *tex. in l. hæredes eius* 26. *§. quod pro emptore, ff. fam. hercisc.*

13 Penultimò noto, solere sæpè in hac materia dubitari, an lucretur mulier antefatum, si matrimonium non fuit consumatum, vel non potuit consumari, *Spectab. Dom. meus* concludit distinguendo, cum *Napod. in Consuetud. Quartam autem, versic. à quondam viro suo, n.* 32. *tit. de iur. Quarta*, dicente, quod si matrimonium noo fuit coosumatum, vel non potuit consumari ob defectum, vel culpã viri maleficiati, & lucratur illud mulier, quæ alias parata est, & habilis ad coniugium, addo *Georg. d. allegat.* 45. *n.* 10. *vers. Tertiò non obstat*, & ità decisum refert io causa Francisci Cesaraoi *Io. Baptista Thor. in compend. decis. tom.* 3. *in verbo, Antefatum an debeatur vxori fol.* 38. *à terg. col.* 2. Aut non fuit consumatum matrimonium ob naturalem defectum vxoris, & ipsa in odium suum dictum antephati lucrum non habebit; & in his terminis procedit doctrina *Napod.* & *decis. Dom. de Franch.* quam ità declarat *Pellicc. ad dictas Consuetud. Auersan. cap.* 4. *n.* 161. *& seqq.* vbi latè
13 ad materiam; Aut & demum matrimonium non fuit consumatum, quia prædecessit vir, & isto casu concludunt communitèr, quod si mulier deosculata fuit, ob solum illud osculum, medietatem aotefati lucrabitur *Gomes. ad leg. Taur.* 5. *sub n.* 3. *vers. pulchrum tamen*, &.

Georg.

Georgi dicto allegat. 45. *num.* 2.
14 *Postræmò* noto singularem doctrinam *Afflict.* dicentis *in quadam sua Apostill. ad dictam Consuetud. quartam autem*, incipiente, *sed pulcrum est scire*, quod si mulier matrimonio iam consumato recessit à domo viri, accessitq; ad domum parentum suorum, ibiq; per longum tempus inhabitando, recusauerit matrimonialia præstare, obsequia, interim vir decedat, post quam fuisset ab eo monita, ac requisita vt reuerteretur, non lucrabitur atefatum, non minusac vir ammittit lucra nuptialia si vxorem expellat, ex *Alex. per illum tex. in l. ab honestibus, §. fin. ff solut. matr.*
15 Sed nihilominus aduertendum est, quod præsens quæstio, non minus vtilis, quam frequens remanet in suspenso, & dubia; dum idem *Afflict. in sequenti Apostill.* ponit hæc verba. *In Curia Archiepiscopali Neapolis, per binas sententias contrarium decisum fuit, scili-*
16 *cèt lucretur antephatum*. Vnde si mihi liceret meum propalare sensum, distinguerem ita cum *glos. magna, in l. consensu, C. de repud.* Vel discessus fuit ex iusta causa, nimirum ob nimiam sæuitiam viri, ob eius inopiam, vel ob aliquid aliud, ita quod videatur licitè recessisse, & procedunt memoratæ *decis. Curia Archiepisc.* huius Ciuitatis; Vel recessus fuit nulla iusta suadente causa (vt assolēt nonnullæ ineptæ mulieres) & isto casu amplexarer sine scrupulo opinionem *Afflict.* maturiori tamen saluo iudicio.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

ADditur remissiuè ad principalem articulum huius Capitis num. 1.

Antefatum lucratum à muliere, ea defunta, reuerti debet ad hæredes mariti, siuè extent, siuè non filij, n. 2.

Filij, mortua Matre succedunt in quantitate antefati ab ea lucrati, non vti filij ex propria persona, sed vti Patris hæredes n. 3. *Limitatur de iure communi, n.* 4. *ac etiam si esset dictum, quod filij succedere debeant ex propria persona num.* 5.

Creditores paterni non possunt habere regressum contrà filios in quantitate antefati, in qua ipsi successerunt vti filij, vigore pacti appositi in Capitulis matrimonialibus, n. 6.


Feminæ, an succedant pro virili cum masculis, in quantitate antefati lucrati à communi matre, stante pacto quod filij debeant succedere vti filij, refertur opinio affirmatiua n. 7. *Sed author concludit contrarium n.* 8.

Feminæ veniunt appellatione filiorum num. 9. *Sed limitatur vbi viget statutum, quod stantibus masculis femina non succedant n.* 10.

Feminæ non comprehendunt in donatione facta contemplatione Matrimonij, filio, & filijs nascituris, extante statuto, quod stantibus masculis, feminæ non succedant, nu. 11.

Substitutio, ac institutio facta de filijs, non comprehendit filias feminas, vrgente statuto, quod stantibus masculis, feminæ non succedant, nu. 12.

Feminæ non veniunt appellatione familiæ, propter statutum exclusiuum fœminarum, extantibus masculis, num. 13.



AD CAPVT XV.

Additio.

1 
D principalem articulum præsentis Capit. addo *Io: Baptist. Thor. in suo Cōpen decis. part.* 3. *fol.* 38. *à terg. col* 2. *vers. Antefatum promissum, & vers. antefatum Matris*, vbi refert *Spectabilem Dom. meum in præsenti*, cum *decisionibus* ab eo relatis.

2 *Itē* addo, quod Antefatum ab vxore lucratum, iuxtà taxā positā in *pragm.* 1. *de donat. propter nupt.* ea defuncta, reuerti debet (tāquā ad sua principia attractiua) ad hæredes, etiam extraneos defuncti viri, ex dispositione eiusdē *Reg. Prag.* dicētis. *Et che l'antefato, ò restino, ò nō restino figli, à morte della donna, torni per morte*
3 *sua all'heredi del marito. donne è vscito*. Iudè dicunt ex hoc, quod filij ex illo matrimonio nati, succedentes post matris obitum, in ea antefati quantitate, veniunt (non vt putabant aliqui, signantèr *Afflict. decis.* 314. Ex propria persona) sed vti Patris hæredes; *Franch. decis.* 106. *Capyc. Latr. decis.* 10. *sub n.* 7. *Dom. Consil. Hodiern. ad Surd. decis* 8. *num.* 3. *Camill. de Mèdic. consil.* 43. *num.* 19. *& Reg. Ronit. consil.* 4. *num.* 8. *vol.* 2. tam ex dispositione *d. Reg. Prag.* tum etiam ex mente *Consuetud. incipientis, Quartā autem* cum ibi notatis per *Nepod. tit. de iur. quartæ.*
4 Dixi (secundum terminos *Pragm.* & *Consuetud.*) quia in locis, in quibus attenditur ius commune, sempèr succedunt filij in dicta antefati quantitate, ex propria persona, & citrà nomen hæredis, & hæreditariæ qualitatis, ex *tex. in auth. hæres, C. de secund. nupt.*
5 Et insupèr, succedunt ex propria persona, in-

differenter, si in Capitulis matrimonialibus, post constitutum antefatum, ità expressè cautum esset, prout de stylo, semper ferè pacisci solet, quo filij, vti filij, in ea quantitate, post matris obitum succedere debeant, non vti Patris hæredes, *Tasson. in d. prag. de donat. propt. nupt. versic. 4. obseru. 4. n. 62. De Pont. de potest. Proreg. tit. 9. sub num. 25.* vbi ponit, à quo tempore fuerit hic paciscendi stylus aduenctus, sequitur *Reg. Capy. Latr.* qui dicit, tale pactum valere, & esse obseruandum *decis. 63.* per totam, & *Dom. Io: Francis. Marot.*
6 in suis nupèr editis *discept. cap. 15. num. 3.* & principalis effectus huius conuentionis est, quia ab illa antefati quantitate, paterni Creditores (dummodò contracti post pactum) excluduntur, ita quod, penitùs filij supra ea molestari possunt, tamquam ab hæreditate alienas quemadmodum molestari potuissent, si conuentio prædicta non vigeret, *Camill. de Medic. d. cõs. 43. n. 19.* & in reflectu, ita ad fauorem filiorum, ex propria persona vocatorum fuit decisum, paternis Creditoribus exclusis, teste *Capyc. Latr. d. decis. 63.*

7 Sed quæstio est, an idem pactum ad fauorem filiorum appositum, operetur, vt vna insimul cum masculis, veniant etiam Sorores, ità quod capiant rerum portionem dicti antefati pro virili; an autem debeant dotari de paragio, inspecta in hoc, dispositione *Constit. Regn. in Aliquibus, & Consuetud. Si moriatur, tit. de success. morient. abintestat.* Et videtur pro sororibus decidendum, quia nec *Constit.* nec *Consuetud.* loquitur de bonis interuiuos donatis filijs, vti filijs, qui capiunt eo casu bona illa citrà titulũ hæreditariæ successionis; in quibus terminis *iura* prædicta procedunt, & ità ponderando aiunt ex *Decian. resconsf. 396. lib. 2. Nigr. Petr. Mangrell. & de Pont.* quos refert *Spectabilis Dom. meus cap. 68. n. 15. lib. 2.*

8 Ego tamen in proposita controuersia contrarium ingenuè sentio; vt nimirùm nullo modo possint Sorores concurrentes cum fratribus obtinere virilem portionem, sed tantum pignus paragium, iuxta decisionem solemnè in hoc articulo per S. C. emanatã, teste *Capyc.* quem refert *cit. Dom. meus ibidem nu.*
9 16. Et moueor quia, licèt non dubitetur quin filiorum appellatione, fœminæ, sicut, & masculi contineantur, *l. iusta, l. non est, & l.*
10 *quisquis, ff. de verb. signif.* tamen regula hæc (quamuis aliàs indubitata) limitatur in hoc Regno, propter statutum exclusiuum fæminarum, existentibus masculis, quò casu, dicunt & benè, filias fœminas, filiorum appellatione non contineri, doctissimus *Molin de Hispanor. primog. lib. 1. cap. 5. num. 39. Rebuff. in d. l. iusta, col. 1. versic. non habet locum, ff. cit. tit. & Censal.* qui alios cumulat, *ad Peregrin. de fideicommiss. artic. 21. fol. 63. col. 1. vers. Quintimò*, & cumpilatis omnibus concordantibus, latè hanc sententiam prosequitur *Reg. Capyc. Latr. decis. 3.* vbi eam appellat magis communem, ex rationibus per eum positis.

11 Indè loquendo secundum terminos dicti statuti infertur ad plura; Primò enim fæminæ non compræhenduntur sub donatione matrimonij contemplatione facta filio, & eius filijs, quia præsumitur cõtrahentes ipsos, voluisse se conformare cum dispositione municipalis statuti, ac proinde filij masculi tantum, exclusis sororibus, habebunt illa bona, talitèr donata, vt latissimè *cit. Dom. meus, d. cap. 68.* cui addo *Capyc. Latr.* sic nouissimè dicentem, *d. decis. 3.*

12 Infertur secundò, quod institutio, & substitutio filijs, & intèr filios à Patre facta, eo statuti casu, non comprehendit fæminas, vt ex *Gabriel,* & alijs, docet *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. num. 10.*

13 Et vltimò cæteris omissis infertur, quod quamuis secundum multos, fæminæ veniant appellatione familiæ, restringitur tamen hoc, si dictum statuum fæminarum exclusiuum vigeret; quoniã cum per illud, ad cõseruationem bonorum in familia, habeatur respectus, videtur omninò excludendas fore fæminas, vt in terminis tenent, *Mar. in summ. toti. Succes. legal. part. 4. quæst. 21. artic. 5. num. 22. vers. Idem si testator, Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 352. num. 16. Sforz. Odd. de fideicommiss. quæst. 9. artic. 5. num. 44. & Francis. Viui. dec. 10. lib. 1.* vbi latissimè, & ita sentio.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Aqua nascens in fundo superiori, potest à Domino illius, modò in vnum, modò in alium vsum conuerti, & modo vni, modò alteri concedi, vel denegari, 1.

Aqua nascens in fundo superiori, potest à Domino illius diuerti, in præiudicium Domini fundi inferioris, num. 2. 3. 4. & 5.

Aqua vsum nemo potest immediatè habere, inuito Domino fundi, in quo aqua illa oritur n. 6.

Aqua oriens, vel ingrediens fundum meum, statim efficitur mea, n. 7.

Aqua oriens, vel ingrediens fundum meum, efficitur pars illius fundi, n. 8.

Aqua, quæ per mille annos fluxit in fundum inferiorem, potest etiam diuerti à Domino fundi superioris, n. 9.

Præscriptio non inducitur ex naturali aquæ cursu, in locos inferiores, n. 10.

Aqua molendini superioris, potest euerti à Domino illius, in præiudicium habentis aliud inferius

rius molendinum, num. 11.
Dominus vt sibi prosit, potest de re sua quidquid vult facere, licèt vicino noceat. num. 12.
Aqua euerti potest ad æmulationem, dummodò adsit aliqualis diuertentis vtilitas, num. 13.
Æmulatio in dubio, non præsumitur, num. 14.
Æmulatio vt faciat corruere actum, qualis debeat esse, n. 15.
Aqua in præiudicium Domini fundi inferioris, euerti non potest, si iure seruitutis debeatur, num. 16.
Seruitus aquæ ducendæ, non extinguitur, etiam si fundus seruiens in fiscum transiret, n. 17.
Seruitus aquæ ductus non præsumitur, n. 18.
Sed limitatur si aqua à fundo superiori flueret per opus manufactum n. 19.
Item si Dominus fundi inferioris, patiente Domino fundi superioris, in illo fecisset canale, vel idem canale suis expensis expurgari curasset, n. 20.



AD CAPVT XVI.

Additio.



1 DOMINVS fundi, ex quo aqua ortum habet, dicunt DD. quod potest licitè facere de ea quidquid ei placet, illã modò in vnũ vsũ, modò in alium cõuertendo, vt latè *Boer. decis. 352. nu. 4. & 5.* & modò eam alicui concedere, & modò denegare, vt per *Deci. consil. 244. num. 3.*

2 Indè fit necessariò, posse Dominum fundi superioris, in quo aqua naturalitèr oritur, eã quò vult diuertere, in præiudicium Domini fundi inferioris *Borgni. Cauale.* vbi propè innumeros cumulat, *decis. 23. n. 113. vol. 2.* nouissimè fundat *Dom. Cõsil. Paul. Staib. Resolut. forens. lib. 1. Resolut. 65. num. 20. 21. & 22.* vbi notabilitèr in duriori casu (de more) ratiocinatur.

3 Patet hoc, primò ex *l. 1. §. Idem aiunt, vers. Deniq; ff. de aqu. pluu. arcend.* vbi cõtra fodiẽtem in fundo suo, non datur de dolo actio, si aquam fluentem in fontem vicini sui euertat, *tex.* verba sunt hæc. *Deniq; Marcellus scripsit, cum eo, qui in suo fodiens, vicini fontem euerterit, nihil posse agi, nec de dolo actione.*

4 Secundò ex *l. si in meo 21. ff. eod. tit.* Vbi, si in meo aqua erũpat, quæ ex tuo fundo venas habet, si eas venas incideris, & ob id desierit ad me aqua peruenire, tu non videris vi fecisse, si nulla seruitus mihi eo nomine debita fuerit, nec interdicto, quod vi, aut clam teneris, & Accurs. clariùs declarando casum illius *tex. in glos.* ibi dicit. *In meo fundo fons oritur, vena cuius veniũt ex fundo tuo, tu incidisti venas, ita q; meus tũc siccatus est, nõ teneris*

5 Tertiò, ex *l. 1. §. si quis, versic. si quid, ff. nè quid in loco publico,* ibi, *Si quid in loco publico ædificauero, vt ea quæ ex meo ad te nullo iure defluebant, desinant fluere, Interdicto me non teneri, Labeo putat.*

6 Quartò, ex *tex. in l. aquam 4. C. de seruit. & aqu.* vbi, Aquam quæ in alieno loco oritur, sine voluntate eius, ad quem vsus eiusdem aquæ pertinet, Prætoris edictum non permittit, ducere; & sic ex fundo alieno non potest duci aqua, nisi Domino illius fundi volente, non autem eo inuito. iuxtà *Bald. in d. l. aquam.*

7 Quintò, cæteris omissis, quia statim ac aqua in fundo meo oritur, vel ingreditur, quia eam à publico flumine auriò, vel auerto, mea efficitur, *l. 1. §. quod autem, versic. illud labeo, & l. hoc iure 3. §. si aquam, versic. aqua, ff. de aqu. quotid. & æst.*

8 ex quibus iuribus inferunt quoq; principalitèr, vt aqua nascens in fundo meo, vel illum ingrediens, fundi pars efficiatur; Vnde meritò fit, vt possim licitè sicut de re propria, ad libitum illam modo euertere, & dissipare, ac mox concedere vicino meo.

9 Ex quibus affirmandum est, iure optimo dixisse *Aym. Crauett.* vt possit Dominus fundi superioris diuertere aquam in eo nascentem, vel ingredientem, in præiudicium Domini fundi inferioris, etiam si per mille annos, ac plusquam immemorabile tempus, in fundum inferiorem decursa esset, in suo *tract. de antiq. tempor. part. 4. § fin. num. 39. cum seqq. vers.*

10 *limitatur etiam,* quem sequitur *Card. Tusch. practic. quæst. lit. P. conclus. 537. num. 20.* quia ex naturali aquæ cursu ad locos inferiores nulla inducitur præscriptio, vel seruitus, ad fauorem illorum, in quorum locis aqua naturalitèr ingreditur, vt latè *Morot. cõsil. 8.*

11 Et *Bald.* etiam, in d. *l. aquam n. 1. C. de seruit. & aqu.* vtilitèr subdit ad propositum, dicens, quod habens molendinum in loco superiori, quamuis detrahat aquam illam à flumine publico, non tenetur eandem aquam mittere vicino habenti aliud molendinum in

12 loco inferiori, quia Dominus in re sua potest facere quid quid vult, vt sibi prosit, licèt vicino noceat, *l. proculus, ff. de damn. infect. l. fin. C. dè vsucap. & Macerat. Variar. Resolut. lib. 1. Resolut. 65. num. 1.* & in terminis nostris

13 hoc tradit *Bald. in cap. cũ Ecclesia vulterana num. 5. de elect.* vbi tenet, quod ad æmulationem euerti potest aqua, & sic in præiudicium vicini inferioris, dummodò tamen aliquis diuertentis vtilitas ex illa euertione in consequentiam oriatur, sequitur *Ias.* qui dicit,

hane doctrinam esse notabilem, in *l. qud minus, num 34. ff. de f.umin.* & latè *Nouar. quæst. forens. tom. 1. quæst. 87. num. 3.* vsq; ad finem; & ita intelligendus est *tex. in d. l. 1. §. Marcellus, ff. de aqu. plu. arcend. in versic. si non animo.*
14 tantò magis, quia æmulatio in dubio non præsumitur, sicut nec animus nocendi, *Rip. in d. l. quò minùs num. 29. & Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsūpt. 23.* quos sequitur *Car-*
15 *din. Canaler. decis. Rot. Rom. 188. n. 4.* & qualis debeat esse æmulatio, vt actus sub illa æmulandi intentione factus corruat, nouissimè ponit *Dom. Io: Francis. Marot. discept. forens. cap. 35. num. 11. cum multis seqq.* vbi latè de hoc puncto ratiocinatur.
16 Verùm (vt ad rem nostram redeamus) limitanda prædicta omnia sunt, si aqua ad fundum tuum inferiorem, seruitutis iure, à fundo meo superiori flueret, hoc enim casu, nullo modo aqua illa euerti potest, in cui præiudicium, propter seruitutem tibi debitam, vt elicitur ex *tex. in d. l. 2. §. si quid, ff. nè quid in loco public.* à contrario sensu, ibi. *nullo iure.* Item ex *d. l. si in meo 21. ff. de aqu. plau. arce.* ibi *Si nulla seruitus mihi eo nomine debita fuerit & ex glos.* per illum *tex. in l. si ma-*
17 *nifestè 7. C. de seruit. & aqu.* ex quo colligitur etiam, vt seruitus aquæ ducendæ, vel aquæ ductus non extinguatur, quamuis fundus seruiens in Fiscum transeat.
18 Indè notandum est, quod licèt seruitus aquæ ductus à fundo superiori, non sit præsumenda, & alleganti eam incumbat onus probandi, cum quid facti sit, *Bar. in l. si in ædibus, C. cit. tit.* hoc nihilominus restringi-
19 tur primò, si aqua flueret, vel decurreret à fundo superiori per opus manufactum, quia tunc iure seruitutis decurrere præsumitur ad fundum inferiorem, vndè meritò diuerti non potest, vt ponderat *cit. Cardin. Tu-*
20 *sch. d. conclus. 537. num. 20. lit. P.* Item demum limitatur cæteris omissis, si Dominus fundi inferioris, patiente Domino fundi superioris, in quo aqua oritur, in illo fecisset canale, vel ipsius expensis idem Canale purgare fecisset, vt aqua ad suum fundum veniat, vel facilius, vt per *Canalc. d. decis. 23. num. 113. lib. 2.* vbi multos in hac materia legendos cumulat.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

REferuntur DD. qui transcribunt determinationes Sacræ Congregationis, circa Archiepiscopalem potestatem, n. 1.

Archiepiscopus non est competens in subditos suorum suffraganeorum, nisi in causis appellationū; ad eum legitimè deuolutarum, n. 2. & 3.

Archiepiscopus habet Iurisdictionem limitatam in subditos suorum suffraganeorum, scilicèt in in causis appellationum tantum, n. 4.

Archiepiscopus quidquid facit in Diœcesi sui suffraganei, absq; eius licentia, nullitèr gerit, pratèr causas appellationum, legitimè deuolutarum num. 5.

Archiepiscopus quomodo, & quando possit absoluere ab excommunicatione, subditum sui suffraganei, qui ad eum recursum habuit per appellationem, num. 6. vbi refertur decisio Sacræ Congregat.

Archiepiscopus an possit citare testes subditos sui suffraganei, pro cognitione causarum appellationum. num. 7. & 9.

Iurisdictione concessa, censetur concessum omne id, sine quo iurisdictio exerceri non potest, nu. 8.

Archiepiscopus non potest tenere in Diœcesi sui suffraganei Vicarium, pro decidendis appellationum causis in futurum deuoluendis, n. 10.

Archiepiscopus potest decidere causas appellationum, in Diœcesi sui suffraganei, num. 11.

Archiepiscopus non potest decidere causas appellationum, quas in prima instantia, ipse cum esset Episcopus terminauit, num. 12.

Archiepiscopus non potest cognoscere super nullitatibus sententiæ sui suffraganei, n. 13.

Episcopus, à sententia lata per eius delegatum, est competens in gradu appellationis, non autem Archiepiscopus n. 14. & quid à sententia lata per eius foraneum Vicarium, num. 15.

Foraneus Vicarius quis sit, & quam potestatem habeat, n. 16.

Defectus Iudicis inferioris, facit deuoluere Iurisdictionem ad superiorem, num. 17.

Episcopus negligens in decidendis causis, facit deuoluere Iurisdictionem ad Archiepis. n. 18.

Archiepiscopus est competens in prima instantia causarum subditorum sui suffraganei, si ipse per biennium distulerit decidere causas n. 19.

Episcopus non est in mora, licèt intrà biennium causas non terminauerit, si non fuit à partibus requisitus, & interpellatus, num. 20.


Iudex si tenetur sub pœna intrà mensam expedire processum, non est in pœna, si à partibus non interpellatus, illum non expediuit, num. 21.



AD

AD CAPVT XVII.

Additio.



1 QVO ad materiam istam, de appellatione ab ordinario Episcopo, ad Metropolitanum facienda, plura censuit *Sacra Congregatio die 16. Octobris* 1600. quæ omnia per extẽsum refert *Io: Baptista Ciarlin. controuers. forens. lib. 2. cap. 125. à num. 100.* vsq; ad finem, & *Quarant. in summ. Bullar. verbo. Archiepiscopi authoritas*, & intèr cætera disposuit in hunc, qui se-
2 quitur modum. *Item nec alij superiores* (quia superiùs de Archiepiscopis locuta erat) *etiam Nuncij, vel legati de latere, specificam facultatem Maiorem non habentes, causas in Curijs ordinariorum, vel aliorum inferiorum pendentes, ad se auocent, nisi per viam legitimæ appellationis, ad ipsorum Tribunalia deferuntur. tuncq; appellantes ab Inferiorum Iurisdictionibus, quò ad alias causas eximere non possint.*

3 Constat igitur; ex hac Signantèr *Sacræ Congregationis* determinatione, Archiepiscopum siuè Metropolitanum, aliam non habere iurisdictionem in subditos sui suffraganei, nisi in causis appellationum, legitimè ad eum deuolutarũ, quod tenuerunt etiam *Abb. in cap. cum in Eccles. n. 2. & in cap. Solicitudinem nu. 6. de apdellat. Gratian. discept forẽs. tom. 1. cap. 6. num. 20. & tom. 4. cap. 655. num. 19. Episc. Genuens. in prax. Eccles. tit. de potest. Archiepis.*
4 *cap. 70. n. 7.* Vnde dicitur habere Iurisdictionem limitatam, & coarctatam, ad has appellationum causas dumtaxàt, vt latè *Ciarlin. d.*
5 *cap. 125. n. 21. & 22.* ac per consequens, omnia, quæ Metropolitanus gerit in Diœcesi suffraganei sui, in causis subditorum suorum, absq; illius ordinarij Episcopi consensu, prætèr deuolutas causas appellationum, non valent, neq; tenent, & sunt ipso iure nulla, *glos. in cap. per singulas il 2. 9. quæst 3.* Cardin. *Alex. in cap. nullus primas 9. quæst. 2.* & facit tex. notabilis, in *cap. ea quæ, de reg. iur. in 6.* vbi optima *glos.*

Inde quoq; animaduertendum est; quod etiam in causis appellationum, in quibus Metropolitanus videtur competens, quamplura habet limitata, & restricta.

6 Primò enim si ei deuolueretur per appellationem, aliqua excommunicationis causa, lata ab ordinario in subditum suum, ipse Metropolitanus adhibitis adhibendis, nec minùs potest appellantem absoluere, nisi in eo casu tantum, quo iniusta decerneretur excommunicatio, vel si ordinarius, qui excomunicationis sententiam protulit, absolutionem concedere recusaret, vel negligeret; in alijs autem casibus prætèr supradictos, tenetur præcisè eundem appellantem excommunicatum, absoluendum ordinario remittere, *cap. ad reprimendum & de Offic. Iudic. ordin.* prò cuius confirmatione, ità intèr alia determinata, sanciuit *Congregatio*, sub d. die 16. Octobris per hæc verba. *Censura Ecclesiastica in appellantem prolata, relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tuncq; si constiterit eam iniustam esse, ad Iudicem qui excommunicauit, appellans remittendus est, vt ab ipso, iuxtà Sacros Canone, beneficium absolutionis, si humilitèr petierit, debitamq; emẽdationem præstiterit obtineat; si verò iniustam esse clarè appareat, superior absolutionem impendat; si dubitetur, honestiùs est vt ad excõmunicatorem, iuxtà breuem aliquem competẽtem terminum, eidem præfigendus, absoluendus remittatur, licèt etiam superior hoc casu in id ipsum, per se præstare, iure possit.* Istamq; determinationem refert, prætèr *Quarant. in d. summ. Bull. verbo, Appellatio in fine, Io: Bapt. Ciarlin. d. cap. 125. n. 106. versic. Censura.*

7 Secundò non potest Metropolitanus pro cognitione causæ appellationis ad eũ deuolutæ, citare testes subditos sui suffraganei, vt vadant coram eo ad testimonium perhibendum, quia sua iurisdictio non extenditur ad alios prætèr illos, intèr quos appellationis causa agitatur, nisi tamen alitèr de consuetudine seruetur, *tex.* est punctualis, cum *glos in cap. 1. §. Neq. suffraganeorum, de for. compet. in 6. Ricc. in prax curi. Archiepis lib. 3. Resolut. 22. num.* 10. & latè *Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 169. & Reg. Rouit. in prag. 1.*
8 *sub num. 68. de arbitr.* Verum cum hæc sententia non modicam possit habere difficultatem, ex eo quia, Iurisdictione concessa, concessum paritèr censetur omne id, & quid, sine quo, iurisdictio illa exerceri non potest, iuxtà ineuitabilem illam regulam, *l. 2. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* ibi. *Cui Iurisdictio data est, ea quoq; concessa esse videntur, sine quibus Iurisdictio*
9 *explicari non potuit.* Vndè in proposito articulo, ac vt sincera illius veritas haberi in posterum possit, dico ita. Quod cum nulla sit Metropolitani authoritas in subditos sui suffraganei, prætèr illos, qui per appellationem ad se decurrerunt potest ideò, nè iurisdictio sua in illo appellationis gradu, vana reddatur, contrà *tex. in d. §.* 2. mandare, ac præcipere suffraganeo suo, vt testes illos citet, ac cogat ad deponendum, & ita tenet *glos.* notabilis in *d. §. neq; suffraganeorum in versic. suscipere.* & facit Ricc. *d. Resolut. 22. sub num.* 10. iuncto *Gratian. d. cap. 169.* vbi plenissimè, sed confusè.

10 Te-

10 Tertiò est notandum ; quod non potest
Metropolitanus, qui est competens in causis
appellationum subditorum sui suffraganei,
tenere in illius Diæcesi officialem, siuè Vica-
rium, pro decidendis appellationum causis
non dum deuolutis, sed in futurum deuoluē-
dis, tum primo, quia tractus futuri temporis
non pertinent ad Iudicem; tum secundò, quia
iurisdictio, quæ est in potentia, & non in actu
non potest delegari; & in expresso hoc dicit
*tex. in cap. 1. in princ. & in §. non sic autem, de
offic. ord. in 6. Hostiens. in c. 1. cit. tit. de offic. or-
din. in 6. Capyc. decis. 27. n. 37. versic. Vt est Ar-
chiepiscopus*, latè *Fontanell.* qui alios casus si-
miles cumulat, *tract. de pact. nupt. tom. 1. claus.
4. glos. 10. part. 2. nu. 86. fol. 274. & Rot. Rom.*
penes *Mohed. decis. 5.* aliàs 133. *de appellat.*
per quam in proprijs terminis ità fuit deci-
sum, nisi tamen per spatium quadraginta an-
11 norum ita consueuisset Archiepiscopus; Ve-
rum vt habetur in *cap. 1. & cap. vt litigantes,
de offic. ordin. in 6.* potest Archiepiscopus, ap-
appellationum causas ad se iam deuolutas, in
Diæcesi suffraganei sui terminare, atq; deci-
dere; quod etiam approbauit. *Rot. Rom* in
vna *Valentina Iurisdictionie 1. Aprelis* 1596.
coram R. P. D. *Seraphino*, cuius verba sunt hæc.
*Domini sine difficultate dixerunt, posse Archie-
piscopum, causae ad se per Appellationem, aut
aliàs delatas ab Episcopo suffraganeo, per se, vel
per Vicarium generalem, vel per delegatum
cognoscere, & terminare in totum, vel in parte*
in *Diæcsi Oriolensi, per tex. &c.* de qua decisio-
ne meminit etiam *Episc. Ricc. in prax. Eccles.
part. 1. Resolut. 421. per totam.*

12 Quartò non potest Archiepiscopus, nupèr
ad talem sublimiorem dignitatem erectus,
cognoscere de causis appellationum, in sua
Archiepiscopali Curia deuolutis, si ipse eas-
dem causas, cum esset Episcopus, in prima
instantia terminauit; Ideoq; eas alteri dele-
gare tenetur, & se abstinere, vt ex *Franc.* tenet
Scac. de appell. quæst. 2. artic. 1. n. 15.

13 Idemq; *Scac. in eod. tract. quæst. 29. remed.
1. conclus. 6. num. 85. fol. 565. & remed. 2. nu.
54. fol. 577.* tenet, prohibitum esse Archiepi-
scopo, propter suam limitatam Iurisdictio-
nem, cognoscere, & iudicare super nullitati-
bus sententiæ latæ à suo suffraganeo, omissa
appellatione, *Couar. pract. quæst. cap. 9. sub. nu.
2. versic. Præsertim conducit*, & latissimè om-
nium meliùs *Io: Baptist. Ciarlin. d. cap. 125. à
n. 26 cum multis seqq.*

14 Et demum alijs omissis notandum est, q
à sententia lata per delegatum, ab Episcopo,
non potest appellari ad Metropolitanum, sed
est ad Episcopum delegantem recurrendum,
vt per *Genuens. in d. tit. de potest. Archiepisc.
sub. n. 7. versic. limita secundò*, idem tenet *Bar-
bos. de offic. Episc. part. 1. tit. 4. n. 71.* quem se-
15 quitur *Ciarlin. ibidem n. 20.* Sicut etiam à sē-
tentia lata per Vicarium Foraneum Episcopi,
ad eundem Episcopum est appellandum, non
ad Metropolitanum, ad quem per viam ap-
pellationis recurritur, quando sententia est
lata à Vicario generali, qui facit vnicum my-
sticum corpus, & Tribunal cum Episcopo,
iuxtà similem *decis.* relatam à *Mohed.* 133.
aliàs 5. de appell. quam etiam suprà allegaui-
16 mus; quamuis hodiè Vicarij Foranei, modi-
cissimam habeant facultatem, quia tantum
se informant, & referunt Vicario generali,
nec decidunt alias causas, nisi eas, quæ sunt
infrà summam carolenorum triginta, vt vidi-
mus, & videmus practicari nostris temporib.

Verum pro complemento illud non desinā
notare ad limitationem prędictorum omniū,
17 quod cum inferioris Iudicis vitium, & defe-
ctus iurisdictionem transferat in Superiorem
*l. absentem 6. C. de accus. & inscript. & Bald in
cap. 1. col. 1. de offic. delegat.* Ideo data negli-
18 gentia Episcopi, deuoluitur etiam in prima
instantia iurisdictio ad Metropolitanum *Ge-
mini. in cap. 1. §. neq; in fine, versic. Decisio hu-
ius, de for. compet. in 6. Franch. in cap. 1. n. 3. in
glos. versic. culpis*, & ibi cit. *Gemin. de
supplend. neglig. Prelae.* facit *tex.* notabilis, in
cap. cum simus 9. quæst. 3. hancq; sententiam
vniuersum mundum tenere, tam in materia
absolutionū ab excommunicationibus, quā
in materia puniendi crimina, excessusque no-
torios, omnibusque alijs causis Ciuilibus, &
iurisdictionalibus, dicit *Felin. in c. pastoralis
num. 6. de offic. Iudic. ordin.* quòd exornat la-
tè *Gratian. dicto cap. 169. à num. 6. cum multis
seqq. & cit. Episc. Genuens.* locis superiùs cita-
tis, vbi respondet fundamentis *Abb.* dicentis
contrarium, *in cap. graue num. 5. de offic. Iudic.
19 ordin.* & est expressè statutum, per *Sacrum
Concil. Trident. Session. 24 cap. 20. de refor.* vbi
etiam in prima instantia recurri potest ad
Metropolitanum, si ordinarius Episcopus,
illius causæ decisionem vltra biennium pro-
trahauerit.

20 Sed vt aduertit *cit. Ciarlin. dicto cap. 125.
num. 94. & 95.* non dicitur in mora Episco-
pus (in terminis *dicti Sacri* Concil.) licèt intrà
biendium causas in sua Curia introductas nō
expediuerit, si à partibus non fuit requisitus,
& interpellatus pro decisione, & expeditio-
ne, quia tunc defectus, & negligentia sibi ad-
scribi non potest, sed partibus quę non cura-
uerunt eum requirere, & ita refert decisum
ex *Marches. de commiss. part. 2. §. 4. num. 54.
Caccheran. decis. 12. num. 6. & Ricci dec. Cur.
21 Archiepisc. 153 lib. 4.* & confert *Abb. in cap.
Venerabilis num. 19. de Iudic.* vbi si ex forma
statuti, teneretur Iudex sub certa pœna, pro-
cessum, & litem expedire intrà mensem, non
committit pœnam, nec est in mora, si non
fuerit à partibus, prò expeditione interpella-
tus, ac in mora constitutus, sequitur *Hippolit.
Marsil. de tract. de fideiuss. n. 145.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

ARchiepiscopus non potest iudicare Vicarium, & officiales sui suffraganei, nisi in casibus, à iure expressis, num. 1.
Vicarius generalis Episcopi, delinquens in his quæ sunt officij, & iurisdictionis, punitur à Metropolitano, num. 2.
Archiepiscopus potest punire Vicarium sui suffraganei, denegantis exequi eius mandata, in occurrentijs ad decidendas causas appellationum, ad ipsum Archiepiscopum deuolutarum, n. 3.
Vicarius Episcopi, delinquens vti persona priuata, & non in officio, debet puniri ab eius Episcopo, num. 4.
Vicarius generalis Metropolitani, potest punire generalem Vicarium suffraganei, in omni casu, quo potest ipse Metropolitanus, num. 5.
Sed intellige, & limita hoc, vt num. 6.



AD CAPVT XVIII.

Additio.

1 
VIA in præsenti sermo fit de potestate Archiepiscopi, in officiales suffraganeorũ suorum, signantèr in eorum generales Vicarios; Ideo præmittendam necessarium existimaui, determinationem supèr hoc emanatam à *Sacra Congregatione, sub die 18. Octobris 1600.* dicente inter alia breuiter. *Metropolitani Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ, suffraganeos, eorumque Iudices non iudicent, nisi in casibus à iure expressis* quam determinationem, referunt *Io: Bapt. Ciarlin. & Quarant. in locis allegatis in præcedenti num. 1.*

Pro cuius rei declaratione notandum est, duplex considerari posse delictum, in Vicarium Episcopi, aliosque etiam eius officiales. Vnum nempè commissum intuitù, & in exercitio officii; Alterum vti simplex Clericus, & in priuatis negotijs patratum.

2 In primo casu, nempè quando Vicarius alicuius suffraganei, delinguit intuitù officij, ac in his quæ sunt iurisdictionis, tunc Iudex competens eius criminis, non aliàs Episcopus est (quia ipse etiam in culpa existit, eligendo talem Vicarium) sed Metropolitanus, vt dicit *glos. in cap. 1. versic. Rationabili causa, de offic. Vicar. in 6.* latè *Episcop. Riccius in prax. Eccles. lib. 3. resolut. 22. num. 7.* & optimè *Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 169.* signanter *num. 14.* ex quo accomodatissimè infertur, vt possit Archiepiscopus punire Vicarium sui suffraganei, tardantem, vel negligenté exequtioni mandare, ordines ipsius Metropolitani, in occurrentijs ad decidendas causas appellationum, ad eum deuolutarum, vt paret ex *Gratian loco cit.*

3

4 In secundo verò casu, scilicet quando Vicarius generalis, ac etiam quilibet alius Episcopi officialis, delinquit vti persona priuata, non autèm intuitu, & ratione officij, tunc Metropolitanus penitùs incompetens est, ac proinde non potest contrà eum procedere, nec se intromittere; Sed eius Criminis Iudex competens est ipse Episcopus suffraganeus, & ita est intelligendus *tex. in cap. 1. §. fin. de for. compet. in 6.* ibi *neque potest Archiepiscopus ipse, in suorum suffraganeorum officiales, & subditos (pro eo quod ab ipso, nolunt querelantibus in sua præsentia respondere) Ecclesiasticam exercere censuram*, idem tenet *glos. in d. cap. 1. versic. si verò officialis de offic. Vicar. in 6.* latissimè *cit. Ricc. dicta resolut. 22. num 7. & 8 & Gratian. loc. cit.*

5 Sed notandum est, quod in omni quocũ q; casu, in quo licitum est Metropolitano procedere contrà generalem Vicarium sui suffraganei, hoc pariter licitum est, generali eiusdem Metropolitani Vicario, qui potest etiam contra eum procedere per interdicta, suspensiones, & excommunicationes, *Francisc. Marc. decis. 483. num. 2. lib. 1. & Gratian. d. cap. 169. num 16.*

6 Verum hoc intelligas, vt procedat absente Metropolitano; Cæterum si ipse præsens esset in sua Prouincia, nulla tunc sui generalis Vicarij est potestas, in Vicarium, & alios officiales sui suffraganei, *tex. in d. cap. 1. §. officiales autem de offic. ordin. in 6.* ibi *Officiales autem Remensis Archiepiscopi (quamdiù in sua Prouincia, vel circa illam extiterit) in suffraganeos, interdicti, suspensionis, vel excommunicationis, proferre sententias non attentent.*


Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

ARchiepiscopus non potest inhibere Curiam sui suffraganei, nè in causis alicuius procedat, num. 1.
Archiepiscopus in duobus casibus tantum potest inhibere Curiam sui suffraganei, & qui sint, num. 2.
Inhibitionis forma qualis esse debeat, in casibus in quibus potest Archiepiscopus inhibere, n. 3.

Ar-

Archiepiscopus non potest inhibere curiam suffraganei, in prima instantia, num. 4.
Archiepiscopus ante Iurisdictionis deuolutionem, idest ante appellationem, non potest inhibere Curiam sui suffraganei, num. 5.
Inhibitio non potest fieri, nisi co[n]stito prius de iurisdictione Iudicis inhibentis, num. 6.
Inhibitio præsupponit iurisdictionem inhibentis, num. 7.
Archiepiscopus non potest eximere subditum sui suffraganei, ab eius iurisdictione, sed hoc pertinet priuatiuè ad Pontificem, num. 8.
Inhibitio potest relaxari ad beneficium eius qui timet iniustè grauari, num. 9.
Inimicitia ex litibus orta inter Iudicem, & subditum suum, parit iustum timorem futuri grauaminis, num. 10.
Iudex cum litigans, non potest interuenire in causis meis, num. 11.



AD CAPVT XIX.

Additio.

1 

CCASIONE huius Capit. Statuti obseruare quæ in materia inhibitionum ab Archiepiscopis faciendarum occurrere de facili possunt; Ideoque noto Primo, quod Metropolitanus, siuè eius Generalis Vicarius, non potest inhibitoriales literas suffraganeo suo mittere, nè scilicèt in certis causis alicuius se intromittat *tex. est in cap. 1. in fine, versic. inhibitiones, de offic. ordin. in 6. ibi. Inhibitiones tamen, nè procedatur in causis, prius quam ad Remensem Curiam appelletur fieri penitùs inhibemus*, id quod etiam probatur
2 *ex tex. Sacri Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20.* vbi in duobus casibus tantum Archiepiscopus potest inhibere Curiam Episcopi sui suffraganei, nè se intromittat in decisione alicuius causæ, primo post quam negligens ille suffraganeus fuerit reputatus, in decisione causæ, ob quod deuoluitur iurisdictio ad ipsum *Metropolitanum*; & secundò postquam diffinitiuam promulgauerit, ità quod functus sit officio suo, & causa ad eundem *Metropolitanum* per appellationem sit deuoluta.
3 Secundò noto, quod in prædictis casibus, in quibus potest *Metropolitanus*, inhibitoriales litteras suffraganeo suo mittere, talis inhibitio debet fieri sub forma tradita à *Sacra Congregatione*, in illa generali determinatione per eam emanata sub *die 16. Octobris* 1600. tenoris sequentis. *Inhibitiones post appellationem, sicut permittitur receptam, non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ aut decreti diffinitiui, aut vim diffinitiui habentis, vel damnum per diffinitiuam irreparabile continentis, aliàs inhibitiones, & processus, & indè sequuta quæcumque, ipsoipso iure nulla eisque impunè non parere liceat.*
4 Obseruo tertiò, quod in prima instantia, non potest *Metropolitanus* inhibere Curiam sui suffraganei, vt probatur ex *tex. in cap. Ro-*
5 *mana Ecclesia, §. si verò de appellat. in 6.* vbi ante iurisdictionis deuolutionem, & [illegible] appellationem ad Curiam *Metropolitanam* non potest Archiepiscopus ordinario suo suffraganeo mādare, vt desinat in ea causa procedere, & sic prohibetur Curiam illam inhibere, *tex.* verba sunt hęc *sicque non esse per appellationem, ad eundem Archiepiscopum, vel eius officialem deuolutum negotium proponatur, ijdem (nisi prius ipsis cōstiterit causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam) prohibere ne in causa illa, vel nè ad executionem procedatur sententiæ, non præsumant*, & ratio est duplex,
6 Prima quia non potest in executionem, & exercitium iurisdictionis inhiberi, nisi priùs de iurisdictione constito, & an is qui inhibet sit Iudex, vt per *glos. in dicto §. si verò, in versic. constiterit*, quæ id probat ex *tex. in cap. super literis, de rescript.* & melius probatur, *ex tex. in cap. non solum, § alla verò eod. tit. de appellat. in 6.* in illis verbis ibi, *postquam sibi constiterit, & c. cum glos. in versic. deuolutum*, quæ
7 dicit, *alias inhibere non posset*, quia (vt dicunt) inhibitio præsupponit Iurisdictionem inhibētis *Laucellott. de attent. part. 2. cap. 19. in præfat. quæst. 2. num. 24.* quem refert, & sequitur *Thor. vot. decis. 73. num. 18.* qui plenè tractat materiam.

Altera ratio est, quia per talem inhibitionem directè, & immediatè, eximeretur alter litigantium à Iurisdictione sui ordinarij Epi-
8 scopi; At eximere aliquem subditum à iurisdictione sui ordinarij, non potest Metropolitanus præter causas appellationum, iustà *decisionem Sacræ Congreg.* emanatum sub dicto die *16. Octobris 1600. in versic. Itē nec alij Superiores*, in fine, ibi, *sicq. appellantes ab inferiorum iurisdictionibus, quoad alias causas eximere non possint*. Quia hoc priuatiuè pertinet ad summam authoritatem Christi in terris Vicarij; nam cum ab eo, suffraganeus iurisdictionem quam habet recognoscat; consequens est, vt non possit ei per inferiorem auferri, vt ex multis docet *Io: Bapt. Ciarlin. controu. Iur. lib. 2. cap. 125. num. 76.*
9 Demum noto generaliter, quod potest ad instantiam eius, qui iustè timet grauari, per Superiorem Iudicem inhiberi, nè inferior se intromittat, *Roman. consil. 244. Pro euidentia,*

in

in princ. qui hoc probat ex tex. in l. si Pater 3. C. qui bon. cede. poss. & eum sequitur Dom. Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. I. conclus. 145.

10 n. 1. & Iustus timor futuri grauaminis, nullus maior esse potest, quam si inter partem, & Iudicem loci, lis esset ciuilis, quia ex ea capitalis oriri solet inimicitia, cap. item cum quis 6. de restit. spoliat. Grammat. decis. 33. nu. 6.

11 Indè Iudex mecum litigans non potest interuenire in causis meis, sed imò est suspectus, Marant. in suo Spec. par. 6. act. 2. rubr. & quandoq; appellatur, nu. 74. Caranit. rit. 288. nu. 32. Viui. decis. 363. nu. 4. & pluries ità decisũ refert in Senatu Cataloniæ Fontanell. decis. 14 nu. 15. & 26.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Dotis recuperandæ actio non datur constante matrimonio, nu. 1. Limita viro vergeate ad inopiam, nu. 2.

Mulier habens virum vergentem ad inopiam potest petere dotis, antefati, & etiam bonorum parafernalium assecurationem, nu. 3.

Assecuratio in subsidium potest mulieri concedi, super bonis viri emphyteuticis, & fideicommisso subiectis, nu. 4.

Mulier potest petere assecurationem, etiam si habeat Socerum, & virum obligatum, si alter eorum vergat ad inopiam, licèt alter sit diues, num. 5.

Assecuratio non euitatur, etiam si vir dissipans offerat cautiones, & fideiussores, nu. 6.

Mulier quæ vergente viro ad inopiam acceptauit fideiussores pro securitate dotis, non potest amplius petere assecurationẽ super bonis viri, n. 7.

Creditores viri vergentis ad inopiam, non possunt mulieri petenti assecurationem offerre creditã dotale, nu 8. Sed hoc limitatur.

Primò si mulier ageret hypothecaria contrà tertios possessores bonorum viri, nu. 9.

Secundò si mulier peteret plenariam restitutionem soluto matrimonio, nu. 10.

Tertiò si in patrimonio viri, vnicum corpus reperiretur non patiens commodam diuisionem, num. 11.

Et quartò si bona viri consisterent in solis mobilibus, & de ratione, nu. 12.

Mulier petens assecurationem, potest impedire exequtionem sententia latæ ad beneficium alterius Creditoris, quomodo hoc procedat, num. 13.

Mulier discusso patrimonio viri dissipantis, potest assecurari cõtra tertios possessores bonorum viri, num. 14.

Clausula constituti, operatur vt possit mulier assecurari contra tertios possessores, non discusso patrimonio viri dissipantis, nu. 15.

Clausula constituti excludit discussionem, quæ aliàs fieri debet, vt possit deueniri contrà tertios possessores, nu. 16.

Assecurationis iudicium intentatum ob vxore, ea defuncto transit in filios suos hæredes, nu. 17. & de ratione, nu. 18.

Assecurationis Iudicio pendente, si maritus ad inopiam vergens moriatur, mulier ex eisdem actis, potest expedire causam plenariæ restitutionis nu. 19.

Maritus contrà quem fuit facta dotis assecuratio, si reincidat in vberiorem fortunam, non recuperat administrationem bonorum in assecurationem vxori traditorum, nu. 20.

Mulier vt possit obtinere in iudicio assecurationis dotium, non tenetur plenè, & concludenter probare vergentiam viri ad inopiam, num. 21. Ideo sufficit si semiplenè, & præsumptiuè probetur, nu. 28. Sed hoc quomodo procedat, & intelligatur, latè, nu. 29. 30. & 31.

Mulieri concedenda est dotium assecuratio, si probet maritum fideiussisse, nu. 22. Item si fuerit exulatus Bannitus, vel forisiudicatus, nu. 23. Item si fecerit plura instrumenta alienationum, nu 24. Item si ludi vitio esset deditus, nu. 25.

Vergentia viri ad inopiam, probetur ex publica voce, & fama, nu. 26.

Vergentia viri ad inopiam dicitur sufficienter probata per confessionem ipsius viri nu. 27. Sed limita, nu. 32.

Dotis dominium non transit in mulierem assecuratam de dote, sed remanet penès virum, n. 33.

Fructus remanentes ex bonis in assecurationem traditis mulieri, demptis illis qui deseruiunt pro alenda vxore, & familia, sunt viri, eiusq; Creditorum, nu. 34. Sed limita, vt nu. 40.

Periculum bonorum in assecurationem traditorum mulieri, est viri nu. 35.

Dominium bonorum in assecurationem mulieri traditorum, transit, & acquiritur plenè ipsi mulieri quando est promissa restitutio dotium, tam in casu mortis, quam in omnem alium euentum, nu. 36. & 38.

Dictio, tam, & quam quid operetur, nu. 37.

Dictio, &, quid importet. nu. 39.

Assensus præstitus super restitutione, quando habeat locum etiam in restitutione facienda ob vergentiam viri ad inopiam, ità vt possit mulier assecurari etiam super feudalibus, latè, nu. 41. 42. 43. 44 & 45. vbi interpretatur doctrina Marin. Frecc. & confutatur Nouar.

Assecuratio an sit concedenda mulieri, quæ scienter contraxit cum viro dilapidatore, & dissipatore, nu. 46.



AD CAPUT XX.

Additio.

1 
Vamuis recuperandæ doris actio, nulla constante matrimonio competat mulieri, sed eo dumtaxat soluto, ad *tex. in l. sed si altas* 5. §. *sed si Mater familias sit*, *ff. de bon. damnat. l. in rebus* 30. §. *omnis*, *C. de iur. dot. l. cum notissimi* 7. §. *illud autem*, *in fine*, C. *de praescript.* 30. *vel* 40. *ann. & Bald. Nouell. de dot par* 7. *priuileg.*
2 24. *nu.* 1. Ista tamen conclusio restringitur, si matrimonio durante, cepisset vir ad inopiam vergere ac substantia sua abuti, ex æquitate, & humanitate iuris, *d. §. omnis*, *vers. cum constante*, ibi. *Cum constante etiam matrimonio, posse mulieres contra maritorum parum idoneorum bona, hypothecas suas exercere, iam nostra lege humanitatis intuitu diffinitum sit.*
3 Et sic fit dotium, & antefati etiam assecuratio, nec non bonorum Parafernaliū, quæ ipsa mulier in domum viri conduxit *Gaill. obseruat.* 83. *n.* 2. & 3. *lib.* 2. *Rol. à Vall. consf.* 9. *lib.* 1. *Gomes. ad l. Taur.* 50. *sub nu.* 33. *versic. Item quaro* Ex dispositione, *l. si constante*, *ff. solut. matrim.* vbi latè DD. *& l. vbi adhuc* 29. *C. cit. tit. de iur. dot. Giurb. decis.* 16. *nu.* 1. *Marant. in suis singul. & iur. notabil. lit. A. fol.* 6. *col.* 2. *vers. actio de dote*; Itamque
4 assecurationem posse etiam fieri super bonis emphyteuticis, & fideicommisso subiectis, sed tamen in subsidium, tradit *Andr. Gaill d. obseruat.* 83. *nu.* 4. *lib.* 2.
5 Item est facienda dotium assecuratio, etiā si mulier plures haberet obligatos; quorum vnus tantum inciperet malè vti substātia sua; quod sæpè euenit in obligatione à Socero, & à viro facta pro dotium restitutione; Quia isto casu, siue vir siue Socer ad inopiam vergat, peti potest, & concedi debet assecuratio, licèt alter qui nō dissipat diues sit, & soluendo, vt colligitur ex *Pute decis. Rot. Rom.* 265. *&* 359. *lib.* 3. *Naped in Consuet. vbi dos, vers. Restitutionis*, *nu.* 28 *tit. de iur. dot. Surd.* qui multos allegat, *de alim. lib* 1 *quæst* 39. *nu.* 12. confert *Afflict. decis.* 332. quem ad hoc allegat *Ricc. in collect. decis. lib.* 9 *collect.* 4124. *in fine, & Nouar. quæst. forens. lib.* 2. *cap.* 74. *sub nu.* 6. *vers. Imò plus dicunt DD.* post cit. *Gaill. obseruat.* 83. *nu.* 4. *lib.* 2.
6 Tertiò non euitatur assecuratio, etiam si vir dissipans, cautiones offerat, & fideiussores pro dotium, & reliquorum securitate, *glos. in l. vbi adhuc*, *vers. ad inopiam*, *C. de iur. dot.* dicens quod isto casu, dos quæ deseruit pro alenda vxore, & familia, ac quæ debet in tuto poni, non est relaxanda sub cautione, cum longè melius sit rei incumbere, quam fideiussoribus, & ità in terminis tenene etiam *Bart. in d. l. si constante nu.* 46. ibidemq; *Alex. n.* 19. *& in* 2. *lectur. n.* 51. *ff. solut. matr.* idem *Alex. in l. apud Iulianum*, §. *non omnis nu.* 2. *ff. ad Trebell. Paul. de Castr. in l. si plures sint*, 3. *p. circa si quaratur in fine*, *versic. contrarium tamen*, *ff de fideiuss. Gaill. d. obseru.* 83. *nu* 7. *Gratian decis. Rot. March.* 194. *nu.* 13. latè *Gomes. ad leg. Taur.* 50 *sub nu.* 33. *vers. Du-*
7 *bium tamen*, *& Pute. decis.* 359. *lib.* 3. nisi ramē vxor, oblatos semel fideiussores acceptauerit, quia eo casu non potest redire ad assecurationē, nam *tex. in cap. per vestras* dat electionem mulieri, an velit dotem, an fideiussores ita quod vir non teneatur, nisi ad alterum illorum tantum, vt aduertit *Gomes. loc. cit.* vndè postquam mulier elegit, & acceptauit fideiussores, non potest de cætero, redire ad restitutionem dotium, in vim assecurationis, *Alex. in d. l. si constante*, *nu.* 17.
8 Sicut pariter videmus in simili, nec minùs euitari assecurationem in bonis viri, quamuis Creditores illius, mulieri dotis suæ creditorum soluere offerent, *Giurb. decis.* 10. *nu.* 12. *Fab. de Anconj.* 69. *Dom. Reg. Capyc. Galeot. d. contro.* 65. *nu.* 14. *lib.* 2. *Gaill. obser. nu.* 92. *lib.* 2. *Gaspar Gaballin. Milleloq.* 813. *Viui. decis.* 277. *num.* 7. *& decis.* 413. *Aan. senior singul.* 296. *Negusan. de pignor. par.* 5. *memb.* 1. *nu.* 51. *Gasper. Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 65. *Fachin. contron. iur. lib.* 11 *cap.* 14. *Ossas. decis.* 135. *Garthar. decis.* 6. *Anton. Thesaur. decis.* 157. *de Graff. de success. ab intest. lib.* 2. *verb. Collatio bonorum quæst.* 16. *& Barbat. in prag. assistentiam glos.* 2. *de assist.* Sicq; videtur hanc communem esse sententiam; quam limito
9 primò, si mulier ageret contra tertios hypothecarios, pro adiudicatione, & plenaria restitutione, eo modo quo considerauimus infrà *nu.* 36. vt per *Afflict. decis.* 199. *nu.* 2. *in fine*, *Mart decis. Pisan.* 36. *nu.* 4. *Carthar. decis. Gen.* 8. *nu.* 5. *Thor. in comp. decis' tom.* 2. *verb. Terti*
10 *possessores*, Item si mulier soluto matrimonio peteret etiam dotium restitutionem *Mart. d. decis.* 36. *nu.* 12. *Thesaur decis.* 65. *nu.* 5. *&* 7. & *Carlin. d. cap.* 94. *num.* 23. *vol.* 1.
11 Tertio limitatur, ex *Fauor. in Cod. tit. de iur. dot. defin.* 27. dicente, quod si in patrimonio viri non adesset aliud præter, quam vna domus magna, quæ non posset pati commodam diuisionem, quia tunc liceret Creditoribus offerre debitum dotale, & retinere
12 domum illam. Et quartò limitatur, si bona viri consisterent in solis mobilibus, ex quibus non possint percipi alimenta, & fructus, nisi vendantur; possunt propterea Creditores viri, offerre mulieri petenti assecurationem in ijs bonis creditum dotale, *Rota*

No-

Nouell. de dot. part. 7. priuileg. 47. Capye. decis. 41. in fine cum alijs cumulatis per *Barbat.* qui tradit alias limitationes in *d. glos. 2.*

13 Quartò, idem assecurationis priuilegium,
operatur effectum impeditiuum exequtionis sententiæ, emanatæ ad fauorem alterius Creditoris viri, maximè si vrgeret ad beneficiũ mulieris clausula constituti, & si doceret in promptu de vergentia viri ad inopiam, de qua re latè *Io. Bapt. Ciarlin. cõtr. iur. lib. 1. cap. 94.* Verum cum quæstio hæc sit non modicum intricata, cum multi simpliciter hanc sententiam fuerint sequuti, alii contrariam, & innumeri quoque varias medias vias tenuerint; propterea nè tam breuitèr videar decidere punctum hunc; quem examinat *Grammat. dicta decis. 92.* legendus est cum casus contingerit *Horat. Barbat. in dicta pragmatica assisteantă glos. 8. à num. 90. vsque ad* 106. vbi cumulat omnes *DD.* eorumque sensus, supèr hoc articulo.

14 Quintò, solet concedi, etiam contrà tertios
possessores bonorum viri ad inopiam vergentis, ac dissipantis, discusso tamen eiusdem viri patrimonio, eoque comperto non soluendo, datur regressus contrà tertios *Bar. in l. si constante in princip. ff. solut. matr. & Minad. consil. 18. num.* 8. & tradit cit. *Barbat. num.* 83.
15 hoc limitãs si mulier in instrumento Cõstitutionis dotis, haberet pro maiori, & vberiori securitate clausulam Constituti, vigore cuius potest directè, & immediatè absque alia discussione contrà tertios bonorum viri possessores agere pro assecuratione. *Anton. Fab. in suo Cod. dicto tit. de iur. doti, definit. 25. Gabriel. de fideiuss. conclus. 2. num. 52.* & alij, quos sequitur *Ciarlin. dicta Controu. 95. num.* 19. quia
16 principalis effectus clausulæ constituti est, vt possit is ad cuius fauorem apposita repetitur, agere contrà tertios bonorum sui debitoris possessores, absque alia discussione principalis si vel nè possidet alia bona, super quibus satisfieri possit, non inquietatis alijs possessoribus *Bald. & Butri* per illum *tex. cum glos. in l. fin. C. de acq. poss. ff. Alex. consil. 185. in causa & lite num. 3. vol 6. & Consil. Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. 11. num. 7. fol.* 231.
17 Sextò iudicium assecurationis ab vxore intentatum ipsa mortua transit in filios suos hæredes, in quos continuatur contrà Patrem Instantia, vt latissimè probat *Scacc. de Commer. & camb. §. 7. glos. 5. sub num. 8. versic. Subinfero Secundo, fol. 484. col. 1.* vbi respondet ad argumenta contraria, & in effectu eandem sententiam tenet *Io. Andr. in addit. ad specul. tit. de dot. post diuor. restit. in fine, col. vltim. versic. sed pone contraxi, Mut. ad Consuetud. Panor. cap. 80. num. 23. cum seqq. Plat. Rum in Repet. cap per vestras, §. 27. de donat. int. vir. & vxor. Io. Castagn. in tract. de benefic. deduct. ne ege. quæst. 1. num. 150. & ex Signorol. Tusch.* & alijs, *Nouar. quæst. forens. lib. 2. cap. 74 sub nu 6. versic. quod quidem priuilegium,* quia is qui in
18 ius alterius succedit, ius quo ille vtebatur prosequi potest, *cap. is qui in ius 46. de reg. iur. in 6. & l. cum hæres ff. de diuers. & tempor. præscript.*

19 Et in casu contrario habemus, quod si assecurationis iudicio pendente, moreretur vir, posset mulier ex eisdem actis, & absque nouo processu, expedire contrà viri hæredes iudiciũ plenariæ dotium restitutionis, quia non potest dici mutata actio, sed tantum agendi modus, iuxtà originalem doctrinam *Bar. in l. post finitam ff. de suspect. tutor.* vbi conclusiuè loquendo hæc scribit. *Actio ergò non variatur per mortem superuenientem, sed variatur qualitas, nam in primo Iudicio debet fieri condendatio non ad plenariam restitutionem, cum dos deberet deseruire pro oneribus matrimonij l. vbi adhuc C. de iur. dot. sed in secundo casu agitur ad restitutionem plenariam,* idem tenet *Ann.* qui sic refert decisum, *singul. 597. Molfes. consil. 3. nu. 1. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 974. num. 28. Pellic. ad cit. consuetud. Auers cap. 3. num. 622. Scacc. loco suprà cit. in versic. Tertiò respondeo, & Thor.* qui refert plures determinationes secundum hanc sententiam, *in Compend. decis. tom. 3. par. 2. verbo Mulier fol. 129. col. prima.*

20 Septimò, facta dotium, & reliquorum assecuratione, ob vergentiam, ac inopiam viri, si ipse postea in vberiorem, & meliorem reincidit fortunam, non propterea, dotium administratio, siuè aliorum bonorum super quibus facta reperitur assecuratio, reuertitur in virum, tunc inopem, nunc diuitem *Cyn. in dicta l. vbi adhuc num. 24. in fine,* & ibi *glos. in verbo, abutatur C. de iur. dot. Gaill. pract. obseru. lib. 2. obseruat. 85. Mut. ad Consuetud. Panor. cap. 80. num. 19. Gomes. ad leg. Taur. 50. nu. 35 Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. dicta claus. 7. glos. 2. par. 3. num. 61. & 62 & Io. Castag. dicta quæst. 1. num. 133. &* 148. qui passim assignant de hac re rationem, tum scilicèt quia illæ viri diuitiæ in momento possunt esse, & abesse, tum etiam quia contrà virum semel dissipatorem, vrget sempèr eadem dissipandi suspictio.

21 Octauò, ad finem vt obtineat mulier in Iudicio assecurationis, non est opus, quod viri vergentia, ac dilapidatio, siuè dissipatio ve-
22 hemens sit, & excessiuà; indè sufficit si probetur maritum pro alijs fideiubere, cum hoc species dilapidationis sit, latè *Nouar. dicta quæst 74. num 13. lib. 2. post Hippolit. de Marsil. singul. 574. & Marant disput. 6. num.* 13.

23 Item si ipse fuerit exulatus, vel bannitus siuè foriudicatus licèt sine bonorum publicatione *Ludouis. decis. 114. & Farinac. decis. crim. 197. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 22. num. 19. & 21. post Bar. in l. 1. C. de repud.* & alios pœnes *Ricci collect. 4124. col. 3. versic. Infertur decimò,*

24 *lib.9.* Item si inuenerentur plura instrumenta
alienationum, à viro factarũ *Rolan.cons.9.vol.*
25 1. Item si maritus, ludi visio esset deditus, vt
latè *Dom.Io.Francisc.Marot.contr.forens.cap.*
26 14. *num.* 12. Item si publica vox, & fama esset,
quod ille talis sit dissipator, & malè vtatur
substantia sua, vt ex *Couar. & Barbos.* docet
cit. *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib.* 2.
*cap.*65.*num.*37. cui addo *Gomes. ad leg. Taur.*
27 50 *sub num.*33. *versic.item adde*, vbi dicit etiã
sufficere extraiudicialem confessionem eiusdem
viri, de vergentia, ad inopiam; Et in
28 summa concludit illam probari verè, & plenè,
licèt semiplenè, & præsumptiuè probetur
cum agatur de modico præiudicio, vt per cit.
Gomes. ibidem, *in versic.item adde*.
29 Ego tamen in hoc articulo, probandæ vergentiæ,
ad finem consequendi assecurationem,
distinguo, quod vel mulier agit pro assecuratione
directè, & immediatè contrà virum ad
inopiam vergentẽ, & sufficit qualis qualis sit,
itemque semiplena probatio, & procedit id
quod mox diximus cum agatur de modico
præiudicio, quia magis viro consulitur per
30 illam assecurationem; vel agit mulier contrà
tertios possessores bonorum viri, & isto casu,
quia tractatur de magno præiudicio illorum
possessorum debet consequentèr viri sui vergentiam
plenè, & concludenter probare, vt
assecurationem supèr bonis à tertiò possessis
consequi valeat, vt ex quampluribus, latè docet
Io.Bapt.Ciarlin.contr.iur.lib. 1.*cap.*94. *nu.*
10 *versic.An autem*, vbi hanc prosequitur distinctionem,
& latiùs, cit. *Horat. Barbat. in dicta pragmatica assistentiam glos.*2.*à num.*75.*vs-*
31 *que ad* 78. ibi dicit, quod quando agitur cõ-
trà tertiòs, vergentia viri debet probari per
32 testes reddentes causam scientiæ, & quod eo
casu non sufficit spontanea viri confessio,
etiam Iudicialis, idque ex multis, quos apud
eum legendos inuenietis.
33 Notandum tamẽ est, ad prædictorum omnium
necessarium ornatum, duplicem dari
assecurationis speciem, inter se differentem, ac
diuersos parturientem effectus. Prima est, quę
legalis appellatur, idest, quę ex iuris benignitate
conceditur, iuxta ea quæ in 2. *num.* diximus;
Et ex hac nullum transfertur dotium
dominium in mulierem assecuratam, sed
simplex in eam transit administratio, vt se, &
liberos suos alat, ac vt ponatur in tuto, & sic
consequitur pignus non dominium, *Gulicl. de Cunc. in l. si noxali §. acnique de pecul. Bar. & alij, in dicta l. si constante ff. solut. matr.* idem
*Bar. in l. si ita stipuler. ff. eod. Pellice. ad consuetud. Auers. cap.*3.*nu.*612. *Camill. de modic. consil.* 20.*num.* 10. *Mangon. decis. Floren.*125. quẽ
refert *Ricc. in collect. decis. par.* 1. *collect.* 142.
*col.*1.*versic. Sed non per consignationem*, qui dicunt
quod transfertur in mulierem sola rei
custodia, *Afflict. decis.*9.*num.*2. *Molfes. ad consuetud. Neapol. par.*6.*tit. de iur. dot. quæst.* 5.*nu.*
28. *& seqq. cit. Ricc. collect.* 1310. *col.*3. *versic. limita tertiò, lib.*4. *Gratian. discept. forens. tom.* 5.*cap.*852. *num.*16. vbi innumeros cumulat,
idem *Gratian. tom.*4.*cap.*660.*num.*12. qui dicit,
quod vxor possidens dotem vigore assecurationis
non possidet ad alienandum, sed ad
alendum se, & liberos *Canal. r. decis. Rot. Roman.*446.*num.*9 *& decis.* 476. *num.* 2. *Fontanell. de pact. nu. t tom.* 2. *claus.*7. *glos.*2.*par.*3.
*num.*47. *&* 66 *fol.*421. *Io. Bapt. Ciarlin. Contr. iur. tom.*1. *cap.*94.*num.*5. *versic. & bona, Pute. decis. Rot. Rom.* 356.*num.*2. *lib.* 3. latè *Barbat. in prag. assistentiam, num.* 64. *de assist. Gramm. decis* 92.*num.* 1. 2. *&* 11. & omnium meliùs
doctissimus *Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib.* 2.
*Contr.*55, *per discursum*.
34 Et hoc in tantum est verum quod demptis
tot fructibus ex bonis in assecurationem traditis;
quot sufficiant pro muliere, filijs, &
familia, reliqui sunt eius viri, & successiuè
Creditores ipsius possunt super illis agere
prò creditis eorum, & actiones quas habent
exercere *Bar. in dicta l. si constante, num.* 104.
*Alex. num.*38. *& Barbos num.* 46. *&* 47. nouissimè
*Barbat, in prag. assistentiam, glos.*2.*nu.* 86.
*Nouar. dicta quæst.*74.*num.*10.*lib.*2. *Gomes. ad leg. Taur.*50.*sub num.*33.*versic. Adde tamen*.
35 Item est adeò verum, quod periculum illorum
bonorum mulieri in assecurationem
traditorum est viri, quia pœnes eum durat
dominium, *Lopez in cap. per vestras* §.21. *de donat. int. vir. & vxor.* quem sequitur *Nouar. loco cit. sub num.*11.*versic. & periculum*.
36 Et secunda assecurationis species est, quæ
conuentionalis appellari potest, nam, è cum
in matrimonialibus tabulis, promittitur dotis
restitutio, tam in casu mortis, quam in
omni alio quocumque euentu, assecurationis,
& similium; Et ex hac præualuit semper opinio
eorum, qui dixerunt, intelligi factam
plenariam dotium restitutionem, ita quod
dominium sit prorsus abdicatum a viro ad
inopiam vergente, ac in eius vxorem assecuratam
translatum, vt per *Io. Castagn. in tract. de benefic. deduct. ne egc. quæst.* 1.*num.*50. *Io. Bapt. Bilot. decis. Beneuent.* 48. *num.* 57. *&* 58. & nouissimè
Dom. Io. Franc. Marot. discept. forens.
37 *tom.*1.*cap.*14. 15. *&* 16. legẽdus omninò, quia
illæ dictiones, tam, & quam operantur æqualitatem,
& eundem tribuunt effectum cuilibet
enunciato, argum. *l. Sancimus* 27. *C. de testam. & l. si cui legatorum ff. vt in possess. legat. Surd. consil.* 317.*n.*16. *& consil.*41.*n.*12. *Ant. Monac. decis. Lucens.*58.*nu.*19. *Mart. de claus. par.* 1.
*claus.*372.*nu.*3. latè *R.P. Afflict. Contr. iur. cap.*
39, *num.*29. *& Dom. Marot. dicto cap.*15.*num.*
38 19. Vnde sicut ex restitutione dotium facta
in casu mortis viri, transfertur dominium
plenè in vxorem, ita pariter ex assecuratione,
vrgente pacto prædicto. Idemque etiam affirmandum
est, si fuisset dictum (in casu mor-
39 tis, & in omnem alium euentum), quia illa
di-

dictio, & principaliter etiam copulat, & æqualem tribuit effectum, non minùs ac dictiones illæ, tam, & quam, ad *tex. in l. scia 20. §. Caio Seio ff. de fund. instr. Maran. in suis singul. & iur. notabil. lit. D. fol. 30. col. 2. in fine, & Dom. Marcian. consil. 29. num. 12. lib. 2.*

40 Ideoq; facta dotium relaxatione in vim
pacti prædicti, Creditores viri nullam de cæ-
tero habebunt actionem in bonis illis, quæ
tamquam pleno iure restituta, & in vxorem
translata, egressa sunt in consequentiam
à patrimonio viri, & successiuè ab hypothe-
cis, & actionibus creditorum illius, contrà
ea quæ considerauimus suprà *nu. 34.* in casu
41 simplicis assecurationis: Præterea in hoc eo-
dem casu, quando nimirum promissa est do-
tium restitutio (tam in casu mortis, quam in
omnem alium euentum) vel si esset dictum,
(& in omnẽ aliũ euentum) tunc assensus siuè
legis, siuè hominis, præstitus intelligitur etiã
in casu restitutionis faciendæ ob inopiam vi-
42 ri, vel illius vergentiam; Et sic cum petit mu-
lier dotium restitutionem, quia vir malè vti-
tur substantia sua, & hoc in executionem pa-
cti appositi in capitulis matrimonialibus,
tunc potest capere feudalia viri; & in isto ca-
su est intelligendus *Marin. Frecc. de subfeud.
lib. 2. quæst. 2.* vt patet ex themate quæstionis
43 per eum propositæ *num. 1.* quò fit vt malè
idem *Frecc.* fuerit interpretatus à *Nouar.* sim-
pliciter dicente, quod assensus siuè legis, siuè
hominis, in casu restitutionis præstitus, exten-
datur ad casũ assecurationis *quæst. forens. lib.
2. quæst. 75. sub num. 11. versic. & licèt assensus.*
cum alijs quos allegat *Dom. Prat. discept. fo-
44 rens. tom. 3. cap. 44. num. 42.* hoc enim nullam
iuris subsistentiam habere potest in casu sim-
plicis assecurationis, quæ sub assensu simpli-
citer in casu restitutionis ob viri mortem
præstitus, nec comprehensiuè, nec extensiuè
venire valet, cum differentissimus sit terminus
45 simplicis assecurationis, & restitutionis *Putc.
dicta decis. 256. num. 2. lib. 3.* sed tantum pro-
cedit, quando est promissa restitutio in casu
mortis, & in omnem alium euentum, in qui-
bus terminis loquitur *Frecc.* nam eo casu as-
sensus nequaquam extenditur, sed dicitur
principaliter impartitus in casu assecuratio-
nis, quæ in vim pacti prædicti, equipollet ple-
nariæ restitutioni, vt diximus.
46 Demum, solet vtiliter in hac materia du-
bitari, an possit mulier assecurari, vel assecu-
rationem petere, si scienter contraxit cum
viro dilapidatore, ac vergente ad inopiam?
Multi affirmant, concludendo non esse in
casu prædicto excludendam mulierem à di-
cto remedio assecurationis, ex eo quia non
poterat ipsa dotis conditionem deteriorem
efficere, contrà *tex. in vulgat. l. attilicinus,
C. de pact. dotal.* & ita tenet *Alex. in dicta l. si
constante, post Bar. in 4. col. quæst. 6. ff. solut.
matrim.* idem *Bar. in l. si is à quo, §. fin. ff. vt in
possess. legat. & Bald. in auth. quod locus in 7. qu.
C. de collat.*

Alij tenent simpliciter contrarium; vt nimirum in proposito articulo nequaquam possit mulier assecurationis remedio uti...ere, quia cum sciuerit prauam viri qualitatem, priusquam contraxisset, videtur sibi imputandum; & licèt non potuerit dotis statum deteriorem efficere potuit tamen sibi præiudicare circa remedia per quæ à iure aufertur viro vergenti ad inopiam dotis administratio; & ita in terminis, præter *Cyn. Bald. Imol. Rom. Ias.* & alios *in dicta l. si cõstante,* tenet *Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 22. num. 18.* & prosequitur latè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. Contr. iur. lib. 2. dicto cap. 65. à num. 31. vsque ad 35.* ex argum. *l. si Creditores 15. ff. de priuileg. Credit.* ibi. *Si Creditores hæredem susceptum putẽt, satisdationem exigere possunt, pro suo debito reddendo.* Deinde *in §. cæterum,* subdit *I. C. Cæterum, si probetur passi cum in hæreditate morari, nec quidquam in eum posse ut abijcere Criminis.* Item *ex tex. in l. si is à quo 3. §. fin. ff. vt in poss. legat.* ibi. *Si semel fuerit satisdatum, quæsitum est, an etiam rursus cauendum sit, si fortè dicatur egenos fideiussores esse datos? & magis est vt caueri non debeat; & ex l. fin. §. his illud C. de Sponsal.*

Anton. verò *Gomes. ad dictam l. Taur. 50. sub num. 33. circà finem, versic. quod tamen,* postquam reportauerit has hinc indè dissidentes sententias, tandem *in versic. sed aduertendum,* concludit distinguendo; quod si mulier scienter contraxit cum viro inope, & suspecto, qui deindè non incidit in nouam causam suspicionis, propter nouam dilapidationem, vel vergentiam, & non potest dotis assecurationem petere, quia patrimonium, & qualitas viri durat in eodem statu, sine nouo vitio, Vel post contractum matrimonium cum viro inope, & suspecto, is cepit de nouo dilapidare, & isto casu non prohibetur mulier propter vitium superueniens assecurationem postulare; quam distinctionem dicit esse *Salic. in d. l. vbi adhuc C. de iur. dot.* & probatur *ex tex. in l. si ab arbitro 10. in vers. Quod si medio tẽpore ff. qui satisd. cogan. & ex l. qui bona fide 13. §. de illo ff. de damn. infect.*

Verùm hæc distinctio non tollit difficultatem propositæ quæstionis, *Gomes.* enim *loco cit.* præsupponit, quod tempore contracti matrimonij, vir erat inops, non autem, quod vergebat ad inopiam, & sic benè distinguit, Quæstio tamen nostra est, si vir sciente muliere eo tempore dissipabat, & substantia sua malè vtabatur, ac propterea distinctio est inapplicabilis; ob quod non est recedendum ab opinione contrà mulierem, tamquam magis communem, & firmioribus iuris fundamentis innixa; Sed tamen cum hoc temperamento, vt teneatur vir (à quo assecuratio in bonis peti nõ potest) præstare fideiussorias cautiones;

illo-

istoque remedio iuuari posse mulierem in eo casu, indubitantèr tenent DD. dicentes hanc esse magis communem, & receptam signantèr *Barbos.* quem sequitur *cit. Dom. Capyc. Galeot. dicto cap. 75. num. 33. post Andr. Gaill. obseruat. 84. lib. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Proreges excellentissimi non possunt assensum concedere super alienatione feudi, facienda ab eo, qui legitimo caret successore, num. 1.

Assensus potest concedi super feudi alienatione facienda ab eo, qui in actu successore caret, dummodò illum habeat in potentia, num. 2.

Assensus super feudi alienatione concedi potest ei, qui successorem habet in minoribus constitutum, num. 3.

Clausula, quò ad ea bona in quibus habet successorem, intelligitur adimpleta, si feudatarius successorem habet in minoribus constitutum, num. 4.

Assensus super feudi alienatione facienda ab eo qui successorem habet in potentia tantum, an corruat si deinde efficiatur inhabilis ad habendum legitimum successorem, num. 5. distinguitur latè, num. 6. & 8.

Extrema habilia attenduntur tempore celebrandi contractus, num. 7.

Actus ritè gestus, non debet ex alio futuro euentu suscitari, num. 9.

Habilitas ad succedendum in maioratu, attenditur tempore delata successionis, num. 10.

Proximior admissus ad maioratum, non est expellendus, licèt alter magis proximus superueniat, num. 11.

Cappellanus extraneus si fuerit admissus in defectu illorum de familia, non est expellendus, quamuis superueniat deindè aliquis consanguineus de familia, num. 12.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, reseruata aliqua quantitate, non corruit, licèt donãs illam quantitatem mortis tempore nõ habere cõperiatur, ob quod tũc nõ habeat de quo testari possit, num. 13.

Actus ad validitatem inspicitur tempus quo fuit celebratus, num. 14.



AD CAPVT XXI.

Additio

1 

EX prag. 4. *sub tit. de feud.* quamuis prohibitum reperiatur Excellẽtissimis huius Regni pro tempore Proregibus assensum, super alienationibus feudorum, faciendis à feudatarijs legiti-
2 mo Carentibus successore, Tamen vt fuit sępè interpretata, Regia illa sanctio procedit tantùm in feudatarijs successore carentibus, tam in actu, quam in potentia; At si aliquis alienare volens feudum, non esset de liberis desperatus, ita quod in potentia filium, seù successorem legitimum habere videatur, non esset ei denegandus assensus, & potest Dominus Prorex illum concedere, quia successore carere non dicitur, qui illum habere potest, vt ex *Andre.* & alijs, docet *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. cap. 24. num. 29.* & latè *Dom. Consil. Paul. Staib. Resolut forensi. lib. 1.*
3 *Resolut. 33. num. 13. 14. & 15.* Inde videmus posse paritèr assensum concedi supèr alienatione alicuius feudi, facienda ab eo qui successorem habet, In minoribus ordinibus constitutum, & sic actu inhabilem, habilem tamen in potentia, cum possit ille clericalem habitum dimittere, vt ex *Reg. de Pont. decis. 4.* docet *Præs. Visin. de success. feud. part. 1. quæst. 9. artic 1 à num. 7. vsq. ad 16.* signantèr
4 *sub n. 11 versic. & hinc,* vbi dicit, quod illa clausula apponi consueta in assensibus, *quò ad ea bona in quibus habet successorem*, non resoluit assensum illum, si alienans successorẽ habet Clericum, in minoribus ordinibus constitutum, cum possit ipse re integra, dimittendo habitum Clericalem, se habilitare.
5 Sed hic pertinet quærere, an assensus concessus supèr alienatione feudi facienda ab eo, qui legitimo caret successore in actu, sed tamen illum habet in potentia, resoluatur, siuè nullus reddatur, feudatario, illo inhabili esse cto ad successorem habendum?
6 Prò cuius articuli resolutione, duos comperio consideratos esse casus a DD. duaq; tempora fuisse distincta; tempus nempè contractus, & tempus post contractum celebratum: Si enim feudatarius qui alienare intendit, ac cui concessus fuit assensus, quia legitimum habebat successorem in potentia, efficeretur inhabilis priùs quã feudi alienatio ad realem effectum sit redacta; Et isto casu dicunt, assensum esse resolutum, nullasq; decate.

cætero habere vires, ac propterea agi amplius de distrahendo feudo non posse. ità latissimè *Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. 8 de refut. feud. §. 5. à nu. 19. vsq; ad nu. 24.* eumq; sequitur *Reg. Capye. Latr. decis. 43 nu. 14. lib. 1.* quia cum hoc casu negotium verse-
7 tur in facto fieri, & sit adhuc integrum, sunt meritò attendenda omnia extrema habilia, necessaria ad actum illum, & an concurrant tempore quo scriptura stipulatur, *l. sciendum 15. §. possessor autem il 2. ff. qui satisd. cogan.*

8 Sin autem inhabilitas illius feudatarij superueniat post cõtractum iam perfectũ, & ad esse reductum, & isto casu dicunt etiam communitèr (& practicatur) quod ille assensus, & per consequens feudi alienatio sub illo celebrata non resoluitur, cum sufficiat alienantem fuisse habilem ad habendum legitimum successorem, tunc tempore assensus (vt supponitur) tum paritèr tempore celebrati contractus, & ita ex quãpluribus *Auth.* locis, docet *Afflict. decis. 112. nu. 7.* quem sequitur *cit. Dom.*
9 *Capyc. Galeot. d. cap. 24. nu. 30.* quia nõ debet id quod ab initio ritè rectèq; gestũ est, & sic quod est in facto esse, ex alio futuro (licèt diuerso, vel contrario) euentu suscitari, *l. nec enim, ff. de itin. actuque priuat. & l. Sancimus, C. de administ. tutor.*

10 Ad quod confert non mediocritèr, id quod tradunt DD. quod habilitas ad succedendum in maioratu, cõsiderari debet, tempore delatæ successionis, adeò quod quamuis indè superueniat inhabilitas, non ideò is qui semel successit, & habilis fuit reputatus, est priuandus beneficio illius, *Castill. So. omator. contr. iur. lib. 5. cap. 18. nu. 3. & 4. cum seqq. Gam. dec. 27. Crinell. decis. Dolan. 135. nu. 62. Mastrill. decis. 266. à nu. 16. Peregr. cons. 42. nu. 18. lib. 3. Surd. cons. 45. lib. 1. Rolan. cons. 59. lib. 3.* & in simili *Molin. de Hisp. primog. lib. 3. cap. 10. sub*
11 *nu. 38.* dicens, quod si ad maioratus successionem fuerit vocatus proximior, & aliquis vti talis fuisset admissus, nõ propterea quod alius magis proximus superueniat, illum qui semel fuit admissus excludit, vel expellit à beneficio maioratus, & *Molin.* sequitur *addit. ibidem, in vers. Verum quidquid prædicti sentiant*, vbi latè interpetratur *text. in l. fin. ff.*
12 *commun. præd.* & adstipulatur *Percz. in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. vers. Nono monetur*, vbi ponit casum, quod si ad Cappellaniam, construentis consanguinei deberent admitti, & in eorum defectum extranei; si ob defectum consanguineorũ admissus reperiretur extraneus Sacerdos, ille non vtique amoueri deberet, licèt post admissionem legitimè de eo factam superueniret aliquis cõsanguineus, sequitur *Spin. de testam. glos. 4. nu. 70.*

13 Prætereà etiam ponderandus est *Fontanell.* qui *in tract. de pact. nupt. tom. 1 claus. 4. gl. 22. nu. 10 cum seqq.* signantèr in *vers. qua extante fol. 542.* dicit, non infirmari donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorũ reseruata aliqua quantitate, de qua donans testari possit, vel bonorũ donatorũ vsufructu quamuis deindè vsumfructũ illum in totum hypothecauerit, vel illã reseruatã quantitatẽ mortis tempore non habuerit, ita quod non habeat de quo testari possit, & sit effectus intestabilis propter inopiã; inspecto quod donatio illa valida fuit, & iuridica à principio; vt latè probat *cit. Fontanel.* loco allegato vsq; *ad nu. 14. ex Bolognet. in l. fin. nu. 33. C. de pact. & Ant. Fabr. in Cod. lib. 8. tit. 34 de donat. de-*
14 *finit. 9.* quia in omni materia est attendenda validitas actus tẽpore quo celebratur, quidquid posteà contingat; nam ea quæ vtilitèr, & validè confecta sunt, durãt, quãuis postea superueniat, casus per quem actus fieri non poterat, vt scribit idem *Pontan. eod. tract. tom. 2. claus. 5 glos. 8. par. 10. nu. 15 fol. 177.* & confert *Cæsar. Barz. decis. Bonon. 129. nu. 31. & 32.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

1

PRagmatica 16 de feud. an extendatur ad compromissa facienda ab exteris super feudis, quæ ab eis possidentur in hoc Regno, nu. 1.

Refertur ratio dubitãdi pro parte affirmatiua, n. 2.

Sed author cõtrariũ cõcludit, & quarè, n. 3. & 4.

Pragm. 16. de feud. extenditur ad hypothecas ab exteris faciendas, super feudis quæ ipsi in hoc Regno possident, d. nu. 2.

Pragmatica 16. de feud. an habeat locum in cessione iurium, quæ exteri habent super feudis in hoc Regno existentibus, nu. 5.

Mulieres exteræ possidẽtes feuda in hoc Regno, an comprehendantur sub dispositione prag. 16. de feud. si sint nuptæ Ciuibus Neapolitanis, nu. 6.

Statutũ loquens de exteris, non comprehendit mulierem nuptam Ciui, n. 7. Amplia etiã defuncto viro, dummodo in ciuitate permaneat, nu. 20.

Mulier extera, nupta Ciui Neapolitano, est immunis, nè dum pro bonis dotalibus, verum etiam extradotalibus, sicut omnes Neapolitani, nu. 8.

Statum prohibens, nè exteri acquirant stabilia in Ciuitate, non comprehendit mulierem exteram nuptam Ciui, nu. 9. cum ampliatione.

Mulier extera, habens virum Neapolitanum, potitur omnibus priuilegiis, & exemptionibus quibus potiuntur Neapolitani, nu. 10.

Mulieres exteræ, nuptæ Ciuibus Neapolitanis, ligantur Consuetudinibus huius Ciuitatis, n. 11.

Mulier extera, nupta Ciui Neapolitano, trahit, & non trahitur, nu. 12.

Statutum loquens de Ciuibus, non excludit mulieres exteras, nuptas Ciuibus, nu. 13.

Mulier nubendo assumit domicilium viri, cum aliis, nu. 14.

P. 1


Priuilegium concessum viro, dicitur concessum eius vxori quoque, nu.15.

Spuria mulier, nubendo legitimo, fit legitima, & habilis ad succedendum, nu.16.

Mulier ignobilis, nubendo viro nobili efficitur nobilis, nu. 17. Amplia, vt retineat nobilitatem, etiam viro mortuo, nu.18.

Mulier vidua retinet omnia priuilegia sui defuncti viri, nu.13.

Mulier ad finem gaudendi priuilegijs viri, non est opus quod sit in eius domum traducta, quia sufficit, quod sit parata ad accessum, nu. 21.



AD CAPVT XXII.

Additio.

1 E pluribus potest in hoc cap. notabilitèr hæsitari in materia *Prag.* huius Regni 16. *de feud.* Et quidem primò, an quemadmodũ ex dispositione illius prohibitum est Excellẽtissimis Regni Proregibus assensum concedere super alienationibus feudorũ, quæ exteri in hoc Regno possident, hæc eadem prohibitio locum obtineat in compromissis ab eisdem exteris faciendis, de rebus feudalibus?

2 Dubitandi ratio pro parte affirmatiua est quia videmus quod *cit. pragm.* Sanctio, licet loquatur de alienatione, habet tamen locũ etiam in hypothecis contrahendis super feudis, quæ exteri in hoc Regno possident, ex dispositione, *l.fin.C. de rebus alien. non alien.* & sic extenditur ad casum hypothecæ, longè minorẽ alienatione, vt in puncto docet *Reg. Rouit. ibi in fin.* inquiens, de hoc adesse particulares literas Catholicæ Maiestatis, expeditas die 24. Ionij 1633. Ergò non est inconueniens, vt extendatur etiam ad compromissa.

3 Sed ipse hac dubitandi ratione nõ obstante teneo contrarium, quinimò vanam esse quæstionem, licet à doctissimo quodam viro excitatam; Ideò enim in præcedẽti casu, prohibitum est Excellẽtissimis Proregibus assentiri super hypothecis contrahendis ab exteris super eorum feudis in hoc Regno existentibus, non minùs ac est illis prohibitum super alienationibus, vigore *cit. Reg. Pragm.* quia vtrumq; tam scilicèt alienare, quam hypothecare feudum sine Domini assensu denegatur, per *tex. in l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.* At compromittere super re feudali, nullo iure prohibitum reperitur sine assensu, quem tantũ super laudo requiri ex dispositione iuris Regni, & alijs firmissimis rationibus demonstrabimus latissimè infrà *cap.67. à nu.10. vsque ad fin* iuxtà opinionem *Spect. Dom. mei* ibi, aliorũq; grauissimorum authorum, quos eo in loco cumulabimus, reiecta contraria sententia, vti longè æquiuoca, ac rationibus destituta; Igitur vel liberè poterunt exteri super eorum feudis in hoc Regno existentibus compromittere, reseruato dumtaxat Regis nostri Potẽtissimi assensu super laudo indè sequendo, vel si fortè vellent ad maiorem, & exuberantem cautelam cum assensu compromittere, poterit Prorex illum liberè impartiri (dummodò tamen laudo sequuto alter inter-
4 ponatur super eo Regis assensus) quasi isto casu cesset intentio *pragm.* quæ ideò impotentes Proreges declarauit in huiusmodi assensibus concedendis, vt immediatè certioretur Rex, cum exteri, alias ratione feudorum ei subiecti, illa tractant alienare, vel hypothecare, cumq; horum ne vtrũ ex simplici compromisso sequatur, non est cur minimè concludamus, eius dispositionem locũ sibi isto casu non vendicare.

5 Secundò dubitari solet, an *d.Prag.* habeat locum in cessione iurium, quæ exteri habent super feudis in hoc Regno existentibus. Fuit decisum negatiuè, facta relatione per Reg. Cam. in Collaterali Consilio, vt refert *Ricc. in collect. dec. par.5. collect.2052.* illiusq; generalis decreti verba per extẽsum refert *Rouit. loc.cit.nu.4.* & sic in similibus iurium cessionibus potest D. *Prorex* concedere assensum, quia *d.Pragm.* loquitur de alienatione faciẽda de feudo verè, & propriè, non autem de iuribus in feudo radicatis, pro quibus nec seruitium, nec adhoa præstatur.

6 Tertiò cæteris omissis quæri solet, an mulieres exteræ possidẽtes feuda in hoc Regno, nuptæ tamen Ciuibus Neapolitanis, comprehendantur in dispositione *d.Pragm.* ità quod cum optant ad suorum feudorũ alienationẽ deuenire, recurrere habeant ad Regem pro assensu, an autem sufficiat ille Proregis? Dubium hoc resoluit *Spectabilis Dom. meus* pro parte negatiua, & sic ad fauorem mulierum
7 exterarum ciuibus nuptarum; addo *Thesaur. decis.123.* & propriè *nu.9. & 13.* vbi dicit, quod extera nupta Ciui, nõ comprehenditur appellatione, & nomine forensium, eumq; sequitur *Dom. Reg. Capyc. Galcot. contr. iur. lib. 1. controu.13. nu. 31.* & per totam; Vndè vi-
8 demus, quod mulier forensis, quæ cum Ciue matrimonium contraxit, pro bonis quæ in hoc Regno possidet, ne dum dotalibus, verũ etiam extradotalibus, est immunis, & exempta ab omnibus illis oneribus, à quibus omnes Ciues Neapolitani exemptionem habent, vt bis decisum refert *Thor. in compen. decis. tom.3. part.2. in verb. Mulier nupta, fol.126. col.1.* vbi refert alia exempla in hac materia,
9 Circà quam confert paritèr id quod tradit notabilitèr *Menoch. conf.667.* dicens, mulierem exteram nuptam Ciui, non comprehen

ei

di sub statuto, prohibēte exteris acquisitionē
stabilium in Ciuitate, ita quod potest succe-
dere, & illa quouis alio titulo acquirere; am-
plians hoc, vt etiam viro mortuo possit illa
retinere, quamuis deindè iterum nubat exte-
ro, ad quod legendi sunt etiam Cornе. consil.
111. num. 4. vol. 3. Soccin. Sen. consil. 83. vol. 3.
& Plot. inter consil. Crim. diuers. consil. 108.
num. 116. vol. 1. & nouissimè Nouar. de elect.
& variat. for. par. 1. quæst. 63. num. 8. & 78.
10 vbi asseueranter affirmat, quod mulier fo-
rensis, habens virum Neapolitanum, potitur
omnibus priuilegijs Neapolitanorum, & liga-
11 tur etiam Consuetudinibus huius Ciuitatis,
non minùs ac cæteræ mulieres in ea natæ, vt
per Spect. Dom. meum cap. 56. num. 13. lib. 2.
12 Nec non declinat forum, sicut Neapolitani
Ciues, ità quod dicatur de ea, quod trahit, &
non trahitur, vt passim admittunt DD. mox
allegati, & probatur ex tex. in l. cor. & ibi glos.
in princ. C. de fabricens. lib. 10. & ex l. mulieres
C. de dignit. lib. 12. ibi, & forum ex eorum per-
13 sona mutamus, quia statutum loquens de
Ciuibus, non excludit exteram nuptam
Ciui, Cald. consil. 139. lib. 5. Fulgos. consil.
92. Surd. dicta decis. 330. num. 14. & 17. &
Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 623. num.
3. versic. & comprehendatur.
14 Prædictorum potissima ratio est, quia
proptèr matrimonium mulier assumit do-
micilium viri, fit Ciuis loci illius, & transfer-
tur eius origo, in originem viri cum quo fit
vnicum mysticum corpus l. quoties C. de priui-
leg. Scholar. lib. 12. dicta l. mulieres C. de dignit.
eod. lib. glos. in l. cum quædam puella 19. versic.
Peruenerat ff. de Iurisdict. omn. Iudic. prose-
quitur latè Bar. in l. placet in grande, num. 39.
C. de Sacrosanct. Eccles. facit tex. in l. quicumque
& ibi idē Bar. C. de rem. lit. lib. 12. latiùs Tira-
quell. ad leg. Connub. leg. 1. glos. 1. par. 1. num.
28. vsque ad 34. post Bald. dicto consil. 139 quē
sequitur Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 623.
num. 11. & 12.
15 Et est talis hæc transfusio mulieris in per-
sonam viri, quod si ipso viro concederetur
aliquod priuilegium, quamuis de vxore in
eo verbum nullum factum esset, nihilominus
ei paritèr concessum diceretur, perindè si di-
ctum esset, tibi, & vxori tuæ, Bald. consil. 413.
num. 5. vol. 5. & Ferret. consil. 167.
16 Imo etiam consequitur delectionem natu-
ralis defectus, nam vt dicit Hippol. de Marsil.
singul. 501. si mulier spuria, nubit viro legiti-
timo, efficitur etiam legitima, & capax qua-
rumuis successionum, idem tenet Arnon. Soli-
loq. 25. & mirabile hoc appellat Paschal. de
patr. potest. lib. 2. cap. 1. num. 51. Nec non si sit
17 ignobilis, & plebeia, nubendo viro nobili,
ac Illustri, efficitur paritèr nobilis, & deletur
defectus ignobilitatis, de qua re latè Fon-
tanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3.
18 n. 44. cum seq. fol. 585. hoc amplians, vt etiam
viro defuncto eandem nobilitatem retineat,
quia in viduitate manens, videtur matrimo-
nium continuare, & adhuc durare, id quod
probat etiam Io: Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib. 2.
cap. 119. num. 32. ad quod est tex. in l. filij, § vi-
dua ff. ad municip. legendique pro adducta ra-
tione, Gabud. decis. 98. Milanes. decis. 10. num.
6. & alij relati à Giriac. contr. 273. num. 40. &
41. & Nouar. dicto tract. de elect. & variat.
for. quæst. 3. num. 18. fol. 199.
19 Sicut etiam dicimus, vt soluto matrimo-
nio, retineat mulier vidua, priuilegia, & exē-
ptiones, quibus ex persona defuncti viri, cum
in matrimonio esset, potiebatur, d. l. filij, & d.
l. quoties C. de priuileg. Scholar. lib. 12. latè
20 Guid. pap. decis. 349. Et in terminis nostris,
dicit Spectabilis Dom. meus infrà cap. 250. num.
4. vol. 2. quod mulier extera, Neapolitano
Ciui nupta, etiam soluto matrimonio, in
viduitate tamen permanendo, non compre-
henditur sub statutis loquentibus de forensi-
bus ad finem obtinendi immunitates, &
alia.
21 Et tandem pro complemento noto, quod
ad effectum vt mulier fruatur priuilegijs sta-
tutorum, sub quibus vir eius comprehendi-
tur, tamquam Ciuis loci statuentium, non est
opus quod sit ad domum viri traducta, cum
sufficiat quod marito volente sit parata ad
accessū, vt per Carol. Ruin. qui ponderat illam
eundi potentiam, consil. 58. num. 4. vol. 3. &
Passer. consil. 163. num. 13.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Refutatio feudi in proximè, & immediatè suc-
cessurum facta, valet sine assensu, n. 1.
Refutatio non comprehenditur sub prohibita feu-
dorum alienatione, & assistit pro ea assensus le-
gis, num. 2.
Refutationes appellantur anticipatæ successiones,
num. 3.
Refutationes per omnia regulantur, cum successio-
nibus post mortem, num. 4.
Refutatarius an habeatur pro hærede refutantis,
ita quod teneatur ad omnia, ad quæ cæteri hæ-
redes teneantur, num. 5. & 7.
Refutatarius soluere tenetur releuium Regiæ Cu-
riæ, num. 6.
Releuium soluitur à succedente hærede tantum,
num. 8.
Refutatio debet registrari intrà quindecim dies,
in quinternionibus Reg. Cam. num. 9.
Limitatur si super refutatione esset impetratus as-
sensus, num. 10.

AD CAPVT XXIII.

Additio.

1 ABETVR signātèr in præsenti Cap. cōclusio illa, quod feudi refutatio, in proximè, & immediatè successurum facta, valida est sine assensu, addo *Afflict. in const. Constitutionem Diuæ Memoriæ, num. 17. Marin. Freec. de subfeud. lib. 3. §. Vigesimoquinto, fol. 268. Parif de reintegrat. feud cap. Incipit Pater habens, nu. 11 fol. 59. & Camill. de Medic. consil. 104. sub*
2 *num. 20.* quia talis refutatio non comprehenditur sub prohibita alienatione feudorum; ac propterea non est necessarius in ea assensus hominis cum assistat assensus iuris, permittentis tales feudorum transfusiones in immediatos successores, vt latè idem *cit. Parif. d. tract. cap. Incipit, habens feudum per totum*, & præcipuè *nu. 5 fol. 141. àterg.* & latiùs *Herman. Vulte. de feud. lib. 1. cap. 10. tit. de iur. & vsu feud. num. 87.*
3 Præterea huiusmodi refutationes, anticipatæ successiones vocantur, quia feudatarius restringendo iura sua, tollit se de medio, & præmaturè consignat feudi successionē, successori, *Andre. in d. Const. Diuæ Memoriæ, Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 8. de refut. feud. §. 4. num. 4. & in lectio feudal. lect. 18 num. 22. & 23. cit. Camill. de Medic. consil. 49. sub num. 6. versic. quasi, Reg. Rouit. consil. 41. num. 14. vol.*
4 *1,* qui subdit ibidem *num. 15.* quod tales refutationes, regulantur per omnia, eosdemq; operantur effectus, ac ipsa successio post mortem ex *Ares. consil. 2. col. 1. & cons. 17. col. 2. Ann. in repet. cap. 1. n. 224. cum seq. de Vassal. decrepit. ata. & Minad. cons. 10. num. 20.*
5 Ex quo resultant duo singulares effectus; Primus quem ponit *Loffred. cons. 3.* vbi dicit, quod refutatarius, non dato alio vniuersali hærede refutantis, ipse habeatur loco hæredis, quia iure hæreditario capit feudum per præambulam successionem, proindeq; est obnoxius ys omnibus, quibus à iure hæres subycitur, quod etiam post *Cumi. & Milan.* tradit *Rouit. dict. consil. 41. num. 15. vol. 1. & consil. 59. num 8 vol. 2.* maximè cum feudum est hæreditarium, vt dicit *Consil. Geo g. allegat 20. num. 21.* & conferunt etiam tradita per *Camerarium l. Imperialem lit. O. fol. 19. de probib. feud. alienat. per Federic.* & per *Afflict. decis. 240 num. 14.*
6 Secundus effectus est, quia de talibus refutationibus soluitur Fisco Releuium, nam quāuis illa feudi transfusio fiat per actum inter viuos, sapit tamen naturam, & retinet omnes qualitates vltimæ voluntatis; & ita refert decisum *Ann. loc. cit. d. nu. 224. vsq; a. 226.* & ex
7 hoc confirmatur magis id, quod diximus, re-
8 futatarium esse hærede in refutantis; quia releuij solutio à succedente hærede tantum est facienda, *Andr. in cap. 1. §. sed si plures, nu. 7. in fine, per quos fiat inuest. t.* vbi testatur de cōsuetudine; Sicut pariter *Afflict. in d. Const. Constitutionem Diuæ Memoriæ nu. 21. Capyc. in l. Imperialem, §. Præterea si quis nu. 23. vers. extra Andre. de probib. feud. alien. per Federic. fol. 53. col. 2. Frec. de subfeud. au. borit. 3. n. 43. de Pont. in lect. feudal. 2. nu. 50. & in tract. de potest. Proreg. d. tit. 8. de refut feud. nu. 5. fol. 240. col. 2. Franch. dec. 121. nu. 4. Petr. de Gregor. de concess. feud. num. 5. part. 8. quæst. 16. de iur. releu. n. 3. & Camill. de Medic. consil. 18. nu. 10. & 11.*
9 Non omittendo tamen, quod ad validitatem refutationis in immediatè successurum factæ, licèt non sit necessarius assensus, requiritur tamen, quod ille intrà quindecim dies registretur, & adnotetur in quinternionibus Regiæ Cameræ, aliàs corrueret, ex dispositione *Reg. pragm. 20. de feud.* quæ in vno
10 tantum casu imitatur, quando pro confirmatione pactorum in refutatione appositorum, vel etiam ad maiorem cautelam esset interpositus Regius assensus, per quem conualidatur refutatio, etiam si non sit registrata intrà dictos quindecim dies, cum sufficiat annotatio assensus in quintenionibus Regiæ Cameræ intra biendium, quia ex eo sufficiēter certioratur Rex de feudatario, *Franch.* qui sic refert decisum, *dec. 663. de Pont. d. tract. tit. 8. d nu. 8. vsq; ad 12. R g. Rouit. in Prag 20. nu. 1. de feud. Reg. Tapp. decis. S. C. 47.* & ita dicebat doctissimus *Dom. Franciscus Roccus*, meritissimus nunc Consiliarius, pro Ill. Principe Scaleæ in causa intèr ipsum, & Regium Fiscū vertente, tempore quo dictus Regius Dom. Consiliarius Aduocationis muneri in eodem S. C. incumbebat, vt vidi ex vna eius impressa allegatione, quam diligentèr obseruaui.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

A*Gnatus potest inter viuos omnia bona sua distrabere, nec tenetur reseruare medietatē alijs agnatis, & de ratione, num. 1.*

Limitatur ista conclusio, si alienatio fieret in fraudem agnatorum, nu. 2.

Fraus in dubio non præsumitur, num. 3.

Fraus coniecturis probatur, nu. 4.

Agnatus fraudandi animum habere præsumitur, si cum

si cum filios non haberet, vel de illis esset desperatus, omnia bona sua inter viuos alienauit, n. 5. Item praesumitur idem fraudandi animus, si Agnatus ille post longum coniugij tempus filios non procreauit, maximè si plures habuit vxores, num. 6. Tertiò si donaret omnia sua bona, num. 9. Amplia etiam si donatio non esset de omnibus bonis, quia sufficit, quod sit de maiori, vel pretiosiori illorum parte. n. 10. vel etiam si donarentur omnia bona, licèt per plures minutas donationes, n. 11. Item etiam praesumitur fraus, si donaret aliquam rem, cum reseruatione vsufructus num 14. Item si intèr agnatum alienantem, & eum qui succeßisset vigore Consuetud. adesset aliqualis inimicitia, num. 15. Item si alienata reperirentur bona sub nomine venditionis, cum esset donatio, num. 16. vel si alienatio facta esset pro paruo pretio. num. 17. Et aliis omissis, si agnatus alienaret bona, cum esset in graui constitutus infirmitate, num. 19.

Agnatus feudatarius, si cum filios non haberet, vel esset de illis desperatus, contraheret super feudo, vel illud Domino repudiaret, dicitur fecisse in fraudem proximi successuri agnati n. 7.

Fieri permissa, si fiant, in fraudem, non valent, num. 8.

Agnatum posse omnia bona intèr viuos alienare, quomodo intelligatur, n. 12. & datur notabilis differentia inter facultatem inter viuos, & in vltima voluntate, & inter potestatem alienandi inter viuos tantum, n. 13.

Agnatus potest auocare bona antiqua vendita per alium agnatum prò paruo pretio, illo tamen soluto emptori, n. 18.

Fideicommissarius grauatus, si sine liberis, &c. si in mortis arti ulo ingrediatur religionem, dicitur facere in fraudem, vt vocatos excluderet num. 20.

Alienationes in fraudem agnatorum, & Consuetud. facta reuocantur in totum, n. 21. & confutatur Steph. Gaet. & Vrsil. qui dicunt reuocari quò ad medietatem tantum n. 22.

Alienationes contra legem factae, reuocantur, & sunt nulla in totum, n. 23.

Alienationes in fraudem agnatorum, & Consuetud. facta in Ecclesiam, reuocantur prò medietate tantum, n. 24.

Fraus, coniecturis concurrentibus, praesumitur, & attenditur, etiam si alienatio bonorum antiquorum reperiretur facta in Ecclesiam, n. 25.

Consuetudo disponens, vt de medietate bonorum antiquorum non possit disponi in fraudem agnatorum vnde deuenerunt, procedit etiam, vt nec possit disponi ad fauorem Ecclesiae, n. 26.

Agnatus potest auocare, vel redimere bona antiqua ab alio agnato distracta, etiam sine fraude, soluto tamen pretio, ac illorum aestimatione, & de ratione, n. 27.

AD CAPVT XXIV.

Additio.



ACCOMODATISSIME censui posse inhoc capite examinari veritas frequentißimae illius in foris materiae, quando scilicèt alienationes, & donationes bonorum antiquorum intèr viuos factae, censeantur in fraudem agnatorum & cognatorum, vndè bona ipsa peruenerunt.

1 Et constituo pro fundamento conclusionè, posse scilicèt agnatum vel cognatum qui in vltimis non valet nisi de medietate bonorum antiquorum disponere, alia medietate agnatis atque cognatis vndè bona ipsa deuenerunt reseruata; omnia intèr viuos in quemlibet alienare, siuè donationis, siuè venditionis titulo, quia *Consuetudines*, signantèr illa quae incipit, *Et si testator, tit. de success. morient. sin. filijs* loquuntur per verbum, disponere, ita quod non videtur restringere, seù coarctare liberam inter viuos alienandi facultatem, sicut interpetratus fuit ibidem *Neap.* omnium Antesignatus *in versic. dispo- nere, sub num. 6. in verbo, & quia*, ibique *caeteri addentes, & Napod.* sequitur *Afflict. decis. 370. num. 12. Capyc. decis. 85. de pont. consil. 8. num. 16. cum seq. & consil. 35. num. 22. Anu. consil. 79. num. 16. Franch. decis. 40. & decis. 435. nu. 26. 34. & 35.*

2 Haec eadem conclusio restringitur per praedictos, signantèr pèr *Afflict. Capyc. & Franch. loc. cit.* cum alijs communitèr, vt non procedat si alienatio inter viuos esset in fraudem agnatorum, quia si liceret etiam in fraudem alienare, frustratoria sanè, atque nullius importantiae redderetur dispositio illius Consuetud. & via malitijs aperiretur, vt videns quis per vnum modum scilicèt in testamento non posse consanguineos de toto aliè priuare, per alium suae prauae satisfaceret voluntati in fraudem alienando, ad quod ponderandus *Alex. consil. 55. Considerantis verbis dicti Statuti num. 1. vol. 1. Carol. Ruin. consil. 163. nu. 2. vol. 3. Aym. Crauett.* vbi latè *consil. 118, num. 11. & 24.*

3 Et quamuis fraudem in dubio non praesumi dixerit *Menoch. de praesumpt. lib. 4 praesumpt. 82. num. 10. & lib. 6. praesumpt. 88. nu. 3.*
4 tamen coniecturis probari, voluerunt magis communitèr DD. *ex tex. in l. dolum C. de dol. Ancar. consil. 38. num. 3. Dec. consil. 245. nu. 7. Crauet. consil. 100. num. 3. & consil. 143. num. 12.* cum alijs penes *cit. Menoch. dicto tract. lib. 5. prae-*

5. præsumpt 3. num. 43. latissimè etiam *Surd.* qui alios cumulat *consil. 342. num. 45 vol. 3.*

Et in hoc nostro themate fraudum species plures multæque sunt, ac varias varij considerarunt *DD.* signantèr *Napod. loco cit. à num.*
5 *14. vsque ad 21.* qui primo loco eam ponit fraudis coniecturam, si qui donauit, filiis tempore donationis carebat, ac de illis proptèr senectutem fuisset desperatus, sequitur *Naucler. ibidem, in versic. sed quomodo probabitur frans fol. mihi 12. à tergo Afflict. decis. 370. nu. 13. in fine, versic. Item procedit Capyc. dicta decis. 85. num. 2. Consil. Georg. allegat. 22. post Surd. consil 302. n. 50. cum seq. vol. 3. & Camerar. in l. Imperialem fol. 106. in prima col. in fine, de prohib feud. alien. per Federic.* qui sub-
6 dit *in 2. col. lit. G.* eandem fraudis præsumptionem considerari, si donans post longum coniugii tempus filios non procreauit, quia tunc experientia rerum omnium magistra sterilitatem manifestè demonstrat, maximè si cum pluribus se coniugauit. vt per *Paris. consil. 29 num. 44. 51.* & per totum *vol. 2.* & fraus isto casu nè dum præsumitur in allodialibus
7 verum etiam in feudalibus; quandoquidem agnatus feudatarius, filios non habens ac de illis desperatus contrahens super feudo, vel illud Domino repudians, fraudulentèr in odium proximi successuri contraxisse, & alienasse videtur, ita *Bald. in cap 1. §. sed, & res,* &
8 ibi *Andr. num 5.* vbi *Lipar. in addit. lit. A.* notat quod si aliquid esset fieri permissum, & fieret in fraudem non valeret, *tit. per quos fiat inuest. Afdiz. in summ. cap. 16. rubr. si feudum detur in feudum, & Ann. allegat. 55. num. 7. cum seq.*

9 Secunda fraudis præsumptio est si facta reperiretur donatio omnium bonorum antiquorum ex mera causa voluntaria, quia ex illa adeo notabili distractione lex fraudem arguit, iuxta terminos *l. omnes §. lucius, ibique glos. in verbo Vniuersa, & DD.* communitèr, *ff. quæ in fraud. Cred. & l. quis autem. versic. in hoc ignorantes, ff. eod. tit. Alex. in terminis in dicto consil. 55. num. 5. vol. 1. Napod. loco cit. à dicto num. 15. cum seq. Afflict. dicta decis. 370. num. 13. Capyc. dicta decis 85. Franch. dec. 435. num. 39. Ann. allegat 57. num. 11. Reg de Pont. consil. 70 num. 30. Georg. dicta allegat. 22. num. 20. & 26. Camill. de Medic: consil. 107. num. 6. versic & in tantum,* confert *Corne. consil. 140. num 12. vol. 2. Surd. consil. 382. num 51. vol. 3. Mascard. de probat. conclus. 559. in princip. & Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 255. num.*
10 *18. cum seq.* quorum plerique hanc fraudis coniecturam ampliant, etiam quando non tota facultas, sed maior vel prætiosior illius pars fuisset donata, vel distracta, sequitur *Casp. de Leo ad Napod. in dicta Consuetud. in apostilla,*
11 *quæ incipit, aduertas, vers. item dicas;* Et posset etiam augeri hæc præsumptio, vt procedat siue distractio bonorum antiquorum fiat per vnicã, vel per plures donationes, quia nil refert alias fuisse diminuatim atque singulatim factas cum sufficiat quod coaceruatæ ascendant ad summam indicantem fraudem ex his quæ notat *Bald. in l. 1. num 10 C. si in fraudem patron. confert. Bar. in l. nomen 33. § filio num. 3. ff. de legat. 3.* & huc tendunt regulæ, quod leges nec per obliquum, nec per indirectum debent
12 fraudari; Nec officit conclusio quam *ex cit. Napod.* & alijs, in principio firmauimus, de libera alienandi facultate inter viuos de bonis antiquis, nam vltrà quod procedit cessante fraude, vt diximus, intelligitur etiam iusta conuertente causa *Vrsill. ad Afflict. dicta de-*
13 *cis. 370. num. 6.* quia aliud est habere bona libera quo ad plenam dispositionem, tam per contractus inter viuos, quam per vltimas voluntates, & in alienatione istorum bonorum procedit absolutè *tex. in l. in re mãdata C. mãdat. Surd. consil. 24. nu. 11. vol. 2.* Aliud est habere bona, sed debita alicui ex dispositione legis, Statuti, vel Consuetudinis, in aliquo casu, puta mortis; & hæc licèt non sint prohibita intèr viuos alienari, intelligitur tamen de iusta alienatione, seù contractatione, citrà interuentum fraudis, sicut in simili notauit *cit. Napod. in dicta glos. disponere num. 11.* qui dicit quod mulier quæ in Ciuitate nostra vigore alterius Consuet habet os clausum, & manus ligatas ad beneficiũ filiorum quò ad nouem partes suæ dotis, cum non possit nisi de decima tantum parte disponere, potest nihilominus totam dotem inter viuos alienare ex iusta causa, & sine fraude *Reg. de Pont. consil: 8. num. 16. & consil. 35. num. 24 Ann. cons. 79. num. 16. Franch. decis. 435. num. 26. & 34.* confert *Bald. consil. 20. vol. 2. Alex. dicto consil. 55. num. 3. vol. 1. & Crauet. consil. 118.* Vnde debet adesse iusta causa, & abesse fraus.

14 Tertia fraudis præsumptio est, si donans rei donatæ fructus sibi in vita reseruasset, tunc enim apertè elijcitur donasse non in sui præiudicium, cum fructus percipiat, sed in damnum vocati post ipsius mortem ex lege, vel consuetudine *Fulgos. consil. 42. & Crauet. dicto consil. 118 num. 24.* quos sequitur notabilitèr ratiocinando *Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 9. de fil. rebell. num. 13. signanter in versic. & in specie, & Georg. dicta allegat 22: num. 10.*

15 Quartò præsumitur fraus, si intèr illum qui donauit, & illum qui successisset post ipsius mortem esset aliqualis inimicitia, propter lites Ciuiles, vel propter institutionem alicuius querelæ, vel etiam quia defunctus ille in vita (vt interdum accidit) dixit se nolle quod bona sua perueniant ad consanguineos, hæc enim inimicitia, vel tale odium, facit præsumere donationes fuisse in fraudem factas *Paris. consil. 14. num. 41. vol. 1. Menoch. consil. 104. num. 59. & Surd. consil. 382. num. 59. & 61. vol. 1.*

16 Quintò præsumitur fraus si fieret distractio bono-

bonorum antiquorum sub nomine venditionis, & sic tituli onerosi, cum in veritate esset mera donatio, atque nullum penitus recepisset pretium, idque actum fuisset vt cautius fraus procederet, vt est de mẽte *Naucler. loco cit. in versic. Item dicitur in fraudem, quando vendidit bona, & confitetur pretium recepisse, & non apparet de numeratione, & Rot. decis. 1. sub*
17 *num. 3 & 4. in de donat. in nouis.* Idemque affirmatẽ si quis rem multo maioris valoris pro paruo vendidisset pretio, quia ob illam pretij modicitatem præsumitur fraus *l. per diuersas C. mandat.* ideo reuocatur distractio tanquam fraudulentẽr facta vsque ad quãtitatem receptam *Bar. optimè in l. post contractum 15. sub num. 17. in vr. sic. hoc est verum ff. de donat. Alex. dicto consil. 55 num 2. vol. 1. & Napod. lo-*
18 *co cit. num. 17.* & teneo (nec immeritò) quod isto casu potest agnatus vel cognatus in cuius fraudem facta est distractio, restituto pretio emptori rem antiquam reuocare, ac remere propter fraudẽ venditoris, *vt inf. n. 27.*
19 Sextò præsumitur fraus, si constitutus quis in graui infirmitate, donaret, & alienaret bona illa, tangentia post ipsius mortem consanguineis, ex his quæ notant *DD.* per illum *tex. in l. filia 60. ff. solut. matr. Nauclar.* in pdcto *loco cit.* vbi ponit hæc formalia verba. *Dicitur etiã fieri in fraudem quando moriens donaret, vel venderet in infirmitate constitutus.* Hæc *Nau-*
20 *cler.* Et huc pertinet quod dicitur de grauato restituere, si sine liberis decesserit, nam si is constitutus in mortis articulo, religionem ingrediatur, ibique solemniter profiteatur, tamen hoc casu, monasterium (quod alioquin succederet, loco filij) nõ excludit substitutum, quia lex præsumit professionem illam fuisse in fraudem emissam *Bald. in cap. in præsentia,* quem sequitur ibidem *Felin. sub num. 34. in versic. & per istud, & Dec. num. 56. de probat. Specul. in tit. de Stat. Monac. circa finem Ancar. in cap. sicut nobis de regul. Ruin. consil. 111. num. 8. vol. 1.* qui ad hoc allegat *tex. in cap. 2. de renunciat. & Peregr. de fid. commiss. artic. 28. in fine num. 94.*
21 Alias præsumptiones, & coniecturas fraudis congerit *Napod. loco cit. in dicta Consuetud. & si testator in verbo disponere,* vbi etiam notabilitèr dicit sub *num. 13. in versic. quandoque alienatur in fraudem* quod illæ donationes fraudulentæ reuocantur, & sunt nullæ in totum, sequitur *Camill. Saler. ad eandem Consuetud. in apostilla, incipit, Aduerte quia fol. 173.* idem fruit *Io: Angel. Pisanell. ad Consuetud. si quis vel si quã, in apostilla quæ incipit. Et*
22 *multo magis fol. 123. Franch. dicta decis. 435. num. 45.* Et licèt *Stephan. Gatt. in dicta Consuetud. & si testator in apostilla incipit, in tex.* ibi in fine, & *Vrsill. ad Afflict. decis. 107. num. 3.* dicant oppositum, nimirum reuocari donationes, & distractiones prædictas in fraudem factas tantùm quo ad medietatem debitam vigore *Consuetud.* eorum tamen opinio nẽ dũ est contra communem, verum maximum
23 quoque continet errorem; quandoquidem si affirmamus illas donationes esse in fraudem *Consuetud.* & sic legis, cogimur etiam affirmare reuocari in totum *l. libertus 16. ff. de iur. pa-*
24 *tron.* Nisi essemus in Ecclesia, vel pia causa; cuius fauore equa est opinio illa, non reuocari in totum, sed tantùm prò medietate, vt sentit *Gaet.* cuius & *Vrsill.* opinio in hoc ca-
25 su rectè saluari potest, Præsupposito tamen, fraudem etiam in donationibus factis Ecclesiæ, vel piæ causæ considerari, coniectutis concurrentibus, ex his quæ tradit *Corne. consil. 140. num. 11. vol. 2. Gaet. loco cit.* quamuis reperirentur donationes factæ pro anima, vel simpliciter Ecclesiæ cui pijssimum est donare, siquidem & si iusta sit donatio ex parte recipientis quia est locus pius, tamen non est iusta ex parte dantis, in quo lex propter ingentem donationem præsumit fraudẽ; quia iusta causa tunc excludit præsumptionem fraudis quando non concurrit præiudicium tertij *Angel. in l. nuper C. de natural. libr. & Ruin.*
26 *dicto consil. 111. num. 9.* nec est nouum apud *DD.* nostrarum *Consuetudinum* interpretes, quod illa prohibitio disponendi in vltima voluntate de medietate bonorum antiquorũ comprehendat etiam Ecclesiam, vt eidem illa medietas agnatis debita non possit relinqui, & relicta auocetur, nẽ Ecclesia sit causa fraudis, vt patet ex his quæ tradit *Napod. in Consuetud. si moriatur, in glos. moriatur num. 11. tit. de success. ab intest.* melius *Scip. Buccin. in dicta Consuetud. & si testator, in apostilla* quæ incipit, *circa hanc consuetudinem, sub lit. B. versic. & quid si testator fol. mihi 174. Anton. de Alex. ad Consuetud. si aliquis moriens in prima apostill.* incipit, *circa istam Consuetudinem, lit. B fol. mihi 161. Afflict. decis. 310. & Pres. de Franch. decis. 411. num. 4.* vbi sic refert pluries per eum decisum vti commissarius delegatus quam plurium locorum piorum.
27 Et noto demum, quod etiam si reperirentur alienata omnia bona antiqua, vel quælibet illorum pars, remota etiam fraude, posset is qui succederet vigore *Consuetud.* prædictæ, soluto pretio exbursato, si fuissent venditionis titulo alienata, vel soluta æstimatione, si fuissent per donationem in alium translata, bona illa rehemere, ac ad se auocare per ius retractus, ex his quæ tradit *Masuer. in sua prax. tit. de retract. cap. 1.* inspecta in hoc ratione *Consuetud.* ne bona exeant de familia vnde egressa sunt, sed vt in ea conseruentur; ex qua videtur militare eadem ratio iuris retractus, quod conceditur agnatis pro reuocando feudo in alium distracto per agnatum feudatarium, ex *cap. 1. §. Titius filios, tit. si de feud. defunct. milit. contr. fuer.* & in his terminis est intelligenda *decis. Regen. Sanfelic. 101.* In duobjoribus terminis emanata, qui signantèr *num. 2.* re-

refert verba *Masuer. loco cit.* dicentis in proprio ferè casu, *ille tamen admittitur ad habendum retractum, qui in re vendita debebat succedere abintestato, vt si res peruenerit ad venditorem ex latere paterno, admittitur proximior ex illo latere, & idem de latere materno in bonis maternis, illa tamen affectione, quoniã fuit Maiorum suorum.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

A*Ssensus super alienatione, vel obligatione feudi non potest impetrari post alienantis, vel obligantis mortem sine nouo eius hæredis consensu n. 1. & de ratione, n. 4.*

Assensus Apostolicus an possit impetrari super alienatione bonorum Ecclesiæ, post Prælati alienantis mortem, affirmatiuè num. 2. & de ratione num. 3.

Assensus post acquirentis obitum, an valeat impetrari, n. 5.

Hæres alienantis, vel obligantis feudum, cogi potest ad præstandum suum nouum consensum, ad effectum, vt super contractu illo impetrari possit ab acquirente Regius assensus, & referuntur decis. S. C. n. 6.

Assensus post obligantis, vel alienantis feudum obitum, fauore dotis impetrari potest, n. 7. Sed contrarium n. 8. Author tenet primam sententiam, eamq; defendit ab impugnationibus Ant. & Regent. de Ponte n. 9.

Assensus super feudi alienatione, vel hypotheca, an impetrari possit post decoctionem alienantis, vel obligantis, n. 10.

Decoctio æquiparatur morti, & quomodo intelligatur, num. 11.

Mors ciuilis, & naturalis, in quo casu æquiparentur, n. 12.

Decoctio in casu de quo hic agitur operatur diuersum, imò contrarium effectum, ac mors naturalis, n. 13.

Assensus super obligatione, vel alienatione feudi, quod non possit impetrari mutato rerum statu, quomodo sit intelligendum, num. 14.



AD APVT XXV.

Additio



PECTABILIS *Dominus meus* in præsenti, solita elegenti methodo, Primò ponit regulam, Secũdò proponit Casum.
1 Regula est, quod post feudatarij feudum alienantis, vel obligantis obitum, assensus ab emptore impetrari non possit, absq; nouo hæredis consensu, ac ratificatione, addo *Precc. de subfeud lib. 2. quæst. 30. nu. 9. & 14. fol. 159. Afflict. decis. 286 num 3. Grammat decis. 103. num. 120. Camill. de Medic consil. 104. num. 19.* latè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. Contr. iur lib. 1. contr. 1. num. 86.* cum multis sequentibus, latius *Dom Consiliar. Paul. Staib. Resolut forens. lib. 1 Resolut. 1. n. 9 cum seqq. & n. 41. vsq; ad 44. & Resolut. 2. nu. 29. & Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4 glos. 13 num. 25. part. 1. fol.*
2 319. vbi dubitat præcipuè de simili articulo, an scilicèt post Prælati alienantis mortẽ, possit Apostolica confirmatio, vel assensus ab emptore bonorum Ecclesiæ impetrari, sine moderni successoris Prælati consensu, & postquam multos similes casus hinc indè reportauerit pro dubij decisione, resoluit tandem prò parte affirmatiua, vt nimirùm non sit necessarius consensus noui Prælati, vt is firmat à *n. 23. vsq; ad 32.* & ex authoritate *Dom. de Franch. decis. 163. n. 13 & 14.* assignat rationẽ disparitatis, intèr hanc opinionem, & regulã
3 quam in principio firmauimus, quia nempè quando Prælatus alienat, actum illum facit nomine Ecclesiæ, quæ numquam moritur, & sic non est in consideratione mors Prælati; & etiam, quia quando Pontifex assentitur, sempèr, & de consuetudine dicit in assensu, *si in euidentem vtilitatem, &c.* ob quod nè contractus, qui in vtilitatẽ Ecclesiæ redundat, clauditet, & sit in suspenso, potest meritò quandocumque super eo interponi assensus;
4 At quando per feudatarium alienatur, vel hypothecatur feudum, si decedat priùs quam assensus, supèr contractu illo interponatur, quia per mortem suam illicò illorum feudalium dominium transiuit in hæredem, seù successorem suum, fit per consequens, vt non possit in eius præiudicium assensus impetrari, & impartiri, vt ponderat *Fontanell. ibid. num. 32.* quia videtur confirmari actus eo tẽpore, quo res est aliena; Scilicèt hæredis, & ideo sine eius consensu confirmatio illa concedi non potest, vt benè considerat nouissimè *Dom. Marot. discept forens. cap. 33. n. 30.*
5 Verum notandum est. Primò, quod licèt

post

post obligantis, vel alienantis mortem assensus impetrari non possit, non sic tamen in casu contrario, post scilicet acquirentis obitum, quia tunc validè impetratur assensus, *Marot. d. cap. 33. num. 29.* vbi propè innumeros congerie; hoc tamen ita intelligendo, vt possit hęres acquirentis validè assensum obtinere, absq; alia venditoris requisitione; non autem venditor; ei enim prohibitum est emptoris hęrede irrequisito, assensum super feudi emptione à defuncto facta impetrare, vt per *Spectab. Dom. meum in obseruat. ad Reg. Reuert. decis. 368. num. 2.*

6 Nota secundò, id quod tradit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 6. de assens. Reg super dot. §. 1. n. 22.* dicens, quod obligantis, vel alienantis hæres (qui est omninò requirendus pro
7 nouo cósésu ad finé vt valeat impetrari assensus, si ipsum alienatione, vel obligatione de feudo à se recusaret to facta) potest ad talem consensum
8 feudi distrahendum compelli, ac vt defuncti contractum ratificet cogi, & ita refert practicatum; id quod etiam in anno 1660. fuit decisum in causa inter Dom. *Iosephum* Aragona (Illustrisimi D. Camilli dignissimi Acerrensis Episcopi ex fratre nepotem) contrà Marcellum Ioanninum hęredem quond. Didaci Ioánini S. Bartholomei de Galdo, qui post plura præcepta, quod ratificet, domi facta, per morigeratissimum Dom. Consiliarium *P*aulum Iannettasium, tandem ipso etiam referente, in *R*ula Dom. mei Consiliarij Io: Baptistę Iouini S. C. Decani, fuit decreto eiusdem *S.* C. sub die 24. Septembris dicti anni ordinatú, quod cum effectu dictus Marcellus hęres præstet consensum, aut ratificet, alias compellatur etiam per capturam personę, & loco reclamationis fuit confirmatum sub die 30. Octobris eiusdem anni; & seruata forma dictorum decretorum sub die 22. *D*ecembris per aliud decretum eiusdem S.C. fuit cómissa causa cuidam Prouinciali Fisci Patrono, qui coggat dictum Marcellum ad ratificandú mentionatum contractum respectù feudaliú obligatorú, processus est in Banca Litti Act. Mag. Interueniente etiam pro dicto Domino Iosepho V. I. *D.* Martino Rodoerio genitore meo.

7 *T*ertiò alijs omissis noto, quod dotis fauore potest impetrari assensus super feudorum obligatione post obligantis mortem, etiamsi illius hæres absens sit vel discrepet, nouum consensum præstare, vt deducunt ex *tex. in l. si ego Seia, §. seres ff. de iur. dot.* ibi, *si res alicui tradidero, vt nuptijs sequutis dotis efficiantur, & ante nuptias decessero: an sequutis nuptijs, dotis esse incipiant? & vereor nè non possint in dominio eius effici, cui data sunt: quia post mortem incipiat dominium discedere ab eo, qui dedit, quia pendet donatio in diem nuptiarum: & cùm sequitur conditio nuptiarum, iam hæredis dominium est, à quo discedere non posse rerum dominium inuito eo fatendum est. Sed benignius est, fauore dotium necessitatem imponi hæredi consentire ei, quod defunctus fecit, aut si distulerit, vel absit, etiam nolente, vel absente eo, dominium ad maritum ipso iure transferri, nè mulier indotata maneat*, & ita in terminis tenet *Afflict. dec. 111.* qui sic refert decisum, *Parij. de reintegrat. feudor. cap. incipit, an consensus Regis fol. 146. à terg. col. 1. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. fol. 111. à tergo num. 22. & 23.* vbi paritèr ita refert decisum *Reg. Lanar. consil 18. num. 11. Dom Consiliar. Marcian. consil. 36. nu. 6. vol. 2. Reg. Tapp. decis. 6. num. 39. Georg. alleg. 45. num. 28. & Riccs in collect. decis. tom. 9. collect. 4054. versic. limita quarto.*

8 Et quamuis non desint, qui contrà receptissimam hanc sententiam scripserint, & sanè maximæ authoritatis *DD.* contrarium acritèr sentientes, nempè *Ann. allegat. 66.* qui *num. 6.* fatetur *tex. in dicta l. si ego.* non esse adaptabilem ad casum nostrum, quia intelligitur quando contrahitur supèr re alienari non prohibita, secus autem de feudis, quæ per toe iura, sunt inalienabilia sine assensu; prout etiã larga manu defendit *Reg. de Ponte dicto tract. de potest. Proreg. tit. 6. §. 1. num. 8. & seq.* dicens opinionem prædictam fauentem doti, ei sem-
9 per erroneam visam fuisse; Ego tamen, tantòrum virorum pace, non recedendo à priori sententia fateor nullatenus recipi posse prędictam interpretationem ad *tex. in d. l. si ego;* Patet, quia licèt non sit negandum *tex.* illum nó loqui de feudalibus bonis, hoc tamẽ ex eo prouenit, quia feuda non sunt à ciuilibus legibus cognita; alioquin si cognita fuissent, de eis quoque I.C. loquutus esset; quæ interpetratio ex eo elijcitur, quia in *tex.* solita illa benigna ratio affertur. *Nè mulier indotata maneat*, vt ibi, quæ ratio generalis est, & proptetea generalitèr ad omne bonorum genus extendenda est illius *tex.* dispositio, quæ in his terminis sempèr adducta fuit tanquam decidens, à tempore *Afflict. Parid. Frecc.* & aliorum antiquorum *DD.* vsque ad præsens; Imo *Franch.* (cuius ille mos est, vt omnia in lucernis scuerinetur) ita quoque ad fauorem mulierú refert decisum, *in decis 86* quare non video quo pacto recedi possit ab hac sententia, sic vsu frequenti recepta.

10 Deuenio tandem ad casum, qui talis est; An quemadmodum post obligantis, vel alienantis obitum, assensus super feudi alienatione, vel hypotheca concedi non potest absque nouo hæredis consensu, vt suprà firmauimus; *n. 1.* ita etiã post ipsius alienantis decoctioné Concluditur negatiuè; addo *Ricci* qui sic tenet ex *Afflict. & Ann. in collect. decis. lib 9. collect. 4054. in versic. limita tertiò*, qui dicit benè posse in casu prædicto, decoctione scilicèt alienantis, vel obligantis non obstante, impetrari assensum, latè etiam cit. *Dom. Marot. cócr. forens. cap. 34. num. 11. & 12.* & hoc idem repetit

istoque remedio iuuari posse mulierem in eo casu, indubitantèr tenent DD. dicentes hanc esse magis communem, & receptam signantèr *Barbos*. quem sequitur *cit. Dom. Capyc. Galeot. dicto cap. 75. num. 33. post Andr. Gaill. obseruat. 84. lib. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Proreges excellentissimi non possunt assensum concedere super alienatione feudi, facienda ab eo, qui legitimo caret successore, num. 1.

Assensus potest concedi super feudi alienatione facienda ab eo, qui in actu successore caret, dummodò illum habeat in potentia, num. 2.

Assensus super feudi alienatione concedi potest ei, qui successorem habet in minoribus constitutum, num. 3.

Clausula, quæ ad ea bona in quibus habet successorem, intelligitur adimpleta, si feudatarius successorem habet in minoribus constitutum, num. 4.

Assensus super feudi alienatione facienda ab eo qui successorem habet in potentia tantum, an corruat si deinde efficiatur inhabilis ad habendum legitimum successorem, num. 5. distinguitur latè, num. 6 & 8.

Extrema habilia attenduntur tempore celebrandi contractus, num. 7.

Actus ritè gestus, non debet ex alio futuro euentu suscitari, num. 9.

Habilitas ad succedendum in maioratu, attenditur tempore delata successionis, num. 10.

Proximior admissus ad maioratum, non est expellendus, licèt alter magis proximus superueniat, num. 11.

Cappellanus extraneus si fuerit admissus in defectū illorum de familia, non est expellendus, quamuis superueniat deindè aliquis consanguineus de familia, num. 12.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, reseruata aliqua quantitate, non corruit, licèt donās illam quantitatem mortis tempore nō habere cōperiatur, ob quod tūc nō habeat de quo testari possit, num. 13.

Actus ad validitatem inspicitur tempus quo fuit celebratus, num. 14.



AD CAPVT XXI.

Additio



1 EX *prag. 4. sub tit. de feud.* quamuis prohibitum reperiatur Excellētissimis huius Regni pro tempore Proregibus assentiri, super alienationibus feudorum, faciendis à feudatarijs legiti-
2 mo Carentibus successore, Tamen vt fuit sēpèr interpretata, Regia illa sanctio procedit tantùm in feudatarijs successore carentibus, tam in actu, quam in potentia; At si aliquis alienare volens feudum, non esset de liberis desperatus, ita quod in potentia filium, seù successorem legitimum habere videatur, non esset ei denegandus assensus, & potest Dominus Prorex illum concedere, quia successore carere non dicitur, qui illum habere potest, vt ex *Andre.* & alijs, docet *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. cap. 24. num. 29.* & latè *Dom. Consil. Paul. Staib. Resolut forens. lib. 1.*
3 *Resolut. 33. num. 13. 14. & 15.* Inde videmus posse paritèr assensum concedi supèr alienatione alicuius feudi, facienda ab eo qui successorem habet, in minoribus ordinibus constitutum, & sic actu inhabilem, habilem tamen in potentia, cum possit ille clericalem habitum dimittere, vt ex *Reg. de Pont. decis. 4.* docet *Præs. Vrsin. de success. feud. part. 1. quæst. 9. artic. 1 à num. 7. vsq. ad 16.* signantèr
4 *sub n. 11 versic. & hinc,* vbi dicit, quod illa clausula apponi consueta in assensibus, *quò ad ea bona in quibus habet successorem,* non resoluit assensum illum, si alienans successorē habet Clericum, in minoribus ordinibus constitutum, cum possit ipse re integra, dimittendo habitum Clericalem, se habilitare.
5 Sed hic pertinet quærere, an assensus concessus supèr alienatione feudi facienda ab eo, qui legitimo caret successore in actu, sed tamen illum habet in potentia, resoluatur, siuè nullus reddatur, feudatario, illo inhabili effecto ad successorem habendum?
6 Prò cuius articuli resolutione, duos comperio consideratos esse casus a DD. duaq; tempora fuisse distincta; tempus nempè contractus, & tempus post contractum celebratum: Si enim feudatarius qui alienare intendit, ac cui concessus fuit assensus, quia legitimum habebat successorem in potentia, efficeretur inhabilis priùs quā feudi alienatio ad realem effectum sit redacta; Et isto casu dicunt, assensum esse resolutum, nullasq; de-

cate-

cætero habere vires, ac propterea agi amplius de distrahendo feudo non posse, ita latissimè *Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. 8. de refut feud. §. 5. à nu. 19. vsq; ad nu. 24.* eumq; sequitur *Reg. Capyc. Latr. decis. 43 nu. 14. lib. 1.* quia cum hoc casu negotium verse-
7 tur in facto fieri, & sit adhùc integrum, sunt meritò attendenda omnia extrema habilia, necessaria ad actum illum, & an concurrant tempore quo scriptura stipulatur, *l. sciendum 15. §. possessor autem il 2. ff. qui satisd. cogan.*
8 Sin autem inhabilitas illius feudatarij superueniat post cõtractum iam perfectũ, & ad esse reductum, & isto casu dicunt etiam communitèr (& practicatur) quod ille assensus, & per consequens feudi alienatio sub illo celebrata non resoluitur, cum sufficiat alienantem fuisse habilem ad habendum legitimum successorem, tum tempore assensus (vt supponitur) tum paritèr tempore celebrati contractus, & ita ex quàpluribus *Autr.* locis, docet *Afft. decis. 112. nu. 7.* quem sequitur *cit. Dom.*
9 *Capyc. Galeot. d. cap. 24. nu. 30.* quia nõ debet id quod ab initio rite rectèq; gestu est, & sic quod est in facto esse, ex alio futuro (licèt diuerso, vel contrario) euentu suscitari, *l. nec enim, ff. de itin. actuque priuat. & l. Sancimus, C. de administ. tutor.*
10 Ad quod confert non mediocritèr, id quod tradunt DD. quod habilitas ad succedendum in maioratu, cõsiderari debet, tempore delatæ successionis, adeò quod quamuis indè superueniat inhabilitas, non ideò is qui semel successit, & habilis fuit reputatus, est priuandus beneficio illius, *Castill. Sol. omaior. contr. iur. lib. 5. cap. 18. nu. 3. & 4. cum seqq. Gam. dec. 27. Crauell. decis. Dolan. 135. nu. 62. Mastrill. decis. 266. à nu. 16. Peregr. cons. 42. nu. 18. lib. 3. Surd. cons. 45. lib. 1. Rolan. cons. 59. lib. 3.* & in finali *Molin. de Hisp. primog. lib. 3. cap. 10 sub*
11 *nu. 38.* dicens, quod si ad maioratus successionem fuerit vocatus proximior, & aliquis vti talis fuisset admissus, nõ propterea quod alios magis proximus superueniat, illum qui semel fuit admissus excludit, vel expellit à beneficio maioratus, & *Molin.* sequitur *addit. ibidem, in vers. Verum quidquid prædicti sentiant*, vbi latè interpetratur *text. in l. fin. ff.*
12 *commun. præd.* & adstipulatur *Perez. in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. vers. Nono monetur,* vbi ponit casum, quod si ad Cappellaniam, construentis consanguinei deberent admitti, & in eorum defectum extranei; si ob defectum consanguineorũ admissus reperiretur extraneus Sacerdos, ille non vtique amoueri deberet, licèt post admissionem legitimè de eo factam superueniret aliquis cõsanguineus, sequitur *Spin. de testam. glos. 4. nu. 70.*
13 Præterea etiam ponderandus est *Fontanell.* qui *in tract. de pact. nupt. tom. 1 claus. 4. gl. 22. nu. 10 cum seqq.* signantèr in *vers qua extante fol. 542.* dicit, non infirmari donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorũ reseruata aliqua quantitate, de qua donans testari possit, vel bonorũ donatorũ vsufructu quamuis deindè vsumfructũ illum in totum hypothecauerit, vel illã reseruatã quantitatẽ mortis tempore non habuerit, ita quod non habeat de quo testari possit, & sit effectus intestabilis propter inopiã; inspecto quod donatio illa valida fuit, & iuridica à principio; vt latè probat *cit. Fontanel.* loco allegato vsq; *ad nu. 14. ex Bologuet. in l. fin. nu. 33. C. de pact. & Ant. Fabr. in Cod. lib. 8. tit. 34 de donat. de-*
14 *finit. 9.* quia in omni materia est attendenda validitas actus tẽpore quo celebratur, quidquid posteà contingat; nam ea quæ vtilitèr, & validè confecta sunt, durãt, quãuis postea superueniat, casus per quem actus fieri non poterat, vt scribit idem *Fontan. eod. tract. tom. 2. claus. 5 glos. 8. par. 10. nu. 15 fol. 177.* & confert *Cæsar. Barz. decis. Bonon. 129. nu. 31. & 32.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

1

Pragmatica 16 de feud. an extendatur ad compromissa facienda ab exteris super feudis, quæ ab eis possidentur in hoc Regno, nu. 1.

Refertur ratio dubitãdi pro parte affirmatiua, n. 2.

Sed author cõtrariũ cõcludit, & quarè, n. 3. & 4.

Pragm. 16. de feud. extenditur ad hypothecas ab exteris faciendas, super feudis quæ ipsi in hoc Regno possident, d. nu. 2.

Pragmatica 16. de feud. an habeat locum in cessione iurium, quæ exteri habent super feudis in hoc Regno existentibus, nu. 5.

Mulieres exteræ possidẽtes feuda in hoc Regno, an comprehendantur sub dispositione prag. 16. de feud. si sint nuptæ Ciuibus Neapolitanis, nu. 6.

Statutũ loquens de exteris; non comprehendit mulierem nuptam Ciui, n. 7. Amplia etiã defuncto viro, dummodo in viduitate permaneat, nu. 20.

Mulier extera, nupta Ciui Neapolitano, est immunis, nè dum pro bonis dotabilibus, verum etiam extradotalibus, sicut omnes Neapolitani, nu. 8.

Statum prohibens, nè exteri acquirant stabilia in Ciuitate, non comprehendit mulierem exteram nuptam Ciui, nu. 9. cum ampliatione.

Mulier extera, habens virum Neapolitanum, potitur omnibus priuilegijs, & exemptionibus quibus potiuntur Neapolitani. nu. 10.

Mulieres exteræ, nuptæ Ciuibus Neapolitanis, ligantur Consuetudinibus huius Ciuitatis, n. 11.

Mulier extera, nupta Ciui Neapolitano, trahit, & non trahitur, nu. 12.

Statutum loquens de Ciuibus, non excludit mulieres exteras, nuptas Ciuibus, nu. 13.

Mulier nubendo assumit domicilium viri, cum alijs, nu. 14.

P. i

Priuilegium concessum viro, dicitur concessum eius vxori quoque, nu. 15.
Spuria mulier, nubendo legitimo, fit legitima, & habilis ad succedendum, nu. 16.
Mulier ignobilis, nubendo viro nobili efficitur nobilis, nu. 17. Amplia, vt retineat nobilitatem, etiam viro mortuo, nu. 18.
Mulier vidua retinet omnia priuilegia sui defuncti viri, nu. 13.
Mulier ad finem gaudendi priuilegiis viri, non est opus quod sit in eius domum traducta, quia sufficit, quod sit parata ad accessum, nu. 21.



AD CAPVT XXII.

Additio.

1 E pluribus potest in hoc cap. notabiliter hasitari in materia *Prag.* huius Regni 16. *de feud.* Et quidem primò, an quemadmodū ex dispositione illius prohibitum est Excellētissimis Regni Protegibus assensum concedere super alienationibus feodorū, quæ exteri in hoc Regno possident, hæc eadem prohibitio locum obtineat in compromissis ab eisdem exteris faciendis, de rebus feudalibus?

2 Dubitandi ratio pro parte affirmatiua est quia videmus quod *cit. pragm.* Sanctio, licet loquatur de alienatione, habet tamen locū etiam in hypothecis contrahendis super feudis, quæ exteri in hoc Regno possident, ex dispositione, *l. fin. C. de rebus alien. non alien.* & sic extenditur ad casum hypothecæ, longè minorē alienatione, vt in puncto docet *Reg. Rouit. ibi in fin.* inquiens, de hoc adesse particulares literas Catholicæ Maiestatis, expeditas die 24. Iunij 1633. Ergò non est inconueniens, vt extendatur etiam ad compromissa.

3 Sed ipse hac dubitandi ratione nō obstante teneo contrarium, quinimò vanam esse quæstionem, licèt à doctissimo quodam viro excitatam; ideò enim in præcedēti casu, prohibitum est Excellētissimis Protegibus assentiri super hypothecis contrahendis ab exteris super eorum feudis in hoc Regno existentibus, non minùs ac est illis prohibitum super alienationibus, vigore *cit. Reg. Pragm.* quia vtrumq; tam scilicet alienare, quam hypothecare feudum sine Domini assensu denegatur, per *tex. in l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.* At compromittere super re feudali, nullo iure prohibitum reperitur sine assensu, quem tantū super laudo requiri ex dispositione iuris Regni, & alijs firmissimis rationibus demonstrabimus latissimè infrà *cap. 67. à nu. 10. vsque ad fin* iuxtà opinionem *Spect. Dom. mei* ibi, aliorūq; grauissimorum authorum, quos eo in loco cumulabimus, reiecta contraria sententia, vti longè æquiuoca, ac rationibus destituta; Igitur vel liberè poterunt exteri super eorum feudis in hoc Regno existentibus compromittere, reseruato dumtaxat Regis nostri Potētissimi assensu super laudo indè sequendo, vel si fortè vellent ad maiorem, & exuberantem cautelam cum assensu compromittere, poterit Prorex illum liberè impartiri (dummodò tamen laudo sequuto alter interponatur super eo Regis assensus) quasi isto

4 casu cesset intentio *pragm.* quæ ideò impotentes Proteges declarauit in huiusmodi assensibus concedendis, vt immediatè certiorretur Rex, cum exteri, alias ratione feudorum ei subiecti, illa tractant alienare, vel hypothecare, cumq; horum ne vtrū ex simplici compromisso sequatur, non est cur minimè concludamus, eius dispositionem locū sibi isto casu non vendicare.

5 Secundò dubitari solet, an *d. Prag.* habeat locum in cessione iurium, quæ exteri habent super feudis in hoc Regno existentibus. Fuit decisum negatiuè, facta relatione per Reg. Cam. in Collaterali Consilio, vt refert *Ricc. in collect. dec. par. 5. collect. 2052.* illiusq; generalis decreti verba per extēsum refert *Rouit. loc. cit. nu. 4.* & sic in similibus iurium cessionibus potest D. Prorex concedere assensum, quia *d. Pragm.* loquitur de alienatione faciēda de feudo verè, & propriè, non autem de iuribus in feudo radicatis, pro quibus nec seruitium, nec adhoa præstatur.

6 Tertiò cæteris omissis quæri solet, an mulieres exteræ possidētes feuda in hoc Regno, nuptæ tamen Ciuibus Neapolitanis, comprehendantur in dispositione *d. Pragm.* ità quod cum optant ad suorum feudorū alienationē deuenire, recurrere habeant ad Regem pro assensu, an autem sufficiat ille Proregis? Dubium hoc resoluit *Spectabilis Dom. meus* pro parte negatiua, & sic ad fauorem mulierum

7 exterarum ciuibus nuptarum; addo *Thesaur. decis. 123.* & propriè *nu. 9. & 13.* vbi dicit, quod extera nupta Ciui, nō comprehenditur appellatione, & nomine forensium, cumq; sequitur *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. controu. 13. nu. 31.* & per totam; Vndè vi-

8 demus, quod mulier forensis, quæ cum Ciue matrimonium contraxit, pro bonis quæ in hoc Regno possidet, ne dum dotalibus, verū etiam extradotalibus, est immunis, & exempta ab omnibus illis oneribus, à quibus omnes Ciues Neapolitani exemptionem habent, vt bis decisum refert *Thor. in compen. decis. tom. 3. part. 2. in verb. Mulier nupta, fol. 126. col. 1.* vbi refert alia exempla in hac materia,

9 Circà quam confert pariter id quod tradit notabiliter *Menoch. consf. 667.* dicens, mulierem exteram nuptam Ciui, non comprehen-

ci

di sub statuto, prohibēte exteris acquisitionē stabilium in Ciuitate, ita quod potest succedere, & illa quouis alio titulo acquirere; ampliaus hoc, vt etiam viro mortuo possit illa retinere, quamuis deindè iterum nubat extero, ad quod legendi sunt etiam *Gorne. consil. 111. num. 4. vol. 3. Soccin. Sen. consil. 83. vol. 3. & Plot. inter consil. Crim. diuers. consil.* 108. *num.* 116. *vol.* 1. & nouissimè *Nouar. de elect. & variat. for. par.* 1. *quæst.* 63. *num.* 8. & 78.

10 vbi asseueranter affirmat, quod mulier forensis, habens virum Neapolitanum, potitur omnibus priuilegijs Neapolitanorum, & ligatur

11 tur etiam *Consuetudinibus* huius Ciuitatis, non minùs ac cæteræ mulieres in ea natæ, vt per *Spect. Dom. meum cap.* 56. *num.* 13. *lib.* 2.

12 Nec non declinat forum, sicut Neapolitani Ciues, ità quod dicatur de ea, quod trahitur, & non trahitur, vt passim admittunt *DD.* mox allegati, & probatur ex *tex. in l. cos, & ibi gloss. in princ. C. de fabricens. lib.* 10. *& ex l. mulieres C. de dignit. lib.* 12. *ibi, & forum ex eorum per-*

13 *sona mutamus*, quia statutum loquens de Ciuibus, non excludit exteram nuptam Ciui, *Cald. consil.* 139. *lib.* 5. *Fulgos. consil.* 92. *Surd. dicta decis.* 330. *num.* 14. *&* 17. *& Gratian. discept. forens. tom.* 4. *cap.* 623. *num.* 3. *versic. & comprehendatur*.

14 Prædictorum potissima ratio est, quia propter matrimonium mulier assumit domicilium viri, fit Ciuis loci illius, & transfertur eius origo, in originem viri cum quo fit vnicum misticum corpus *l. quoties C. de priuileg. Scholar. lib.* 12. *dicta l. mulieres C. de dignit. eod. lib. gloss. in l. cum quædam puella* 19. *versic. Peruenerat ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* prosequitur latè *Bar. in l. placetila grande, num.* 39. *C. de Sacrosanct. Eccles. facit tex. in l. quicumque* & ibi idē *Bar. C. de re milit. lib.* 12. *latiùs Tiraquell. ad leg. Connub. leg.* 1 *gloss.* 1. *par.* 1. *num.* 28. *vsque ad* 34. *post Bald. dicto consil.* 139 quē sequitur *Gratian. discept. forens. tom.* 4. *cap.* 623. *num.* 11. *&* 12.

15 Et est talis hæc transfusio mulieris in personam viri, quod si ipso viro concederetur aliquod priuilegium, quamuis de vxore in eo verbum nullum factum esset, nihilominus ei paritèr concessum diceretur, perindè si dictum esset, *tibi, & vxori tuæ, Bald. consil.* 413. *num.* 5. *vol.* 5. *& Ferret. consil.* 167.

16 Imo etiam consequitur delectionem naturalis defectus, nam vt dicit *Hippol. de Marsil. singul.* 501. si mulier spuria, nubit viro legitimo, efficitur etiam legitima, & capax quarumuis successionum, idem tenet *Arnon. Soliloq.* 25. & mirabile hoc appellat *Pascbal. de patr. potest. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 51. Nec non si sit

17 ignobilis, & plebeia, nubendo viro nobili, ac Illustri, efficitur paritèr nobilis, & deletur defectus ignobilitatis, de qua re latè *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3.

18 *n.* 44. *cum seq. fol.* 585. hoc amplians, vt etiam viro defuncto eandem nobilitatem retineat, quia in viduitate manens, videtur matrimonium continuare, & adhuc durare, id quod probat etiam *Io: Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib.* 2. *cap.* 119. *num.* 32. ad quod est *tex. in l. filij, ff. vidua ff ad manicip.* legendique pro adducta ratione, *Gabad. decis.* 98. *Milanes. decis.* 10. *num.* 6. & alij relati à *Ciriac. contr.* 273. *num.* 40. *&* 41. *& Nouar. dicto tract. de elect. & variat. for. quæst.* 3. *num* 18. *fol.* 199.

19 Sicut etiam dicimus, vt soluto matrimonio, retineat mulier vidua, priuilegia, & exceptiones, quibus ex persona defuncti viri, cum in matrimonio esset, potiebatur, *d. l. filij, & d. l. quoties C. de priuileg. Scholar. lib.* 12. latè

20 *Gnid pap. decis.* 349. Et in terminis nostris, dicit *Spectabilis Dom. meus infrà cap.* 250. *num.* 4. *vol.* 2. quod mulier extera, Neapolitano Ciui nupta, etiam soluto matrimonio, in viduitate tamen permanendo, non comprehenditur sub statutis loquentibus de forensibus ad finem obtinendi immunitates, & alia.

21 Et tandem pro complemento noto, quod ad effectum vt mulier fruatur priuilegijs statutorum, sub quibus vir eius comprehenditur, tamquam Ciuis loci statuentium, non est opus quod sit ad domum viri traducta, cum sufficiat quod marito volente sit parata ad accessū. vt per *Carol. Rain.* qui ponderat illam eundi potentiam, *consil.* 58. *num.* 4. *vol.* 3. *& Passer. consil.* 163. *num.* 13.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Refutatio feudi in proximè, & immediatè succ. cessurum facta, valet sine assensu, n. 1.

Refutatio non comprehenditur sub prohibita feudorum alienatione, & assistit pro ea assensus legis, num. 2.

Refutationes appellantur anticipatæ successiones, num. 3.

Refutationes per omnia regulantur, cum successionibus post mortem, num. 4.

Refutatarius an habeatur pro hærede refutantis, ita quod teneatur ad omnia, ad quæ cæteri hæredes teneatur, num. 5. *&* 7.

Refutatarius soluere tenetur releuium Regiæ Curiæ, num. 6.

Releuium soluitur à succedente hærede tantum, num. 8.

Refutatio debet registrari intrà quindecim dies, in quinternionibus Reg. Cam. num. 9.

Limitatur si super refutatione esset impetratus assensus, num. 10.

AD CAPVT XXIII.

Additio.

1 
ABETVR Signātèr in præsenti *Cap.* cōclusio illa, quod feudi refutatio, in proximè, & immediatè successurum facta, valida est sine assensu, addo *Afflict. in const. Constitutionem Diuæ Memoriæ, num.* 17. *Marin. Frecc. de subfeud. lib.* 3. §. *Vigesimoquinto, fol.* 268. *Paris de reintegrat. feud cap. Incipit Pater habens, nu.* 11 *fol.* 59. & *Camill. de Medic. consil.* 104. *sub*
2 *num.* 20. quia talis refutatio non comprehenditur sub prohibita alienatione feudorum; ac propterea non est necessarius in ea assensus hominis cum assistat assensus iuris, permittentis tales feudorum transfusiones in immediatos successores, vt latè idem *cit. Paris. d. tract. cap. Incipit, habens feudum per totum*, & præcipuè *nu.* 5 *fol.* 141 *à terg.* & latiùs *Herman. Vulte. de feud. lib.* 1. *cap.* 10. *tit. de iur. & vsu feud. num.* 87.

3 Præterea huiusmodi refutationes, anticipatæ successiones vocantur, quia feudatarius restringendo iura sua, tollit se de medio, & præmaturè consignat feudi successionē, successori, *Andre. in d. Const. Diuæ Memoriæ, Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 8. *de refut. feud.* §. 4. *num.* 4. & *in lectio feudal. lect.* 18. *num* 22. & 23. *cit. Camill. de Medic. consil.* 49. *sub num.* 6. *versic. quasi*, *Reg. Ronit. consil.* 41. *num.* 14. *vol.*
4 1, qui subdit ibidem *num*, 15. quod tales refutationes, regulantur per omnia, eosdemq; operantur effectus, ac ipsa successio post mortem ex *Aret. consil.* 2. *col.* 1. & *cons.* 17. *col.* 2. *Ann. in repet. cap.* 1. *n.* 224. *cum seq. de Vassal. decrepit. ata.* & *Minad. cons.* 10. *num.* 20.

5 Ex quo resultant duo singulares effectus; Primus quem ponit *Loffred. cons.* 3. vbi dicit, quod refutatarius, non dato alio vniuersali hærede refutantis, ipse habeatur loco hæredis, quia iure hæreditario capit feudum per præambulam successionem, proindeq; est obnoxius ys omnibus, quibus à iure hæres subycitur, quod etiam post *Cumi. & Milan.* tradit *Ronit. dict. consil.* 41 *num.* 15. *vol.* 1. & *consil* 59. *num* 8 *vol.* 2. maximè cum feudum est hæreditarium, vt dicit *Consil. Georg. allegat* 20. *num.* 22. & conferunt etiam tradita per *Camerar. in l. Imperialem lit. O. fol.* 19. *de prohib. feud. alienat. per Federic.* & per *Afflict. decis.* 240 *num.* 11.

6 Secundus effectus est, quia de talibus refutationibus soluitur Fisco Releuium, nam quāuis illa feudi transfusio fiat per actum inter uiuos, sapit tamen naturam, & retinet omnes qualitates vltimæ voluntatis; & ita refert decisum *Ann. loc. cit. à nu.* 224. *vsq; ad* 226. & ex
7 hoc confirmatur magis id, quod diximus, re-
8 futatarium esse hæredem refutantis; quia releuij solutio à succedente hærede tantum est facienda, *Andr. in cap.* 1. §. *sed si plures, nu.* 7. *in fine, per quos fiat inuest. t.* vbi testatur de cōsuetudine; Sicut paritèr *Afflict. in d. Constit. Constitutionem Diuæ Memoriæ nu.* 21 *Capyc. in l. Imperialem*, §. *Præterea si quis nu.* 23. *vers. tertiò Andre. de prohib. feud alien. per Federic. fol.* 53. *col* 2. *Frecc. de subfeud. au. borit.* 3. *n.* 43. *de Pont. in lect. feudal.* 2. *nu.* 50. & *in tract. de potest Proreg. d. tit* 8. *de refut feud. nu.* 5. *fol.* 240. *col.* 2. *Franch. dec.* 121. *nu.* 4. *Petr. de Gregor. de concess. feud. num.* 5 *part.* 8. *quæst.* 16. *de tur. releu. n.* 3. & *Camill. de Medic. consil.* 18. *nu.* 10. & 11.

9 Non omittendo tamen, quod ad validitatem refutationis in immediatè successurum factæ, licèt non sit necessarius assensus, requiritur tamen, quod ille intrà quindecim dies registretur, & adnotetur in quinternionibus Regiæ Cameræ, aliàs corrueret, ex dispositione *Reg. pragm.* 20. *de feud.* quæ in vno
10 tantum casu limitatur, quando pro confirmatione pactorum in refutatione appositorum, vel etiam ad maiorem cautelam essec interpositus Regius assensus, per quem conualidatur refutatio, etiam si non sit registrata intrà dictos quindecim dies, cum sufficiat annotatio assensus in quinternionibus Regiæ Cameræ intra biendium, quia ex eo sufficiētèr certioratur Rex de feudatario, *Franch.* qui sic refert decisum, *dec.* 663. *de Pont. d. tract. tit.* 8. *à nu.* 8. *vsq; ad* 12. *Reg. Ronit. in Prag* 20. *nu.* 1. *de feud. Reg. Tapp. decis. S. C.* 47. & ita dicebat doctissimus *Dom. Franciscus Roccus*, meritissimus nunc Consiliarius, pro Ill. Principe Scaleæ in causa intèr ipsum, & Regium Fiscū vertente, tempore quo dictus Regius Dom. Consiliarius Aduocationis muneri in eodem S. C. incumbebat, vt vidi ex vna eius impressa allegatione, quam diligentèr obseruaui.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

AGnatus potest inter uiuos omnia bona sua distrahere, nec tenetur reseruare medietatē alijs agnatis, & de ratione, num. 1.

Limitatur ista conclusio, si alienatio fieret in fraudem agnatorum, nu. 2.

Fraus in dubio non præsumitur, num. 3.

Fraus coniecturis probatur, nu. 4.

Agnatus fraudandi animum habere præsumitur,

si cum

si cum filios non haberet, vel de illis esset desperatus, omnia bona sua inter viuos alienaret, n. 5. Item præsumitur idem fraudandi animus, si Agnatus ille post longum coniugij tempus filios non procreauit, maximè si plures habuit vxores, num. 6. Tertiò si donaret omnia sua bona, num. 9. Amplia etiam si donatio non esset de omnibus bonis, quia sufficit, quod sit de maiori, vel pretiosiori illorum parte. n. 10. vel etiam si donarentur omnia bona, licèt per plures minutas donationes, n. 11. Item etiam præsumitur fraus, si donaret aliquam rem, cum reseruatione vsufructus num. 14. Item si intèr agnatum alienantem, & eum qui successisset vigore Consuetud. adesset aliqualis inimicitia, num. 15. Item si alienata reperirentur bona sub nomine venditionis, cum esset donatio, num. 16. vel si alienatio facta esset pro paruo pretio, num. 17. Et alijs omissis, si agnatus alienaret bona, cum esset in graui constitutus infirmitate, num. 19.

Agnatus feudatarius, si cum filios non haberet, vel esset de illis desperatus, contraheret super feudo, vel illud Domino repudiaret, dicitur fecisse in fraudem proximi successuri agnati n. 7.

Fieri permissa, si fiant, in fraudem, non valent, num. 8.

Agnatum posse omnia bona intèr viuos alienare, quomodo intelligatur, n. 12. & datur notabilis differentia inter facultatem inter viuos, & in vltima voluntate, & inter potestatem alienandi inter viuos tantum, n. 13.

Agnatus potest auocare bona antiqua vendita per alium agnatum prò paruo pretio, illo tamen soluto emptori, n. 18.

Fideicommissarius grauatus, si sine liberis, &c. si in mortis articulo ingrediatur religionem, dicitur facere in fraudem, vt vocatos excluderet num. 20.

Alienationes in fraudem agnatorum, & Consuetud. facta reuocantur in totum, n. 21. & confutatur Steph. Gaet. & Vrsil. qui dicunt reuocari quò ad medietatem tantum n. 22.

Alienationes contra legem factæ, reuocantur, & sunt nullæ in totum, n. 23.

Alienationes in fraudem agnatorum, & Consuetud. facta in Ecclesiam, reuocantur prò medietate tantum, n. 24.

Fraus, coniecturis concurrentibus, præsumitur, & attenditur, etiam si alienatio bonorum antiquorum reperiretur facta in Ecclesiam, n. 25.

Consuetudo disponens, vt de medietate bonorum antiquorum non possit disponi in fraudem agnatorum vnde deuenerunt, procedit etiam, vt nec possit disponi ad fauorem Ecclesiæ, n. 26.

Agnatus potest auocare, vel reemere bona antiqua ab alio agnato distracta, etiam sine fraude, soluto tamen pretio, ac illorum æstimatione, & de ratione, n. 27.

AD CAPVT XXIV.

Additio.



ACCOMODATISSIME censui posse in hoc capite examinari veritas frequentissimæ illius in foris materiæ, quando scilicèt alienationes, & donationes bonorum antiquorum intèr viuos factæ, censeantur in fraudem agnatorum & cognatorum, vndè bona ipsa peruenerunt.

1 Et constituo pro fundamento conclusionē, posse scilicèt agnatum vel cognatum qui in vltimis non valet nisi de medietate bonorum antiquorum disponere, alia medietate agnatis atque cognatis vndè bona ipsa deuenerunt reseruata; omnia intèr viuos in quemlibet alienare, siuè donationis, siuè venditionis titulo, quia *Consuetudines*, signantèr illa quæ incipit, *Et si testator, tit. de success. morient. sin. filijs* loquuntur per verbum, disponere, ita quod non videtur restringere, seù coarctare liberam inter viuos alienandi facultatem, sicut interpretatus fuit ibidem Neap. omnium Antesignatus *in versic. disponere, sub num. 6. in verbo, & quia*, ibique *cæteri addentes, & Napod.* sequitur *Afflict. decis. 370. num. 12.* Capyc. *decis. 85. de pont. consil. 8. num. 16. cum seq. & consil. 35. num. 22. Ann. consil. 79. num. 16. Franch. decis. 40. & decis. 435. nu. 26. 34. & 35.*

2 Hæc eadem conclusio restringitur per prædictos, signantèr pèr *Afflict. Capyc. & Franch. loc. cit.* cum alijs communitèr, vt non procedat si alienatio inter viuos esset in fraudem agnatorum, quia si liceret etiam in fraudem alienare, frustratoria sanè, atque nullius importantiæ redderetur dispositio illius Consuetud. & via malitijs aperiretur, vt videns quis per vnum modum scilicèt in testamento non posse consanguineos de toto asse priuare, per alium suæ prauæ satisfaceret voluntati in fraudem alienando, ad quod ponderandus *Alex. consil. 55. Consideratis verbis dicti Statuti num. 1. vol. 1.* Carol. *Ruin. consil. 163. nu. 2. vol. 3. Aym. Crauett.* vbi latè *consil. 118. num. 11. & 24.*

3 Et quamuis fraudem in dubio non præsumi dixerit *Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 82. num. 10. & lib. 6. præsumpt. 88. nu. 3.*
4 tamen coniecturis probari, voluerunt magis communitèr DD. *ex tex. in l. dolum C. de dol. Ancar. consil. 38. num. 3. Dec. consil. 245. nu. 7. Crauet. consil. 100. num. 3. & consil. 143. num. 12.* cum alijs penes *cit. Menoch. dicto tract. lib.*

 5. præ-

præsumpt. 3. *num.* 43. latissimè etiam *Surd.* qui alios cumulat *consil* 342. *num.* 45 *vol.* 3.

Et in hoc nostro themate fraudum species plures multæque sunt, ac varias varij considerarunt *DD.* signantèr *Napod. loco cit. à num.*
5 14. *usque ad* 21. qui primo loco eam ponit fraudis coniecturam, si qui donauit, filiis tempore donationis carebat, ac de illis propter senectutem fuisset desperatus, sequitur *Nancler.* ibidem, *in versic. sed quomodo probabitur fraus fol. mihi* 12. *à tergo Afflict. decis.* 370. *nu.* 13. *in fine, versic. Item procedit Capyc. dicta decis.* 85. *num.* 2. *Consil. Georg. allegat.* 22. *post Surd. consil* 302. *n.* 50. *cum seq. vol.* 3. *& Camerar. in l. Imperialem fol.* 106. *in prima col. in fine, de prohib. feud. alien. per Federic.* qui sub-
6 dit *in* 2. *col. lit. G.* eandem fraudis præsumptionem considerari, si donans post longum coniugii tempus filios non procreauit, quia tunc experientia rerum omnium magistra sterilitatem manifestè demonstrat, maximè si cum pluribus se coniugauit, vt per *Parif. consil.* 29 *num.* 44. 51. & per totum *vol.* 2. & fraus isto casu nè dum præsumitur in allodialibus
7 verum etiam in feudalibus; quandoquidem agnatus feudatarius, filios non habens ac de illis desperatus contrahens super feudo, vel illud Domino repudians, fraudulentèr in odium proximi successuri contraxisse, & alienasse videtur, ita *Bald. in cap.* 1. *§. sed, & res, &*
8 ibi *Andr. num* 5. vbi *Lipar. in addit. lit. A.* notat quod si aliquid esset fieri permissum, & fieret in fraudem non valeret. *tit. per quos fiat inuest. Ardiz. in summ. cap.* 16. *rubr. si feudum detur in feudum, & Ann. allegat.* 55. *num.* 7. *cum seq.*
9 Secunda fraudis præsumptio est si facta repeteretur donatio omnium bonorum antiquorum ex mera causa voluntaria, quia ex illa adeo notabili distractione lex fraudem arguit, iuxta terminos *l. omnes §. lucius, ibique glos. in verbo Vniuersa, & DD.* communitèr, *ff. quæ in fraud. Cred. & l. quis autem, versic. in hoc ignorantes, ff cod. tit. Alex. in terminis in dicto consil.* 55. *num.* 5. *vol.* 1. *Napod. loco cit. à dicto num.* 15. *cum seq. Afflict. dicta decis.* 370. *num.* 13. *Capyc. dicta decis.* 85. *Franch. dec.* 435. *num.* 39. *Ann. allegat.* 57. *num.* 11. *Reg. de Pont. consil.* 70 *num.* 30. *Georg. dicta allegat.* 22. *num.* 20. *&* 26. *Camill. de Medic. consil.* 107. *num.* 6. *versic & in tantum*, confert *Corne. consil.* 140. *num* 12. *vol.* 2. *Surd. consil.* 382. *num* 51. *vol.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 559. *in princip. & Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 255. *num.*
10 18. *cum seq.* quorum plerique hanc fraudis coniecturam ampliant, etiam quando non tota facultas, sed maior vel pretiosior illius pars fuisset donata, vel distracta, sequitur *Casp. de Leo ad Napod. in dicta Consuetud. in apostilla,*
11 *quæ incipit, aduertas, vers. item dicas*; Et posset etiam augeri hæc præsumptio, vt procedat siue distractio bonorum antiquorum fiat per vnicã, vel per plures donationes, quia nil refert illas fuisse minuatim atque singulatim factas cum sufficiat quod coaceruatæ ascendant ad summam indicantem fraudem ex his quæ notat *Bald. in l.* 1. *num.* 10 *C. si in fraudem patron. confert. Bar. in l. nomen* 33. *§. filio num.* 3. *ff. de legat.* 3. & huc tendunt regulæ, quod leges nec per obliquum, nec per indirectum debent
12 fraudari; Nec officit conclusio quam *ex cit. Napod.* & alijs, in principio firmauimus, de libera alienandi facultate inter viuos de bonis antiquis, nam vltrà quod procedit cessante fraude, vt diximus, intelligitur etiam iusta conuertente causa *Vrsill. ad Afflict. dicta de-*
13 *cis.* 370. *num.* 6. quia aliud est habere bona libera quo ad plenam dispositionem, tam per contractus inter viuos, quam per vltimas voluntates, & in alienatione istorum bonorum procedit absolutè *tex. in l. in re mãdata C. mãdat. Surd. consil.* 24. *nu.* 11. *vol.* 2. Aliud est habere bona, sed debita alicui ex dispositione legis, Statuti, vel Consuetudinis, in aliquo casu, puta mortis; & hæc licèt non sint prohibita intèr viuos alienari, intelligitur tamen de iusta alienatione, seù contractatione, citrà interuentum fraudis, sicut in simili notauit *cit. Napod. in dicta glos. disponere num.* 11. qui dicit quod mulier quæ in Ciuitate nostra vigore alterius Consuet habet os clausum, & manus ligatas ad beneficiũ filiorum quò ad nouem partes suæ doris, cum non possit nisi de decima tantum parte disponere, potest nihilominus totam dotem inter viuos alienare ex iusta causa, & sine fraude *Reg. de Pont. consil.* 8. *num.* 16. *& consil.* 35. *num.* 24 *Ann. consil.* 79 *num.* 16. *Franch. decis.* 435. *num.* 26. *&* 34. *confert Bald. consil.* 20. *vol.* 2. *Alex. dicto consil.* 55. *num.* 3. *vol.* 1. *& Crauet. consil.* 118. Vnde debet adesse iusta causa, & abesse fraus.
14 Tertia fraudis præsumptio est, si donans rei donatæ fructus sibi in vita reseruasset, tunc enim apertè elicitur donasse non in sui præiudicium, cum fructus perciplat, sed in damnum vocati post ipsius mortem ex lege, vel consuetudine *Fulgos. consil.* 42. *& Crauet. dicto consil.* 118 *num.* 24. quos sequitur notabilitèr ratiocinando *Peregr. de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 9. *de fil. rebell. num.* 13. *signanter in versic. & in specie, & Georg. dicta allegat* 22. *num.* 10.
15 Quartò præsumitur fraus, si intèr illum qui donauit, & illum qui successisset post ipsius mortem esset aliqualis inimicitia, propter lites Ciuiles, vel propter institutionem alicuius querelæ, vel etiam quia defunctus ille in vita (vt interdum accidit) dixit se nolle quod bona sua perueniant ad consanguineos, hæc enim inimicitia, vel tale odium, facit præsumere donationes fuisse in fraudem factas *Parif. consil.* 14. *num.* 41. *vol.* 1. *Menoch. consil.* 104. *num.* 59. *& Surd. consil.* 382. *num.* 59. *&* 61. *vol.* 1.
16 Quintò præsumitur fraus si fieret distractio bono-

bonorum antiquorum sub nomine venditio-
nis, & sic tituli onerosi, cum in veritate esset
mera donatio, atque oullum penitus recepis-
set pretium, idque actum fuisset vt cautius
fraus procederet, vt est de mête *Naucler. loco
cit. in versic. Item dicitur in fraudem, quando
vendidit bona: & confitetur prætium recepisse, &
non apparet de numeratione, & Rot. decis. 1. sub*
17 *num. 3 & 4. tit. de donat. in nouis.* Idemque
affirmarē si quis rem multo maioris valoris
pro paruo vendidisset pretio, quia ob illam
pretij modicitatem præsumitur fraus *l. per di-
uersas C. mandat.* ideo reuocatur distractio tā-
quam fraudulentèr facta vsque ad quātitatem
receptam *Bar. optimè in l. post contractum 15.
sub num. 17. in versic. hoc est verum ff. de donat.
Alex. dicto consil. 55 num 2. vol. 1. & Napod. lo-*
18 *co cit. num. 17.* & teneo (nec inmeritò) quod
isto casu potest agnatus vel cognatus in cu-
ius fraudem facta est distractio, restituto pre-
tio emptori rem antiquam reuocare, ac re-
emere proptèr fraudē venditoris, *vt inf. n. 27.*
19 Sextò præsumitur fraus, si constitutus quis
in graui infirmitate, donaret, & alienaret bo-
na illa, tangeotia post ipsius mortem coosan-
guineis, ex his quæ notant *DD.* per illum *tex.
in l. filiæ 60. ff. solut. matr. Naucler.* in pūcto *loco
cit.* vbi poolt hæc formalia verba. *Dicitur etiā
fieri in fraudem quando moriens donaret, vel
venderet in infirmitate constitutus.* Hæc *Nau-*
20 *cler.* Et hùc pertinet quod dicitur de grauato
restituere, si sine liberis decesserit, nam si
is constitutus io mortis articulo, religionem
ingrediatur, ibique solemnitèr profiteatur, ta-
men hoc casu, monasterium (quod alioquin
succèderet loco filij) nō excludit substitutum,
quia lex præsumit professionem illam fuisse
in fraudem emissam *Bald. in cap. in præsentia,*
quem sequitur ibidem *Felin. sub num. 34. in
versic. & per istud, & Dec. num. 56. de probat.
Specul. in tit. de Stat. Monac. circa finem An-
car. in cap. sicut nobis de regul. Ruin. consil. 111.
num. 8. vol. 1.* qui ad hoc allegat *tex. in cap. 2.
de renunciat. & Peregr. de fid. commiss. artic.
28. in fine num. 94.*
21 Alias præsumptiones, & coniecturas frau-
dis congerit *Napod. loco cit. in dicta Consue-
tud. & si testator in verbo disponere,* vbi etiam
notabilitèr dicit sub *num. 13. in versic. quan-
doque alienatur in fraudem* quod illæ dona-
tiones fraudulentæ reuocaotur, & sunt nullæ
in totum, sequitur *Camill. Saler. ad eandem
Consuetud. in apostilla, incipit, Aduerte quia fol.*
173. idem sentit *Io: Angel. Pisanell. ad Consue-
tud. si quis vel si quà, in apostilla quæ incipit. Et*
22 *multò magis fol. 123. Franch. dicta decis. 435.
num. 45.* Et licèt *Stephan. Gaet. in dicta Con-
suetud. & si testator in apostilla incipit, in tex.*
ibi in fine, & *Vrsill. ad Afflict. decis. 107. num. 3.*
dicaot oppositum, nimirum reuocari dona-
tiones, & distractiones prædictas in fraudem
factas tantùm quo ad medietatem debitam
vigore *Consuetud.* eorum tamen opinio nè dū
est contra communem, verum maximum
23 quoque continet errorem; quandoquidem si
affirmamus illas donationes esse in fraudem
Consuetud. & sic legis, cogimur etiam affirma-
re reuocari in totum *l. libertus 16. ff. de iur. pa-*
24 *tron.* Nisi essemus in Ecclesia, vel pia causa,
cuius fauore equa est opinio illa, non reuo-
cari in totum, sed tantùm prò medietate, vt
sentit *Gaet.* cuius & *Vrsill.* opinio in hoc ca-
25 su rectè saluari potest, Præsupposito tamen,
fraudem etiam in donationibus factis Eccle-
siæ, vel piæ causæ considerari, coniecturis con-
currentibus, ex his quæ tradit *Corne. consil.
140. num. 11. vol. 2. Gaet. loco cit.* quamuis re-
perirentur donationes factæ pro anima, vel
simplicitèr Ecclesiæ cui pijssimum est donare,
siquidem & si iusta sit donatio ex parte reci-
pientis quia est locus pius, tamen non est iu-
sta ex parte dantis, in quo lex proptèr ingen-
tem donationem præsumit fraudē, quia iusta
causa tunc excludit præsumptionem fraudis
quando non concurrit præiudicium terrij
Angel. in l. nuper C. de natural. liber. & Ruin.
26 *dicto consil. 111. num. 9.* nec est nonum apud
DD. nostrarum *Consuetudinum* interpetres,
quod illa prohibitio disponendi in vltima
voluntate de medietate bonorum antiquorū
comprehendat etiam Ecclesiam, vt eidem il-
la medietas agnatis debita non possit relin-
qui, & relicta auocetur, nè Ecclesia sit cau-
sa fraudis, vt patet ex his quæ tradit *Napod in
Consuetud. si moriatur, in glos. moriatur num.
11. tit. de success. ab intest.* melius *Scip. Buccin.
in dicta Consuetud & si testator, in apostilla* quæ
incipit, *circa hanc consuetudinem, sub lit. B. ver-
sic. & quid si testator fol. mihi 174. Anton. de
Alex. ad Consuetud. si aliquis moriens in prima
apostil.* incipit, *circa istam* Consuetudinem, *lit.
B fol. mihi 161. Afflict. decis. 310. & Pres. de
Franch. decis. 411. num. 4.* vbi sic refert pluries
per eum decisum vti commissarius delegatus
quam plurium locorum piorum.
27 Et noto demum, quod etiam si reperirentur
alienata omnia bona antiqua, vel quælibet il-
lorum pars, remota etiam fraude, posset is qui
successisset vigore *Consuetud.* prædictæ, soluto
pretio exbursando, si fuissent venditionis titu-
lo alienata, vel soluta æstimatione, si fuissent
per donationem in alium translata, bona illa
rehemere, ac ad se auocare per ius retractus,
ex his quæ tradit *Masuer. in sua prax. tit. de
retract. cap. 1.* inspecta in hoc ratione *Consue-
tud.* ne bona exeant de familia vnde egressa
sunt, sed vt in ea conseruentur; ex qua vide-
tur militare eadem ratio iuris retractus,
quod conceditur agnatis pro reuocando feu-
do in alium distracto per agnatum feudata-
rium, ex *cap. 1. §. Titius filios, tit. si de feud. de-
funct. milit. contr. fuer.* & in his terminis est in-
telligenda *decis. Regen. Sanfelic.* 101. in durio-
ribus terminis emanata, qui signantèr *num.* 2.
re-

refert verba *Masuer. loco cit.* dicentis in proprio ferè casu, *ille tamen admittitur ad habendum retractum, qui in re vendita debebat succedere abintestato, vt si res peruenerit ad venditorem ex latere paterno, admittitur proximior ex illo latere, & idem de latere materno in bonis maternis, illa tamen affectione, quontã fuit Maiorum suorum.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Assensus super alienatione, vel obligatione feudi non potest impetrari post alienantis, vel obligantis mortem, siue nouo eius hæredis consensu n.1. & de ratione, n.4.

Assensus Apostolicus an possit impetrari supèr alienatione bonorum Ecclesiæ, post Prælati alienantis mortem, affirmatiuè num.2. & de ratione num.3.

Assensus post acquirentis obitum, an valeat impetrari, n.5.

Hæres alienantis, vel obligantis feudum, cogi potest ad præstandum suum nouum consensum, ad effectum, vt super contractu illo impetrari possit ab acquirente Regius assensus, & referuntur decis. S.C. n.6.

Assensus post obligantis, vel alienantis feudum obitum, fauore dotis impetrari potest, n.7. Sed contrarium n.8. Author tenet primam sententiam, eamq; defendit ab impugnationibus Ann. & Regent. de Ponte n.9.

Assensus super feudi alienatione, vel hypotheca, an impetrari possit post decoctionem alienantis, vel obligantis, n. 10.

Decoctio æquiparatur morti, & quomodo intelligatur, num.11.

Mors ciuilis, & naturalis, in quo casu æquiparantur, n.12.

Decoctio in casu de quo hic agitur operatur diuersum, imò contrarium effectum, ac mors naturalis, n.13.

Assensus super obligatione, vel alienatione feudi, quod non possit impetrari mutato rerum statu, quomodo sit intelligendum, num.14.



AD CAPVT XXV.

Additio



PECTABILIS *Dominus meus* in præsenti, solita elegenti methodo, Primò ponit regulam, Secũdò proponit Casum.
1 Rgula est, quod post feudatarij feudum alienantis, vel obligantis obitum, assensus ab emptore impetrari non possie, absq; nouo hæredis consensu, ac ratificatione, addo *Frecc. de subfeud lib. 2. quæst. 30. nu. 9. & 14. fol.* 159. *Afflict. decis. 286 num 3 Grammat decis.* 103, *num. 120. Camill. de Medic cons. 104. num.* 19, latè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. Contr. iur lib. 1, contr. 1. num.* 86. cum multis sequentibus, latius *Dom Consiliar. Paul. Staib. Resolut forens. lib. 1 Resolut. 1. n. 9 cum seqq. & n. 41. vsq; ad 44. & Resolut. 2. nu. 29. & Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4 glos. 13 num. 25. part. 1. fol.*
2 319. vbi dubitat præcipuè de simili articulo, an scilicèt post Prælati alienantis mortẽ, possit Apostolica confirmatio, vel assensus ab emptore bonorum Ecclesiæ impetrari, sine moderni successoris Prælati consensu, & post quam multos similes casus hinc indè reportauerit pro dubij decisione, resoluit tandem prò parte affirmatiua, vt nimirùm non sit necessarius consensus noui Prælati, vt is firmat *à n 23. vsq; ad 32.* & ex authoritate *Dom. de Franch. decis. 163. n. 13 & 14.* assignat rationẽ disparitatis, intèr hanc opinionem, & regulã
3 quam in principio firmauimus, quia nempè quando Prælatus alienat, actum illum facit nomine Ecclesiæ, quæ numquam moritur, & sic non est in consideratione mors Prælati; & etiam, quia quando Pontifex assentitur, sempèr, & de consuetudine dicit in assensu, *si in euidentem vtilitatem, &c.* ob quod nẽ contractus, qui in vtilitatẽ Ecclesiæ redundat, clauditur, & est in suspenso, potest meritò quandocumque super eo interponi assensus;
4 At quando per feudatarium alienatur, vel hypothecatur feudum, si decedat priùs quam assensus supèr contractu illo interponatur, quia per mortem suam illicò illorum feudalium dominium transiuit in hæredem, seù successorem suum, fit per consequens, vt non possit in eius præiudicium assensus impetrari, & impartiri, vt ponderat *Fontanell. ibidẽ, num. 32.* quia videtur confirmari actus eo tẽpore, quo res est aliena; Scilicèt hæredis, & ideo sine eius consensu confirmatio illa concedi non potest, vt benè considerat nouissimè *Dom. Marot. discept forens. cap. 33. n. 30.*
5 Verum notandum est. Primò, quod licèt

post

post obligantis, vel alienantis mortem assensus imperrari non possit, non lic tamen in casu contrario, post scilicèt acquirentis obitum, quia tunc validè impetratur assensus, *Marot. d.cap.33.num.* 29. vbi propè innumeros concerit; hoc tamen ita intelligendo, vt possit hęres acquirentis validè assensum obtinere, absq. alia venditoris requisitione; non autem venditor; ei enim prohibitum est emptoris hęrede irrequisito, assensum super feudi emptione à defuncto facta impetrare, vt per *Spectab. Dom. meum in obseruat. ad Reg. Renert decis.368.num.2.*

6 Nota secundò, id quod tradit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.6. de assens. Reg super dot. §. 1. n.22.* dicens, quod obligantis, vel alienantis hæres (qui est omninò requirendus pro nouo cōsēsu ad finē vt valeat impetrari assensus [...]p alienatione, vel obligatione de feudo à [...]to facta) potest ad talem consensum [...]tandum compelli, ac vt defuncti contra[...]um ratificet cogi, & ita refert practicatum; id quod etiam in anno 1660. fuit decisum in causa inter Dom. *Iosephum* Aragona (Illustrisimi D. Camilli dignisimi Acerrensis Episcopi ex fratre nepotem) contrà Marcellum Ioanninum hęredem quond. Didaci Ioānnini S. Bartholomei de Galdo, qui post plura præcepta, quod ratificet, domi facta, per morigeratissimum Dom. Cousiliarium *Paulum* Iannettasium, tandem ipso etiam referente, in Rola Dom. mei Consiliarij Io: Baptistę Iouini S. C. Decani, fuit decreto eiusdem *S.* C. sub die 24. Septembris dicti anni ordinatū, quod cum effectu dictus Marcellus hęres præstet consensum, aut ratificet, alias compellatur etiam per capturam personę, & loco reclamationis fuit confirmatum sub die 30. Octobris eiusdem anni; & seruata forma dictorum decretorum sub die 22. *D*ecembris per aliud decretum eiusdem S.C. fuit cōmissa causa cuidam Prouinciali Fisci Patrono, qui coggat dictum Marcellum ad ratificandū mentionatum contractum respectū feudalū obligatorū, processus est in Banca Litti Act. Mag. Interueniente etiam pro dicto Domino Iosepho V. I. *D.* Martino Rodoerio genitore meo.

7 *T*ertiò alijs omissis noto, quod dotis fauore potest imperrari assensus super feudorum obligatione post obligantis mortem, etiamsi illius hæres absens sit vel discrepet, nouum consensum præstare, vt deducunt ex *tex. in l. si ego Seia, §. si res ff. de iur. dot.* ibi, *si res alieni tradidero, vt nuptijs sequtis dotis efficiantur, & ante nuptias decessero an sequtis nuptijs, dotis esse incipiant? & vereor nè non possint in dominio eius effici, cui datæ sunt: quia post mortem incipiat dominium discedere ab eo, qui dedit: quia pendet donatio in diem nuptiarum: & cum sequitur conditio nuptiarum, iam hæredis dominium est, à quo discedere non posse rerum dominium inuito eo fatendum est. Sed benignius est, fauore dotium necessitatem imponi hæredi consentire ei, quod defunctus fecit, aut si distulerit, vel obsit, etiam nolente, vel absente eo, dominium ad maritum ipso iure transferri, nè mulier indotata maneat*, & ita in terminis tenet *Afflict. dec. 118.* qui sic refert decisum, *Paris. de reintegrat. feudor. cap. incipit, ea consensus Regis fol.146. à terg. col. 1. Morin. Frecc. de subfeud. lib.2. fol.111. à tergo num. 22. & 23.* vbi paritèr ita refert decisum *Reg. Lanar. consil 18. num. 11. Dom Consiliar. Mercian. consil. 36. nu. 6. vol. 2. Reg. Tapp. decis. 6. num. 39. Georg. alleg. 45. num. 28. & Ricci in collect. decis. tom. 9. collect. 4054. versic. limita quarto.*

8 Et quamuis non desint, qui contrà receptissimam hanc sententiam scripserint, & sanè maximæ authoritatis *DD.* contrarium acriter sentientes, nempè *Ann. allegat. 66.* qui *num. 6.* fatetur *tex. in dicta l. si ego.* non esse adaptabilem ad casum nostrum, quia intel. igitur quando contrahitur super re alienari non prohibita, secus autem de feudis. quæ per tot iura, sunt inalienabilia sine assensu; prout etiā larga manu defendit *Reg. de Ponte dicto tract. de potest. Proreg. tit. 6. §. 1. num. 8. & seq.* dicens opinionem prædictam fauentem doti, ei sem-

9 per erroneam visam fuisse; Ego tamen, tantòrum virorum pace, non recedendo à priori sententia fateor nullatenus recipi posse prędictam interpetrationem ad *tex. in d. l. si ego;* Patet, quia licèt non sit negandum *tex.* illum nō loqui de feudalibus bonis, hoc tamē ex eo prouenit, quia feuda non sunt à ciuilibus legibus cognita; alioquin si cognita fuissent, de eis quoque I.C. loqutus esset; quæ interpetratio ex eo elijcitur, quia in *tex.* solita illa benigna ratio affertur. *Nè mulier indotata maneat*, vt ibi, quæ ratio generalis est, & propterea generalitèr ad omne bonorum genus extendenda est illius *tex.* dispositio, quæ in his terminis sempèr adducta fuit tanquam decidens, à tempore *Afflict. Parid. Frecc.* & aliorum antiquorum *DD.* vsque ad præsens; Imo *Franch* (cuius ille mos est, vt omnia in lucernis scuerinetur) ita quoque ad fauorem mulierū refert decisum, *in decis.* 86. quare non video quo pacto recedi possit ab hac sententia, sic vsu frequenti recepta.

10 Deuenio tandem ad casum, qui talis est; An quemadmodum post obligantis, vel alienantis obitum, assensus super feudi alienatione, vel hypotheca concedi non potest absque nouo hæredis consensu, vt suprà firmauimus; *n. 1.* ita etiā post ipsius alienantis decoctionē Concluditur negatinè; addo *Ricci* qui sic tenet ex *Afflict. & Ann. in collect. decis. lib. 9. collect. 4054. in versic. limita tertiò,* qui dicit benè posse in casu prædicto, decoctione scilicèt alienantis, vel obligantis non obstante, impetrari assensum, latè etiam cit. *Dom. Marot. cōtr. forens. cap. 34. num. 11. & 12.* & hoc idem repetit

petit *Spect. Dom. meus cap. 33. vol. 2.*
11 Ratio est, quia licèt decoctio equipateretur
morti *Can. placuit 16. qu. 1. in princ. cap. si E-
pis. de suppl. neglig. Prelat. in 6. & Rot. dec. 14.
sub n. 1. versic. nam mors tit. vt lit. pendent. in*
12 *donis* hoc tamen intelligitur ciuilitèr, & per
consequens non officit; quia in tantú mors ci-
uilis, & naturalis equiparantur, in quantum
ex vtraque idem resultat effectus, & non aliį
cèt, vt dicit *Alex. consil. 139. viso themate nu.
8. vol. 2. DD. in l. Deo nobis C. de Episc. & Cle-
ric. Roland. à Vall. consil. 97. num. 39. lib. 2. Et
Fusar. de fideicommiss. substit. quest. 430 num. 14.*
Vel in quãtum militat eadem ratio, *Soccin. Iu-
nior. in l. gallus §. quid si tantum, num. 16. ff. de
liber. & posth. Menoch. consil. 388. num. 23. &
Fusar. vbi supra num. 18.*
13 In casu autem nostro perperam dicitur eũ-
dem resultare effectum ex decoctione, & ex
morte naturali; mors enim natrualis feudi do-
minium illicò in hæredem transfert, ideò-
que nouus eius consensus requiritur; At per
decoctionem feudi dominium quod *est* pe-
nes decoctum, decoctione non obstante, ab
eo non abdicatur, nisi quò vsque vrgentibus
Crediroribus vendatur, vt benè ponderat in
propriis terminis *Dom. Consil. Marcian. consil.*
16 *36. num. 6. vol. 1.* & tunc demum mutato re-
rum statu, non potest assensus impetrari, quan-
do talis est mutatio, per quam inducta sit
dominii translatio in hæredem feudatarij,
per eius naturalem obitum, vt deducitur ex
Sanfelic. decis. 292. num. 7.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

*ASsensus Baronis est necessarius in alienatio-
ne feudi plani, & de tabula, num. 1. Limi-
ta, si ipse sine iusta causa recusaret illum conce-
dere, quia tunc posset impetrari assensus Regius,
num. 8.*


*Subfeudatarij ad qua teneantur Baronibus, subin-
feudantibus, num. 2.*

*Feudum quaternatum secundum quid; quod nam
dicatur num. 3.*

*Assensus Regis, & Baronis requiritur in alienatio-
ne feudi quaternati secundum quid, num. 4. &
num. 6. vbi confutatur doctrina Parid. relata
num. 5.*

*Amplia, vt sit necessarius assensus Baronis, quãuis
esset longè absens, quia deberet expectari, n. 10.*

*Assensus Regis tantum sufficit in alienatione feu-
di quaternati, secundum quid, Primò si Baro
recusaret assentiri sine iusta causa, num. 7. &
Secundò, si Rex ex certa scientia vellet pro
Barone etiam assentiri, eiusque assensum sup-
plere, num. 9. & in his casibus saluatùr doctri-
na Parid.*



AD CAPVT XXVI.

Additio.



DVPLEX est in hoc
Cap. considerandum
feudorum genus; illud nempè
quod planum, &
de tabula vocat[illegible]
& illud, quod [illegible]
terna [illegible]
quid, no[illegible]
net.

1 Quod attinet ad feuda plena, & de tabu-
la, que primariò sub Barone tenentur, dici-
mus in illorum distractione, vel obligatione
Baronis assensum esse necessarium, *Paris. de
reintegr. feud. cap. 4. Incipit, Veniamus igitur, n.
11. fol. 2 àterg. in 2. col.* & alios allegat *Camill.
Borrell. de Magistr. edict. lib. 4. cap. 2. num. 5. &
6.* & hoc in recognitionem directi, ac supe-
2 rioris dominii residentis in Barone, pro quo
subfeudatarij tenentur prestare ei seruitium,
siuè adoha, nec nõ eidem contribuere in do-
natiuis faciendis Regi, & sic tenentur ad sub-
uentionem, Item Iurare fidelitatem, cum licen-
tia tamen Regis; Et tandem tenentur assiste-
re cum illo, quando alibi vadit pro seruitio
Regis, cum alijs latissimè cumulatis per *Spe-
ctab. Dom. Reg. Carye. Galeot. Contr. iur. lib. 2.
cap. 18. per totum, signantèr, num. 1. 4. 5. 9. 18.
29. & 30.*
3 Feudum autem quaternatum secundum
quid, est illud quod recognoscitur principa-
litèr à Rege, & est descriptum in quinternio-
nibus *Regię* Camarę, tamen est situm in ter-
4 ritorio Baronis subinfeudantis, ac proinde
cum talia feuda duos dicantur recognoscere
superiores Dominos, Regem nempè infeu-
dantem, & Baronem infeudatum subinfeu-
dantem; asserendum est vtriusque assensum
esse necessarium in illius distractione, *Iacob.
de Ardiz. in summ. feud. cap. 103.* incipiente
Sed numquid sufficit, post *Andre. in l. Imperia-
lem, num 9.* & ibi *addit. in verbo, vtriusque &
Camerar. fol. 72. lit. I. versic. feuda quaternata
secundum quid, de prohib. feud. alienat. per Fe-
deric. & Afflict. decis. 243. num. 1. in fine, &
Frecc. de subfeud. lib. 2. quest. 4. num. 8. & 9.
fol. 129.*
5 Et quamuis *Paris. de reintegr. feud. cap.* In-
cipiente, *Pone quod sunt duo num 6. fol. 58.*
teneat sufficere in alienatione feudi quater-
na-

nati secundum quid assensum superioris Domini tantùm, & sic Regis, prout etiam affirmat *Borrell. d. tract. de Magistr. edict. lib. 4.*
6 *cap. 2. à num. 6. vsq; ad* 10. tamen supposito, quod Baro habeat ius in illo feudo, quatenus est sub eius dominio, & subinfeudatum ab ipso, dicendum est omninò *Parid.* non benè dixisse, vt latissiè defendit nouissimè *D. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. cap. 27. per totum*, dicens hanc esse magis communem sententiam, quia equale est interesse, Regis nempè, & Baronis, cuius assensus si non esset necessarius introduceretur de facili malus sub feudatarius in suo feudo; Itamq; opinionem prosequitur etiam *Ann. in Repet. Const. Diu. Memor. à nu.* 200. qui demum interpetrando *Parid.* sententiam, dicit, sufficere assensum Re-
7 gis, & sic Domini Superioris, spreto illo Baronis, si ipse inrationabiliter, ac sine iusta causa recusaret assensum suum concedere in illius
8 feudi distractione; & subdit in *vers. sed ego dico*, quod isto eodem casu, quo nollet Baro assentiri, posset Rex supplere pro assensum suum, etiam si ageretur de distrahendo feudo plano, & de tabula, propter illam inrationabilem Baronis renitentiam.

9 Itemq; *Frecc.* loco *cit. nu.* 8. interpretando etiam illam *Parid.* doctrinam, dicit, *Nisi ex certa scientia Rex pro vtroq; assentiret*; quasi dixisset, quod quando notum est Regi feudum alienandum esse quaternatum secundū quid (quo casu diximus in illius alienatione esse necessarium assensum vtriusq; tam scilicet Regis, quam Baronis) & ipse informatus, ex certa scientia pro vtroque assentitur, tanquam Superioris Domini consensus, facit vt alius inferioris non sit necessarius, quia feuda omnia, eum tamquam causam primam, & immediatam recognoscunt.

10 Praeterea, & demum noto, quod quando Rex non supplet assensum Baronis ex certa scientia in casibus mox consideratis, eo casu semper est necessarius inferioris etiam consensus (vt diximus) quamuis esset absens, quia expectari deberet, adeo quod non sufficeret solus assensus Regis, *Andre.* qui latè examinat hanc quaestionem, *in dicta l. Imperialem, num.* 10. *versic. dicitur in summa, & Camer. ibidem lit. B. versic. Capio Isern.* vbi dicit hoc esse verum etiam si magna esset absentia, *fol.* 74. & de ratione penès eos.

Io: Leonardus Rodoerius



SUMMARIUM

Solemnitates extrinsecae per lapsum 30. *annorum, cum possessione, praesumuntur, num.* 1.
Limita si constaret euidentèr non interuenisse, quia illa regula intelligitur in dubio, n. 8.
Alienatio bonorum Ecclesiae post 30. *annos, praesumitur solemnitèr celebrata, n.* 2.
Assensus Apostolicus super alienatione bonorum Ecclesiae, praesumitur post 30. *annos, num.* 3.
Amplia tribus modis, num. 4. 5. *&* 6. *Sed limita, num.* 7.
Praesumptio in claris non habet locum, nu. 9.
Assensus Regis super feudi alienatione, an praesumatur per 30. *annos affirmatiuè ex Parid. num.* 10. *Sed contrarium est verius num.* 11. *&* 16. *& de ratione, num.* 12. *&* 14.
Assensus praesumptus in Regno, nihil operatur, num. 13.
Assensus Baronis super alienatione feudi plani, praesumitur per 30 *annos, nu.* 15.
Assensus Baronis probatur testibus, non autem assensus Regis, qui debet probari per scripturā, num 17.




AD CAPUT XXVII.

Additio.



1 EX diuturnitate; & lapsu 30. annorū, solēnitates extrinsecas ad validitatē actus requisitas, interuenisse praesumitur, cōcurrentibus tamen possessione eius ad cuius fauorem vrget praesumptio; & patientia alterius contrahentis, vt deducitur, *ex tex. in cap. peruenit*, & ibi scribentes omes, *tit. de empt. & vendit. Felin. in cap. sicut n.* 31. *de re iudic.* idem *in cap. Albericus, in fine, de testib.* DD. *in l. sciendum, ff de verbor. obligat.* vbi notabilitèr *Alex. num.* 19. *& Curt. iun. num.* 12. & *in cap. id nouitèr, de his, quae fiunt à Praelat. sin. consens. cap. Imol.* post *glos. in d. cap. peruenit, cit. Alex. consil.* 1. *Christi nomine inuocato, num.* 20. *& cons.* 12. *Viso processu, col* 3. *versic. quia Respondeo, & consil.* 17. *Viso instrumento, num.* 8. *vol.* 4. *Paul de Castr. cons* 292. *vol.* 1. *Dec. consil.* 36. *num.* 7 *vol.* 1. *& consil.* 442. *versic. Tertiò illa praesumptio, vol.* 2. *Soccin. iun. cons.* 56 *num.* 22 *vol.* 1. *Balb. de praescript. quaest.* 10. *part.* 3. *in* 2. *limit. Gozad. consil.* 73. *Curt. sen. consil.* 76. *Corne. consil.* 181. *n.* 21. *vol.*

Priuilegium concessum viro, dicitur concessum eius vxori quoque, nu. 15.
Spuria mulier, nubendo legitimo, fit legitima, & habilis ad succedendum, nu. 16.
Mulier ignobilis, nubendo viro nobili efficitur nobilis, nu. 17. Amplia, vt retineat nobilitatem, etiam viro mortuo, nu. 18.
Mulier vidua retinet omnia priuilegia sui defuncti viri, nu. 13.
Mulier ad finem gaudendi priuilegiis viri, non est opus quod sit in eius domum traducta, quia sufficit, quod sit parata ad accessum, nu. 21.



AD CAPVT XXII.

Additio.

1 DE pluribus potest in hoc cap. notabiliter hæsitari in materia *Prag.* huius Regni 16. *de feud.* Et quidem primò, an quemadmodú ex dispositione illius prohibitum est Excellētissimis Regni Proregibus assensum concedere super alienationibus feudorú, quæ exteri in hoc Regno possident, hæc eadem prohibitio locum obtineat in compromissis ab eisdem exteris faciendis, de rebus feudalibus?

2 Dubitandi ratio pro parte affirmatiua est quia videmus quod cit. *pragm.* Sanctio, licet loquatur de alienatione, haber tamen locú etiam in hypothecis contrahendis super feudis, quæ exteri in hoc Regno possident, ex dispositione, *l. fin. C. de rebus alien. non alien.* & sic extenditur ad casum hypothecæ, longè minorē alienatione, vt in puncto docet *Reg. Rouit. ibi in fin.* inquiens, de hoc adesse particulares literas Catholicæ Maiestatis, expeditas die 24. Iunij 1633. Ergò non est inconueniens, vt extendatur etiam ad compromissa.

3 Sed ipse hac dubitandi ratione nō obstante teneo contrarium, quinimò vanam esse quæstionem, licèt à doctissimo quodam viro excitatam; ideò enim in præcedēti casu, prohibitum est Excellētissimis Proregibus assentiri super hypothecis contrahendis ab exteris super eorum feudis in hoc Regno existentibus, non minùs ac est illis prohibitum super alienationibus, vigore *cit. Reg. Pragm.* quia vt rumq; tam scilicet alienare, quam hypothecare feudum sine Domini assensu denegatur, per *tex. in l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.* At compromittere super re feudali, nullo iure prohibitum reperitur sine assensu, quem tantú super laudo requiri ex dispositione iuris Regni, & alijs firmissimis rationibus demonstrabimus latissimè infrà *cap. 67. à nu. 10. vsque ad fin* iuxtà opinionem *Spect. Dom. mei* ibi, aliorúq; grauissimorum authorum, quos eo in loco cumulabimus, reiecta contraria sententia, vti longè æquiuoca, ac rationibus destituta; Igitur vel liberè poterunt exteri super eorum feudis in hoc Regno existentibus compromittere, reseruato dumtaxat Regis nostri Potētissimi assensu super laudo indè sequendo, vel si fortè vellent ad maiorem, & exuberantem cautelam cum assensu compromittere, poterit Prorex illum liberè impartiri (dummodò tamen laudo sequuto alter interponatur super eo Regis assensus) quasi isto

4 casu cesset intentio *pragm.* quæ ideò impotentes Proreges declarauit in huiusmodi assensibus concedendis, vt immediatè certioretur Rex. cum exteri, alias ratione feudorum ei subiecti, illa tractant alienare, vel hypothecare, cumq; horum ne vtru ex simplici compromisso sequatur, non est cur minimè concludamus, eius dispositionem locū sibi isto casu non vendicare.

5 Secundò dubitari solet, an *d. Prag.* habeat locum in cessione iurium, quæ exteri habent super feudis in hoc Regno existentibus. Fuit decisum negatiuè, facta relatione per Reg. Cam. in Collaterali Consilio, vt refert *Ricc. in collect. dec. par. 5. collect. 2052.* illiusq; generalis decreti verba pet extēsum refert *Rouit. loc. cit. nu. 4.* & sic in similibus iurium cessionibus potest D. Prorex concedere assensum, quia *d. Pragm.* loquitur de alienatione faciēda de feudo verè, & propriè, non autem de iuribus in feudo radicatis, pro quibus nec seruitium, nec adhoc præstatur.

6 Tertiò cæteris omissis quæri solet, an mulieres exteræ possidētes feuda in hoc Regno, nuptæ tamen Ciuibus Neapolitanis, comprehendantur in dispositione *d. Pragm.* ità quod cum optant ad suorum feudorú alienationē deuenire, recurrere habeant ad Regem pro assensu, an autem sufficiat ille Proregis? Dubium hoc resoluit *Spectabilis Dom. meus* pro parte negatiua, & sic ad fauorem mulierum

7 exterarum ciuibus nuptarum; addo *Thesaur. decis. 123.* & propriè *nu. 9. & 13.* vbi dicit, quod extera nupta Ciui, nō comprehenditur appellatione, & nomine forensium, eumq; sequitur *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. contron. 13. nu. 31.* & per totam; Vndè vi-

8 demus, quod mulier forensis, quæ cum Ciue matrimonium contraxit, pro bonis quæ in hoc Regno possidet, ne dum dotalibus, verū etiam extradotalibus, est immunis, & exempta ab omnibus illis oneribus, à quibus omnes CiuesNeapolitani exemptionem habent, vt bis decisum tefert *Thor. in compen. decis. tom. 3. part. 2. in verb. Mulier nupta, fol. 126. col. 1.* vbi refert alia exempla in hac materia,

9 Circà quam confert pariter id quod tradit notabiliter *Menoch. conf 667.* dicens, mulierem exteram nuptam Ciui, non comprehen

di sub statuto, prohibēre exteris acquisitionē
stabilium in Ciuitate, ita quod poteli succe-
dere, & illa quouis alio titulo acquicere; am-
plians hoc, vt etiam viro mortuo possit illa
retinere, quamuis deindè iterum nubat exte-
ro, ad quod legendi sunt etiam *Corne. consil.*
111. num. 4. vol. 3. Socin. Sen. consil. 83. vol. 3.
& Plot. inter consil. Crim. diuers. consil. 108.
num. 116. vol. 1. & nouissimè *Nouar. de elect.*
& variat for. par. 1. quæst. 63. num. 8. & 78.
10 vbi asseueranter affirmat, quod mulier fo-
rensis, habens virum Neapolitanum, potitur
omnibus priuilegijs Neapolitanorum, & liga,
11 tur etiam *Consuetudinibus* huius Ciuitatis,
non minùs ac cæteræ mulieres in ea natæ, vt
per *Spect. Dom. meum cap. 56. num. 13. lib. 2.*
12 Nec non declinat forum, sicut Neapolitani
Ciues, ità quod dicatur de ea, quod trahit, &
non trahitur, vt passim admittunt *DD.* mox
allegati, & probatur ex *tex. in l. eos, & ibi glos.*
in princ. C. de fabricens. lib. 10. & ex l. mulieres
C. de dignit. lib. 12. ibi, *& forum ex eorum per-*
13 *sona mutamus*, quia statutum loquens de
Ciuibus, non excludit exteram nuptam
Ciui, *Cald. consil. 139. lib. 5. Fulgos. consil.*
92. Surd. dicta decis. 330. num. 14. & 17. &
Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 623. num.
3. versic. & comprehendatur.
14 Prædictorum potissima ratio est, quia
propter matrimonium mulier assumit do-
micilium viri, fit Ciuis loci illius, & transfer-
tur eius origo, in originem viri cum quo fit
vnicum misticum corpus *l. quoties C. de priui-*
leg. Scholar. lib. 12. dicta l. mulieres C. de dignit.
eod. lib. glos. in l. cum quadam puella 19. versic.
Peruenerat ff. de Iurisdict. omn. Iudic. prose-
quitur latè *Bar in l. placet, la grande, num. 39.*
C. de Sacrosanct. Eccles. facit tex. in l quicumque
& ibi idē *Bar. C. de re mil. lib. 12. latiùs Tira-*
quell. ad leg. Connub. leg. 1 glos. 1. par. 1. num.
28. vsque ad 34. post Bald. dicto consil. 139 quē
sequitur *Gratian. discept. forens tom. 4. cap. 623.*
num. 11. & 12.
15 Et est talis hæc transfusio mulieris in per-
sonam viri, quod si ipso viro concederetur
aliquod priuilegium, quamuis de vxore in
eo verbum nullum factum esset, nihilominus
ei paritèr concessum diceretur, perindè si di-
ctum esset, *tibi, & vxori tuæ, Bald. consil. 413.*
num. 5. vol. 5. & Ferret. consil. 167.
16 Imo etiam consequitur deletionem natu-
ralis defectus, nam vt dicit *Hippol. de Marsil.*
singul. 501. si mulier spuria, nubit viro legiti-
timo, efficitur etiam legitima, & capax qua-
rumuis successionum, idem tenet *Arnou. Soli-*
loq. 25. & mirabile hoc appellat *Paschal. de*
patr. potest. lib. 2. cap. 1. num. 51. Nec non si sit
17 ignobilis, & plebeia, nubendo viro nobili,
ac Illustri, efficitur paritèr nobilis, & deletur
defectus ignobilitatis, de qua re latè *Fon-*
tanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3.
18 *n. 14. cum seq. fol. 585.* hoc amplians, vt etiam
viro defuncto eandem nobilitatem retineat,
quia in viduitate manens, videtur matrimo-
nium continuare, & adhuc durare, id quod
probat etiam *Io: Bapt. Ciarlin. contr. iur. lib. 2.*
cap. 119. num. 32. ad quod est *tex. in l. filij, § vi-*
dua ff ad manicip. legendique pro adducta ra-
tione, *Gabed. decis. 98. Milanes. decis. 10. num.*
6. & alij relati à *Ciriac. contr. 273. num. 40. &*
41. & Nouar. dicto tract. de elect. & variat.
for. quæst. 3. num 18. fol. 199.
19 Sicut etiam dicimus, vt soluto matrimo-
nio, retineat mulier vidua, priuilegia, & exē-
ptiones, quibus ex persona defuncti viri, cum
in matrimonio esset, potiebatur, *d. l. filij, & d.*
l. quoties C. de priuileg. Scholar. lib. 12. latè
20 *Guid pap. decis. 349.* Et in terminis nostris,
dicit *Spectabilis Dom. meus infrà cap. 250. num.*
4 vol. 2. quod mulier extera, Neapolitano
Ciui nupta, etiam soluto matrimonio, in
viduitate tamen permanendo, non compre-
henditur sub statutis loquentibus de forensi-
bus ad finem obtinendi immunitates, &
alia.
21 Et tandem pro complemento noto, quod
ad effectum vt mulier fruatur priuilegijs sta-
tutorum, sub quibus vir eius comprehendi-
tur, tamquam Ciuis loci statuentium, non est
opus quod sit ad domum viri traducta, cum
sufficiat quod marito volente sit parata ad
accessū, vt per *Carol. Ruin.* qui ponderat illam
eundi potentiam, *consil. 58. num. 4. vol. 3. &*
Passer. consil. 163. num. 13.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

REfutatio feudi in proximè, & immediatè successurum facta, valet sine assensu, *n. 1.*

Refutatio non comprehenditur sub prohibita feudorum alienatione, & assistit pro ea assensus legis, num. 2.

Refutationes appellantur anticipatæ successiones, num. 3.

Refutationes per omnia regulantur, cum successionibus post mortem, num. 4.

Refutatarius an habeatur pro hærede refutantis, ita quod teneatur ad omnia, ad quæ cæteri hæredes teneatur, num. 5. & 7.

Refutatarius soluere tenetur releuium Regiæ Curiæ, num. 6.

Releuium soluitur à succedente hærede tantum, num. 8.

Refutatio debet registrari intrà quindecim dies, in quinternionibus Reg. Cam. num. 9.

Limitatur si super refutatione esset impetratus assensus, num. 10.

AD CAPVT XXIII.

Additio.

1 
HABETVR signatèr in præsenti Cap. cóclusio illa, quod feudi refutatio, in proximè, & immediatè succesflurum facta, valida est sine assensu, addo *Afflict. in const. Constitutionem Diuæ Memoriæ, num. 17. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. §. Vigesimoquinto, fol. 268. Paris de reintegrat. feud. cap. Incipit Pater habens, nu. 11 fol. 59. & Camill. de Medic. consil. 104. sub*
2 *num. 20.* quia talis refutatio non comprehenditur sub prohibita alienatione feudorum; ac propterea non est necessarius in ea assensus hominis cum assistat assensus iuris, permittentis tales feudorum transfusiones in immediatos successores, vt latè idem *cit. Paris. d. tract. cap. Incipit, habens feudum per totum*, & præcipuè *nu. 5 fol. 141. à terg.* & latiùs *Herman. Vulte. de feud. lib. 1. cap. 10. tit. de tur. & vsu feud. num. 87.*
3 Præterea huiusmodi refutationes, anticipatæ successiones vocantur, quia feudatarius restringendo iura sua, tollit se de medio, & præmaturè consignat feudi successionē, successori, *Andre. in d. Const. Diuæ Memoriæ, Reg. de Pont. de potest. Proreg tit. 8. de refut. feud. §. 4. num. 4. & in lectio feudal. lect. 18. num 25. & 23. cit. Camill. de Medic. consil. 49. sub num. 6. verfic. quasi, Reg. Ronit. consil. 41. num. 14. vol.*
4 *1*, qui subdit ibidem *num. 15.* quod tales refutationes, regulantur per omnia, eosdemq; operantur effectus, ac ipsa successio post mortem ex *Aret. consil. 2. col. 1. & cons. 17. col. 2. Ann. in repet. cap. 1. n. 224. cum seq. de Vassal. decrepit. ata. & Minad. cons. 10. num. 20.*
5 Ex quo resultant duo singulares effectus; Primus quem ponit *Loffred. cons. 3.* vbi dicit, quod refutatarius, non dato alio vniuersali hærede refutantis, ipse habeatur loco hæredis, quia iure hæreditario capit feudum per præambulam successionem, proindeq; est obnoxius ys omnibus, quibus à iure hæres subycitur, quod etiam post *Cumi. & Milan.* tradit *Ronit. dict. consil. 41. num. 15. vol. 1. & consil 59. num 8 vol. 2.* maximè cum feudum est hereditatium, vt dicit *Consil. Geo g. allegat 20. num. 22.* & conferunt etiam tradita per *Camerarium l. Imperialem lit. O. fol. 19. de prohib. feud. alienat. per Federic.* & per *Afflict. decis. 240 num 11.*
6 Secundus effectus est, quia de talibus refutationibus soluitur Fisco Releuium, nam quāuis illa feudi transfusio fiat per actum inter viuos, sapit tamen naturam, & retinet omnes qualitates vltimæ voluntatis; & ita refert decisum *Andre. cit. d. nu. 224. vsq; a. 226.* & ex
7 hoc confirmatur magis id, quod diximus, re-
8 futatarium esse hærede n refutantis; quia releuij solutio à succedente hærede tantum est facienda. *Andr. in cap. 1. §. sed si plures, nu. 7. in fine, per quos fiat inuest. t.* vbi testatur de cōsuetudine; Sicut pariter *Afflict. in d. Constit. Constitutionem Diuæ Memoriæ nu. 21. Capyc. in l. Imperialem, §. Præterea si quis nu. 23. verf. extrà Andre. de prohib. feud. alien. per Federic. fol. 53. col. 2. Fre c de subfeud. au. borit. 3. n. 43. de Pont. in lect. f udal. 2. nu. 50. & in tract. de potest. Pror. g. d. et 8. de refut. feud. nu. 5. fol. 240. col. 2. Franch. dec f 121. nu. 4. Petr. de Gregor. de concess. feud. num. 5 part. 8. quæst. 16. de sar. relcu. n. 3. & Camill. de Medic. consil. 18. nu. 10. & 11.*
9 Non omittendo tamen, quod ad validitatem refutationis in immediatè successurum factæ, licèt non sit necessarius assensus, requiritur tamen, quod ille intrà quindecim dies registretur, & adnotetur in quinternionibus R. g æ Cameræ, aliàs corrueret, ex dispositione *Reg. pragm. 20. de feud.* quæ in vno
10 tantum casu imitatur, quando pro confirmatione pactorum in refutatione appositorum, vel etiam ad maiorem cautelam esset interpositus Regius assensus, per quem conualidatur refutatio, etiam si non sit registrata intrà dictos quindecim dies, cum sufficiat annotatio assensus in quinternionibus Regiæ Cameræ intra biendium, quia ex eo sufficiēter certioratur Rex de feudatario, *Franch.* qui sic refert decisum, *dec. 663. de Pont. d. tract. tit. 8. à nu. 8. vsq; ad 12. R. g. Ronit. in Prag 20. nu. 1. de feud. Reg. T app. decis S. C. 47.* & ita dicebat doctissimus *Dom. Franciscus Roccus*, meritissimus nunc Consiliarius, pro Ill. Principe Scaleæ in causa intèr ipsum, & Regium Fiscū vertente, tempore quo dictus Regius Dom. Consiliarius Aduocationis muneri in eodem S. C. incumbebat, vt vidi ex vna eius impressa allegatione, quam diligentèr obseruaui.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

AGnatus potest inter viuos omnia bona sua distrahere, nec tenetur reseruare medietatē aliis agnatis, & de ratione, num. 1.

Limitatur ista conclusio, si alienatio fieret in fraudem agnatorum, nu. 2.

Fraus in dubio non præsumitur, num. 3.

Fraus coniecturis probatur, nu. 4.

Agnatus fraudandi animum habere præsumitur, si cum

si cum filios non haberet, vel de fillis esset desperatus, omnia bona sua inter viuos alienauit, n. 5. Item præsumitur idem fraudandi animus, si Agnatus ille post longum coniugij tempus filios non procreauit, maximè si plures habuit vxores, num. 6. Tertiò si donaret omnia sua bona, num. 9. Amplia etiam si donatio non esset de omnibus bonis, quia sufficit, quod sit de maiori, vel pretiosiori illorum parte. n. 10. vel etiam si donarentur omnia bona, licèt per plures minutas donationes, n. 11. Item etiam præsumitur fraus, si donaret aliquam rem, cum reseruatione vsufructus num 14. Item si intèr agnatum alienantem, & eum qui successisset vigore Consuetud. adesset aliqualis inimicitia, num. 15. Item si alienata reperirentur bona sub nomine venditionis, cum esset donatio, num. 16. vel si alienatio facta esset pro paruo pretio. num. 17. Et alijs omissis, si agnatus alienaret bona, cum esset in graui constitutus infirmitate, num. 19.

Agnatus feudatarius, si cum filios non haberet, vel esset de illis desperatus, contraheret super feudo, vel illud Domino repudiaret, dicitur fecisse in fraudem proximi successuri agnati n. 7.

Fieri permissa, si fiant, in fraudem, non valent, num. 8.

Agnatum posse omnia bona intèr viuos alienare, quomodo intelligatur, n. 12. & datur notabilis differentia inter facultatem inter viuos, & in vltima voluntate, & inter potestatem alienandi inter viuos tantum, n. 13.

Agnatus potest auocare bona antiqua vendita per alium agnatum prò paruo pretio, illo tamen soluto emptori, n. 18.

Fideicommissarius grauatus, si sine liberis, & c. si in mortis articulo ingrediatur religionem, dicitur facere in fraudem, vt vocatos excluderet num. 20.

Alienationes in fraudem agnatorum, & Consuetud. facta reuocantur in totum, n. 21. & confutatur Steph. Gaet. & Vrsil. qui dicunt reuocari quò ad medietatem tantum n. 22.

Alienationes contra legem factæ, reuocantur, & sunt nulla in totum, n. 23.

Alienationes in fraudem agnatorum, & Consuetud. facta in Ecclesiam, reuocantur prò medietate tantum, n. 24.

Fraus, coniecturis concurrentibus, præsumitur, & attenditur, etiam si alienatio bonorum antiquorum reperiretur facta in Ecclesiam, n. 25.

Consuetudo disponens, vt de medietate bonorum antiquorum non possit disponi in fraudem agnatorum vnde deuenerunt, procedit etiam, vt nec possit disponi ad fauorem Ecclesiæ, n. 26.

Agnatus potest auocare, vel reemere bona antiqua ab alio agnato distracta, etiam sine fraude, soluto tamen pretio, ac illorum æstimatione, & de ratione, n. 27.

AD CAPVT XXIV.

Additio.



CCOMODATISSIME censui posse in hoc capite examinari veritas frequentissimæ illius in foris materiæ, quando scilicèt alienationes, & donationes bonorum antiquorum intèr viuos factæ, censeantur in fraudem agnatorum & cognatorum, vndè bona ipsa peruenerunt.

1 Et constituo pro fundamento conclusionē, posse scilicèt agnatum vel cognatum qui in vltimis non valet nisi de medietate bonorum antiquorum disponere, alia medietate agnatis atque cognatis vndè bona ipsa deuenerunt reseruata; omnia intèr viuos in quemlibet alienare, siuè donationis, siuè venditionis titulo, quia *Consuetudines*, signantèr illa quæ incipit, *Et si testator, tit. de success. morient. sin. filijs* loquuntur per verbum, disponere, ita quod non videtur restringere, seù coarctare liberam inter vinos alienandi facultatem, sicut interpetratus fuit ibidem *Neap.* omnium Antesignatus *in versic. disponere, sub num. 6. in verbo, & quia.* ibique *cæteri addentes, & Napod.* sequitur *Afflict. decis. 370. num. 12. Capyc. decis. 85. de pont. consil. 8. num. 16. cum seq. & consil. 35. num. 22. Ann. consil. 79. num. 16. Franch. decis. 40. & decis. 435. nu. 26. 34. & 35.*

2 Hæc eadem conclusio restringitur per prædictos, signantèr pèr *Afflict. Capyc. & Franch. loc. cit.* cum alijs communitèr, vt non procedat si alienatio inter viuos esset in fraudem agnatorum, quia si liceret etiam in fraudem alienare, frustratoria sanè, atque nullius importantiæ redderetur dispositio illius Consuetud. & via malitijs aperiretur, vt videns quis per vnum modum scilicèt in testamento non posse consanguineos de toto asse priuare, per alium suæ prauæ satisfaceret voluntati in fraudem alienando, ad quod ponderandus *Alex. consil. 55. Consideratis verbis dicti Statuti num. 1. vol. 1. Carol. Ruin. consil. 163. nu. 2. vol. 3. Aym. Crauett.* vbi latè *consil. 118. num. 11. & 24.*

3 Et quamuis fraudem in dubio non præsumi dixerit *Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 82. num. 10. & lib. 6. præsumpt 88. nu. 3.*
4 tamen coniecturis probari, voluerunt magis communitèr DD. *ex tex. in l. dolum C. de dol. Ancar. consil. 38. num. 3. Dec. consil. 245. nu. 7. Crauet. consil. 100. num. 3. & consil. 143. num. 12.* cum alijs pænes *cit. Menoch. dicto tract. lib.*

5.præsumpt.3.num.43. latissimè etiam *Surd.* qui alios cumulat *consil 342.num.45 vol.3.*

Et in hoc nostro themate fraudum species plures multæque sunt, ac varias varij considerarunt *DD.* signantèr *Napod. loco cit. à num,*
5 *14. usque ad 21.* qui primo loco eam ponit fraudis coniecturam, si qui donauit, filiis tempore donationis carebat, ac de illis propter senectutem fuisset desperatus, sequitur *Naueler.ibidem, in versic.sed quomodo probabitur fraus fol.mihi 12.à tergo Afflict.decis. 370. nu. 13.in fine,versic. Item procedit Capyc. dicta decis.85.num.2.Consil.Georg. allegat. 22. post Surd.consil 302.n.50.cum seq.vol.3.& Camerar.in l.Imperialem fol.106. in prima col.in fine,de prohib feud.alien. per Federic.* qui sub-
6 dit in 2. *col.lit. G.* eandem fraudis præsumptionem considerari, si donans post longum coniugii tempus filios non procreauit, quia tunc experientia rerum omnium magistra sterilitatem manifestè demonstrat, maximè si cum pluribus se coniugauit, vt per *Parif.consil.29 num.44.51.*& per totum *vol. 2.* & fraus isto casu nè dum præsumitur in allodialibus
7 verum etiam in feudalibus; quandoquidem agnatus feudatarius, filios non habens ac de illis desperatus contrahens super feudo, vel illud Domino repudians, fraudulentèr in odium proximi successuri contraxisse, & alienasse videtur, ita *Bald.in cap.1.§ sed,& res,&*
8 ibi *Andr.num 5.*vbi *Lipar. in addit.lit.A.* notat quod si aliquid esset fieri permissum, & fieret in fraudem non valeret, *tit. per quos fiat inuest. Ardiz. in summ.cap. 16. rubr.si feudum detur in feudam, & Ann. allegat. 55. num. 7. cum seq.*

9 Secunda fraudis præsumptio est si facta reperiretur donatio omnium bonorum antiquorum ex mera causa voluntaria, quia ex illa adeo notabili distractione lex fraudem arguit, iuxta terminos *l.omnes §.lucius, ibique glos.in verbo Vniuersa,& DD.* communitèr, *ff. quæ in fraud. Cred. & l. quis autem, versic. in hoc ignorantes, ff cod.tit. Alex.in terminis in dicto consil.55.num.5.vol.1.Napod.loco cit. à dicto num.15.cum seq. Afflict. dicta decis.370. num.13.Capyc.dicta decis 85.Franch.dec.435. num.39.Ann.allegat. 57.num. 11.Reg.de Pont. consil.70.num.30.Georg. dicta allegat. 22. num. 20.& 26.Camill.de Medic.consil.107. num. 6. versic & in tantum,*confert *Corne. consil. 140. num.12. vol. 2. Surd.consil. 382. num 51.vol. 3.Mascard.de probat.conclus. 559. in princip. & Gratian. discept.forens.tom.2.cap.255.num,*
10 *18.cum seq.* quorum plerique hanc fraudis coniecturam ampliant, etiam quando non tota facultas, sed maior vel pretiosior illius pars fuisset donata, vel distracta, sequitur *Casp.de Leo ad Napod. in dicta Consuetud. in apostilla,*
11 *quæ incipit, aduertas,verf. Item dicas;* Et posset etiam augeri hæc præsumptio, vt procedat siuè distractio bonorum antiquorum fiat per vnicā, vel per plures donationes, quia nil refert illas fuisse nunuatim atque singulatim factas cum sufficiat quod coacervatæ ascendant ad summam indicantem fraudem ex his quæ notat *Bald.in l.1.num. 10 C.si in fraudem patron. confert.Bar.in l.nomen 33.§.filio num.3. ff. de legat. 3.* & huc tendunt regulæ, quod leges nec per obliquum nec per indirectum debent
12 fraudari; Nec officit conclusio quam *ex cit. Napod.*& alijs, in principio firmauimus, de libera alienandi facultate inter viuos de bonis antiquis, nam vltrà quod procedit cessante fraude, vt diximus, intelligitur etiam iusta conuertente causa *Vrsill.ad Afflict.dicta de-*
13 *cis.370.num.6.* quia aliud est habere bona libera quo ad plenam dispositionem, tam per contractus inter viuos, quam per vltimas voluntates, & in alienatione istorum bonorum procedit absolutè *tex in l.in re mādata C.mādat.Surd.consil.24.nu,11.vol.2.* Aliud est habere bona, sed debita alicui ex dispositione legis, Statuti, vel Consuetudinis in aliquo casu, puta mortis;& hæc licèt non sint prohibita inter viuos alienari, intelligitur tamen de iusta alienatione, seù contractatione, citra interuentum fraudis, sicut in simili notauit *cit.Napod.in dicta glos.disponere num. 11.*qui dicit quod mulier quæ in Ciuitate nostra vigore aterius Consuet habet os clausum, & manus ligatas ad beneficiū filiorum quò ad nouem partes suæ dotis, cum non possit nisi de decima tantum parte disponere, potest nihilominus totam dotem inter viuos alienare ex iusta causa, & sine fraude *Reg. de Pont. consil.8.num.16.& consil.35.num.24.Ann.consi. 79.num.16.Franch.decis.435. num. 26.& 34. confert Bald.consil. 20.vol. 2. Alex. dicto consil. 55.num.3. vol.1.& Craucet. consil. 118.* Vnde debet adesse iusta causa, & abesse fraus.

14 Tertia fraudis præsumptio est, si donans rei donatæ fructus sibi in vita reseruasset, tunc enim apertè elijcitur donasse non in sui præiudicium, cum fructus percipiat, sed in damnum vocati post ipsius mortem ex lege, vel consuetudine *Fulgos.consil.42. & Craucet. dicto consil.118 num.24.*quos sequitur notabiliter ratiocinando *Peregr.de iur.fisc.lib.3.tit.9. de fil.rebell.num. 13. signanter in versic. & in specie,& Georg.dicta allegat 22.num.10.*

15 Quartò præsumitur fraus, si intèr illum qui donauit, & illum qui successisset post ipsius mortem esset aliqualis inimicitia, propter lites Ciuiles, vel propter institutionem alicuius querelæ, vel etiam quia defunctus ille in vita (vt interdum accidit) dixit se nolle quod bona sua perueniant ad consanguineos, hæc enim inimicitia, vel tale odium, facit præsumere donationes fuisse in fraudem factas *Parif.consil.14.num.41.vol.1.Menoch.consil.104. num. 59. & Surd. consil. 382. num. 59. & 61. vol.1.*

16 Quintò præsumitur fraus si fieret distractio bono-

bonorum antiquorum sub nomine venditio-
nis, & sic tituli onerosi, cum in veritate esset
mera donatio, atque nullum penitus recepis-
set pretium, idque actum fuisset vt cautius
fraus procederet, vt est de mëte *Naucler. loco
cit. in versic. Item dicitur in fraudem, quando
vendidit bona, & confitetur pretium recepisse, &
non apparet de numeratione, & Rot. decis. 1. sub*
17 *num. 3 & 4. tit. de donat. in nouis.* Idemque
affirmarē si quis rem multo maioris valoris
pro paruo vendidisset pretio, quia ob illam
pretij modicitatem pręsumitur fraus *l. per di-
uersas C. mandat.* ideo reuocatur distractio tā-
quam fraudulentèr facta vsque ad quātitatem
receptam *Bar. optimè in l. post contractum 15.
sub num. 17. in versic. hoc est verum ff. de donat.
Alex. dicto consil. 55 num 2. vol. 1. & Napod. lo-*
18 *co cit. num. 17.* & teneo (nec immeritò) quod
isto casu potest agnatus vel cognatus in cu-
ius fraudem facta est distractio, restituto pre-
tio emptori rem antiquam reuocare, ac re-
emere proptèr fraudē venditoris, *vt inf. n. 27.*
19 Sextò præsumitur fraus, si constitutus quis
in graui infirmitate, donaret, & alienaret bo-
na illa, tangentia post ipsius mortem consan-
guineis, ex his quæ notant *DD.* per illum *tex.
in l. filia 60. ff. solut. matr Naucler.* in pūcto *loco
cit.* vbi ponit hæc formalia verba. *Dicitur etiā
fieri in fraudem quando moriens donaret, vel
venderet in infirmitate constitutus.* Hæc *Nau-*
20 *cler.* Et hùc pertinet quod dicitur de grauato
restituere, si sine liberis decesserit, nam si
is constitutus in mortis articulo, religionem
ingrediatur, ibique solemnitèr profiteatur, ta-
men hoc casu, monasterium (quod alioquin
succèderet loco filij) nō excludit substitutum,
quia lex præsumit professionem illam fuisse
in fraudem emissam *Bald. in cap. in præsentia,*
quem sequitur ibidem *Felin. sub num. 34. in
versic. & per istud, & Dec. num. 56. de probat.
Specul. in tit. de Stat. Monac. circa finem An-
car. in cap. sicut nobis de regul. Ruin. consil. 111.
num. 8. vol. 1.* qui ad hoc allegat *tex. in cap. 2.
de renunciat. & Peregr. de fid. commiss. artic.
28. in fine num. 94.*
21 Alias præsumptiones, & coniecturas frau-
dis congerit *Napod. loco cit. in dicta Consue-
tud. & si testator in verbo disponere,* vbi etiam
notabilitèr dicit sub *num. 1. in versic. quan-
doque alienatur in fraudem* quod illæ dona-
tiones fraudulentæ reuocantur, & sunt nullæ
in totum, sequitur *Camill. Saler. ad eandem
Consuetud. in apostilla, incipit, Aduerte quia fol.
173.* idem sentit *Io: Angel. Pisanell. ad Consue-
tud. si quis vel si qua, in apostilla quæ incipit. Et*
22 *multò magis fol. 123. Franch. dicta decis. 435.
num. 45.* Et licèt *Stephan. Gaet. in dicta Con-
suetud. & si testator in apostilla incipit, in tex.*
ibi in fine, & *Vrsill. ad Afflict. decis. 107. num. 3.*
dicant oppositum, nimirum reuocari dona-
tiones, & distractiones prædictas in fraudem
factas tantùm quo ad medietatem debitam
vigore *Consuetud.* eorum tamen opinio nō dū
est contra communem, verum maximum
23 quoque continet errorem; quandoquidem si
affirmamus illas donationes esse in fraudem
Consuetud. & sic legis, cogimur etiam affirma-
re reuocari in totum *l. libertus 16. ff. de iur. pa-*
24 *tron.* Nisi essemus in Ecclesia, vel pia causa,
cuius fauore æqua est opinio illa, non reuo-
cari in totum, sed tantùm prò medietate, vt
sentit *Gaet.* cuius & *Vrsill.* opinio in hoc ca-
25 su rectè saluari potest, Præsupposito tamen
fraudem etiam in donationibus factis Eccle-
siæ, vel piæ causæ considerari, coniecturis con-
currentibus, ex his quæ tradit *Corne. consil.
140. num. 11. vol. 2. Gaet. loco cit.* quamuis re-
perirentur donationes factæ pro anima, vel
simplicitèr Ecclesiæ cui pijssimum est donare,
siquidem & si iusta sit donatio ex parte reci-
pientis quia est locus pius, tamen non est iu-
sta ex parte dantis, in quo lex proptèr ingen-
tem donationem pręsumit fraudē; quia iusta
causa tunc excludit præsumptionem fraudis
quando non concurrit præiudicium tertij
Angel. in l. nuper C. de natural. liber. & Ruin.
26 *dicto consil. 111. num. 9.* nec est nouum apud
DD. nostratum *Consuetudinum* interpetres.
quod illa prohibitio disponendi in vltima
voluntate de medietate bonorum antiquorū
comprehendat etiam Ecclesiam, vt eidem il-
la medietas agnatis debita non possit relin-
qui, & relicta auocetur, nè Ecclesia sit cau-
sa fraudis, vt patet ex his quæ tradit *Napod in
Consuetud. si moriatur, in glos. moriatur num.
11. tit. de success. ab intest.* melius *Scip. Buccin.
in dicta Consuetud & si testator, in apostilla* quæ
incipit, *circa hanc consuetudinem, sub lit. B. ver-
sic. & quid si testator fol. mihi 174. Anton. de
Alex. ad Consuetud. si aliquis moriens in prima
apostil.* incipit, *circa istam Consuetudinem, lit.
B fol. mihi 161. Afflict. decis. 310. & Pres. de
Franch. decis. 411. num. 4.* vbi sic refert pluries
per eum decisum vti commissarius delegatus
quam plurium locorum piorum.
27 Et noto demum, quod etiam si reperirentur
alienata omnia bona antiqua, vel quælibet il-
lorum pars, remota etiam fraude, posset is qui
successisset vigore *Consuetud.* prædictæ, soluto
pretio exbursato, si fuissent venditionis titu-
lo alienata, vel soluta æstimatione, si fuissent
per donationem in alium translata, bona illa
rehemere, ac ad se auocare per ius retractus,
ex his quæ tradit *Masuer. in sua prax. tit. de
retract. cap. 1.* inspecta in hoc ratione *Consue-
tud.* ne bona exeant de familia vnde egressa
sunt, sed vt in ea conseruentur; ex qua vide-
tur militare eadem ratio iuris retractus,
quod conceditur agnatis pro reuocando feu-
do in alium distracto per agnatum feudata-
rium, ex *cap. 1. §. Titius filios, tit. si de feud. de-
funct. milit. contr. fuer.* & in his terminis est in-
telligenda *decis. Regen. Sanfelic.* 101. in durio-
ribus terminis emanata, qui signantèr *num.* 2.
re-

cefert verba *Mnfuer. loco cit.* dicentis in proprio ferè casu, *ille tamen admittitur ad habendum retractum, qui iu re vendita debebat succedere abintestato, vt si res perneneritnd venditorem ex latere pnterno, admittitur proximior ex illo latere, & idem de latere materno in bonis mnternis, illa tamen nffectione, quoniã fuit Maiorum suorum.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Assensus super alienatione, vel oblig ntione feudi non potest impetrari post alienantis, vel obliguntis mortem, sine nono eius hæredis consensu n. 1. & de rntione, n. 4.

Assensus Apostolicus nn possit impetrari super alienatione bonorum Ecclesiæ, post Prælati alienãtis mortem, affi matiuè num. 2. & de ratione num. 3.

Assensus post acquirentis obitum, an valeat impetrari, n. 5.

Hæres alienantis, vel obligantis feudum, cogi potest ad præstandum suum nouum consensum, ad effectum, vt super contractu illo impetrari possit ab acquirente Regius assensus, & referuntur decis. S.C. n. 6.

Assensus post obligantis, vel alienantis feudum obitum, fauore dotis impetrari potest, n. 7. Sed contrarium n. 8. Author tenet primam sententiam, eamq; defendit ab impugnationibus Ann. & Regent. de Ponte n. 9.

Assensus super feudi alienatione, vel hypothecatione impetrari possit post decoctionem alienantis, vel obligantis, n. 10.

Decoctio æquiparatur morti, & quomodo intelligatur, num. 11.

Mors ciuilis, & naturalis, in quo casu æquiparentur, n. 12.

Decoctio iu casu de quo hic agitur operatur diuersum, imò contrarium effectum, ac mors naturalis, n. 13.

Assensus super obligatione, vel alienatione feudi, quod non possit impetrari mutato rerum statu, quomodo sit intelligendum, num. 14.



AD APVT XXV.

Additio



SPECTABILIS Dominus meus in præsenti, solita elegenti methodo, Primò ponit regulam, Secũdò proponit Casum.
1 Regula est, quod post feudatarij feudum alienantis, vel obligantis obitum, assensus ab emptore impetrari non possit, absq; nouo hæredis consensu, ac ratificatione, addo *Prec. de subfend lib. 2. quæst. 30. nu. 9. & 14. fol. 159. Afflict. decis. 286 num 3 Grammat decis. 103. num. 120. Cumill. de Medic conf. 104. num. 19.* latè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. Contr. iur lib. 1. contr. 1. num.* 86. cum multis sequentibus, latius *Dom Consilinr. Paul. Staib. Resolut forens. lib. 1 Resolut. 1. n. 9 cum seqq. & n. 41. vsq; ad 44. & Resolut. 2. nu. 29. & Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clausf. 4 glos. 3 num. 25. part. 1. fol.*
2 319. vbi dubitat præcipuè de simili articulo, an scilicet post Prælati alienantis mortẽ, possit Apostolica confirmatio, vel assensus ab emptore bonorum Ecclesiæ impetrari, sine moderni successoris Prælati consensu, & post quam multos similes casus hinc indè repotauerit pro dubij decisione, resoluit tandem prò parte affirmatiua, vt nimirùm non sit necessarius consensus noui Prælati, vt is firmat à n. 23. vsq; ad 32. & ex authoritate *Dom. de Franch. decis. 163. n. 13 & 14.* assignat rationẽ disparitatis, intèr hanc opinionem, & regulã
3 quam in principio firmauimus, quia nempè quando Prælatus alienat, actum illum facit nomine Ecclesiæ, quæ numquam moritur, & sic non est in consideratione mors Prælati; & etiam, quia quando Pontifex assentitur, semper, & de consuetudine dicit in assensu, *si in euidentem vtilitatem, &c.* ob quod nè contractus, qui in vtilitatẽ Ecclesiæ redundat, clandicet, & sit in suspenso, potest meritò quandocumque super eo interponi assensus;
4 At quando per feudatarium alienatur, vel hypothecatur feudum, si decedat prius quam assensus, super contractu illo interponatur, quia per mortem suam illicò illorum feudalium dominium transiuit in hæredem, seù successorem suum, fit per consequens, vt non possit in eius præiudicium assensus impetrari, & impartiri, vt ponderat *Fontanell. ibidẽ, num. 32.* quia videtur confirmari actus eo tẽpore, quo res est aliena; Scilicèt hæredis, & ideo sine eius consensu confirmatio illa concedi non potest, vt benè considerat nouissimè *Dom. Marot. discept forens. cap. 33. n. 30.*
5 Verum notandum est. Primò, quod licèt post

post obligantis, vel alienantis mortem assensus impetrari non possit, non sic tamen in casu contrario, post scilicèt acquirentis obitum, quia tunc validè impetratur assensus, *Marot. d. rep. 33. num. 29.* vbi propè innumeros concerit, hoc tamen ita intelligendo, vt possit hęres acquirentis validè assensum obtinere, absq; alia venditoris requisitione; non autem venditor; ei enim prohibitum est emptoris hęrede irrequisito, assensum super feudi emptione à defuncto facta impetrare, vt per *Spectab. Dom. meum in obseruat. ad Reg. Reuert. decis. 368. num. 2.*

6 Nota secundò, id quod tradit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 6. de assens. Reg. super dot. §. 1. n. 22.* dicens, quod obligantis, vel alienantis hæres (qui est omninò requirendus pro nouo cōsēsu ad finē vt valeat impetrari assensus [illegible] alienatione, vel obligatione de feudo à [illegible]to facta) potest ad talem consensum [illegible]andum compelli, ac vt defuncti contra[illegible] ratificet cogi, & ita refert practicatum; id quod etiam in anno 1660. fuit decisum in causa inter Dom. *I*osephum Aragona (Illustrissimi D. Camilli dignissimi Acerrensis Episcopi ex fratre nepotem) contrà Marcellum Ioanninum hęredem quond. Didaci Ioānini S. Bartholomei de Galuo, qui post plura præcepta, quod ratificet, domi facta, per morigeratissimum Dom. Consiliarium *P*aulum Iannettasium, tandem ipso etiam referente, in *R*ota Dom. mei Consiliarij Io: Baptistę Iouini S. C. Decani, fuit decreto eiusdem *S.* C. sub die 24. Septembris dicti anni ordinatū, quod cum effectu dictus Marcellus hęres præstet consensum, aut ratificet, alias compellatur etiam per capturam personę; & loco reclamationis fuit confirmatum sub die 30. Octobris eiusdem anni; & seruata forma dictorum decretorum sub die 22. *D*ecembris per aliud decretum eiusdem S. C. fuit cōmissa causa cuidam Prouinciali Fisci Patrono, qui coggat dictum Marcellum ad ratificandū mentionatum contractum respectū feudaliū obligatorū, processus est in Banca Litti Act. Mag. Interueniente etiam pro dicto Domino Iosepho V. I. *D.* Martino Rodoerio genitore meo.

7 *T*ertiò alijs omissis noto, quod dotis fauore potest impetrari assensus super feudorum obligatione post obligantis mortem, etiamsi illius hæres absens sit vel discrepet, nouum consensum præstare, vt deducunt ex *tex. in l. si ego Seia, §. si res ff. de iur. dot.* ibi, *si res alicui tradidero, vt nuptijs sequtis dotis efficiantur, & ante nuptias decessero: an sequtis nuptijs, dotis esse incipiant? & vereor nè non possint in dominio eius effici, cui datæ sunt: quia post mortem incipiat dominium discedere ab eo, qui dedit: quia pendet donatio in diem nuptiarum: & cum sequitur conditio nuptiarum, iam hæredis eius dominium est, à quo discedere non posse rerum dominium inuito eo fatendum est. Sed benignius est, fauore dotium necessitatem imponi hæredi consentire ei, quod defunctus fecit, aut si distulerit, vel absit, etiam nolente, vel absente eo, dominium ad maritum ipso iure transferri, nè mulier indotata maneat*, & ita in terminis tenet *Afflict. dec. 111.* qui sic refert decisum, *Paris. de reintegrat. feudor. cap. incipit, an consensus Regis fol. 146. à terg. col. 1. Maria. Frecc. de subfeud. lib. 2. fol. 111. à tergo num. 22. & 23.* vbi paritèr ita refert decisum *Reg. Lanar. consil. 18. num. 11. Dom Consiliar. Marcian. consil. 36. num. 6. vol. 2. Reg. Tapp. decis. 6. num. 39. Georg. alleg. 45. num. 28. & Ricci in collect. decis. tom. 9. collect. 4054. versic. limita quarto.*

8 Et quamuis non desint, qui contrà receptissimam hanc sententiam scripserint, & sanè maximæ authoritatis *DD.* contrarium acritèr sentientes, nempè *Ann. allegat. 66.* qui *num. 6.* fatetur *tex. in dicta l. si ego*, non esse adaptabilem ad casum nostrum, quia intel. igitur quando contrahitur supèr re alienari non prohibita, secus autem de feudis, quæ per eorum iura, sunt inalienabilia sine assensu; prout etiā larga manu defendit *Reg. de Ponte dicto tract. de potest. Proreg. tit. 6. §. 1. num. 8. & seq.* dicens opinionem prædictam fauentem doti, ei sem-
9 per erroneam visam fuisse; Ego tamen, tantòrum virorum pace, non recedendo à priori sententia fateor nullatenus recipi posse prędictam interpretationem ad *tex. in d. l. si ego*; Patet, quia licèt non sit negandum *tex.* illum nō loqui de feudalibus bonis, hoc tamē ex eo prouenit, quia feuda non sunt à ciuilibus legibus cognita; alioquin si cognita fuissent, de eis quoque I. C. loquutus esset; quæ interpretatio ex eo elijcitur, quia in tex. solita illa benigna ratio affertur. *Nè mulier indotata maneat*, vt ibi, quæ ratio generalis est, & propterea generalitèr ad omne bonorum genus extendenda est illius *tex.* dispositio, quæ in his terminis sempèr adducta fuit tanquam decidens, à tempore *Afflict. Parid. Frecc.* & aliorum antiquorum *DD.* vsque ad præsens; Imo *Franch.* (cuius ille mos est, vt omnia in lucernis scrutinetur) ita quoque ad fauorem mulierū refert decisum, *in decis. 86* quare non video quo pacto recedi possit ab hac sententia, sic vsu fræquenti recepta.

10 Deuenio tandem ad casum, qui talis est; An quemadmodum post obligantis, vel alienantis obitum, assensus super feudi alienatione, vel hypotheca concedi non potest absque nouo hæredis consensu, vt suprà firmauimus; *n. 1.* ita etiā post ipsius alienantis decoctionē Concluditur negatiuè; addo *Ricci* qui sic tenet ex *Afflict. & Ann. in collect. decis. lib. 9. collect. 4054. in versic. limita tertiò*, qui dicit benè posse in casu prædicto, decoctione scilicèt alienantis, vel obligantis non obstante, impetrari assensum, latè etiam cit. *Dom. Marot. cōtr. forens. cap. 34. num. 11. & 12.* & hoc idem re-

petit

bati secundum quid assensum superioris Domini tantùm, & sic Regis, prout etiam affirmat *Borrell. d. tract. de Magistr. edict. lib.4.*
6 *cap. 2. à num.6. vsq; ad* 10. tamen supposito, quod Baro habeat ius in illo feudo, quatenus est sub eius dominio, & subinfeudatum ab ipso, dicendum est omninò *Parid.* non benè dixisse, vt latissiè defendit nouissimè *D. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. cap. 27. per totum*, dicens hanc esse magis communem sententiam, quia equale est interesse Regis nempè, & Baronis, cuius assensus si non esset necessarius introduceretur de facili malus sub feudatarius in suo feudo; Itamq; opinionem prosequitur etiam *Ann. in Repet. Const. Din. Memor. à nu.* 200. qui demum interpretando *Parid.* sententiam, dicit, sufficere assensum Re-
7 gis, & sic Domini Superioris, spreto illo Baronis, si ipse irrationabilitèr, ac sine iusta causa recusaret assensum suum concedere in illius
8 feudi distractione; & subdit in *vers. sed ego dico*, quod isto eodem casu, quo nollet Baro assentiri, posset Rex supplere per assensum suum, etiam si ageretur de distrahendo feudo plano, & de tabula, proptèr illam irrationabilem Baronis renitentiam.
9 Itemq; *Frecc.* loco *cit. nu.*8. interpretando etiam illam *Parid.* doctrinam, dicit, *Nisi ex certa scientia Rex* pro vtroq; assentiret; quasi dixisset, quod quando notum est Regi feudum alienandum esse quaternatum secundū quid (quo casu diximus in illius alienatione esse necessarium assensum vtriusq; tam scilicet Regis, quam Baronis) & ipse informatus, ex certa scientia pro vtroque assentitur, tanquam Superioris Domini consensus, facit vt alius inferioris non sit necessarius, quia feuda omnia, eum tamquam causam primam, & immediatam recognoscunt.
10 Praeterea, & demum noto, quod quando Rex non supplet assensum Baronis ex certa scientia in casibus mox consideratis, eo casu sempèr est necessarius inferioris etiam consensus (vt diximus) quamuis esset absens, quia expectari deberet, adeo quod non sufficeret solus assensus Regis, *Andre.* qui latè examinat hanc quaestionem, *in dicta l. Imperialem, num.* 10. *versic. dicitur in summa, & Camer. ibidem lit. B. versic. Capio Isern.* vbi dicit hoc esse verum etiam si magna esset absentia, *fol.* 74. & de ratione penès eos.

Io: Leonardus Rodoerius



SVMMARIVM

Solemnitates extrinsecae per lapsum 30. annorum, cum possessione, praesumuntur, num. 1.
*Limita si constaret euidentèr non interuenisse, quia illa regula intelligitur in dubio, n.*8.
Alienatio bonorum Ecclesiae post 30. *annos, praesumitur solemnitèr celebrata, n.* 2.
Assensus Apostolicus super alienatione bonorum Ecclesiae, praesumitur post 30. *annos, num.* 3. *Amplia tribus modis, num.*4.5. *&* 6. *Sed limita, num.*7.
*Praesumptio in claris non habet locum, nu.*9.
Assensus Regis supèr feudi alienatione, an praesumatur per 30. *annos affirmatiuè ex Parid. num.* 10. *Sed contrarium est verius num.*11. *&* 16. *& de ratione, num.*12. *&* 14.
*Assensus praesumptus in Regno, nihil operatur, num.*13.
Assensus Baronis super alienatione feudi plani, praesumitur per 30 *annos, nu.* 15.
Assensus Baronis probatur testibus, non autem assensus Regis, qui debet probari per scripturā, num 17.



AD CAPVT XXVII.

Additio.

1 
Ex diuturnitate, & lapsu 30. annorū, solēnitates extrinsecas ad validitatē actus requisitas, interuenisse praesumitur, cōcurrentibus tamen possessione eius ad cuius fauorem vrget praesumptio; & patientia alterius contrahentis, vt deducitur, *ex tex. in cap. peruenit*, & ibi scribentes omes, *tit. de empt. & vendit. Felin. in cap. sicut n.* 31. *de re iudic.* idem *in cap. Albericus, in fine, de testib. DD. in l. sciendum, ff de verbor. obligat.* vbi notabilitèr *Alex. num.* 19. *& Curt. iun. num.* 12. & *in cap. id nonitèr, de his, quae fiunt à Praelat. sin. consens. cap. Imol.* post *glos. in d. cap. peruenit, cit. Alex. consil.* 1. *Christi nomine inuocato, num.*20. *& cons.*12. *Viso processu, col* 3. *versic. quia Respondeo, & consil.* 17. *Viso instrumento, num.*8. *vol.*4. *Paul de Castr. cons* 292. *vol.*1. *Dec. consil.*36. *num.*7 *vol.*1. *& consil.*442. *versic. Tertiò illa praesumptio, vol.* 2. *Soccin. iun. cons.* 56 *num.*22 *vol.*2. *Bald. de praescript. quaest.* 10. *part.* 3. *in* 2. *limit. Gozad. consil.*73. *Curt. sen. cons.*76. *Corne. consil.* 181. *n.* 21. *vol.*

21.*vol*.2.*Alciat.de præsumpt.regul*.3.*præsũpt*.
10.*num*.7.*Hieronym.Gabriel.conſ*.36.*num*.51.
& *conſil*.49 *vol*.1.*Riminald. in l*.1.*num*.28.*C.*
qui admit. Ruin.conſil. 29. *num*. 9. *&* *conſil*.
35.*num*.23.*vol*. 1. *Tiraquell .de præſcript*.§.1.
gloſ.4. *num*. 59.*Cephal.conſ*.133.*nu*. 126.*vol*.
1.*Anton. Gabriel. commun. opin.de præſumpt.*
concluſ.1.*nu*.28.59. *&* *poſt nu*. 99. *Oſaſ. deciſ.*
Pedam.173.*num*.1.*&* *Capyc. deciſ*.16.*n*.1.

2 Ex qua receptisſima , & indubitata con-
cluſione, in fertur principalitèr ad alienatio-
nem bonorum Eccleſiæ, quæ poſt triginta an-
nos , præſumitur eſſe omnibus neceſſarijs ſo-
lemnitatibus vallata, *Viui.deciſ*.289. *num*.39.
lib.2.*&* Io.*Anton*.Mangil. qui innumeros con-
gerit *DD.&* *Rot.deciſ.in tract.de euict. quæſt.*
3 130.*n*.17.*&* 18. Præſertim per dictum ſpatiũ
annorum triginta præſumitur impetratus aſ-
ſenſus Apoſtolicus , concurrente tamen per
idem tempus obſeruantia contractus, vt no-
minatim tennerunt infraſcritti.

Iaſ.in d.l.ſciendum,nu.16.*&* 17.*ff de verb.*
obligat.

Dec.*conſ*. 409.*num*.9.*vol*.2.

Arct.*conſil*.36 *vol*.2.

Hieronym. Grat. conſil. 142. *num*. 20.
vol.2.

Hieronym. Gabriel. conſ.82. poſt *num*. 31.
vol.2.

Riminald.iun. conſil. 242. *num*. 27. *cum*
ſeqq.

Idem conſil.339.*num*.33.

Reg. Rouit. conſil. 79.*num*.40.*vol*.1.

Amat.conſ 463.

Lambert.ſuper ſtat.de indend.mulitr.gloſ.7.
in verbo conſenſus quæſt. 24. vbi multos
allegat.

Reg.de Põt.in lect.Feudal.tit.de his qui feud.
dar poſſ.lect.3.*num*.47. vbi ita refert de-
ciſum in S.C. inquam pluribus cauſis.
Rot.Rom.poſt.Cenc.deciſ.27.*num*.3.

Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. *cap*. 867.
num 50.

Et latisſimè omnium melius *Io: Baptiſt.*
Ciarlin. contr forenſ lib.1.*cap*. 39. per totum,
vbi poſt quam firmauerit hanc ſententiam,
examinat, & reſoluit ſingulas oppoſitiones,
quæ pasſim à DD. cõtrà eam proponuntur;
& nè videar eũ exaraſſe, adducã ꝑpterea sũ-
mariè in præſenti ad neceſſarium ornatum
huius materiæ nonnulla vtiliora , quæ ipſe
per plura fundat.

4 Inquit Primò hanc ſententiam eſſe veram
etiam ſi in inſtrumento alienationis non eſ-
ſet reſeruatus aſſenſus Apoſtolicus, quia illa
reſeruatio(quam ad effectum prædictum non-
nulli neceſſariam exiſtimant ſignantèr in ſi-
mili *Parif de reintegr.feud.fol*.127. *ſub nu*. 11.
verſic.Et puto.) operatur tantum, vt facilius
præſumatur aſſenſus poſt triginta annos,non
autem quod de eſſentia requiratur dicta re-
ſeruatio , ad quod ponderat *Farinac. deciſ.*
694.*num*.5. qui dicit, præſumi aſſensũ Apo-
5 ſtolicum, præſertim ſi fuerit reſeruatus . In-
quit ſecundò,nec minùs eſſe neceſſariam ve-
ram , vel præſumptiuam Pontificis ſcientiam
de alienatione,ad finem vt poſſit fieri præſũ-
ptio prædicta, (vt alij exiſtimant, ſignantèr
Facchin.contr.iur.lib.13.*cap*.44.)& intèr alias
rationes quas prò hoc adducit, illa mihi ine-
uitabilis videtur ; quia eo ipſo quod lex præ-
ſumit illam extrinſecam ſolemnitatem aſſen-
ſus, præſumit etiam ſcientiam Pontificis, tã-
quam neceſſarium antecedens; iuxta notabi-
lem doctrinam *Gabriel. d. conſil*.82. *num*.31.
cum ſeqq. dicentis *Nec refert quod conſenſus*
non poſſit conſiderari ſine ſciẽtia, quia ſicut præ-
ſumitur conſenſus , ita pèr neceſſarium antece-
dens præſumitur ſcientia. Tertiò inquit,quod
6 poſt triginta annos non poteſt reſcindi alie-
natio bonorum Eccleſiæ proptèr carentiam
Apoſtolici aſſenſus , etiam ſi ille fuiſſet ex-
preſsè reſeruatus, cum clauſula, *quatenus in-*
terueniat, nec alitèr, nec alio modo , quia poſt
prędictum temporis lapſum, ſatis dicitur in-
terpoſitus; ob quod clauſula illa reſolutiua
non poteſt amplius operari , inſpecto quod
eſt iam adimpletum,ex *Marcheſ.de Commiſ.*
part.1,*num*.3.*fol*.113 .vbi ita refert in notabi-
li caſu deciſum per *Rot*. vt latiùs patet ex in-
ſpectione *Ciarlin*.qui prædicta , & alia multa
cumulat replicando vndecim obiectis, quæ à
DD. proponuntur, contrà ſuprà relatam sẽ-
tentiam.

7 Vnum tamen tantùm notare non deſinam
ad veram illius limitationem, ſi nempè indu-
bitantèr conſtaret aſſenſum non fuiſſe inter-
poſitum , vtputa ſi in inſtrumento alienatio-
nis dictum fuiſſet;illum non eſſe neceſſarium,
& ideo non impetrati;vel ſi cum ſupplicatio-
nem Pontifici portexiſſent , illum concedere
denegauiſſet , vt ex quampluribus affirmat
Facchin.loco cit.in fine. verſic. ceſſat etiam, ſid
quod conceditur etiam à *Ciarlin.d.contr*.39.
à num. 23. & ante iſtos idem ferè in terminis
tenet *Pariſ.de reintegr.d. cap. incipiente , an ſi*
reperiantur, fol.127.*à terg.col*.1. *ſub num*. 19.
8 Sicut nec minùs procedit cõcluſio illa , quod
per 30.annos præſumẽda ſit quælibet extrin-
ſeca ſolemnitas,quando ex inſpectione ocu-
lari patet contrarium , notabilitèr *Paul. de*
Caſtr.conſil.81.*In cauſa qua vertitur , num*. 3.
vol.2. *Alex. conſil*.1 .*nu*.21 .*vol*.4. vbi *Apoſtilla*
multos concordantes adducit,poſt *Abbat.cõ-*
ſil.6.in cauſa,& *quæſtione, ſub num*.6 .*lib*.1.*Go-*
zadi.conſil.73 *num*.19.*Surd.conſil*.28.*num*.11.
Afflict.deciſ.107.*num*.5.ibiq; *Vrſili.Pute. dec.*
110.*lib*.2.*Maur.allegat*.4.*num*.6.*Coſt. de ſact.*
ſcient.& *ignorant.diſtinct*.81.*num*. 12. *cum ſe-*
quentibus centur.2 *&* *conſil*.*Theodor. allegat.*
9 15.*ſub num*.12. quibus tandẽ accedat, quod
quando ſumus in claris , præſumptio nihil
operatur *cap.fin.de præſumpt.Gratian.diſcept.*
forenſ.tom.4.*cap*.685. *num*.15. *&* *tom*. 5.*cap.*
927.

927. *num.* 22. & *Camill. de Medic. consil.* 45. *num* 2.

12 Sed quid dicendum de assensu Regis, interposui necessario in distractione feudorum, an per 30. annos possit præsumi quod interuenerit, sicut assensus Apostolicus? *Paris. de Puteo d. tract. cap. an si reperiatur*, post *Andre. & Bald.* latissimè affirmatiuè respondet, inducens ad comprobationem quamplura similia exempla; & tandem ita refert ipsum determinasse.

31 *Ias.* tamen, *cons.* 176. *Redemptoris Crucifixi, num.* 2. *vol.* 2. tenet oppositum, & in longè durioribus terminis, quandoquidem in casu per eum proposito, erant lapsi plus quam anni 130. & nihilominus respondet, non proptereà esse præsumendum Regis assensum super feudi distractione; quæ quidem opinio apud modernos Regni huius D D. pro indubitata admittitur, ea ratione, quia cum per

12 *Consl. Diuæ Memoriæ, tit. de reuoc. feud.* cù alienantur feuda sit necessarius expressus, & specificus assensus Regis, vt ibi. *Nullam omninò firmitatem habere, nisi de speciali nostra celsitudinis licentia confirmantur*. Fit pérnecessarium consequens, quod licet possit ex dispositione iuris communis præsumi assensus, ex eisdem rationibus quas in Apostolico assensu præsumendo considerauimus; talis tamen præsumptio in hoc Regno non potest prodesse per dictam *Const.* vndè inoleuit axioma,

14 quod assensus præsumptus in hoc Regno nihil operatur, vt per *Ann. in d. Const. constitutionem Diuæ Memoriæ num.* 43. & *seqq* quem sequitur *Camill. de Medic. consil.* 149 *num.* 42. *Consil. Georg. allegat.* 3. *num.* 2 *Dom. Consil. Marcian. consil.* 15. *num.* 18. & *seqq vol.* 1. & *Dom. Consil. Staib. Resolut. foren. lib.* 1 *Resolut.*

14 60 *num.* 13. & prædicta eò magis procedunt, quia pér *Regias Pragmaticas*, assensus debent necessariò registrari sub pœna nullitatis; Vndè in proposito articulo nullatenus præsumptiones locum habere possunt, quia, vel assensus verè, & realitèr non fuit concessus, & nec minus repeietur Registratus, vel fuit impartitus, & tunc vel non fuit registratus, & est nullus, vel fuit intrà legitima tempora registratus, & & in libro repetitur; & sic cum tam affirmatiua, quam negatiua subbijciatur oculis corporeis, & probationibus palpabilibus, perpetuam disputatur (maximè vt diximus in hoc Regno) de assensu Regis præsumendo.

15 Hoc tantum verum est, quod si alienatum reperiretur ab aliquo subfeudatario subfeudũ suum (quod aliàs feudum planum, & de tabula nuncupatur) licèt Baronis subinfeudantis assensus non reperiretur, non tamen alienatio corruit, si lapsi sint 30. anni, quoniam post illius temporis lapsum, in hac facti specie assensus præsumitur, cit. *Dom. Camill. de Medic. consil.* 117. *num.* 31. id quod ponit intèr alias differentias intèr feudum quaternatũ, & feudum planum, & de tabula. *Marius Frec. de subfeud. tract. de different. feud. num.* 32. vbi ita scribit. *Præsumitur assensus in alienatione feudi plani, & de tabula ex possessione* 30. *annorum, cum de iure feudorum sufficiat tacitus*, vt notat Andre. *in l. hac edictali, de prohib. feud. alienat. per Lothar. & quod ex tempore inducitur, tacitum est, & præsumptum quod potest*

16 *tacitè fieri, ex tẽpore potest tacitè induci; Quãdo verò feudum est quaternatum, ex possessione* 30. *annorum in alienatione feudi, non præsumitur Domini assensus, quia requiritur expressus, & verus, cum confirmatione decreto.* Hæc *Frecc.* Et tandem confirmant notata per *Camill. Borrell. in tract. de Magistr. edict. lib.* 4.

17 *cap.* 2. *num.* 11. *vsq; ad* 14 Qui dicit, quod assensus Regis præstitus supèr alienatione feudi quaternati debet probari cum scriptura assensus (licèt illius scripturæ ammissio testibus probari possit) assensus autem Baronis in alienatione feudi plani, potest immediatè probari per testes, vt latè per eum.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Assensus concessus super venditione feudi, non potest extendi ad illius obligationem, num. 1. & 4.

Alienare, & hypothecare feudum est equalitèr de iure communi feudorum prohibitum, sine assensu Domini, num 2.

Vendere, & hypothecare, est quid omninò diuersum num. 3.

Assensus verba strictè accipi debent, ac verè, & propriè, cum alij, num. 5.

Concesso quod est plus, censetur concessum quod est minus, num. 6. Limitatur vt non procedat hac regula in materia assensus supèr feudi alienatione concessi, num. 7.

Assensus extenditur ad annexa, & connexa, & ad quę veniunt per viam comprehensiuam nu. 8. cũ declaratione, num. 10.

Extensio non dicitur fieri, quando fit regressus ad ea, quæ comprehensiuè veniunt, n. 9.

Illegitimus, qui obtinuit promoueri ad Episcopatum, censetur obtinuisse, quod possit omnibus Sacris ordinibus insigniri, num. 11.

Assensus concessus super alienatione feudi, an extendatur ad pignorationem, n. 12. affirmatiuè ex Reg. de Pont. num. 13. Contrarium, ex Gizzarell. n. 16. & 19. & respondetur ad argumenta contraria, n. 20.

Alienatione prohibita, censetur prohibita pignoratio, num. 15.

Alienationis verbum est genericum, comprehendẽs pignorationem, n. 16. Sed limita, & intellige, vt num. 18.

Alienatio dicitur illa per quam inducitur dominij translatio in alium, maximè si verè, & propriè acciperetur, n. 17.
Argumentum à contrario sensu non tenet, si ex eo resultat prauus intellectus, num. 20.



AD CAPVT XXVIII.

Additio

1 XAMINANDVS nobis proponitur celebris ille articulus, an assensus supèr feudi venditione impartitus, extendi possit ad illius pignorationē? *Andre. de Isern. in l. Imperialem, num.* 5. *&* 6. post quam hinc indè argumentatus sit, concludit tandem negatiuè; *tit. de probib. feud. alienat. per Federic.* quia quod non exprimitur habetur pro omisso, & satis differt cōtractus venditionis, à pignoratione, idem tenet *Surd. decis.* 254. *n.* 5. vbi in specie affirmat, quod licentia vendendi, non potest trahi ad obligationem, id quod etiam post *Afflict. Frec. Camer.* & alios, tenet *Rouit. consil.* 31. *num.* 13. *vol.* 1. & acquiescit etiam huic sententiæ *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 8. §. 6. *à num.* 4. cum multis seqq. vbi probat hoc latè, ita quod videtur non esse de hac opinione hæsitandum, tum ex rationibus *An-*
2 *dre.* tum etiam quia, cum de iure communi feudorum sit vtrunq; prohibitum, scilicèt vendere, quam pignorare feudum sine Domini assensu, *d. l. Imperialem de prohibit.*
3 *feud. alienat. per Federic.* & cum pignorare sit quid omninò diuersum à vendere, vt idem *Isern. loco cit.* ait, *n.* 6. quem refert *Camerar. fol.* 43. *col.* 2. *versic. Item probatur hoc, sub lit.*
4 *H.* fit pernecessè, vt non possit fieri extensio de licentia vendendi, ad licentiam pignotādi feudum, quia fieret regressus ad quid omninò diuersum, & ad quid æqualitèr prohibitum ex prædictis; Et hoc eò magis verum est, quia versamur in materia stricti iuris, nam
5 assensus de sui natura strictè intelligi debet, nec verba illius sunt vltrà expressa dilatanda, quia attenditur simplex verborum tenor, & cortex *Frece. de subfeud. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 8 *fol.* 150. *Ann. allegat.* 36. *n.* 3. *allegat.* 41. *n.* 26. *& allegat.* 67. *n.* 11. *Loffred. consil.* 9. *n.* 22. *Scip. Theodor. allegat.* 80. *nu.* 47. *versic. Nemo enim ignorat, & allegat.* 83. *num.* 6. *& Ricc. in collect. decis. part.* 3. *collect.* 604. & id quod dici-
6 tur, vt nimirum, concessio quod est plus, censeatur paritèr concessum, quod est minus, ad tex. in l. nec in ea lege 22. §. qui occidere, ff. ad
7 *leg. Iuliam de adult.* non procedit in materia assensus, in qua ad minora non fit extensio, ex maioritate, vel minoritate rationis, vt aduertit in specie *Camer. ad dictam l. Imperialem fol.* 48. *à terg. lit. P. versic. quis enim,* latissimè *Molin. de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 4. *à n.* 48. *Surd. d. decis.* 254 *n.* 27. *Consil. Theodor. allegat.* 67. *n.* 54. *versic. Et non extenditur, & optimè Rot. decis.* 2. *in addit. tit. de fili. presbit in nouis,* ex qua infertur etiam ad declarationem
8 illius conclusionis, vt assensus extendatur ad annexa, & connexa *Paris de reintegrat. feud. cap.* Incipiente, *& circà iam dicta fol.* 129. *n.* 3. *Camill. de Medic. consil.* 135. *n.* 9. *& conf.* 149. *n.* 8. *Surd. decis.* 182. *n.* 7. *Capyc. Latr. decis.* 56. *n.* 2. *lib.* 1. *& Merlin. Contr. forens. centur.* 2. *cap.* 8. *n.* 8. Item ad ea quæ veniunt per viam comprehensiuam, non extensiuam, *Camerar. fol.* 51. *lit. V. cit. Camill. de Medic. conf.* 85. *nu.* 6. *&* multis seqq. & latiùs *Dom. Consil. Marcian. consil.* 69. *nu.* 13 *vol.* 2. quia nulla dicitur fieri ex-
9 tentio ad id, quando illud tale, venit sub dispositione per viam comprehensiuam, & necessariò includitur, *glos. in cap.* 1. *verbo, Italia, versic. In contrarium de tempor. ordin. in* 6.
10 Hæc inquam ita intelligenda sunt, quando id quod dicimus comprehensiuè contineri in dispositione, ac concessione assensus, consi-
11 deratur tamquam necessarium antecedens; dat exemplum *Rot. loc. cit.* in illegitimo, qui si impetrauerit à Pontifice ad Episcopatum promoueri, censetur per necessarium antecedens habilitatus etiam ad obtinēdos Sacros Ordines, illisq; insigniri, vt per *Hostiens. in cap. postulasti, de rescript.*
12 Sed nihilominus aduertendum est, nec minùs; et prædicta, dubium quod agitari solet esse resolutum, Loquti enim huc vsq; fumus, quando à Rege præstitus fuit assensus supèr venditione feudi; Videamus modo, quid dicendum, si fuisset præstitus supèr alienatione, quæ tantum differre videtur à vendendi facultate, quantum genus à specie; & sic an concessa potestate alienandi, censeatur paritèr concessa hypothecandi, & obligandi licentia.
13 *Dom. Reg. de Pont. d. tit.* 8. §. 6. *per totum,* audactèr affirmatiuè respondet, id quod conatur varijs diuersisq; medijs probare, præci-
14 puè, quia, alienatione prohibita, censetur prohibita pignoratio, & hypothecæ appositio, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Ergò (à contrario arguendo) alienatione permissa, censēdū est fuisse paritèr pmisšā, atq; cōcessā hypothecandi licentiā; Et secundò, quia alienare, est verbum genericum comprehendens omnes contractus, & præcipuè contractum hypothecarium, quia hipotheca dicitur etiam alienatio, vt in specie de licentia alienandi feudum, aduertit *Iacobin. in prax. tit. de cauf.*

ex

ex quib. feud. ammitat. numero 3.

16 At Dom. *Consiliar. Gizzarell. decis.* 77. dicit, & decisum refert prorsus contrarium, vt scilicet assensus super feudi alienatione praestitus, protrahi non possit ad hypothecae appositionem; quia alienatio dicitur actus per quẽ

17 dominium in alium transfertur *Oldrad. consil.* 270. *nu.* 2. *Bald. consil.* 108. *in princip. lib.* 1. *Anchar. consil.* 102. *in princip. Paul. de Castr. consil.* 270 *in princip. lib.* 1. *Lap. allegat.* 41. *in princip.* adeo quod qui alienasse dicit, fatetur omne dominium à se abdicasse *Alex. consil.* 108. *nu.* 3. *vol* 6. & *consil.* 29. *n.* 15. *versic. Constat autẽ, lib.* 7. maximè quando propriè, & strictè sumitur, alienandi, verbum, idem *Alex. consil.* 41. *Viso themate, in fine, lib.* 6. & *Felin. in cap. fin. sub num.* 8. *versic.* & *licèt, de accusat.* Et

18 sic sub verbo alienare, verè, & propriè non venit bonorum obligatio, *Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob alienat. quaest.* 6. quem sequitur *Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. A. conclus.* 257. *num.* 37. vbi praedictos, & alios allegat.

19 Mihi verior videtur haec secunda *Gizzarell.* opinio ex praedictis rationibus, non obstantibus argumentis *Dom. Reg. de Pont.* &

20 primò non obstat argumentum, quod ipse format à contrario sensu, quia illud non valet, stante prauo intellectu, qui resultaret, *l.* 2. *C de condit. insert.* sequeretur enim in casu nostro, quod assensus, cuius verba strictè, verè, & propriè accipi debent, vt suprà diximus *n.* 5. extenderentur ad casum equalitèr prohibitum, & qui non aliàs comprehendi posset, nisi largè, & impropriè, quia in effectu obligandi facultas, ita demum venit sub potestate alienandi, si alienationis verbum latè accipiatur, & impropriè, quia propriè sumptum importat totalem dominii abdicationem, & illius in alium translationem, vt suprà solidissimè fundauimus.

Er ita breuitèr corruunt argumenta *Regi de Pont.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

AVxilium *Curiae praestare prò persequtione malefactorum, & delinquentium, in quibus casibus nemo teneatur, num.* 1.

Proditorem Regis quilibet capere tenetur cum posset, & quid agendum in casu impotentiae, num. 2.

Proditionis tractatum contra Regem sciens, tenetur sub pena mortis illum reuelare, n. 3.

Limita si tractat s esset adeo occultus, quod probari non posset, n. 4.

Homicidium nemo tenetur prohibere licèt possit, num. 5. *etiam si sine vitae discrimine, n.* 6.

Officiales Curiae videntes rixam, si illam non prohibent mittendo familiam cum possent, tenentur de non prohibita rixa, & sunt ab officio deponendi, n. 7.



AD CAPVT XXIX.

Additio.

1 

CAPIO ad ornatum huius materiae *Dom. Marcell. Cala, de mod. articul. glos. vnic. §.* 2. *n.* 875. *vsque ad* 879. vbi plenè tractando materiã istam dicit, neminẽ teneri ad auxilium Curiae praestandum prò persequtione, & captura malefactorum, & delinquentium, etiã requisitus, si salarium ei pro effectu praedicto ante omnia promissum non fuisset, vel si ad illam persecutionem, vel capturam deueniri non poterat sine vitae discrimine, vel etiam si ordinaria familia Curiae sufficiens esset ad effectum illum, & demum si illi qui conuocati fuerunt, forent immunes à seruitijs, & onerib. personalibus, vt valetudinarij, vel senes, quemadmodũ etiã legum, & artis Medicinae DD. quidquid dicat *Foller. in sua prax. crim. rubr. nota eos capiat de persona, à n.* 10. *cũ multis seqq.* legẽdus tñ *Luc. de Pen. in c. Reg. subditorũ*

2 ... praedicta limitantur contrà proditorem Regis, cum enim quilibet eiusdem Regis subditus capere tenetur cum posset, & in casu impotentiae acclamare, auxilium, auxiliũ, ecce Proditorem Regis *Campagn. in cap. Regni frequens, num.* 102. *fol. mihi* 40. *à tergo*

3 *col.* 2. Sicut in simili dicitur de quocunque alio sciente, & informato de tractatu proditionis contrà Regem, is enim omninò tenetur illum denunciare, ac reuelare, aliàs vltimi supplicii poena puniretur, *Bar. in l. vtrum, nu.* 3. *ff. ad leg. Pompe. de Parricid.* cuius sententiã dicit esse in practica *Felin. in cap.* 1. *sub num.* 4. *versic. secundò fallit, de offic. & potest. Iudic. delegat. Angel. de Malefic. in rubr. & hai tradito la tua Patria, num.* 10. *fol. mihi* 79. *col.* 2. *Soccin. Iun. consil.* 105. *num.* 18. *Plaz. in epit. delict. cap.* 22. *num.* 17. *Capyc. decis.* 130. *num.* 65. & *decis.* 155. *num.* 18. *Bossi in tit. de Crim. Laesae Maiest. num.* 6. *cum seqq.* & *Caranit. in rit.* 4. *nu.*

4 4. qui etiam dicunt, hoc in eo tantùm casu procedere, quo sciens tractatum posset illum probare, alioquin si tractatus esset adeo occul-

cultus, ità quod scientia penitùs probari posset, nequaquam denunciare tenetur & nõ denunciando non potest puniri, vt in specie ad limitationem doctrinę *Bar.* aduertit *Bald.* quem sequitur *Angel. loco citato num. 11. versic. Quod tamen Hippolyt. de Marsil. singul.164.& Foller.in pract.Crim.par.1.2. par. rub.Item quod commisit crimen Lasę Maiestatis,num.102.*

5 Item addo ad materiam *Roman.consil.117. in princip.* qui dicit quod regulariter nemo tenetur de delicto, si illud prohibere potuit, & non prohibuit, concordantes allegat *Apostill.ad Rom.in versic.puniantur*, istamque sententiam esse receptam,& communem,nec esse ab ea recedendum tam de iure Ciuili, quã de iure Canonico, tradit *Iul. Clar. in §. fin.*

6 *quæst.87.num.3.cum seqq.* qui dicit eam procedere, etiam si commodè, & citrà vitæ discrimen, quis homicidium illud prohibere potuisset, sequitur *Baiard.* ibidem *in versic.*

7 *non tenetur.* Nisi essemus in officialibus Curiæ, qui si videntes aliquos rixari non mittant familiam ad prohibendum rixam illam cum possent, tenentur de rixa non prohibita, cum pœna depositionis ab officio, quasi consentientes non exercuerint potestatem, & officij præheminentiam *Bald.in l.2.num.3. in fin., versic.Item est argumentum,C.de Summ. Trinit.& Fid.Catol.& Felin.in cap. Quanta, num. 2.versic. nota glos. de senten. excommunicat.* vbi latè.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

GRatia facta à Balio defunte alicui Vassallo feudata- ij pupilli, an rata habenda sit à successore in Baliatu, num.1.& 8.

Balius in generalibus parlamentis, sedet, & votat vti verus Baro, non vti pupilli feudatarij procurator, num. 2.

Balius alicuius feudatarij habet omnimodam iurisdictionem,& exercitium Imperij proprio nomine,non procuratorio,num.3.

Balius habet generalem administrationem, tã bonorum feudalium, quam burgensaticorum pupilli feudatarij,num.4.

Balius dicitur plenus Dominus, & residet in eo administratio cum libera,num.5.

Balius æquiparatur tutori,& Curatori,num.6.

Tutores habent administrationem bonorum pupilli cum libera, & plenitudine potestatis, numer. 7.

Actus factus ab habente potestatem administrandi obligat successorem,num.9.

Gratia nõ expirat morte concedẽtis,sed tenetur eã habere ratam successor, num. 10. Amplia in Successore Regis, num. 11. Item etiam re integra.num.12.

Potestas exequutoribus data, pro exequtione gratiæ, non expirat morte concedentis,num.13. intellige in meris exequtoribus,num.14.

Locatio de bonis pupilli facta à Tutore prædefuncto, reuocari non potest per successorem in eadem tutela,num. 15.

Successor non potest reuocare locationem factam per prædecessorem, qui competentem administrandi facultatem habebat, num. 16.

Gubernatores etiam annales alicuius Ecclesiæ, vel Hospitalis, non possunt reuocare locationes factas à prædecessoribus Gubernatoribus, num. 17.& quid si locatio esset damnosa Ecclesiæ,vel hospitali,num. 18.

Contractus sub nomine dignitatis facti, non possunt reuocari à successore in dignitate illa, num.19.



AD CAPVT XXX.

Additio.

1 

GRATIA factaà Balio prædecessore alicui Vassallo sui feudatarij pupilli, hæsitatur in præsenti, an eo defuncto rata habenda sit à Successore in Baliatu, si adhùc exequta non fuit? Prò cuius dubij resolutione præmitto primò tra-

2 dita per *Dom.Reg. Mels* (sanè venerandæ in æuum memoriæ) in suis *decis.* adhuc non impressis,*decis.16.* vbi dicit, quod Balius alicuius pupilli Baronis,in generalibus parlamentis interuenit,& votat, non vt pupilli procurator, sed vti verus Baro, & ita refert deci-

3 sum, illiusq; decisionis rationem dicit esse. *Nam Balius habet omnimodam Iurisdictionem & exercitium iurisdictionis, & Imperij proprie iure, non procuratorio,ad tradita per DD. in cap.Regni minoribus, & per Capyc. in inuest.feudal.in versic.feudatarij.* Hæc Dom.Mels. istamque decisionem tamquam notabilẽ imprimi curauit *Dom.Reg.Carol. Tapp.decis. Ital.21.à num.36 vsque ad 38.* quidquid dicat *Reg.de Pont.decis.Collateral.15.n.2.*

4 Præmitto secundò id quod tradit *Capyc. in inuest.feudal.verbo, Feudatariorum Balij, in in versic. Administrabit Balius,fol.87.col. 2,* qui dicit Balium habere generalem administrationem, tam feudalium, quam Burgensati-

ſaticorum, ſequitur *Dom. Conſil. Marcian. conſil.12.num.4.vol.1.*

5 Tertiò præmiſſo, quod Balius dicitur plenus Dominus, quia reſidet in eo adminiſtratio cum libera, bonorum feudatarij pupilli, vt per *Spectab. Dom. Reg. Capye, Galeot. Contr. tar. lib.1. Contr. 60. num. 9.*

6 Vltimò aliis omiſsis præmiſſo, quod Balius eſt ad inſtar Tutoris, & Curatoris, *Andre. de Iſer. & Afflict. in rub. de Conſt. Minor.* quos ſequitur *Campagn. in cap. Regni feuda-*
7 *tarius num. 12 fol. mihi* 148. *col.* 2. & Tutores de iure habent liberam adminiſtrationem bonorum pupilli, cum plenitudine poteſtatis, & mandato cum libera, ad quod eſt gl. notabilis in *l. mandatu generali 60. in verſic. exercendis, in fine ff. de procurat. Amat. var. reſolut. lib.2 cap.99. num.2. Grinell. decif. Dolan.* 60. *num.* 1. & notabilitèr *Gaſ. ll. decif.* 22. *num.* 34. *lib.*1. cum aliis allegatis per *Vincen. Sergi in eius allegatione regiſtrata per Spec. Dom. meum num.3. allegat.119. num.*15.

8 Quibus iactis fundamentis, indubitantèr dicendum eſt in propoſito articulo, ſucceſſorem Balium reuocare non poſſe gratiam, ſiuè compoſitionem à defuncto prædeceſſore factã Vaſſallo ſui feudatarii pupilli, applicando in hoc authoritatem *Innoc. & Anton. de Butr.* quos ſequitur *Minad in rubr. conſtit. Regni in aliquib. num.* 39. *fol.*9. vbi ponit hæc
9 verba. *Et ideo voluit Innoc. & Anton. de Butr. in cap. fin. nè Prælat. vic. ſuas, quod actas realis factus per habentem poteſtatem adminiſtrandi obligat ſucceſſorem*, ad quod ipſe *Minad.* adducit quam plures alias authoritates pœnes
10 ipſum omninò legendas, & accedat quod regularitèr gratia non expirat morte concedẽtis, ſed eam ſucceſſor firmam, & ratam habere tenetur *Bald. in l. humanum in fine C. de legi. & conſtit. Princip. Dec. conſil.* 407. *num.*17. *Franc. Marc. decif.* 512. *num.*3. *& ſeqq. lib.*1. *pleniſſimè Gabriel. conſ.*83. *num.*19. *lib.* 1. *verſic. & conceſſio per viam gratia, & Natt. conſil.*
11 647. etiam in Succeſſore Regis in Regno, qui paritèr tenetur habere ratum factum defūcti Regis, & per conſequentis gratiam ab eo factam obſeruare *Afflict. decif.* 2. *num.* 2.

12 Id quod ampliandum eſt, vt procedat etiã re integra, ideſt, gratia adhùc non exequuta, dummodò tamen ſit facta, *Abb. Panor. conſil.* 34. *ſuper quæſtionis materia, num. 6. lib.* 2. vbi
13 ſubdit, quod per mortem eius qui iam conceſsit gratiam, non expirat facultas alicui demãdata pro illius exequtione, ad quod eſt tex. notabilis *in cap. ſi ſupèr gratia 9. de offic. & poteſt. Iudic. delegat. in* 6. cuius verba tanquam notabilia reportare congruum exiſtimaui. *Si ſupèr gratia cuiquam ab Apoſtolica Sede facta, exequtores fuerint deputati, æquũ eſſe cenſemus, vt ſicuti ipſa gratia (licèt non dum ſit in eius exequtione proceſſum) morte nõ perimitur concedentis, ſic nec etiam reintegra*
14 *perimatur exequtoribus data poteſtas*, & licèt tex. iſte intelligẽdus ſit de mero exequutore, cuius partes eæ ſunt vt tãtum exequatur; non autem de exequtore qui debet procedere eū cauſæ cognitione, vt per *Rot. decif.* 12. *in verſic. Et reſpondi de offic. delegat. in nonis*, hæc tamen reſtrictio non eſt ad caſum noſtrum applicabilis.

Iterum obſeruandum eſt ad maiorẽ principalis articuli euidentiam id quod dicebat *Vincent. Serg. in dicta ſua allegat. num.*37.
15 & 39. quod locatio facta de bonis pupilli à Tutore prædefuncto, ab eo qui in onere tutelæ ſucceſsit, dicta locatio rata habenda ſit, eamque reuocare non poſsit, tamquam facta ab eo qui liberam habebat adminiſtrationẽ, & per conſequens dictã locandi facultatem *Gomeſ. varia reſolut. lib.* 2. *cap.* 3. *ſub num.* 8. *verſic. ſecunda concluſio, & Caroc. tract. de locat. & conduct. par.* 2. *q.* 5 *ſi.* 6. *num.* 2.
16 *Vbicumque enim* (inquit ipſe) *ratione competentis adminiſtrationis quis habet poteſtatem locandi, & locat, alius qui in illa adminiſtratione ſuccedit, tenetur talem locationem obſerua-*
17 *re.* Vndè locatio facta à Gubernatoribus alicuius Eccleſiæ, vel hoſpitalis (qui alio nomine per Canones, & leges appellantur, Rectores, Aeconomi, & Defenſores) quamuis Gubernium duret per annum (ſicut illud Sacræ Domus Sanctiſs. Annunciatæ huius Ciuitatis) pèr ſequentes Guberuatores reuocari
18 non poteſt quamuis eſſet eidem Eccleſiæ, vel Hoſpitali damnoſa, quia non ſequitur, ergo eſt nulla, ſuppoſita in perſona prædeceſſoris Gubernatorum locandi poteſtate; ſed dumtaxàt ad euitandum damnum illud, remanet Eccleſiæ, vel alio loco pio in integrum reſtitutionis remedium, vt in puncto *Cuuar. variar. reſolut. lib.2. cap.*15. *ſub num.*6. *verſic. nec refert, & verſic. Sic ſanè.* Et poſtremò pro-
19 batur, quia contractus omnes, & conceſsiones ſub nomine dignitatis factæ, obligant ſucceſſorem in eadem dignitate ad obſeruantiam, vt patet ex tradis per *Camill. de Medic. Paſchal. Mierez. Chriſtian. Ramon. Maſtrill. & P. Meroll.* legendos pœnes *cit. Vincent. Sergi. ſub num.*39.

Ergò ita in propoſito articulo.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

STatutum, *ſiuè Bandum prohibens extrà locum ſtatuentis extractiones, frumenti aliorumque victualium, vini, olei, animalium, & ſimilium, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas, num.* 1.

Item

Item an comprehendat Laicos colonos personarum Ecclesiasticarum, prò bonis qua in conductionem ab eis tenent, num. 2.
Item an comprehendat personas Ecclesiasticas in casu magnæ penuriæ, vel ob publicam vtilitatem, num. 3.
Item an comprehendat res Sacras, destinatas prò vsu Ecclesiarum, Sacerdotum, & Prælatorum, ita quod nec possint extrahi, num. 4.
Et demum an comprehendat forenses habentes Territoria in districtu in quo viget dictum Statutum prohibitiuum, & quid in colonis partitarijs forensibus, examinatur latè, num. 5.



AD CAPVT XXXI.

Additio.



1 SVPER isto articulo an Laicorum statuta, prohibētia extractiones victualiū, vini, olei, & aliorum commestibiliū, nec non etiam, equorum & aliorum animalium comprehēdat Clericos, aliasque Ecclesiasticas personas extrahere intendentes fruges, & alia in eorum bonis, & Territorijs patrimonialibus recollecta, extrà statuentium districtum, legendus *Gramm. decis. 100. Mauson. de contrab. quæst. 8. Reg. Rouit. in pragmatica 1. sub num. 5. versic. sed an comprehēdant, tit. de anno.* idem in *rubr. de extrac. animal. nu. 16. & Io: Baptist.* Ciarlin *controu. forens. lib. 1. Cap. 31. per totum*, vbi latissimè, & ingeniosè tractat punctum istum; & latiùs *Alex. Sperell. decis. fori Ecclesi. 12. 13. & 14. tom. 1.*

2 Item an idem statutum comprehendat Laicos colonos, & conductores bonorum Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum, sicut etiā emptores fructuum illorum, videndus *Rip. tract. de pest. tit de remed. præseruat, 5. venio nunc ad modum. quæst. 15. n. 124. cum seqq. Gaball. Resolut. Crimin lib. 1. casu 12. n. 15. Ciarlin. loc. cit. num. 18. Burrell. ae Magistr. edict. lib. 3. cap. 14. num. 69. versic. quò verò, & Mauson. d. quæst. 8. n. 10.*

3 Item etiam, an in casu necessitatis, vel penuriæ ob publicam vtilitatem, tale statutum comprehendat memoratas personas Ecclesiasticas; maximè si necessitas esset talis, quæ nō possit euitari, si Ecclesiastici etiā nō comprehenderentur; & quomodo sit faciendum ad finē ligandi illos, videndus *tex. in cap. aduersus, 5. verum de Immun. Eccles. Surd. consil. 301. n. 45. Mart. de Iurisd. part. 4. casu 1. num 23.* & passim *DD* suprà allegati, signanter *Ciarlin. num. 9. & 10. & Franch decis 9.*

4 Item quartò, an bona destinata ad vsum Ecclesiarum, vt sunt Vestes Sacerdotales, indumenta Altarium, & aliæ res Sacræ possint extrahi, non obstante statuto generaliter prohibente tales extractiones; euenit hoc in simili in quandam Mitra Archiepiscopali, quæ mittebatur ad Illustrissimum, & Eminentissimum Cardinalem Mouopoli Theatinæ Ciuitatis Archiepiscopo, nam cum fuisset intercepta à Commissario Contrabannorum Aprutinæ Prouinciæ, tempore Excellentissimi Comitis de Beneuento huis Regni Proregis, illico sui ordine fuit restituta Eminentissimo Cardinali Maffeo successori in d. Archiepiscopatu, vt refert *Mauson. loco cit. nu. 14. 15. & 16.* vbi refert rescriptum dicti Excellentissimi Proregis, qui tamquam pius Princeps inter alia in his prorupit verbis contrà dictum Commissarium. Paraque se puoda proceder contra el al deuido castigo, que vna tal mal ombra merece. Vndè cum casus euenerit ita in quacumque re Sacra, & ad Ecclesiæ vsum destinata determinandum censerem.

5 Postremò dubitari solet, an idem statutū prohibens extractionem frugum, & aliorum victualium, comprehendat forenses, ita quod ij etiam prohibeantur exportare in propriam domum victualia collecta in eorum territorijs sitis in loco vbi viget prædictum prohibitiuum statutum? Proponit illam quæstionem *Guid. Pap. d ecis. 373.* & se remittit ad *Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. Consuetud.* qui secundum interpretationem *addit. ad eit. Guid. Pap.* tenet partem negatiuam, vt nimirum in proposito articulo forenses non prohibeantur extrahere frumenta, & cætera victualia, quæ anno singulo colligunt in eorum territorijs, sitis in loco, & districtu statuti prohibitiui, & ità refert decisum *Thesaur. decis. 152.* quamuis ipse fuisset in voto contrario; & probatur etiā *ex Corne consil. 241 sub n. 7. versic. & maximè quia lib. 4.* qui dicit, suo eodem statuto non comprehendi colonos partitarios forenses, qui proinde non prohibentur extrahere à districtu statuti prohibitiui portionem fructuum eis tangentem pro agricultura, sequitur *Rip. tract. de potest. tit. de remed. præseruat. quæst. 10. num. 107.* & prosequitur latè *cit. Petr. Gaball. Resolut. Crimin. cent. 1. casu 14.*

Sed *Francis. Marc decis 238. part. 2.* in proposito articulo, tenet distinguendo, quod vel statutum prohibitiuum dirigitur in rem, nimirum, quia dicit, quod victualia non extrahātur, & isto casu comprehendit forenses, non tamquam subditos, sed tamquam dominos victualium, & sic comprehenditur persona propter rem. Vel statutum loquitur in per-

personam, puta quia mandat, vt nemo extra, har frumenta, blanda, & alia, & isto casu forenses nullo modo comprehenduntur, quia cum verba dirigantur in personam, quæ est exempta, fiunt exempta etiam bona propter personam; sequitur istam opinionem, *Ranch. ad cit. Guid. Pap. d. decis. 373.*

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

Baronum Banna per quæ mandatur, nè vassalli accedant ad alia molendina, vel furna, præter ad ea ipsius Baronis, non tenent, num 1. limita num. 11. & 12.

Barones non possunt prohibere, nè vassalli accendant ad aliud Torculare oliuarum, quam ad suum, num 2.

Barones nõ possunt prohibere Vassallis piscationẽ, & venationem in flumine, & nemore publico, num. 3.

Barones non possunt prohibere Vassallis, nè aquã extorqueant à publico flumine pro vsu suorum molendinarum, & pro irrigatione hortorum, num. 4.

Barones non possunt prohibere vassallis constructionem nouorum moleudinorum, n. 5.

Barones habentes ius prohibendi ædificationem nouorum molendinorum, non possunt talem prohibitionem facere contrà Ecclesiam, n. 6.

Barones non possunt cogere vassallos ad alteri inseruiendum, etiam mercede soluta, n. 7.

Vassalli Baronum liberam habent eundi facultatẽ quò volunt ad molẽdũ frumẽtũ, & similia, n. 8.

Barones etiam habentes merum, & mistum imperium, non possunt emanare statuta contrà vassallorum libertatem, n. 9.

Barones quibus concurrentibus possint statuta emanere. 10.

Baro lite pendente inter eum, & vassallos recusantes accedere ad sua molendino, & furna probata possessione, est manutenendus, nu. 13.

Vniuersitas potest Ciuibus mandare nè ad alia molendina, & furna præter sua, accedant, n. 14.

Limita, vt non possit hoc facere in praiudicium, & perniciem Ecclesiæ habentis aliud molendinum, vel furnum, n. 15.



AD CAPVT XXXII.

Additio.

1 BANNA à Baronibus emanata, per quæ prohibetur vassallis accessus ad alia molendina, vel furna præter ea ipsius Baronis, non valere, tradit *Villalob. in lib. Commun. opin. n. 114. lit. D. fol. 103. in paruis, Nouar. de grauam. vassall. lib. 2. grauam. 84. Tasson. obseruat. 4. n. 120. Reg. Valenz consil. 149. nu 30 vol. 2.* post *Loris. de reintegrat. feud. cap. incipiente, tales habens, n. 9 fol. 11. à terg.* & alios ferè innumeros cumulatos per *Gros an. d. sept. foren. tom. 3. cap. 564. n. 45.*

2 Secundò nec minùs valet Bannum Baronis, per quod ordinatur vassallis nè accedant ad aliud torculare oliuarum, quam ad suum, in præiudicium, tum vassorum quibus aufertur libertas eundi quò volunt, tum in præiudicium Dominorum aliorum torcularium, quę redderentur inutilia, & infructuosa propter bannum prædictum, vt notabiliter dicit *Honded. consil. 84 num. 35. lib. 1.*

3 Tertiò non possunt Barones prohibere vassallis piscationem, & venationem in fluminibus, siluis, & nemoribus publicis, vt per *Ann. singul. 58. & 59.* vbi etiam *Ann. filius in addit.*

3 Quartò non possunt prohibere, nè vassalli accipiant, vel retorqueant aquam publicorum fluminum, tum in præiudicium Dominorum aliorum molendinorum, tum in præiudicium habentium hortos, quos cum aqua prædicta assolent irrigare, ob quod priuarẽtur eorum licita, & laboriosa industria, latè *Moisés. ad Consuetud. Neap. tom. 1. tit. de renunciat. quæst. 4.* signanter *num. 30.* vbi dicit tales prohibitiones esse impias, & contrà omnẽ iustitiam, ad quod refert *Franch dec. 183.*

5 Quintò non possunt Barones prohibere vassallis nè noua molendina construant in eorum proprijs territorijs, affirmat *Gratian. d. lib. 3. cap. 564. n. 47. in fin. versic. Ex istis colligitur,* (maximè inquit ipse) non possunt tales prohibitiones contrà Ecclesiasticam libertatem emanare; cui addo, quod quan-

6 do Barones habent ex priuilegio, vel præscripta Consuetudine ius prohibendi, nè noua molendina construantur, illud ius prohibendi non potest extendi contrà Ecclesiam, de qua re legendus *Thor. in Compen. decis tom. 2. verb. Prohibendi ius, fol. 517. col. 1.* vbi trãscribit *Apostillam* cuiusdam incerti *Doctoris*

 qui

sati secundum quid assensum superioris Domini tantùm, & sic Regis, prout etiam affirmat *Borrell. d. tract. de Magistr. edict. lib.* 4.
6 *cap.* 2. *à num.* 6. *vsq;* ad 10. tamen supposito, quod Baro habeat ius in illo feudo, quatenus est sub eius dominio, & subinfeudatum ab ipso, dicendum est omninò *Parid.* non benè dixisse, vt latissiè defendit nouissimè *D. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib.* 2. *cap.* 27. *per totum*, dicens hanc esse magis communem sententiam, quia equale est interesse, Regis nempè, & Baronis, cuius assensus si non esset necessarius introduceretur de facili malus sub feudatarius in suo feudo; Itamq; opinionem prosequitur etiam *Ann. in Repet. Const. Diu. Memor. à nu.* 200. qui demum interpretando *Parid.* sententiam, dicit, sufficere assensum Re-
7 gis, & sic Domini Superioris, spreto illo Baronis, si ipse inrationabiliter, ac sine iusta causa recusatet assensum suum concedere in illius
8 feudi distractione; & subdit in *vers. sed ego dico*, quod isto eodem casu, quo nollet Baro assentiri, posset Rex supplere per assensum suum, etiam si ageretur de distrahendo feudo plano, & de tabula, propter illam inrationabilem Baronis renitentiam.
9 Itemq; *Frecc.* loco *cit. nu.* 8. interpretando etiam illam *Parid.* doctrinam, dicit, *Nisi* ex certa scientia Rex pro vtroq; assentiret; quasi dixisset, quod quando notum est Regi feudum alienandum esse quaternatum secundū quid (quo casu diximus in illius alienatione ... necessarium assensum vtriusq; iam scilicet Regis, quam Baronis) & ipse informatus, ex certa scientia pro vtroque assenciture, tatis Superioris Domini consensus, facit vt alius inferioris non sit necessarius, quia feuda omnia, eum tamquam causam primam, & immediatam recognoscunt.
10 Praeterea, & demum noto, quod quando Rex non supplet assensum Baronis ex certa scientia in casibus mox consideratis, eo casu semper est necessarius inferioris etiam consensus (vt diximus) quamuis esset absens, quia expectari deberet, adeo quod non sufficeret solus assensus Regis, *Andre.* qui latè examinat hanc quaestionem, *in dicta l. Imperialem, num.* 10. *versic. dicitur in summa*, & *Camer. ibidem lit. B. versic. Capio Isern.* vbi dicit hoc esse verum etiam si magna esset absentia, *fol.* 74. & de ratione penes eos.

Io: Leonardus Rodoerius




SVMMARIVM

Solemnitates extrinsecae per lapsum 30. annorum, cum possessione, praesumuntur, num. 1.
Limita si constaret euidentèr non interuenisse, quia illa regula intelligitur in dubio, n. 8.
Alienatio bonorum Ecclesiae post 30. annos, praesumitur solemnitèr celebrata, n. 2.
Assensus Apostolicus super alienatione bonorum Ecclesiae, praesumitur post 30. annos, num. 3. Amplia tribus modis, num. 4. 5. & 6. Sed limita, num. 7.
Praesumptio in claris non habet locum, nu. 9.
Assensus Regis super feudi alienatione, an praesumatur per 30. annos affirmatiuè ex Parid. num. 10. Sed contrarium est verius num. 11. & 16. & de ratione, num. 12. & 14.
Assensus praesumptus in Regno, nihil operatur, num. 13.
Assensus Baronis super alienatione feudi plani, praesumitur per 30 annos, nu. 15.
Assensus Baronis probatur testibus, non autem assensus Regis, qui debet probari per scripturā, num. 17.



AD CAPVT XXVII.

Additio.



1 Ex diuturnitate, & lapsu 30. annorū, solēnitates extrinsecas ad validitatē actus requisitas, interuenisse praesumitur, cōcurrentibus tamen possessione eius ad cuius fauorem vrget praesumptio; & patientia alterius contrahentis, vt deducitur, *ex tex. in cap. peruenit*, & ibi scribentes omnes, *tit. de empt. & vendit. Felin. in cap. sicut n.* 31. *de re iudic.* Idem *in cap. Albericus, in fine, de testib DD. in l. sciendum, ff de verbor. obligat.* vbi notabilitèr *Alex. num.* 19. & *Curt. iun. num.* 12. & *in cap. id nouitèr, de his, qua fiunt à Praelat. fin. consens cap. Imol.* post *glos. in d. cap. peruenit, cit. Alex. consil.* 1. *Christi nomine inuocato, num.* 20. & *cons.* 12. *Viso processu, col* 3. *versic. quia Respondeo*, & *consil.* 17. *Viso instrumento, num.* 8. *vol.* 4. *Paul de Castr. cons.* 292. *vol.* 1. *Dec. consil.* 36. *num.* 7 *vol.* 1. & *consil.* 442. *versic. Tertiò illa praesumptio, vol.* 2. *Soccin. iun. cons.* 56 *num.* 22 *vol.* 2. *Balb. de praescript. quaest.* 10. *part.* 3. *in* 2. *limit. Cezad. consil.* 73. *Curt. sen. cons.* 76. *Corne. consil.* 181. *n.* 21. *vol.*

21.vol.2.Alciat.de præsumpt.regul.3.præsũpt. 10.num.7.Hieronym.Gabriel.conf.36.num.51. & consil.49 vol.1.Riminald. in l.1.num.28.C. qui admit. Ruin. consil. 29. num. 9. & consil. 35.num.23.vol. 1. Tiraquell .de prescript.§.1. glos.4. num. 59.Cephal.cons.133.nu. 126.vol. 1.Anton. Gabriel. commun. opin.de præsumpt. conclus.1.nu.28.59. & post nu. 99. Osas. decis. Pedam.173.num.1.& Capyc. decis.16.n.1.

2 Ex qua receptissima, & indubitata conclusione, infertur principalitèr ad alienationem bonorum Ecclesiæ, quæ post triginta annos, præsumitur esse omnibus necessarijs solemnitatibus vallata, Viui.decis.289. num.39. lib.2.& Io.Anton.Mangil. qui innumeros congerit DD.& Rot.decis.in tract.de euict. quæst.
3 130.n.17.& 18.Præsertim per dictum spatiũ annorum triginta presumitur impetratus assensus Apostolicus, concurrente tamen per idem tempus obseruantia contractus, vt nominatim tenuerunt infrascripti.

Ias.in d.l.sciendum,nu.16.& 17.ff de verb. obligat.
Dec. cons. 409.num.9.vol.2.
Arct.consil.36 vol.2.
Hieronym. Grat. consil. 142. num. 20. vol.2.
Hieronym. Gabriel. cons. 82. post num. 31. vol.2.
Riminald.iun. consil. 242. num. 27. cum seqq.
Idem consil.339.num.33.
Reg. Rouit. consil. 79.num.40.vol.1.
Amat.cons 463.
Lambert.super stat.de indend.mulier.glos.7. in verbo consensus quæst. 24. vbi multos allegat.
Reg.de Põt.in lect.Feudal.tit.de his qui feud. dar poss.lect.3.num.47. vbi ita refert decisum in S.C. inquam pluribus causis. Rot.Rom.post.Cenc.decis.27.num.3.
Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 867. num 50.

Et latissimè omnium melius Io: Baptist. Ciarlin. contr forens lib.1.cap. 39. per totum, vbi post quam firmauerit hanc sententiam, examinat, & resoluit singulas oppositiones, quæ passim à DD. cõtrà eam proponuntur; & nè videar eũ exarasse, adducã ppterea sũmariè in præsenti ad necessarium ornatum huius materiæ nonnulla vtiliora, quæ ipse per plura fundat.

4 Inquit Primò hanc sententiam esse veram etiam si in instrumento alienationis non esset reseruatus assensus Apostolicus, quia illa reseruatio(quam ad effectum prædictum nonnulli necessariam existimant signantèr in simili Paris de reintegr feud.fol.127. sub nu. 11. versi. Et puto) operatur tantum, vt faciliùs præsumatur assensus post triginta annos, non autem quod de essentia requiratur dicta reseruatio, ad quod ponderat Farinac. decis. 694.num.5. qui dicit, præsumi assensũ Apo-
5 stolicum, præsertim si fuerit reseruatus. Inquir secundo, nec minùs esse necessariam veram, vel præsumptiuam Pontificis scientiam de alienatione, ad finem vt possit fieri præsũptio prædicta. (vt alij existimant, signantèr Facchin.contr.iur.lib.13.cap.44.)& intèr alias rationes quas prò hoc adducit, illa mihi ineuitabilis videtur; quia eo ipso quod lex præsumit illam extrinsecam solemnitatem assensus, præsumit etiam scientiam Pontificis, tãquam necessarium antecedens; iuxta notabilem doctrinam Gabriel. d. consil.82. num.31. cum seqq. dicentis Nec refert quod consensus non possit considerari sine scientia, quia sicut præsumitur consensus, ita pèr necessarium antecedens præsumitur scientia. Tertiò inquit, quod
6 post triginta annos non potest rescindi alienatio bonorum Ecclesiæ proptèr carentiam Apostolici assensus, etiam si ille fuisset expressè reseruatus, cum clausula, quatenus interueniat, nec alitèr, nec alio modo, quia post predictum temporis lapsum, satis dicitur interpositus; ob quod clausula illa resolutiua non potest amplius operari, inspecto quod est iam adimpletum, ex Marches.de Commis. part.1.num.3.fol.113.vbi ita refert in notabili casu decisum per Rot. vt latiùs patet ex inspectione Ciarlin.qui prædicta, & alia multa cumulat replicando vndecim obiectis, quæ à DD. proponuntur, contrà suprà relatam sẽtentiam.

7 Vnum tamen tantùm notare non desinam ad veram illius limitationem, si nempè indubitantèr constaret assensum non fuisse interpositum, vtputa si in instrumento alienationis dictum fuisset; illum non esse necessarium, & ideo non impetrari; vel si cum supplicationem Pontifici porrexissent, illum concedere denegauisset, vt ex quampluribus affirmat Facchia.loco cit.in fine, versic. cessat etiam, quod conceditur etiam à Ciarlin.d.contr.39. à num. 23. & ante istos idem ferè in terminis tenet Paris.de reintegr.d. cap. incipiente, an si reperiantur, fol.127.à terg.col.1. sub num. 19.
8 Sicut nec minùs procedit cõclusio illa, quod per 30.annos præsumẽda sit quælibet extrinseca solemnitas, quando ex inspectione oculati patet contrarium, notabilitèr Paul. de Castr.consil.81.In causa quæ vertitur, num. 3. vol. 2. Alex. consil.1.nu.21.vol.4. vbi Apostilla multos concordantes adducit, post Abbat. cõsil.6.in causa,& quæstione, sub num.6.lib.1.Gozadi.consil.73 num.19.Surd.consil.28.num.11. Afflict.decis.107.num 5.ibiq; Vrsill.Pute. dec. 110.lib.2.Maur.allegat.4.num.6.Cost. de fact. scient.& ignorant.distinct.81.num. 12. cum sequentibus centur.2 & consil. Theodor. allegat.
9 15.sub num.12. quibus tandẽ accedat, quod quando sumus in claris, præsumptio nihil operatur cap.fin.de præsumpt.Gratian.discept. forens.tom.4.cap.685. num.15. & tom. 5.cap. 927.

927. num. 22. & Camill. de Medic. consil. 45. num 2.

12 Sed quid dicendum de assensu Regis, interponi necessario in distractione feudorum, an per 30. annos possit præsumi quod interuenerit, sicut assensus Apostolicus? *Paris. de Pat. in d. tract. cap. an si reperiantur*, post *Andre. & Bald.* latissimè affirmatiuè respondet, inducens ad comprobationem quamplura similia exempla; & tandem ita refert ipsum determinasse.

31 *Ias.* tamen, *cons. 176. Redemptoris Crucifixi, num. 2. vol. 2.* tenet oppositum, & in longè durioribus terminis; quandoquidem in casu per eum proposito, erant lapsi plus quam anni 130. & nihilominus respondet, non propterea esse præsumendum Regis assensum supèr feudi distractione; quæ quidem opinio apud modernos Regni huius D D. pro indubicata admittitur; ea ratione, quia cum per
12 *Const. Diuæ Memoriæ, tit. de reuoc. feud.* cũ alienantur feuda sit necessarius expressus, & specificus assensus Regis, vt ibi. *Nullam omninò firmitatem habere, nisi de speciali nostræ celsitudinis licentia confirmantur.* Fit pèr necessarium consequens, quod licèt possit ex dispositione iuris communis præsumi assensus, ex eisdem rationibus quas in Apostolico assensu præsumendo considerauimus; talis tamen præsumptio in hoc Regno non potest prodesse per dictam *Const.* vndè inoleuit axioma,
14 quod assensus præsumptus in hoc Regno nihil operatur, vt pèr *Ann. in d. Const. constitutionem Diuæ Memoriæ num. 42. & seqq* quem sequitur *Camill. de Medic. consil. 149 num. 42. Consil. Georg. allegat. 3. num. 2 Dom. Consil. Marcian. consil. 15. num. 18. & seqq vol. 1. & Dom. Consil. Staib. Resolut. forens lib. 1 Resolut.*
14 *60 num. 13.* & prædicta eò magis procedunt, quia pèr *Regias Pragmaticas*, assensus debent necessariò registrari sub pæna nullitatis; Vnde in proposito articulo nullatenus præsumptiones locum habere possunt, quia, vel assensus verè, & realitèr non fuit concessus, & nec minus reperitur Registratus, vel fuit impartius, & tunc vel non fuit registratus, & est nullus, vel fuit intrà legitima tempora registratus, & & in libro reperitur; & sic cum tam affirmatiua, quam negatiua subbijciatur oculis corporeis, & probationibus palpabilibus, perperam disputatur (maximè vt diximus in hoc Regno) de assensu Regis præsumendo.

15 Hoc tantum verum est, quod si alienatum reperiretur ab aliquo subfeudatario subfeudũ suum (quod aliàs feudum planum, & de tabula nuncupatur) licèt Baronis subinfeudantis assensus non reperiretur, non tamen alienatio corruit, si lapsi sint 30. anni, quoniam post illius temporis lapsum, in hac facti specie assensus præsumitur, cit. *Dom. Camill. de Medic. consil. 117. num. 31.* id quod ponit intèr alias differentias intèr feudum quaternatũ, & feudum planum, & de tabula. *Marin. Frecc. de subfeud. tract. de different. feud. num. 32.* vbi ita scribit. *Præsumitur assensus in alienatione feudi plani, & de tabula ex possessione 30. annorum, cum de iure feudorum sufficiat tacitus*, vt notat Andre. *in l. hac edictali, de prohib. feud. alienat. per Lothar. & quod ex tempore inducitur, tacitum est, & præsumptum; quod potest*
16 *tacitè fieri, ex tẽpore potest tacitè induci; Quãdo verò feudum est quaternatum, ex possessione 30. annorum in alienatione feudi, non præsumitur Domini assensus, quia requiritur expressus, & verus, cum confirmatione decreto.* Hæc *Frecc.* Et tandem conferunt notata per *Camill. Borrell. in tract. de Magistr. edict. lib. 4.*
17 *cap. 2. num. 11. vsq; ad 14* Qui dicit, quod assensus Regis præstitus supèr alienatione feudi quaternati debet probari cum scriptura assensus (licèt illius scripturæ ammissio testibus probari possit) assensus autem Baronis in alienatione feudi plani, potest immediatè probari per testes, vt latè per eum.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Assensus concessus super venditione feudi, non potest extendi ad illius obligationem, num. 1. & 4.

Alienare, & hypothecare feudum est equalitèr de iure communi feudorum prohibitum, sine assensu Domini, num 2.

Vendere, & hypothecare, est quid omninò diuersum, num. 3.

Assensus verba strictè accipi debent, ac verè, & propriè, cum alijs, num. 5.

Concesso quod est plus, censetur concessum quod est minus, num. 6. Limitatur vt non procedat hac regula in materia assensus supèr feudi alienatione concessi, num. 7.

Assensus extenditur ad annexa, & connexa, & ad quę veniunt per viam comprehensiuam nu. 8. cũ declaratione, num. 10.

Extensio non dicitur fieri, quando fit regressus ad ea, quæ comprehensiuè veniunt, n. 9.

Illegitimus, qui obtinuit promoueri ad Episcopatum, censetur obtinuisse, quod possit omnibus Sacris ordinibus insigniri, num. 11.

Assensus concessus super alienatione feudi, an extendatur ad pignorationem, n. 12. affirmatiuè ex Reg. de Pont. num. 13. Contrarium, ex Gizzarell. n. 16. & 19. & *respondetur ad argumenta contraria, n. 20.*

Alienatione probibita, censetur probibita pignoratio, num. 15.

Alienationis verbum est genericum, comprehendit pignorationem, n. 16. Sed limita, & intellige, vt num. 18.

Alienatio dicitur illa per quam inducitur dominij translatio in alium, maximè si verè, & propriè acciperetur, n. 17.

Argumentum à contrario sensu non tenet, si ex eo resultat prauus intellectus, num. 20.



AD CAPVT XXVIII.

Additio



1 XAMINANDVS nobis proponitur celebris ille articulus, an assensus super feudi venditione impartitus, extendi possit ad illius pignorationē? *Andre. de Isern. in l. Imperialem, num. 5. & 6.* post quam hinc indè argumentatus sit, concludit tandem negatiuè; *tit. de prohib. feud. alienat. per Federic.* quia quod non exprimitur habetur pro omisso, & satis differt cōtractus venditionis, à pignoratione, idem tenet *Surd. decis. 254. n. 5.* vbi in specie affirmat, quod licentia vendendi, non potest trahi ad obligationem, id quod etiam post *Afflict. Frec. Camer.* & alios, tenet *Rouit. consil. 31. num. 13. vol. 1.* & acquiescit etiam huic sententiæ *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 8. §. 6. à num. 4.* cum multis seqq. vbi probat hoc latè, ita quod videtur non esse de hac opinione hæsitandum, tum ex rationibus *An-*
2 *dre.* tum etiam quia, cum de iure communi feudorum sit vtrunq; prohibitum, tam scilicèt vendere, quam pignorare feudum sine Domini assensu, *d. l. Imperialem de prohibit.*
3 *feud. alienat. per Federic.* & cum pignorare sit quid omninò diuersum à vendere, vt idem *Isern. loco cit.* ait, *n. 6.* quem refert *Camerar. fol. 43. col. 2. versic. Item probatur hoc, sub lit.*
4 *H.* sit pernecessè, vt non possit fieri extensio de licentia vendendi, ad licentiam pignorādi feudum, quia fieret regressus ad quid omninò diuersum, & ad quid æqualitèr prohibitum ex prædictis; Et hoc eò magis verum est, quia versamur in materia stricti iuris, nam
5 assensus de sui natura strictè intelligi debet, nec verba illius sunt vltrà expressa dilatanda, quia attenditur simplex verborum tenor, & cortex *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 20. num. 8 fol. 150. Ann. allegat. 36. n. 3. allegat. 41. n. 26. & allegat. 67. n. 11. Loffred. consil. 9. n. 22. Scip. Theodor. allegat. 80. nu. 47. versic. Nemo enim ignorat, & allegat. 83. num. 6. & Ricc. in col lect. decis. part. 3. collect. 604.* & id quod dici-
6 tur, vt nimirum, concesso quod est plus, censeatur paritèr concessum, quod est minus, ad *tex. in l. nec in ea lege 22. §. qui occidere, ff. ad*
7 *leg. Iuliam de adult.* non procedit in materia assensus, in qua ad minora non sit extensio, ex maioritate, vel minoritate rationis, vt aduertit in specie *Camer. ad dictam l. Imperialem fol. 43. à terg. lit. P. versic. quis enim,* latissimè *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 4. à n. 48. Surd. d. decis. 254. n. 27. Consil. Theodor. al. legat. 67. n. 54. versic. Et non extenditur, & optimè Rot. decis. 2. in addit. tit. de filii presbit in nouis,* ex qua infertur etiam ad declarationem
8 illius conclusionis, vt assensus extendatur ad annexa, & connexa *Paris de reintegrat. feud. cap.* Incipiente, *& circà iam dicta fol. 129. n. 3. Camill. de Medic. consil. 135. n. 9. & consil. 149. n. 8. Surd. decis. 182. n. 7. Capyc. Latr. decis. 56. n. 2. lib. 1. & Merlin. Contr. forens. centur. 2. cap. 8. n. 8.* Item ad ea quæ veniunt per viam comprehensiuam, non extensiuam, *Camerar. fol. 51. lit. V. cit. Camill. de Medic. consil. 85. nu. 6. cū multis seqq.* & latiùs *Dom. Consil. Marcian. consil. 69. nu. 23 vol. 2.* quia nulla dicitur fieri ex-
9 tentio ad id, quando illud tale, venit sub dispositione per viam comprehensiuam, & necessariò includitur, *glos. in cap. 1. verbo, Italiæ, versic. In contrarium de temper. ordin. in 6.*
10 Hæc inquam ita intelligenda sunt, quando id quod dicimus comprehensiuè contineri in dispositione, ac concessione assensus, consi-
11 deraeur eamquam necessarium antecedens; dat exemplum *Rot. loc. cit.* in illegitimo, qui si impetrauerit a Pontifice ad Episcopatum promoueri, censetur per necessarium antecedens habilitatus etiam ad obtinēdos Sacros Ordines, illisq; insigniri, vt per *Hostiens. in cap. postulasti, de rescript.*
12 Sed nihilominus aduertendum est, nec minùs ; et prædicta, dubium quod agitari solet esse resolutum, Loquti enim huc vsq, fumus, quando a Rege præstitus fuit assensus supèr venditione feudi; Videamus modo, quid dicendum, si fuisset præstitus supèr alienatione, quæ tantum differre videtur à vendendi facultate, quantum genus à specie; & sic an concessa potestate alienandi, censeatur paritèr concessa hypothecandi, & obligandi licentia.
13 *Dom. Reg. de Pont. d. tit. 8. §. 6. per totum,* audactèr affirmatiuè respondet, id quod conatur varijs diuersisq; medijs probare, præci-
14 puè, quia, alienatione prohibita, censetur prohibita pignoratio, & hypotheceæ appositio, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Ergò (à contrario arguendo) alienatione permissa, censēdū est fuisse paritèr pmissā, atq; cōcessā hypothecandi licentiā; Et secundò, quia alienare, est verbum genericum comprehendens omnes contractus, & præcipuè contractum hypothecarium, quia hipotheca dicitur etiam alienatio, vt in specie de licentia alienandi feudum, aduertit *Iacobin. in prax. tit. de caus.*

ex

ex quib. feud. ammitat. numero 3.

16 At Dom. *Consiliar. Gizzarell. decis.* 77. dicit, & decisum refert prorsus contrarium, vt scilicet assensus super feudi alienatione præstitus, protrahi non possit ad hypothecæ appositionem; quia alienatio dicitur actus per quē

17 dominium in alium transfertur *Oldrad. consil.* 270. *nu.* 2. *Bald. consil.* 108. *in princip. lib.* 1. *Anchar. consil.* 102. *in princip. Paul. de Castr. consil.* 370 *in princip. lib.* 1. *Lap. allegat.* 41. *in princip.* adeo quod qui alienasse dicit, fatetur omne dominium á se abdicasse *Alex. consil.* 108. *nu.* 3. *vol* 6. *& consil.* 29. *n.* 15. *versic. Constat aute, lib.* 7. maximè quando propriè, & strictè sumitur, alienandi, verbum, idem *Alex. consil.* 41. *Viso themate, in fine, lib.* 6. *& Felin. in cap. fin. sub num.* 8. *versic. & licèt, de accusat.* Et

18 sic sub verbo alienare, verè, & propriè non venit bonorum obligatio, *Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. privat. ob alienat. quæst.* 6. quem sequitur *Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. A. conclus.* 257. *num.* 37. vbi prædictos, & alios allegat.

19 Mihi verior videtur hæc secunda *Gizzarell.* opinio ex prædictis rationibus, non obstantibus argumentis *Dom. Reg. de Pont.* &

20 primò non obstat argumentum, quod ipse format à contrario sensu, quia illud non valet, stante prauo intellectu, qui resultaret, *l.* 2. *C de condit. insert.* sequeretur enim in casu nostro, quod assensus, cuius verba strictè, verè, & propriè accipi debent, vt suprà diximus *n.* 5. extenderentur ad casum equalitèr prohibitum, & qui non aliàs comprehendi posset, nisi largè, & impropriè, quia in effectu obligandi facultas, ita demum venit sub potestate alienandi, si alienationis verbum latè accipiatur, & impropriè, quia propriè sumptum importat totalem dominii abdicationem, & illius in alium translationem, vt suprà solidissimè fundauimus.

Et ita breuitèr corruunt argumenta *Regis de Pont.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

1 AVxilium Curiæ præstare prò persequtione malefactorum, & delinguentium, in quibus casibus nemo teneatur, num. 1.


2 Proditorem Regis quilibet capere tenetur cum posset, & quid agendum in casu impotentiæ, num. 2.

3 Proditionis tractatum contra Regem sciens, tenetur sub pæna mortis illum reuelare, n. 3.

4 Limita si tractae s esset adeo occultus, quod probari non posset, n. 4.

5 Homicidium nemo tenetur prohibere licèt possit, num. 5. etiam si sine vita discrimine, n. 6.

6 Officiales Curiæ videntes rixam, si illam non prohibent mittendo familiam cum possent, tenentur de non prohibita rixa, & sunt ab officio deponendi, n. 7.



AD CAPVT XXIX.

Additio.



1 CAPIO ad ornatum huius materiæ *Dom. Marcell. Calà, de mod. articul. glos. vnic. §.* 2. *n.* 875. *vsque ad* 870. vbi plenè tractando materiā istam dicit, nemine teneri ad auxilium Curiæ præstandum prò persequtione, & captura malefactorum, & delinguentium, etiā requisitus, si salarium ei pro effectu prædicto ante omnia promissum non fuisset, vel si ad illam persecutionem, vel capturam deueniri non poterat sine vitæ discrimine, vel etiam si ordinaria familia Curiæ sufficiens esset ad effectum illum, & demum si illi qui conuocati fuerunt, forent immunes à seruitijs, & oneribus personalibus, vt valetudinarij, vel senes, quemadmodū etiā legum, & artis Medicinæ DD. quidquid dicat *Foller. in sua prax. crim. rubr. nota os capias de persona. à n.* 10. *cū multis seqq.* legēdus tū *Luc. de Pen. in c. Regn. subditorū*

2 ... prædicta limitantur contrà proditorem Regis, cum enim quilibet eiusdem Regis subditus capere teneatur cum posset, & in casu impotentiæ acclamare, auxilium, auxiliū, ecce Proditorem Regis *Campagn. in cap. Regni frequens, num.* 102. *fol. mihi* 40. *à tergo*

3 *col.* 2. Sicut in simili dicitur de quocunque alio sciente, & informato de tractatu proditionis contrà Regem, is enim omninò tenetur illum denunciare, ac reuelare, aliàs vltimi supplicii pœna punitetur. *Bar. in l. vtrum, nu.* 3. *ff. ad leg. Pompe. de Parricid.* cuius sententiā dicit esse in practica *Felin. in cap.* 1. *sub num.* 4. *versic. secundò fallit, de offic. & potest. Iudic. delegat. Angel. de Malefic. in rubr. & hai tradito la tua Patria, num.* 10. *fol. mihi* 79. *col.* 2. *Soccin. Iun. consil.* 105. *num.* 18. *Plaz. in epit. delict. cap.* 22. *num.* 17. *Capyc. decis.* 130. *num.* 65. *& decis.* 155. *num.* 18. *Bossi in tit. de Crim. Lesæ Maiest. num.* 6. *cum seqq. & Caravit. in rit.* 4. *nu.*

4 4. qui etiam dicunt, hoc in eo tantùm casu procedere, quo sciens tractatum posset illum

5 probare, alioquin si tractatus esset adeo oc-cul-

4 cultus, ità quod scientia penitùs probari
posset, nequaquam denunciare tenetur & nō
denunciando non potest puniri, vt in specie
ad limitationem doctrinę *Bar.* aduertit *Bald.*
quem sequitur *Angel. loco citato num.* 11
versic. Quod tamen Hippolyt. de Marsil. singul. 164. *& Foller. in pract.* Crim. *par.* 1. 2. *par. rub. Item quod commisit crimen Læsæ Maiestatis, num.* 102.

5 Item addo ad materiam *Roman. consil.* 117.
in princip. qui dicit quod regulariter nemo
tenetur de delicto, si illud prohibere potuit,
& non prohibuit, concordantes allegat *Apostill. ad Rom. in versic. puniantur,* istamque sententiam esse receptam, & communem, nec esse ab ea recedendum tam de iure Ciuili, quā
dè iure Canonico, tradit *Iul.* Clar. *in* §. *fin.*
6 *quæst.* 87. *num.* 3. *cum seqq.* qui dicit eam procedere, etiam si commodè, & citrà vitæ discrimen, quis homicidium illud prohibere
potuisset, sequitur *Baiard.* ibidem *in versic.*
7 *non teneatur.* Nisi essemus in officialibus Curiæ, qui si videntes aliquos rixari non mittant familiam ad prohibendum rixam illam cum possent, tenentur de rixa non prohibita, cum pœna depositionis ab officio, quasi consentientes non exercuerint potestatem, & officij præheminentiam *Bald. in l.* 2. *num.* 3. *in fine, versic. Item est argumentum,* C. *de Summ. Trinit. & Fid. Catol. & Felin. in cap. Quantæ, num.* 2. *versic. nota glos. de senten. excommunicat.* vbi latè.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

GRatia facta à Balio defunto alicui Vassallo feudatarij pupilli, an rata habenda sit à successore in Baliatu, num. 1. & 8.

Balius in generalibus parlamentis, sedet, & votat vti verus Baro, non vti pupilli feudatarij procurator, num. 2.

Balius alicuius feudatarij habet omnimodam iurisdictionem, & exercitium Imperij proprio nomine, non procuratorio, num. 3.

Balius habet generalem administrationem, tā bonorum feudalium, quam burgensaticorum pupilli feudatarij, num. 4.

Balius dicitur plenus Dominus, & residet in eo administratio cum libera, num. 5.

Balius æquiparatur tutori, & Curatori, num. 6.

Tutores habent administrationem bonorum pupilli cum libera, & plenitudine potestatis, numer. 7.

Actus factus ab habente potestatem administrandi obligat successorem, num. 9.

Gratia nō expirat morte concedētis, sed tenetur cā habere ratam successor, num. 10. *Amplia in Successore Regis, num.* 11. *Item etiam re integra, num.* 12.

Potestas exequutoribus data, pro exequutione gratiæ, non expirat morte concedentis, num. 13. *intellige in meris exequutoribus, num.* 14.

Locatio de bonis pupilli facta à Tutore prædefuncto, reuocari non potest per successorem in onere tutelæ, num. 15.

Successor non potest reuocare locationem factam per prædecessorem, qui competentem administrandi facultatem habebat, num. 16.

Gubernatores etiam annales alicuius Ecclesiæ, vel Hospitalis, non possunt reuocare locationes factas à prædecessoribus Gubernatoribus, num. 17. *& quid si locatio esset damnosa Ecclesiæ, vel hospitali, num.* 18.

Contractus sub nomine dignitatis facti, non possunt reuocari à successore in dignitate illa, num. 19.



AD CAPVT XXX.

Additio.

1 
RATIA facta à Balio prædecessore alicui Vassallo sui feudatarij pupilli, hæsitatur in præsenti, an eo defuncto rata habenda sit à Successore in Baliatu, si adhuc exequuta non fuit? Prò
cuius dubij resolutione præmitto primò tra-
2 dita per *Dom. Reg. Moles* (sanè venerandæ in
æuum memoriæ) in suis *decis.* adhuc non impressis, *decis.* 16. vbi dicit, quod Balius alicuius pupilli Baronis, in generalibus parlamentis interuenit, & votat, non vt pupilli procurator, sed vti verus Baro, & ita refert deci-
3 sum, illiusq; decisionis rationem dicit esse.
Nam Balius habet omnimodam Iurisdictionem & exercitium iurisdictionis, & Imperij proprio iure, non procuratorio, ad tradita per DD. in cap. Regni minoribus, & per Capyc. in inuest. feudal. in versic feudatarij. Hæc *Dom. Moles.* istamque decisionem tamquam notabilē imprimi curauit *Dom. Reg. Carol. Tapp. decis. Ital.* 21. *à num.* 36 *vsque ad* 38. quidquid dicat *Reg. de Pont. decis. Collateral.* 15. *n.* 2.
4 Præmitto secundò id quod tradit *Capyc. in inuest. feudal. verbo, Feudatariorum Balij, in in versic. Administrabit Balius, fol.* 87. *col.* 2. qui dicit Balium habere generalem administrationem, tam feudalium, quam Burgen-

sati-

facicorum, sequitur *Dom. Consil. Marcian. consil.* 12. *num.* 4. *vol.* 1.
5 Tertio præmitto, quod Balius dicitur plenus Dominus, quia residet in eo administratio cum libera, bonorum feudatarij pupilli, vt per *Spectab. Dom. Reg. Capyc. Galeot. Contr. iur. lib.* 1. *Contr.* 60. *num.* 9.
6 Vltimò aliis omissis præmitto, quod Balius est ad instar Tutoris, & Curatoris, *Andr. de Iser. & Afflict. in rub. de Const. Minor.* quos sequitur *Campagn. in cap. Regni feuda-*
7 *tarius num.* 12 *fol. mihi* 148. *col.* 2. & Tutores de iure habent liberam administrationem bonorum pupilli, cum plenitudine potestatis, & mandato cum libera, ad quod est *gl.* notabilis in *l. mandatu generali* 60. *in versic. exercendis, in fine ff. de procurat. Amat. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 99. *num.* 2. *Grinell. decis. Dolan.* 60. *num.* 1. & notabilitèr *Gasfill. decis.* 22. *num.* 34. *lib.* 1. cum aliis allegatis per *Vincen. Sergi in eius allegatione registrata per Spec. Dom. meum tom.* 3. *allegat.* 119. *num.* 15.
8 Quibus iactis fundamentis, indubitantèr dicendum est in proposito articulo, successorem Balium reuocare non posse gratiam, siuè compositionem à defunto prædecessore factã Vassallo sui feudatarii pupilli, applicando in hoc authoritatem *Innoc. & Anton. de Butr.* quos sequitur *Minad. in rubr. constit. Regni in aliquib. num.* 39. *fol.* 9. vbi ponit hæc
9 verba. *Et Ideo voluit Innoc. & Anton. de Butr. in cap. fin. nè Prælat. vic. suas, quod actus realis factus per habentem potestatem administrandi obligat successorem*, ad quod ipse *Minad.* adducit quam plures alias authoritates pœnes
10 ipsum omninò legendas, & accedat quod regularitèr gratia non expirat morte concedẽtis, sed eam successor firmam, & ratam habere tenetur *Bald. in l. humanum in fine C. de legi. & constit. Princip. Dec. consil.* 407. *num.* 17. *Franc. Marc. decis.* 512. *num.* 3. *& seqq. lib.* 1. *plenissimè Gabriel. consil.* 83. *num.* 19. *lib.* 1. *versic. & concessio per viam gratiæ, & Natt. consil.*
11 647. etiam in Successore Regis in Regno, qui paritèr tenetur habere ratum factum defũti Regis, & per consequentis gratiam ab eo factam obseruare *Afflict. decis.* 2. *num.* 2.
12 Id quod ampliandum est, vt procedat etiã re integra, idest, gratia adhùc non exequuta, dummodò tamen sit facta, *Abb. Panor. consil.* 34. *super quæstionis materia, num.* 6. *lib.* 2. vbi
13 subdit, quod per mortem eius qui iam concessit gratiam, non expirat facultas alicui demãndata pro illius exequtione, ad quod est tex. notabilis *in cap. si supèr gratia* 9. *de offic. & potest. Iudic. delegat. in* 6. cuius verba tanquam notabilia reportare congruum existimaui, *Si supèr gratia cuiquam ab Apostolica Sede facta, exequtores fuerint deputati, æquũ esse censemus, vt sicuti ipsa gratia (licèt non dum sit in eius exequtione processum) morte nõ perimitur concedentis, sic nec etiam reintegra*
14 *perimatur exequtoribus dãta potestas*, & licèt tex. iste intelligẽdus sit de mero exequutore, cuius partes eæ sunt vt tãtum exequatur, non autem de exequtore qui debet procedere ẽx causæ cognitione, vt per *Rot. decis.* 12. *in versic. Et respondi de offic. delegat. in nouis*, hæc tamen restrictio non est ad casum nostrum applicabilis.

Iterum obseruandum est ad maiorẽ principalis articuli euidentiam id quod dicebat *cit. Vincent. Serg. in dicta sua allegat. num.* 37.
15 *&* 39. quod locatio facta de bonis pupilli à Tutore prædefunto, ab eo qui in onere tutelæ successit, dicta locatio rata habenda sit, eamque reuocare non possit, tamquam facta ab eo qui liberam habebat administrationẽ, & per consequens dictã locandi facultatem *Gomes. varia resolut. lib.* 2. *cap.* 3. *sub num.* 8. *versic. secunda conclusio, & Caroc. tract. de locat. & conduct. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 2.
16 *Vbicumque enim* (loquit ipse) *ratione competentis administrationis quis habet potestatem locandi, & locat, alius qui in illa administratione succedit, tenetur talem locationem obserua-*
17 *re*. Vndè locatio facta à Gubernatoribus alicuius Ecclesiæ, vel hospitalis (qui alio nomine per Canones, & leges appellantur, Rectores, Aeconomi, & Defensores) quamuis Gubernium duret per annum (sicut illud Sacræ Domus Sanctiss. Annunciatæ huius Ciuitatis) pèr sequentes Gubernatores reuocari
18 non potest quamuis esset eidem Ecclesiæ, vel Hospitali damnosa, quia non sequitur, ergo est nulla, supposita in persona prædecessorũ Gubernatorum locandi potestate; sed dumtaxàt ad euitandum damnum illud, remanet Ecclesiæ, vel alio loco pio in integrum restitutionis remedium, vt in puncto *Couar. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *sub num.* 6. *versic. nec refert, & versic. Sic sanè*. Et postremò pro-
19 batur, quia contractus omnes, & concessiones sub nomine dignitatis factæ, obligant successorem in eadem dignitate ad obseruantiam, vt patet ex tradis per *Camill. de Medic. Paschal. Mierez. Christian. Ramon. Mastrill. & P. Meroll.* legendos pœnes *cit. Vincent. Sergi. sub num.* 39.

Ergò ita in proposito articulo.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

STatutum, siuè Bandum prohibens extrà locum statuentis extractiones, frumenti aliorumque victualium, vini, olei, animalium, & similium, an comprehendat personas Ecclesiasticas, num. 1.

Item

personam, puta quia mandar, vt nemo extra, hat frumenta, blanda, & alia, & illo casu forenses nullo modo comprehenduntur, quia cum verba dirigantur in personam, quæ est exempta, fiune exempta etiam bona propter personam; sequitur istam opinionem, *Ranc b. ad cit. Guid. Pap. d. decis. 373.*

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

B*Aronum Banna per quæ mandatur, nè vassalli accedant ad alia molendina, vel furna, præter ad ea ipsius Baronis, non tenent, num 1. limita num. 11. & 12.*

Barones non possunt prohibere, nè vassalli accedant ad aliud Torculare oliuarum, quam ad suum, num 2.

Barones nō possunt prohibere Vassallis piscationē, & venationem in flumine, & nemore publico, num. 3.

Barones non possunt prohibere Vassallis, nè aquā extorqueant à publico flumine pro vsu suorum molendinorum, & pro irrigatione hortorum, num. 4.

Barones non possunt prohibere vassallis constructionem nouorum molendinorum, n. 5.

Barones habentes ius prohibendi ædificationem nouorum molendinorum, non possunt talem prohibitionem facere contrà Ecclesiam, n. 6.

Barones non possunt cogere vassallos ad alteri inseruiendum, etiam mercede soluta, n. 7.

Vassalli Baronum liberam habent eundi facultatē quò volunt ad molēdū frumētū, & similia, n. 8.

Barones etiam habentes merum, & mistum imperium, non possunt emanare statuta contrà vassallorum libertatem, n. 9.

Barones quibus concurrentibus possint statuta emanere, n. 10.

Baro lite pendente inter eum, & vassallos recusantes accedere ad sua molendina, & furna probata possessione, est manutenendus, nu. 13.

Vniuersitas potest Ciuibus mandare nè ad alia molendina, & furna pratèr sua, accedant, n. 14.

Limita, vt non possit hoc facere in præiudicium, & perniciem Ecclesiæ habentis aliud molendinum, vel furnum, n. 15.



AD CAPVT XXXII.

Additio.

1 BANNA à Baronibus emanata, per quæ prohibetur vassallis accessus ad alia molendina, vel furna pratèr ea ipsius Baronis, non valere, tradit *Villalob. in lib. Cōmun. opin. n. 114. lit D. fol. 103. in paruis, Nouar. de grauam. vassall. lib. 2. grauam. 84. Tasson. obseruat. 4. n. 120. Reg. Valenz consil. 149. nu 30 vol. 2. post Paris. de reintegrat. feud. cap. incipiente, tities habetus, n 9 fol. 1 3 à terg.* & alios ferè innumeros cumulatos per *Grat an. d scept. forēs. tom. 3. cap. 564. n. 45.*

2 Secundò nec minùs valet Bannum Baronis, per quod ordinatur vassallis nè accedant ad aliud torculare oliuarum, quam ad suum, in præiudicium, tum vassallorum quibus aufertur libertas eundi quò volunt, tum in præiudicium Dominorum aliorum torcularium, quę redderentur inutilia, & infructuosa propter bannum prædictum, vt notabilitèr dicit *Hondcd. consil. 84 num. 35. lib. 1.*

3 Tertiò non possunt Barones prohibere vassallis piscationem, & venationem in fluminibus, siluis, & nemoribus publicis, vt per *Ann. singul. 58. & 59.* vbi etiam *Ann. filius in addit.*

3 Quartò non possunt prohibere, nè vassalli accipiant, vel retorqueant aquam publicorum fluminum, tum in præiudicium Dominorum aliorum molendinorum, tum in præiudicium habentium hortos, quos cum aqua prædicta assolent irrigare, ob quod priuarētur eorum licita, & laboriosa industria, latè *Molfes. ad Consuetud. Neap. tom. 1. tit. de renūciat. quæst. 4.* signantèr *num. 30.* vbi dicit tales prohibitiones esse impias, & contrà omnē iustitiam, ad quod refert *Franch decis. 183.*

5 Quintò non possunt Barones prohibere vassallis nè noua molendina construant in eorum proprijs territorijs, affirmat *Gratian. d. lib. 3. cap. 564. n. 47. in fin. versic. Ex istis colligitur,* (maximè inquit ipse) non possunt tales prohibitiones contrà Ecclesiasticam libertatem emanare; cui addo, quod quan-
6 do Barones habent ex priuilegio, vel præscripta Consuetudine ius prohibendi, nè noua molendina construantur, illud ius prohibendi non potest extendi contrà Ecclesiam, de qua re legendus *Thor. in Compen. decis tom. 2. verb Prohibendi ius, fol. 517. col. 1.* vbi trāscribit *Apostillam* cuiusdam incerti *Doctoris*

qui ita affirmat,& decisum refert intèr Monasterium S.Mariæ de Gratia Terræ Olibani, & Ill. Archiepiscopum Ciuitatis Salerni.

7 Vltimò alijs omissis,non possunt Barones cogere eorum Vassallos, ad alicui inseruiendum, in eiusque Territorijs elaborandum, etiam soluta mercede, quia Vassalli non tenentur alijs inseruire nisi ipsi Baroni tantùm mercede soluta, & sic hoc priuilegium quod Barones habent,est personale,nec extendi potest ad alias personas, vt dicebat *Io: Angel. Pisanell.*cuius *allegationem* registrat *Spectab. Dom meus lib.2.Quotid.resolut.cap.* 37.

8 Potissima ratio prædictorum omnium est (excepta hac postrema cõclusione)quia Vassalli Baronum liberam habent facultatem vtendi furnis molendinis, & tabernis etiam alienis pro eorum libito voluntatis, eorumque libertas à Baronibus pro priuata eorum vtilitate restringi,& coarctari non potest, vt est dispositum *in pragmatica* 14. *sub tit. de*

9 *Baron.*quam exornant latè *Nouar.& Roxit.* ibidem; Et etiam quia Barones habentes merum, & mistum Imperium, recognoscentes tamẽ superiorem, non possunt emanare statuta, & banda contrà Vassallorum libertatem *Soccia.consil.*172.*per totam,lib.*2.

10 *Malaaf.consil.*62 *num.*22. *cum seqq.* Imò vt dicit *Angel.in l.*1.*ff.quod quis iur.*Baronibus merũ,& mistũ Imperiũ habẽtib. licitũ est facere statuta, duobus tamen concurrentibus nempè legitimà causa, & Vassallorum vtilitate,idem tenet *Alex.consil.*124.*num.*4.*vol.*4. *Paris. loco cit.* & nouitèr *Dom. Reg. Carol. Tapp.decis.Ital.*7.*num.*4.vbi notabilitèr.

11 Verum aduertendum est, quod possunt Barones præscribere ius prohibendi, nè Vassalli accedant ad molendina,& furna aliena, preter ipsius Baronis, perficiturque ista præscriptio pluribus tamen concurrentibus.Primò nẽpè ex prohibitione Baronis,& acquiescentia Vassallorum. Secundò quod sint elapsi ad minùs decem anni à die prohibitionis. Et tertiò quod prohibitio sit facta saltim maiori parti dictorum Vassallorum, ad latè tradita per *Gratian.dicto cap.*564.*num.*51.52. 53.*&* 54. *lib.* 3. vbi multos congerit apud eum legendos.

12 Item est notandum, quod si fortassè molendina Baronis essent commodiora,ac soluerettur minor, vel equalis molitura,ea quæ consueta est solui in molendinis aliorum,isto casu possent cogi Vassalli ad molendum in dictis Baronis molendinis,inspecta potiùs in hoc vtilitate, quàm nullo grauamine, *Fab. Ann.in addit. ad singul. sal Genitoris* 557. & ità refert decisum *Ann. Pater in repet. rubr. cap.*1.*de Vassall.decrepit.ætat.num.*69. *fol.*77. *à tergo & Frec. de subfeud.lib.*2.*authorit.* 41. *in fine fol.mihi* 231.

13 Tertiò est notandum,quod Baro lite pendente intèr ipsum,& Vassallos, qui recusant accedere ad eius molendina, vel furna, probata summariè antiquissima possessione seruitutis prędictæ per eius prohibitionem, & Vassallorum acquiescentiam,debet manuteneri,quousque fuerit alitèr per sententiam diffinitum,& ita est intelligendus *Anton. de Butr.in cap sepè, de rest.spoliat. Roman.Aret. & Soccin.in l.rem quæ nobis ff. de acquir. possess.Alex.cõs.*6.*circa processum,vol.*3.*Boer.decis.*125.*num.*3.*& Flamin. Clapf. ia eius allegat posita in* 3.*tom.resolut.spect.Dom.mei, allegat.*74.*num*.10.

14 Postremò est notandum, prædicta etiam omnia limitari in Vniuersitate, cuius Sindici, Officialis, & alii qui eam repræsentant, possunt prohibere Ciuibus nè alibi vadant ad molendum frumentum, vel ad coquendũ panem nisi in molendis, & furnis ipsius Vniuersitatis, considerata in hoc totius Communitatis vtilitate,*Bald.consil.*410.*vol.*5.*Cranet. de antiq.tempor.par.*4.*num.*4.*versic.circà præmissa Roland.consil.*80. *num.* 38. *vol.*3. *Natt. consil.*106.*num.*5.*& consil.*325.*num.*2. & alii

15 pænès *Macerat.variar.resol.lib.*1.*Resol.*65.*n.* 4.qui hoc limitat, vt non procedat si in Terrio eiusdem communitatis adesset aliud molendinum alicuius Ecclesiæ, quo casu in eius præiudicium non valeret ędictum prohibens Ciuibus accessum ad alia molendina,prætèr illa ipsius Vniuersitatis, vt latè probat *cit. Macerat.* idemque tenet *Conarìa reg.mala fidei §.*4.*sub n.*8.*versic.Hinc deniqae sol.* 468.

Io.Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM,

*Barones ante sententiam condemnationis possunt gratiare delinquentes,num.*1.

*Barones post sententiam non possunt gratiare delinquentes, illosque ad compositionem reducere, num.*2.

*Delinquentes post sentẽtiã gratiare est de regalibus,& pertinet ad solam Principem, non autem ad Barones, etiam habentes merum, & mistum Imperium,num.*3.

*Barones habentes regalia possunt gratiare delinquentes post sententiam,num.*4.

Barones non recognoscentes superiorem, possunt gratiare delinquentes post sententiam,n. 5.

*Barones habentes cognitionem primarum, & secundarum causarum, in secunda instantia possunt gratiare delinquentes,num.*6.

*Baro qui de facto aliquem in exilium condemnauit, potest etiam illum de facto reuocare,num.*7.

*Episcopus si de facto contrà aliquem Clericum exulandi sententiam emanauit, potest etiam de facto illam reuocare,n.*8.

Ma-

Mulier quæ ventris nomine fuit in possessionem missa, eadem facilitate debet ab illa reuocari, si comperiatur ipsam non fuisse prægnantem ex defuncto viro, num. 9.

Baro contrà quem de delicto fuit oppositum; potest exulantem ab eo condendatam reuocare, ad detegendam impositi criminis veritatem, n. 10.

Idem in Iudice de Crimine imputato, n. 11.

Baronis iurisdictio est maior iurisdictione Iudicijs, & de ratione, num, num. 12.



AD CAPVT XXXIII.

Additio



1 ARONES Regni huius posse ante condendationis sententiam, pœnas remittere, & gratiam delinquentibus facere, concurrentibus tamen iurisdictione cum mero, & misto Imperio partis remissione, & quod casus non sit de expressè prohibitis, probat latè à sufficienti partium enumeratione *Reg. Lanar. consil. 5.* per totum eumque sequitur *Gaucer. variar. resolut. lib.*
2 *2. cap. 2. sub num.* 155. sed post sententiam, (idest condendatione facta) secùs dicendum est, quamuis dicta iurisdictio in eis resideat.

Iacob. in sua inuest. verbo, cum mero, & misto perin, num. 9 & in l. Imperium, num. 21. in 2. lect. ff. de iurisdict. oma. iudic.

Auend. de exequt. mandat. par. 1. cap. 7. numer. 6.

Lanar. dicto consil. 5. n. 2.

Gaucer. dicto cap. 2. sub num. 155.

Ana. singul. 458.

Reg. *de Pont. de potest. Proreg. tit. 3. §. primo num. 9.*

Et nouissimè *Dom. Marot. discept. forens. cap. 7. num. 72.*

3 Quia (vt dicunt) concordare, & remittere delicta post sententiam condemnationis est de regalibus, ideoque solus Princeps potest remittere, quasuis pœnas condendatione iam sequta; non autem Barones, quamuis decorati iurisdictione cum mero, & misto Imperio, vt concludūt omnes mox citati communitèr, addo *Affl. in cap. 1. num. 5. & 7. tit. quæ sint regal. & Luc. de Penn. in l. contrà publicam vtilitatem. col. 3. versic. vigesimò generaliter C. de*
4 *re milit. lib. 12.* Indè fit, quod quando Comites, & Barones habent regalia, tunc possunt, remittere pœnas, & concordare delicta etiam post condendationem; & licèt *Bar.* simplicitèr dicat contrarium, *in l. acta 45. §. de amplianda ff. de re iudic.* tamen eius opinio in hoc nè dum non est tuta, sed est falsa, quia ratio opinionis positæ *num. 2.* est quia remittere pœnas in casu prædicto est de regalibus, vt diximus *num. 3.* Ergò à ratione cessante, Baroni habenti ex priuilegio regalia, non esset potestas prædicta sit denegan- da; Et huc pertinet id quod dicit *Franch. decis. 370. sub num. 12. versic. Item quod Princeps*
5 quod quando Baro non recognoscit Superiorem, potest post sententiam condemnationis
6 remittere, ac etiam componere, seù concordare pœnas; Idemque iunctis aulis refert decisum si Baro haberet cognitionem primarum, & secundarum causarum, licèt Superiorem recognoscat, nam appellatione à condendato interposita, ad Iudicem secundarū causarum, quia per eam nè dum suspenditur, inspecto futuro euentu, sed imò extinguitur Iudicarum inspecto præsenti statu, sic vt possit ipse Baro in secunda instantia delinquentem gratiare, eumque ad compositionem pro delicto reducere, sequitur *cit. Marot. dicta cap. 7. num. 72.* Aduertendo tamen, quod in prædictis, & alijs casibus, ità demum potest à Barone delinquens gratiari, si adsit legitima partis offensæ remissio (vt diximus).

Non omittendo in hac materia, quod si
7 Baro condemnasset aliquem in exilium de facto, & non probato contrà eum delicto, vel non seruata forma iudiciaria, posset eundem exulatum eodem Imperio, & de facto reuocare, vt dicit in simili *Salced. in pract. Crim. Canon. cap. 134. num. 2.* qui loquitur in
8 Episcopo, qui licèt non possit post exulandi sententiam contrà aliquem Clericum prolatam eundem ab exilio reuocare, cum id pertineat ad solum Papam, si tamen dictam exulandi sententiam de facto contrà eum emanauit, posset etiam de facto ab exilio eundē reuocare, sequitur *Gancer. dicto cap. 2. sub num. 155.* qui de hoc dicit esse *tex.* optimum *in l. 1. ff. si muli. ventr. nom.* vbi mulier se ex de-
9 functo viro prægnantem esse asserens, & ob id ventris nomine in bonorum possessionem missa, si deindè ex alio esse prægnātem comperiatur, debet eadem facilitate, qua in possessionem missa fuit ab illa reuocari.

10 Postremò addo, quòd si Baro de aliquo Crimine inculparetur, pro cuius exclusione, vel exoneratione esset necessaria persona eius, qui legitimè ab eo per sententiam fuit exulatus, posset illum ab exilio reuocare, non tamen ad finem gratiandi, sed ad veritatem tei detegendam, *Bar. in l. 2. num. 4. in fine ver-*
11 *sic item dico, ff. de pen.* vbi licèt loquatur de Iudice, vt possit paritèr dare licentiam exuli reuertendi ex causa iusta, nempè pro exoneratione alicuius criminis, aduersus Iudi-

cem ipsum expositi; tamen eò fortius *d. Bar.*
12 doctrina locum habere debet in Barone, qui habet iurisdictionem exemptam, & de per se, & sic maiorem ea quam habet Iudex, qui illam recognoscit in officium, & ex commissione alterius, vt aduertit ex quampluribus *Lanar. d. consil. 5. n. 3.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Barones, an post sententiam Tribunalium Superiorum, tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus causis possint petere remissiones suorum vassallorum, referuntur tres diuersæ opiniones, num. 1. 5. & 6. Author tenet opinionem affirmatiuam, n. 10.

Remissiones causarum lite finita non esse concedendas, n. 2. Sed contrarium, sub n. 12.

Iudex loci delicti non potest delinquentis remissionem petere. post sententiam contrà eum emanatam ab alio Iudice, num. 3. Sed contrarium, num. 12.

Inferiorem Iudicem reuidere, vel reuocare facta per Superiorem Iudicem est absurdum, n. 4. Sed hoc in casu nostro non obstat, num. 13.

Vassallus potest renunciare foro Baronis consentiendo in alium Iudicem, n. 7.

Baroni non præiudicat factum vassalli consentientis, vel prorogantis Iurisdictionem alterius, n. 8.

Contumacia vassalli non præiudicat Baroni, quò ad suam Iurisdictionem, n. 9.

Iudex loci delicti est potentior quocumq; alio Iudice prò cognitione criminis n. 11.

Barones habent iurisdictionem priuatiuè ad Iudices superiores, n. 14.

Rex de iure, non potest se intromittere in causis vassallorum alicuius Baronis habentis priuatiuam iurisdictionem, n. 15.

Iurisdictionem fuisse priuatiuè concessam, quid operetur, n. 16.

AD CAPVT XXXIV.

Additio.



1 Præsēs articulus intèr oostrates diuersis modis decidieur; Quippè dicūt multi, Baronibus suorum vassallorum remissionem esse denegandam, post quam in illorum causis per Tribunalia superiora; scilicèt per M. C. Regni huius fuerit sententiatum, tam in causis Ciuilibus, quam Criminalibus; vt præter *Aun. & Capiblanc.* huius sententiæ antesignanos, tenent alij multi relati pèr *Nouar. decis. 97. n. 2. & 3. cum seqq.* & decisum refert per S. C. *Francisc. Seuerin. Resolut. 9.* post *quæst. forens. cit. Nouar.* duplici potissima ratione; Primò quia re-
2 missiones post condemnationem ac litem finitam denegandæ sunt, *Grammat. decis. 26. n. 5. Francisc. Marc. decis. 331. part. 2. Auend. consil. 40. nu. 6.* Nouar. *d. decis. 97. num. 1.* post *Afflict. in Constit. Regni Capitaneorum, nu. 21.*
3 vbi ponit casum de eo, qui cum Neapoli esset delictum aliquod commisit, deindeque Capuam suam patriam reuersus est; inquit *cit. Afflict.* quod post quam Gubernator Capuanæ Curiæ ad sententiam cōtrà ipsum processit, non possunt amplius per M. C. huius Ciuitatis expediri literæ pro remissione delinquentis ratione loci delicti: Et secundò, quia si in casu prædicto concederentur remissiones Baronibus, sequeretur non mediocris cō-
4 siderationis absurdum, quia nempè curiæ eorum Baronales, & sic inferiores, reuiderēt, annullarent, ac reformarent sententias M. C. V. vel S. C. & sic supremorum Tribunalium, contrà *tex. in cap. cum inferior, de maiorit. & obedient.* quod non est permittendum.
5 Alij tenent remittendos esse vassallos suis Baronibus, etiam causa à Tribunalibus superioribus terminata, sed exequenda tantum, non autem discutienda iterum, ac de nouo per Curias inferiores Baronum reuidenda, & sic eo casu remittuntur dumtaxàt concernentia exequtionem, & non iustitiam, de qua semel per superiores satis, superq; discussum, ac disputatum fuit, vt ex *Thor. in 2. part. Compen. verbo Remissio causæ alicuius vassall.* dicit *Reg. Sansel. decis. 419. n 63.* dicens, quod ita decernendo, cessat timor futuri contemptus, quem in præcedenti considerauimus.
6 Et postremò alij tenent simplicitèr contrariam sententiam, vt nimirùm in proposito articulo, etiam post latam sentētiam per superiores, Baronibus instantibus sint eis vassallorum causæ remittendæ, tam scilicèt Criminales, quam Ciuiles, vt per *Carauit. Rit. 205. ante num. 5. verf. Tertiò quæro,* vsq; ad *num. 6. Tapp. in iur. Regn. tit. vbi de delict. num. 49. lib. 3. Ronit. in pragm. 2. n. 6. eod. tit.* qui ita decisū ferunt, *Merlin. controu. forens. centur. 1. cap. 81. num. 14. Carlenal.* qui propè innumeros congerit, *de iudic. tom. 1. disput. 2. quæst. 8. sectio n. 2. n. 1059 fol. 443, Sanfelic. d. decis. 419. nu. 62.* nouissimè *Marot. discept. forens. cap. 7. nu. 20. Nouar. de priuileg. Miserabil. person. priuileg. 95. n. 4. & Francisc. Seuerin* post eundem *Nouar. d. Resolut. 9.* qui ferè omnes vnanimi con-
7 sensu eam assignant rationem, quia vassallus quamuis posit siuè tacitè, siuè expressè *Baro-*

ronis iurisdictionem prorogare, adeò quod
post quam in alium Iudicem consenserit, nõ
potest pro remissione instare ad Cuaiam
8 Domini sui Baronis; hæc tamen renunciatio
non nocer ipsi Baroni, qui iure proprio, & ex
iurisdictione quam in feudum recognoscit
potest instantèr petere in quacunque Iudi-
cii parte, sibi Vassallum suum remitti, quia
consensus est nociuus consentienti tantùm,
non tertio, addo vltrà prædictos *Franch. de-
cis. 417. & decis. 519. Reg. de Pont. de potest.
Proreg. tit. 3. §. 1. num. 22. & cit. Carleual. dicto*
9 *tract. de Iudic. tom. 1. num. 808 fol. 339.* Vndè
dicunt quod contumacia Vassalli (per quam
de iure ammittitur fori declinatoria) non
noeet Baroni, qui etiam post illam proprio
nomine petit remissionem, vt ex quampluri-
bus notat *Ann singul. 120.* quem sequitur *cit.
Sanfelic. in prax. Iudiciar. session. 36. num. 2.*
10 Et in effectu hæc postrema opinio verior
de iure est, tum ex rationibus mox allega-
tis; tum etiam quia tenuit illam ante om-
nes insignis *Iser.* cuius authoritas apud nos,
& omnes in maxima est æstimatione, in
*l. Imperialem, §. præterea, n. 79. de probib. feud.
alien. per Federic.* vbi dicit quod si alicuius
Baronis Vassallus coram alio Iudice conuen-
tus sit, vel inquisitus, potest ipse Baro etiam
post sententiam pro illius remissione instare,
si tamẽ ignorans fuerit de illo litigio (vt sup-
ponimus) istamque sententiam tenet etiam
Nouar. qui latè tractat articulum, *dicta decis.
79. num. 10.* vbi mentionem facit de authori-
11 tate *Spectab. Dom. mei in præsenti*; Et in simi-
li addimus, quòd Iudex loci patrati Crimi-
nis, qui omnibus in puniendo delicto illo
præferri debet, *Abb. in cap. fin. num. 27. de for.
compet. Felin. in cap. 1. num. 14. de præsumpt.*
12 *& Iul. Clar. in §. fin. quæst. 89. num. 4.* potest
illius delinquentis remissionem petere, etiã
si ab alio Iudice contrà eum processum fuis-
set vsque ad sententiam, & sic Iudex loci de-
licti potest petere ad se remitti delinquen-
tem, etiam post quam Iudex domicilij, vel
alius quicunque condendasset eum, vt latissi-
mè disputato articulo probat *Alex. in l. A.
Diuo pio, §. sententiam, num. 4 ff. de re Iudic.*
& per hoc corruit tàm id quod in principio
dicebamus, nõ esse concedendas remissiones
lite iam finita, quàm id quod dicebat *Afflict.*
de quo mentionem fecimus, *suprà n. 3.*
13 Minùs obstat absurdum, siuè potiùs in-
conueniens, enunciatum in *princip. num. 4. ex
tex. in dicto cap. cum inferior*, quia *tex.* ille
procedit quãdo inferior Iudex cognoscẽs in
officium iurisdictionem alteri subordinatã;
vult præesse Iudici Superiori (hoc enim non
negamus inconuenientissimum esse) at in ca-
su nostro Baro recognoscens iurisdictionem
in feudum, quando petit Vassallorum suorũ
remissionem, non tractat immediatè de reuo-
uocando, vel moderando sententias Superio-
rum Tribunalium, sed tantùm tractat de con-
seruatione iuris sui, quod omninò concedi
debet, quidquid indè sequatur, cum futuri
euentus non sint in consideratione; Ponde-
14 rando etiam in hoc aliam firmissimam ra-
tionem, quia iurisdictio quam habent Baro-
nes in feudum, dicitur priuatiuè concessa
ad omnes alios Iudices, omniaque Tribuna-
lia Superiora *Reg. de Pont. decis.* Collat. 33.
15 *num. 7.* adeo quod in causis occurrentibus
intus Baronalem iurisdictionem, neque Rex
de iure potest se intromittere *Carleual. de
Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect.
1. num. 794.* vbi innumeros allegat pro illa
opinione, quam tenet etiam *Fab. Ann. in
addit. ad genitorem, sing. 631. Gratian. discept.
forens. tom. 1. cap. 154. num. 37. & Nouar. dec.*
16 *47. num.* 10. Quoniam principalis effectus
iurisdictionis priuatiuè ad alios concessæ est,
vt eo casu non possit Domino, siuè concef-
sionario auferri, vel in eius præiudicium
prorogari, etiam partibus consentientibus
cum adempta sit Superiori totalis iurisdictio
per illam concessionem, vt exquisitè pro-
bat *Poller. in pract. Crim. par. 1. 2. par. rub. au-
diantur excusatores. num. 68.*
Vndè stantibus his peto, quod nam ma-
ius absurdum, & inconueniens dicitur, adi-
mere iurisdictionem competenti, & incom-
petens iudicare, An autem causam remitte-
re competenti, spreto timore contemptus,
qui à futuro dependet? Consideretis.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

B*Arones habentes merum, & mistum Impe-
rium, habent Fiscum, num. 1.*
*Confiscationes sunt fructus iurisdictionis cum me-
ro, & misto Imperio, num. 2.*
Baro *inuestitus de iurisdictione cũ mero, & misto
Imperio, potest taxare pretia rerum, quæ in
sua iurisdictionali districtu venduntur, n. 3.*
*Baronibus debentur bona confiscata Vassallorum
etiam si Confiscationis sententia lata sit per
Iudices Regios Superiores, num. 4.*
*Baronibus, qui processerunt ad legitimam confisca-
tionem bonorum alicuius Vassalli, debentur
eius bona, nẽ dum existentia intus eorum iurisdi-
ctionem, verum etiam vbicunque extrà illam,
& quomodò sit agendum, num. 5.*
*Quilibet fiscus capit bona confiscata existentia
in eius iurisdictionali districtu, si viuitur sub di-
uersis supræmis Dominis, num. 6.*
*Creditoribus quomodo consulendum, si bona debi-
toris fuerunt confiscata, & peruenerunt ad di-
uersos fiscos, num. 7.*

Con-

Confiscationes, & aliæ pœnæ pecuniariæ prouenientes ex delicto commisso in terra alicuius Baronis, cum ipse viueret, eo defunto, & feudo ad fiscum deuoluto sunt Domini ad quem est deuolutum feudum illud, non autem hæredum defunti feudatarij, n. 8. Limita in duobus casibus, n. 9. & 10.

Episcopi de communi consuetudine habent fiscum, num. 11.

Acquisita Episcopis ex causa mulctarum, & pœnarum, non sunt necessariò conuertenda in pios vsus, num. 12.

Et quomodò seruetur in Curia Archiepiscopali Neapolis, num. 13.



AD CAPVT XXXV.

Additio.



1 QVANDO Barones habent iurisdictionē cum mero, & misto Imperio (sicut residet in omnibus ferè Baronib. Regni huius) indubitantèr ab omnibus concluditur eos habere paritèr fiscum, ità quod bona alicuius foriudicati per condendationem confiscata sibi ipsis applicari debent, *Luc. de Penn. in l. 1. col. 6. circà finem, versic. Secundò quæritur C. de priuileg. Scholar. lib. 12.* latissimè etiam *Reg. Sanfelic. decis.* 348. & *Consiliar. Marcian. consil.*
2 20, *vol. 2.* qui subdit pro ratione, quia confiscationes sunt fructus iurisdictionis, ac meri, & misti Imperij, *Bald. in l. 1. num. 15. C. de fruct. & lit. expens. Ias. in l. Imperium, num. 8. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 2. sub num. 87. versic. Et est, cum num. seqq.* & alij innumeri, quos citat *Gaball. resol. Crimin. centur. 3. casu 267. num. 2.* nouissimè etiā *Reg. Constant. in l. 1. num. 45. C. pœn. fiscal. Credit. præfer.* vbi optimè; id quod eò magis procedit si in concessione, seù inuestitura facta de feudo dictum fuisset, *cum redditibus, &*
3 *prouentis*, in quibus terminis dicit *Cæphal. consil. 150. num. 17.* quod Baro ita inuestitus, potest taxare pretia rerum, quæ intus suæ feudalis iurisdictionis districtum venundantur, quod ius vtile est, & reddititium; sequitur hoc idem *Nigr. de Laudem tom. 1. quæst. 7. artic. 6. num. 67. fol. 78.*

4 Sed redeundo ad confiscationis materiam notanda sunt duo, quæ cit. *Marcian.* ponit *dicto consil. 20.* Primum nempè, quod Vassallorum bona per officiales Regios, & Tribunalia superiora confiscata, Baronibus etiam sunt applicanda, & sic non inspicitur an per eos, an verò per alios confiscationis sententia prolata fuerit. Et secundum, quod Barones, qui ad confiscationem bonorum alicuius delinquentis legitimè processerunt, possunt sibi ipsis applicare nèdum bona existentia in eorum iurisdictionali districtu, ex virtute confiscationis, verum etiam bona existentia extà illum in territorio alterius Baronis, & vbicumque sita in hoc Regno, cum hoc tantùm, dummodò confiscationis sententiæ executio fiat per Iudicem loci in quo bona sita repetiuntur, vt *cit. Marcian.*
9 *num. 4*, qui dat rationem, quia in hoc Regno viuitur sub vno Principe; Indè est quod si delinquens contrà quem confiscationis sententia prolata fuit, multa bona possideret in diuersis territorijs, & locis subiectis diuersis Supræmis Principibus, quilibet fiscus eo casu caperet bona sita in suo territorio; & ità intelligendus est *Farin. in sua pract. Crim. tit. de delict. & pœn. quæst. 25. num. 173.* quem sequitur *cit. Petr. Caball. resolut. Crim casu 266.*
7 *num 8. centur. 3.* vbi latè etiam resoluit dubium illud, an quando bona condendati, ob confiscationem deuenerunt ad plures Dominos diuersarum iurisdictionum; quomodò eò casu sit consulendū Creditoribus ipsius delinquentis; & resoluit, omnes pœnes quos bona peruenerunt, pro rata illorum teneri ad onera, nullamque amplius habere Creditores liberam eligendi facultatem super quibusuis bonis debitoris, ex virtute generalis hypothecæ, *ad tex. in l. Creditoribus, ff. de di-*
8 *stract. pignor.* itemque idem *Caball. dicta resolut. 267. in eadem centur. 3.* disputat latè, An pœnæ, condendationes pecuniariæ, & confiscationes prouenientes ex causa delictorum commissorum in vita feudatarij, eo mortuo, feudoque ad Dominum deuoluto ob lineam finitam, spectent ad fiscum Supremi Domini, an hæredibus illius; Et post quam omnia prò articuli resolutione cumulasset concludit tandem prò Domino ad quem feudum deuolutum reperitur, feudatarij hæredibus omninò exclusis; duobus tantùm casibus ex-
9 ceptis; primus nempè si fuisset in vita feudatarij vsque ad foriudicationis sententiam processum, ita quod confiscatio paulò post facta fuisset, ex *Bald. in l. fin. num. 6. versic. alij dicunt C. de fruct. & lit expens. & Paris. de Sindicat. in verbo prouentus cap. 1. sub num. 1.*
10 *col. 3. versic. & alij dicunt.* Et secundus, si confiscationis pœna ipso iure pro delicto imposita reperiretur, quia eo casu attenditur tempus delicti tantum, in quo viuebat feudatarius, & sic ad ejus hæredem pertinet vtilitas confiscationis, non ad Dominum propter feudi deuolutionem ob lineam finitam, vt latissimè probat *cit. Gaball.* qui ponderat

vt

omnes articulos in hac materia, in cuius contingentia legendus omninò est.

11 Sed an Episcopi habeant fiscum.

Concludo breuitèr affirmatiuè; id quod dicunt procedere tam de communi consuetudine, quam ex crebrioti DD. sententia *Bald. in auth. bona damnatorum, num. 2. C. de bon. proscript. Felin. in cap. irrefragabili §. 1. num. 11. de offic. ordin. Diaz in pract. Crim. Canonic. cap. 134. num. 2. Vgol. de potest. Episc. cap 2. num. 12. Ricci. decis. Cur. Archiepis. lib. 3. decis. 33. num. 1. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. n.* 106. vbi de communi testatur, & omnium meliùs *Iul. Clar. in §. fin. quaest.* 80. *num.* 5. & *Macerat. variar. resolut. lib. t. resolut.* 24. *nu.* 5.

12 & 6. vbi reprobat opinionem illorum qui dicunt, quod acquisita Episcopali fisco fine in pios vsus conuertenda, erogandaque; inspecto quod pèrprædictam communem sẽtentiam Episcopi habent fiscum, & per consequens Cameram, vndè non sunt coarctandi ad applicandum in pios vsus pœnas, & mul-

13 ctas: Sed in Curia Archiepiscopali huius Neapolitanæ Ciuitatis seruatur, quod compositiones pro delictis, in pios vsus applicantur; pœnæ autem quæ pro contrauentionibus exiguntur, applicantur ad beneficium Archiepiscopalis fisci, quod est valdè æquum.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Beneficium Ecclesiasticũ ad hoc vt vocari possit, requiritur, quod sit erectum authoritate ordinarij, num. 1.

Item quod prouideri debeat omninò, n. 2.

Item quod debeat prouideri per ordinarium loci, num. 3.


Item quod habeat annexum aliquid spirituale, vt missam celebrare, vel diuinum officium recitare, num. 4.

Item quod habeat redditus sufficientes pro sustentatione ministri, n. 5.

Item quod Sacerdos Beneficiatus sit perpetuus, & non possit amoueri, num. 6. *vbi de ratione.*

Et tandem quod institutio facienda di beneficiato debeat esse pura, non conditionalis, n. 7.





AD CAPVT XXXVI.

Additio.



ADDO breuitèr *Abbat. consil.* 47. *illud de iure quaeritur nu.* 1. *vol.* 2. vbi latè ponit omnia requisita necessaria, ad finem vt Cappellania beneficium Ecclesiasticũ appellari possit; At nos nè tam sicco pede transeamus, dicimus quampluta requiri ad effectum prædictum.

1 Primò quod Episcopi, seu ordinarii loci authoritate sit erectum, *Rot. diuers. decis.* 508. *num.* 6. & *decis.* 509. *num.* 5. *Francis. Pen. decis. Rot. Rom.* 100. *num.* 5. *Cardin. Caualer. decis.* 640. *num.* 8. & *Ricc. in prax. Cur. Archiepis. par.* 1. *resolut.* 334. *num.* 1. & *dec. eiusdem Curiae* 90. *num.* 6. *par.* 3. Indè ante ordinarii approbationem, Ecclesiasticum beneficium appellari non potest, *Can. nemo, de consecrat. distinct.* 1.

2 Secundò requiritur, quod non possit vacans retineri, sed quod omninò prouideri debeat.

3 Tertiò quod non possit prouideri nisi pèr Episcopum loci, & Ecclesiasticum Superiorem, sub cuius iurisdictione situm est, *cap. cum olim* 18. *de praescript. cap. omnes Basilicae* 16. *quaest.* 7. conferunt tradita per *Abbat. in cap. cum Venerabilis nu.* 43. *de except.* & *Paris. de reintegrat. benefic. lib.* 6. *quaest.* 24. *n.* 2.

4 Quartò quod habeat annexum aliquid spirituale, vt missam celebrare, vel diuinum officium recitare.

5 Quintò quod habeat redditus sufficientes ad substentandum ministrum, *Gaetan. in Summ. verb. Beneficiorum multiplicitas* dicẽs. *Beneficium adeo tenue, quod non sufficit ad substentandum ministrum non est beneficium,* facit *tex. in cap. ie qui* 19. *de praeben. in* 6. cum aliis allegatis per eruditissimum *Epis. Iuuenacens. Carol. Maran. Respons* 99. *num.* 32. *vol.* 4.

6 Sextò requiritur, quod Sacerdos beneficiatus amoueri non possit, & sic quod præsentatio, & institutio sit perpetua, nempè durante beneficiati vita *cap. praecepta* 55. *distinc. cap.* 1. & ibi gloss. in verbo, *perpetua, de Cappell. Monac. lib.* 6. *cap. venient* cum ibi notatis *de fil. praesbit. Mandos. de regul. Cancell. in regul.* 3. *quaest.* 11. *Paris. de resignat. benefic. lib.* 11. *quaest.*

quæst. 5. num. 92. & 93. cit. Peni. decis. 651. num. 8. Cardin. Caualer. decis. 639. num. 3. & cit. Dom. Marant. Respons. 5. num. 17. & Respons. 64 num. 68. dicto lib. 4. vbi assignat curiosam rationem, nam statim ac quis intitulatur, seù decoratur titulo alicuius beneficiatæ Ecclesiæ, fit sponsus illius, quare sicut sponsus carnalis debet esse perpetuus, ità ille sponsus spiritualis.

7 Postremò requiritur, quod institutio de aliquo facienda sit pura, & non conditionalis, vt latè per *cit. Abb. & Gig. de pension. quæst. 99. in fine*, cum concordantibus pœnes eum.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

R*Esignationis, vel permutationis beneficiorum materiam, qui latè tractent, n. 1.*



AD CAPVT XXXVII.

Additio.

1 ADDO breuitèr, hanc resignationis, vel permutationis beneficiorum materiam, post alios plenè tractari per *Episcop. Genuens. in sua prax. cap. 53.* per totum, & per *Caualc. decis. Piuz. 25. à num. 42. vsque ad finem lib. 2.* vbi plenè.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

B*Igamiæ species quot sint, num. 1.*

Bigamus verè quis dicatur, n. 2.

Bigami interpetratiuè, qui sint, num. 3.

Bigamus similitudinariè quis appelletur; n. 4.

Bigamia similitudinaria inducitur ex non obseruata promissa castitate, n. 5.

Bigamus non dicitur, qui vnicam duxit vxorem à se per prius corruptam, atque cognitam num. 6.

Bigamus non dicitur qui plures habuit concubinas cum quibus fornicariè carnem suam diuisit, num. 7.

Bigamus non dicitur qui duas suscepit vxores virgines, quarum vna prius quam ab eo cognita fuisset decessit, n. 8.

Bigamus non dicitur qui cum Vidua virgine contraxit, num. 9.

Cognoscens vxorem suam post adulterium ab ea commissum, licèt sit bigamus interpetratiuè, non tamen ammittit priuilegia clericalia quò ad forum, num. 10.


Bigamus licèt dicatur contrahens secundum matrimonium nullum, & inualidum, non propterea est exutus priuilegijs clericalibus, n. 11.

Bigamia quod faciat ammittere priuilegia clericalia, quomodo intelligendum, n. 12. & 13.

Episcopi quando possint cum bigamis dispensare, num. 14.

Bigamia non tollitur baptismo, num. 15. vbi de ratione.

Bigamus verè dicitur, qui ante baptismum vnam habuit vxorem, & alteram post illud, n. 16.



AD CAPVT XXXVIII.

Additio.

1 DIstinguendo materiam illam, iuxtà elegantem methodum Sp. tab. Domini mei, dico triplicem esse bigamiæ speciem, vnam nempè quæ vera appellatur, interpetratiua altera, & tertia similitudinaria.

2 Verè bigamus ille est, qui successiuè, & diuersis temporibus duas habuit vxores, cum quibus Sacramentalitèr carnem suam diuisit pèr matrimonij consumationem *Can. deinde 26. distinct. glos. in cap. 2. de bigam. non ordin. Io Bachon sentent. lib. 4. distinct. 25. quæst. 3. artic. 2. Alberic. Oliu. in tit. Cur. Archiep. Neapolit. in 2. par tit. 27. num. 8. cum seqq. & Rot. decis. 1. de bigam. in nouis*, alias *decis. 447.*

3 Interpetratiuè bigamus est ille qui vxorem duxit vel viduam, vel quomodolibet corruptam, Item ille qui post vxoris adulterium, eam cognouit, etiam ignorantèr, tertio qui vnicam duxit vxorem, eam virginem putans cum tamen corrupta esset, eamque cognouit, & vltimò qui diuersis temporibus duas habuit vxores, de iure vnam, alteram de facto, *Can. si Laico 34. distinct. Can. qui in aliquo 2. distinct. & Can. ille 22. quæst. 5.* latè *glos. in dicto cap. 2. Bachon. dicta quæst. 3. artic. 2. Oliu. in eo tit.*

co cit. Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 235. facit tex. in cap. maritum, & ibi Archid. Gemin. & Cardin. Alex. 33. distinct. & in cap. vnic. de bigam. in 6. Abb. consil. 85. in presenti quæstio. nc col. penul. in fine, versic. venio nunc, vol. 1. Cardin Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 16. num. 26. latissimè Couar. in rub. de homicid. §. 2. fol. 337. Sanch. de matr. lib. 7. disput. 83. à num. 2. cum multis seqq. remissiuè Ceuall. commun. contr. comm. quæst. 557. per totam Rot. dicta decis. 1. & Guttier. de matr. cap. 17. per discursum.

4 Et tandem simillitudinariè bigamus ille est, qui cum Castitatem Deo vouisset vxorem duxit Can. quotquot 27. quæst. 1. & cap. à no-
5 bis de bigam. & sic inducitur bigamia (sed similitudinariè) ex non obseruata promissa Castitate, glos. in dicto cap. 2. de bigam. non ordin. in versic. in bigamis, in princip. Sanch. in dicta disput. 83. num. 5. & Aufrer. dicta decis. 235. num. 5.

6 Vndè noto primò, non dici bigamum eum, qui Tertiam vxorem duxit, quam ante matrimonium, & desponsationem defloratuit, quia iste talis non diuisit sacramentaliter carnem suam, nec vxor quam sibi matrimonio copulauit alterius vidua, vel concubina vocari potest, glos. in cap. debitum circa finē dicto tit. de bigam. non ordin. in versic. & ita 25. ita Bacbon. dict. artic. 3. versic. Item dubitatur. ac proindè sponsus ille gaudet omnibus clericalibus priuilegijs, confert Cappell. Tholos. decis. 255. & Io: Bapt. Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 53. num. 15.

7 Noto secundò nec minùs dici bigamum eum, qui plures habuit concubinas, cum quibus fornicariè, non sacramentaliter carnem suam diuisit cap. quisquis 6. de bigam. non ordin. & Bachon. dicto lib. 4. distinct. 25. artic. 4. col. 2. in versic. nec non obstat. vbi resoluit dubium, quare in hoc fauorabilior sit fornicaria coniunctio, coniunctione Sacramentali, & assignat notabilem rationem legendam omninò.

8 Tertiò noto, quòd si quis duas suscepit vxores virgines, quarum vna priùs quàm ab eo carnaliter cognita esset d cessit, non est bigamus, proindèque non ammittit priuilegia clericalia, nec sit inhabilis ad ordines suscipiendos, Cappell. Tholos. decis. 254. num. 1.

9 quæ subdit n. 2. nec minùs dici bigamum eum, qui cum vidua virgine contraxit, puta quia à defuncto viro nunquam cognita fuit, ex tex. in cap. debitum, de bigam.

10 Quartò noto, quòd cognoscens vxorem suam, post quam ipsa adulterium commisisset, licet sit bigamus interpetratiuè (vt diximus,) hoc tamen non operatur quod censeatur priuatus, & exutus priuilegijs clericalibus, quò ad forum, sed operatur tantùm quoad legem promotionis, ve nimirùm ad ali s ordines ascendere non possit, vt Cappell. Tholos. decis. 64. & decis. 235. num. 3. vbi subdit in versic. non tenet, quod contrahens
11 secundum matrimonium nullum, & inualidum, licet sit interpetratiuè bigamus, propter effectum cum opere subsequuto; hoc tamen intelligitur quo ad legem promotionis, non autem operatur, quod ille talis sit exutus priuilegijs clericalibus.

Ratio est, quia id quod dicitur, vt biga-
12 mus, illicò bigamia contracta sit ipso iure priuatus clericalibus priuilegijs, & quod nō possit amplius ad Ordines promoueri, Ecclesiasticasque dignitates, & administrationes adipisci ad tex. in cap. 1. & 2. de bigam. non ordin. & in cap. vnic. eod. tit. in 6. cap. 2. de cleric. coniugat. & Can. quis quis 84. distinct. intelligi-
13 tur de verè bigamis, vt deducitur ex tex. in dicto cap. vni c. cum glos. ibidem, & Cappell. Tholos. dicta decis. 235. versic. Et sic de veris bigamis loquitur decret. Vndè bigami interpetratiuè non ammittunt priuilegia clericalia quò ad forum; Et hac occasione noto aliā differentiam, inter vnum, & aliud, bigamorum genus; nam Episcopi nec ad minores
14 ordines possunt cum verè bigamis dispensare; indifferenter tamen possunt cum bigamis interpetratiuè latè Io: Bachon. in dict. lib. 4. sentent. distinct. 25. quæst. 3 artic. 4. col. 2. vbi post quàm posuisset prohibitionem à Sacris Canonibus emanatam, nè Episcopi super tali irregularitate dispensent, tandem concludit per hæc verba. Hanc autem indispensationem, intelligit Hostiens. de bigam. in summ. de his qui propriè sunt bigami, scilicet qui carnem diuiserunt, non autem de bigamo interpetratiuo. Id quod elicitur etiam manifestissimè ex determinatione Sac. Congreg. quam per extensum refert Spectab. Dominus meus in præsenti, in fine.

15 Sed an bigamia baptismo deleatur? Concluditiuè respondeo negatiuè, ad tex. in Can. vnius, in Can. Acutius, in Can. deinde, & in Can. vna tantum 26. distinct. Alberic. à Rosate in diction. verbo, irregularitas fol. 162. dicens Irregularitas multis modis contrahitur, & omnis tollitur Baptismo, excepta irregularitate bigamiæ, latè etiam Couar. in dicta rubr. de homicid. §. 2. nu. 5. & assignat de hoc rationem cit. Bachon. artic. 3. versic. sed quare, dicens, Quia baptismus delet peccata, & pænam pro peccato debitam in futuro, sed bigamia non est peccatum nec pęna peccati (est enim verum matrimonium) sed est pęna propter carentiam vniformitatis, & significationis, ad vnionem Christi, & Ecclesiæ.

16 Vndè (nè ampliùs in hac materia protrahamur) verè bigamus efficitur, qui ante baptismum vnam habuit vxorem, & alterā post illud, vt in Can. acutius, & melius in dicto Can. vna tantum, in fine, ibi. Datur intelligi, quod bigami dicuntur non solum qui post baptisma coniugia frequentant, sed etiam qui

ante baptismum vnam, & post baptismum alteram habuisse probantur.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Alienationis probibitio non comprehendit alienationem ex causa necessaria, n.1.

Bona alienari probibita, possunt alienari prò ære alieno testatoris, num. 2.

Item prò ære alieno hæredis, & quare, n.3.

Item vt hæres grauatus se, & liberos suos à carceribus eximat, num.4. cum ampliatione.

Item pro hærede grauato, & eius filijs ab hostibus captis, recuperandis, etiam si fuissent capti ab hostibus Christianis, num. 5.

Item pro alimentis grauati, & eius filiorum, num.6.

Item pro dote descendentibus fideicommittentis constituenda, num.8. Amplia etiam si à testatore fuisset expressè exclusa etiam causa dotis, num. 13.

Item pro dotium restitutione, n.9.

Item pro appendicibus dotis, n.10.

Item pro incresse dotis, ac etiam pro antefato, num.11.

Item pro dote matrimonij spiritualis, n. 12.

Alienatio ob causam dotis, dicitur ex causa necessaria, num. 7.

Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro dote, tamen in subsidium, n.14

Dos constituenda de bonis fideicommisso subiectis, non debet esse excessiua n.15.

Bona per fratrem fideicommissaria, non possunt pro dote sororis alienari, n. 16. Limita sorore existente paupere, n.19.

Frater non tenetur dotare sororem de bonis proprijs, n.17. Limita ea existente paupere. n.18.

Paupertas quando est fundamentum intentionis, debet probari, n.20.

Pauper vt quis dicatur inspicitur qualitas personæ, & remittitur arbitrio Iudicis, n. 21.

Bona fideicommisso subiecta, legitimè, & iuridicè alienata, si reuertuntur ad grauatum alienantem, reincidunt in pristinam causam fideicommissi, num.22.



AD CAPVT XXXIX.

Additio.



Præmitto ad omnium receptissimam illam conclusionẽ, quæ se habet, quod prohibitio alienationis, regulariter non comprehendat alienationẽ ex causa necessaria faciẽdam, ad *tex in l. Pater si num 36.* & ibi *glos.* in verbo *exolueret ff. de legat.3. in l.1.* & ibi *glos.* in verbo, *voluntaria ff. de fund. dotal. & in l. alienationes 13 ff. fam. hercifcund.* cum alijs iuribus cumulatis per *Ias. in l.3. C. de iur. emphyt. Alex. in l. prouincialibus, n.1. ff. si cert. pet. Roman consil.210. ex themate, num.8. Tiraquell. de retract. lignager. § 1. glos. 8. num. 11. Melchi. Palaez de maiorat. par. 4 quæst.1. limit.5. ex n.1.* Parlador. *lib.2. rerum quotid. par. 5. cap. fin. §.3. num.37 fol.237. Vinci. dec. 18. num. 5. & 7. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.189. nu. 106. Camill. de Medic. consil. 56 num. 19. Nouar. quæst. forens. part.1. quæst 55. num.1.* Dom. *Hodier. in l. hac ed Asli, qu.27. n.12. & 13. C. de Secund. nupt. post, Molin. de hispan. primog. lib.1. cap.10. nu. 30. Crauet. consil.215* per discursum, *Ceuall. practic. quæst. commun. contr. commun. quæst.* 805 *num.8. Fontanell. decis. 86. num. 17. & Cæsar. Maneus. decis.58. n.23. & 24.*

2 Ex hac communi, & indubitata sententia infero primò ad *tex. in l. filius familias 118. § diui il secondo ff de legat.1.* vbi pro soluẽdis Creditoribus defuncti fideicommittentis possunt alienari bona fideicommisso subiecta; videtur enim defunctum nihil sensisse de huiusmodi necessaria alienationis causa, ad *tex. in l. cum fidei 9. ff. de fideicommiss. liber.* & est communis, & indubitata opinio, ex *Bald. in cap. quoniam frequenter §. in alijs num.5. vt lit. context. Paul de Castr. in l. si duobus. §. sed quia nostra num.3. C. Commun. de legat. Ias in l. commodis, num 4 ff de re Iudic. & in auth. res qua limit.6. C. eod. tit. Molin. de hispan. primog. lib.1. cap.10. num.4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.9. tit.18. num.11.* cum alijs innumeris cumulatis per *Fusar. de fideicommiss. subst. quæst. 541. numer.1.*

3 Infero secundò ad *tex. in l. peto §. prædium ff. de legat.2.* ex quo *tex.* patet euidentèr, vt bona alienari prohibita per testatorem, possint distrahi pro exoluendis Creditoribus hæredis de non alienando grauati; Et hoc duplici ratione; Primò quia alienatio illa est ex causa necessaria, & per consequẽs

non

non comprehensa sub simplici alienationis prohibitione, ex suprà firmata conclusione; Et secundò quia cum eadem simplex alienationis prohibitio non inducat fideicommissum, (vt infrà dicemus annuente Deo *cap.* 131.) fit vt vocatus in casu alienationis nihil petere posit; Non ex virtute contrauentionis, cum hæc in nostro thæmate considerari non valeat, stante alienatione inuoluntariè, & ex causa necessaria facta, Et non vti fideicommissarius, quia talis ipse appellari non potest; istamque sententiam defendit latissimè *Fusar. de fideicommiss. subst. quæst.* 542. per totam, & *Francisc. Censal. ad Peregr. de fideicommiss. artic.* 40. *fol.* 410. *col.* 1. *versic. Tertiò obseruo, & col.* 2.

4 Infero tertiò, valere alienationem bonorum alienari prohibitorum, vt grauatus eximat se, liberosque suos à carceribus, quamuis illis mancipati reperirentur ex causa priuati debiti, vel ob proprium detestabile maleficium (id quod vniformatur cum præcedenti illatione) *Bald. in dicta auth. res quæ, num.* 11. vbi *Fulgos. num.* 7. *C. commun. de legat.* cùm alijs pœnes *Surd. decis.* 86. *nu.* 6. *cit. Fusar. quæst.* 535. *num.* 8. *& cit. Censal. ad Peregr. artic.* 41 *fol* 437. *col.* 2. *versic. Sed in his terminis*. Sed aduerte quod loquitur in filijs testatoris; Ego dico idem in quocumque alienari prohibitio, quem testatorem paritèr dilexisse dicendum est, & ita simplicitèr affirmant allegati per *Surd. & Fusar. locis cit.*

5 Quarto infero, vt eadem vel maiori ratione possint bona alienari prohibita, distrahi pro redemptione grauati, vel eius filiorum ab hostibus captorum, *Bar.* Castrens. *&* Corn. *in dicta auth.* in fine, vbi etiam *Angel. num.* 5. *Curt. num.* 31. *& Mantu. num.* 36. idem *cit. Bar. in l. quemadmodum, num.* 6. *C. de agric. & censit. lib.* 10 *Molin. de hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 9. optimè *Tiraquell. ad leg.* Connub. *glos.* 8. *num.* 283 *fol.* 405. *Boer. decis.* 128 *num.* 2. *& Fusar. quæst.* 534. vbi *nu.* 2. hoc extendit etiam si fuissent capti ab hostibus Christianis ex Padill. *in dicta auth. res quæ, num.* 96. *cum seqq.* C. *commun. de legat.*

6 Quinto infero, valere etiam alienationẽ bonorum alienari per fideicommissum prohibitorum, pro alimentis grauati, & eius filiorum Curt. *in dicta auth. num.* 30. *Molin. vbi supra num.* 8. *cit. Fusar. quæst.* 536. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 182. *num.* 26. latè *Surd. de alim. tit.* 8. *priuileg.* 19. per totum, *& Censal. ad Peregr. dicto artic.* 41. *fol.* 437. *col.* 2. circa princip.

7 Postremò infero alijs omissis, ad doctrinam *Napod. in consuetud. & si testator, num.* 17. qui dicit, quod alienatio quæ fit ex causa dotis, dicitur ob causam necessariam sequitur *Molfes. ad Consuetud. par.* 3. *quæst.*
8 1. *num.* 41. *& Reg. Tapp. decis. S* C. 12. *nu.* 15.
Vnde fit, valere alienationem bonorum subiectorum fideicommisso pro dote, fideicommittentis descendentibus constituenda, ad
vulgatissimum *tex. in dicta auth. res quæ*, latissimè ad materiam *Fontanell. de pact. nupt.*
to. 2. *claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. per totã, & *claus.* 7.
glos. 3. *par* 14. *fol.* 577. vbi latè tractat punctum hunc.

9 Ampliatur conclusio ista primò, nè dum
pro constitutione, verum etiam pro restitutione dotis, *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 190. *num.* 1. vbi latissimè cumulat iu-
10 ra, & *DD.* fundantes hanc opinionem. Amplio secundò, vt procedat non solum pro
dote, verum etiam pro appendicibus dotis
Nouar. decis. 215. *num.* 4. *& quæst. forens. lib.*
11 2. *quæst.* 6. *num.* 4. Amplio tertiò, vt extendatur illius auth. dispositio etiam ad dotis
interesse, & antefatum ab vxore lucratum,
Bursat. consil. 174. *Cost. de scient. & ignor. di-*
12 *stinct.* 82. *num.* 1. *&* 12. Amplio quartò vt
procedat nè dum pro dote carnalis matrimonij, verum etiam pro dote spiritualis
matrimonij *Gratian. discept. forens. tom.* 3.
cap. 533. *num.* 22. Doctissimus *Dom. Consil.*
13 *Hodier. in l. hac edictali, quæst.* 10. *num.* 8. Et
quintò alijs omissis id ipsum amplio, etiam
si testator expressè prohibuisset alienationem illorum bonorum per expressum fidei
commissũ etiã fauore dotis, vt refert decisum *Reg. Rouit. consil.* 54. *vol.* 1. qui cumulat
pro hac opinione plus quam quinquaginta
DD. ideo transeo cum eo.

14 Sed intelligenda sunt nihilominus prædicta omnia, vt procedant in subsidium dumtaxat, nempè alijs bonis liberis non existẽtibus, vel existentibus, sed tamen insufficientibus, iuxà verba *tex. in dicta auth. res quæ* ibi. *Sed si libera portio legitima non sufficit*, idemque communitèr tradunt ibi *DD.* addo *Boer. decis* 129. *num.* 5. *Ann. consil.* 85. *nu.* 11. *& seqq. Molin. dicto tract. de hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 2. *Cæsar. Maneut. decis.* 28. *num.* 5. *Pras. de Franch. decis.* 519. *Surd. dicta decis.* 62. *num.* 4. *Molfes. ad consuetud. par.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 43. *Dom. Hodier. in dicta l. hac edictali, quæst.* 9. *num.* 6. C. *de Secund. nupt.* latè cit. *Reg. Rouit. consil.* 41. *num.* 19. *lib.* 1. *&*
15 *Rot.* Rom. *panes Canaler. decis.* 298. vbi etiam
dicit, quod dos constituenda supèr bonis fideicommisso subiectis, debet esse pro concurrenti necessitate mulieris, non autem excessiua.

Item etiam, *tex. in dicta auth.* intelligendus est quando fideicommissum est alicuius ascendentis, tunc enim validè in subsidium distrahi possunt bona sub illo vinculo
16 constituta pro dote descendentium; Atqui,

si fideicommissum esset alicuius transuersa-
lis, eo casu non possent bona affecta oneri
fideicommissi, alienari prò dotibus Sororũ,
& transuersalium, DD. ibidem, *Peregrin. de*
fideicommiss. artic. 42. num. 19. Franch. decis.
24. Couar. Variar. Resolut. lib. 3. cap. 6. sub n.
10 vers. primum, innumeros vsque ad nauseã
alegat *Fusar. de fideicomm. quæst. 531. nu. 95.*
17 & assignant rationem, quia frater non re-
netur dotare sororem, vel aliam transuersa-
lem; & sic in eo non consideratur ratio natu-
ralis Vinculi quod in ascendentibus cõside-
ratur, dotandi filias, aliasque descenden-
tes.
18 Sed hæc declaratio subdeclaratur, vt non
procedat in sorore paupere, eam enim cum
numquam fuerit dubitatum, quin debeat à
fratre dotari, de bonis proprijs, *glos. in l. cum*
plures, in §. cum tutor, in *versic. alio Patre in*
fine, ff. de administ. tutor. Napod. ad Consuetud.
si moriatur, num. 26. versic. Nonò *est hoc ius*
consuetudinarium, latissimè *Soccin. iun. in l. 1.*
n. 199. num. 200. & 201. ff. solut. matrim. Ca-
mill. de Medic. consil. 11. num. 11. & omnium
meliùs *Fontanell.* (hoc declarans) *de pact.*
nupt. tom. 2. clausula 5. glos. 3. part. 1. à n. 11. cũ
multis seqq. *F*it pèr necessarium consequens,
ac à ratione cessante, vt pro dote sororis
19 inopis, possint distrahi bona fratris, ab eo
sub vinculo fideicommissi relicta (cum etiã
non sit negandum quod decus, sicùt & de-
dacus sororis, sit decus, & dedacus fratris)
& ita in terminis tenet *Menoch. de præsumpt.*
lib. 4. præsumpt. 189. num. 41. & Sforz Odd. de
fideicommiss. quæst. 38. artic. 3. num. 44. versic.
Secundus casus, quos sequitur *cit. Fusar. dicta*
20 *quæst. 531. num. 100.* Paupertas autem (ad ef-
fectum prædictum) cum sit, fundamentum
intentionis, probari debet, *Paul. de Castr. in*
l. si verò nu. 5. ff. qui satisd. cogan. Afflict. decis.
377. Tiraquell. de retract. lignag. glos. vnic. §.
32. num. 94. fol. 237. à terg. Couar. variar. resol.
21 *lib. 2. cap. 6. n. 2.* Benè verum, in hoc operatur
valdè Iudicis arbitrium, nam vt quis pauper
dicatur personæ qualitas attendenda est, &
remittitur arbitrio Iudicis, *Alciat. cons. 213.*
Ponderatis his, num. 8. vol. 6. idem *consil. 91. n.*
3. vol. 7. Afflict. decis. 179. num. 3. Couar. d. cap.
6. num. 8. Dom Calà de mod. articul. glos. vnic.
§. 2. n. 407. vers. vel coniuge, cum alijs innu-
meris pænès *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2.*
centur. 1. casu 65. n. 7.
22 Postremò non desinam notare pro intel-
lectu prædictorum omnium, quod si bona
fideicommisso subiecta legitimè, & iure per-
mittente alienata, reuerterentur in hæredem
grauatum alienantem (maximè si reuersio il-
la fieret ex aliqua antiqua, vel pristina causa)
talia bona reincidunt in causam fideicom-
missi, & ad pristinum statum reintegrantur,
ac restituuntur ex tex *in l. si vnus, §. pactus nè*
peteret, ff. de pact. ibi *Sed forma sua redditur*,
in l. si filio quem Pater, ff. de liber. & posth. &
in l. filio pecuniam, ff. si cert. petat. & in pro-
prijs propositis terminis istam sententiam
tenet *Aym. Crauett. consil. 202. Peregrin. de fi-*
deicomm. artic. 42. num. 20. & 21. idem *cons.*
38. nu. 1. lib. 4. cit. Fusar. quæst. 545. num. 45. &
quæst. 629. num. 3. Philipp. Anipschild. de fidei-
commiss. tit. de alienat. cap. 11. num. 475.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

Distributiones quotidianæ debentur tantum Canonicis interessentibus, absentibus penitùs exclusis, n. 1.

Canonicus absens vt iura sua prebenda tueatur, vel vt se defendat ab imposito sibi Crimine, nõ percipit distributiones quotidianas, nu. 2.

Canonicus celebrans missam, tempore quo alij assistunt in choro ad psallendum, non percipit portionem distributionum pro tempore absentiæ, n. 3. Limita, vt n. 4.

Canonici associantes Prælatum, volentem audire missam, pro tempore absentiæ non participant de distributionibus, n. 5.

Canonicus absens, & percipiens pro tempore absentiæ portionem distributionum, tenetur illam in conscientia restituere, n. 6.

Canonicus habens priuilegium abessendi, & non residendi, percipiendo fructus, non potest ob id de distributionibus participare, n. 7.

Distributiones quotidianæ, non comprehenduntur appellatione fructuum, n. 8.

Residere verbum, differt ab interessentia, n. 9.

Distributiones quotidianas, ex quibus causis absẽtes lucrentur, remissiuè, n. 10.

Canonicis absentibus, & ex legitima causa impeditis, debentur distributiones quotidianæ, n. 11. Sed intellige, & declara, vt n. 33.

Canonicis infirmis debentur distributiones quotidianæ, n. 12. amplia, n. 13. Sed intellige, & limita, num. 34.

Canonico per coadiutorem ex priuilegio Apostolico deseruienti, coadiutore infirmato debentur quotidianæ distributiones, num. 14. Amplia, num. 15.

Infirmitas facit habere infirmum pro seruiente, num. 16.

Famulis pro tempore aduersæ valetudinis debetur salarium, num. 17. Sed intellige, vt num. 18.

Canonicis senibus, non interessentibus in choro, ob senectutem, debentur distributiones, n. 19.

Senectus naturaliter est infirmitas, n. 20.

Canonici septuagenarij, sunt immunes à personali interessentia, num. 21.

Statutũ loquẽs de infirmis, habet locũ in senib. n. 22

Canonico iniustè carcerato, excommunicato, à Ci-

uitate

nitate expulso, vel captiuo, debentur distributiones, n. 23.

Canonico coadiuto legitimè excommunicato, vel carcerato, non debentur distributiones, licèt Coadiutor in choro intersit, num. 24.

Canonico habenti curam animarum, vel in confessionario assistenti, vel cum Episcopo celebranti, vel misso ab eodem ad visitanda limina Apostolorum eius nomine, debentur distributiones, pro tempore legitimæ absentiæ, n. 25.

Canonicis à Ciuitate absentibus propter pestem crassantem, debentur distributiones, n. 26. sed intellige, vt n. 27.

Officiali absenti ex causa pestis debetur salar. n. 28.

Canonico lectori, cui legendi onus impositum est, pro tẽpore absentię debẽtur distributiones, n. 29.

Canonicis absentibus pro vtilitate Ecclesiæ, debentur distributiones, nu 30. Amplia num. 31.

Canonicis absentibus causa studij, an debeantur distributiones, num. 32.



AD CAPVT XL.

Additio.

1 

VOTIDIANAE distributiones non debentur, nisi Canonicis personalitèr inseruientibus, & in choro diuinas laudes psallentibus; absentibus penitùs exclusis, vt colligitur ex dispositione *Sacri Concil. Trident. session. 24. cap. 12. de refor.* in illis verbis. *Distributiones verò, qui statutis horis interfuerint recipiant, reliqui, quauis collusione, aut remissione, exclusa his careant*. Et inferiùs. *Atq; in choro ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerentèr, distinctè, deuoteq; laudare. Latè Oldr. consil. 118. Ex virtute gratia, Cenall. pract. quæst. commun. cõtr. cõmun. quæst. 388. num. 16. Gaill. obseruat. 118. num. 11. lib. 2. Rebuff. ad Const. Gall. lib. 3. tit. de Salar. taxa. artic. 1. glos. vnic. num. 10. Vivi decis. 88. n. 6. vol. 1. & Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst.*
2 131. *num. 6.* Inde infero primò, quod Canonicus absens, vt iura suæ præbendæ tueatur, & tantò magis vt se ipsum defendat ab imposito sibi crimine, non debet participare ob eius absentiam de quotidianis distributionibus. *Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 806.*
3 *à n. 9. cum seqq. & Pen. decis. Rot. Rom. 437.* Infero secundò, quod Canonicus celebrans missam, & sic absens pro illa hora à choro; tempore quo alij psallebant, nec minùs percipit quotidianas distributiones pro rata absentiæ, *Felin. in cap. cum olim, n. 2. de verb. signif.* & de ratione *Cæsar Prece. in allegat. posita per Spectab. Dom. meum, cap. 31. n. 14. vol. 3. R. P. Francisc. Bordon. Contr. Moral. tit. de distrib. quotid.* alias, *Cap. 50. n. 16. ex Ricc. in 1. part. prax. cap. 395. num. 2.* vbi refert ita determinasse *Sacram Congregat.* per hæc verba. *Qui tempore quo cantatur vna hora in choro missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illa hora, nec illius distributiones accipere potest,*
4 *si verò iussus fuerit à superiore, vt celebraret, tunc reciperet, superior tamen debet cauere à*
5 *tali iussione*. Idemq; Ricc. *ibidem, num. 3.* ex quampluribus docet idem procedere in Canonicis associantibus Prælatum, illiq; adhærentibus pro tempore quo ipse vult missam audire, referens ad hoc aliam *Sacra Congregat. decisionem*, per hæc verba. *Non possunt Canonici, videlicèt duo, aut plures associantes eorum Prælatum quandoq; volentem audire missam, non in Catedrali, sed in alia Ecclesia Ciuitatis, participes fieri distributionũ quotidiana-*
6 *rum, quæ non nisi præsentibus dantur*. Quartò infero ampliatiuè, quod Canonicus absens, ac qui officio non interfuit, si accipiat portionem distributionum, tenetur in conscientia ad illius restitutionem *Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 16. de excusat. à restit. dubit. 2. in fine,*
7 *num. 41.* Et vltimò etiam ampliatiuè infero, quod si Canonicus haberet breue Apostolicũ de percipiendis fructibus, qui residentibus in Ecclesia dantur; vel totum quod quis perciperet, si in Ecclesia resideret; non proptereà talis abessendi indultus, vel tale priuilegium comprehenderet exactionem portionis distributionum quotidianarum, vt refert decisum *per Rot. Cassador. decis. vai. de Cleric. non resid. & Ricc.* qui alios adducit, *d. Resolut. 395. n. 9.* cuius rei duplex est potissima ratio, Prima
8 quia, distributiones quotidianæ non veniũt, nec comprehenduntur appellatione fructuũ, quia illi tãtùm ita appellantur, qui ex corpore beneficij percipiuntur, & absenti etiam beneficiato debentur *Oldr. d. consil. 118. Paris. consil. 33. num. 4. & 5. lib. 4. & Pute. decis. Rot. Rom. 464. num. 3. & 4 lib. 2.* secunda quia, non residendi licentia, non includit licentiã non interessendi, quia residere, & interesse,
9 secundum communem loquendi vsum differunt, *Cassador. loco cit, & Gratian. d. cap. 806. num. 10.* nam benè potest quis residere in Ecclesia, sed non interuenire in choro; Vnde ad lucrandas quotidianas distributiones residentia non sufficit, sed interessentia requiritur *Cap. vnic. de Cleric. non resid. cap. licèt, de præbend. & Couar. Variar. Resolut. lib. 3. cap. 13. num. 3.* vbi notabilitèr de more ratiocinatur circa differentiam residentiæ, & interessentiæ, ad finem percipiendi quotidianarum distributionum portionem.

10 Ve-

10 Verum notandũ est multas à DD. assignati causas, ex quibus etiam absentes à choeo
solent percipere dictas distributiones, signãtèe *Couar. loco cit. sub n.* 8. & latiùs *R. P. Bordon. d. contr.* 50. *num.* 8. Vbi causas enumerat.

11 Ego autem nè prolixè protrahar, conclusiuè peocedeodo pr̨emitto generalem regulam, quæ se habet; vt absenti ex iusta, & legitima causa debeantue distributiones, quia (vt dicunt) pro peæsente reputatue, ad *tex. in d. cap. vnic. de Cleric. non residen.* In illis vetbis ibi. *exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidem Ecclesia vtilitas excusaret.*

12 Ex quibus verbis colligitue primò, quod infirmi quorum aceessus ad chorum, vel impossibilis, vel difficilis est, debent non resragante absentia, de distributionibus participare, ad *tex. in cap.* 1. *de Cler. egrot.* latè *Abb. cõs.* 70. *Videtur primò, vol.* 1, *Couar. d. cap.* 13. *sub n.* 8. *vers. Septimò lib.* 3. *Less. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *tit. de benefic. dubit.* 29. *sub nu.* 164.

13 *I*d quod ampliandum existimo etiam in Canonico ad infirmitatem ex culpa sua deuento; Tum quia credendum non est eum voluisse quid illicitum, vel saluti perniciosum committere, primariò vt iofirmaretue; Et sic cum infirmitas secundariò ex disordinatis actibus superueniat, non est in consideratioue, ad finem peiuandi infirmum participatione distributionum; tum etiam quia (vt inquit *Couar.* mox allegatus) à Deo de-
14 scendunt omnia. Secundò etiam idipsum ampliandum est, vt nimirùm Canonicus per coadiutoeem deseruiẽs, eo infirmato, vel alias iustè impedito, debeat etiam de distributionibus participere, iuxtà *decis. Rot. Rom.* eelatã
15 *à Peni. decis. eiusdem* 382. vbi hanc ampliationem subampliat, etiam si coadiutus esset sanus, & habilis ad interessendum in choro. Et hùc generalitèr pertinet, regula illa, quod
16 infirmitas facit vt infirmus habeatur pro seruiente. *l. cum heres,* §. 1. *vers. Sticchus, ff de stat. liber.* ibi. *Seruire enim nobis intelliguntur etiam ij, quos curamus ægros, qui cupientes seruire propter aduersam valetudinem impedium-*
17 *tur*. Indè famuli (vt ex eodem *tex.* elicitur) pro tempore eorum Infirmitatis habentue perinde si in seruitio extitissent *Roman cons.* 263. *nu.* 2. *vers. Pro hoc tertiò,* Abb. *d. cons.* 70. *versic. Maximè quia, vol.* 2. ideoq; debetur illis salariũ, *glos. notabilis in l. arboribus* 13. § *de illo in vers. ægrotante, ff. de vsufruct. & quēad. quis vta.* latè *Maceratens. variar. resolut. lib.* 1.
18 *resolut.* 92. *per totam*, hoc intelligens si aduersa valetudo famuli leuis, vel breuis fuit ex *Dec. & Cappell. Tholos. decis.* 360.

19 Colligitur Seundò (vt ad rem nostram redeamus) idem nulla dispari eatione affirmãdum esse in Canonicis senio confectis, eos. n. participare de quotidianis distributionibus compertum est apud omnes, si præ senectutem choro ad psalleodum non intersint, tamquam comprehensi sub verbis, & dispositione *tex. in d. cap. vnic.* vt ex *Bald. & Barbos.* tenet *Bordon. loco cit. sub n.* 8. *in versic. Quare, & hoc, & Ricc. in prax. Eccles. lib.* 1. *resolut.* 399. *sub n.* 7. duplici ratione, primò quia se-
20 nectus naturalitèr est morbus, vt in *psal.* 70. ibi. *Ne proicias me in tempore senectutis, cum deficit virtus mea, nè derelinquas me. Et tex. in cap. magna,* 7. §. *verum ætatis, tit. de vot. & voti redempt.* dicit. *Senex vix dolores, & labores senectutis tolerare potest*. Meliùs *Tertu*dnm ait. *Senectus ipsa est morbus*. Quem refere *Menoch. de arbitr. indic. lib.* 2. *centur.* 1. *casu* 60. *num.* 8. & tandem *Comic.* facessens. *Et ille senectutis morbus, non quidem incidens est, & transiens* & consfeet *Silu. Neuiz. lib.* 2. *nu.* 4.
21 Et secundò quia senes, idest septuagenarij sũt immunes, & exempti à personali residentia, seù interessentia in diuinis officijs, ex argum. *l. Maiores* 3. *ff. de iur. immun.* in terminis *Monet. de distrib. quotid. part.* 2. *quæst.* 7. *nu.* 6 *vsq; ad* 15. quem refert *cit. Macerat.* 1. *Variar. Resol.* 85. *num.* 12. Vnde meritò statutũ de ægrotãti-
22 bus loquens ad senes extendi potest *Abb. in d. cap. Magna sub num.* 8. & *Ancar. consil.* 279. *in fine.*

23 Tertiò colligitur, vt Canonico iniustè caecerato, excõmonicato, vel à Ciuitate expulso, vel captiuo ab hostibus, ob quod legitimè impeditus, ad Ecclesiam, interessendi causa accedere non valet, debentue quotidianæ distributiones, *Less d. dubit.* 29. *num.* 164. *fol. mihi* 368. *col.* 2. post *Calderin. cons* 17. *de praben. Paris. consil.* 102. *nu.* 4. *vol.* 4. & alios relati per
24 *cit. Grattan. discept. forens. d. tom.* 5. *cap.* 806. *n.* 13. *Peni. decis. Rot. Rom* 437. *n.* 2. & per *cit. Macerat. eod. lib.* 1. *variar. resolut.* 102. *num.* 19. & *cit. Peni. d. decis* 302. *n.* 7. Verum notandum ad hoc est, quod quando aliquis Canonicus ex rescripto Põtificis deseruit per coadiutorem, si fuerit iustè, & legitimè excommunicatus, vel etiam carceratus, non participat de quotidiauis distributionibus, licèt coadiutor ille deseruiat, & sit habilis, vt *cit. Peni per Rot.* decisum refeet *ibidem à n.* 15.

25 Quartò, Canonicus habens curam animatum, vel assistens in confessionario, pro audiendis confessionibus; Itemque assistens cum Episcopo solemnitèr celebranti, vel missus eius nomine ad visitandum limina Apostolorum, paeticipat pro tempore absentiæ de distributionibus quotidianis, latè *Ricci dicta resolut.* 399. *lib.* 1. & *Bor-*
26 *don. dicta contr.* 50. *sub num.* 8. vbi latè, qui etiam tenet, quod absentibus à Ciuitate, & pèe consequens Ecclesiæ non interessentibus, dandæ sunt pro iusto tempore absentiæ portiones quotidianarum distributionum, si se ob erassantem pestem ab ea Ciui-

tate

tate se absentauerunt, ex *Io. Bapt. Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 26.* per totum vbi latissimè, referens ad hoc determinationem *Sacræ Congregat.* per hæc verba. *Sacra Congregatio Eminentissimorum Patrum Concil. Trid. interpetrum censuit, Canonicis causa pestis absentibus deberi quotidianas distributiones si pestis grassetur, & peten-*
27 *tes soluì sint inseruire, ac probetur legitima consuetudo, quod distributiones huiusmodi dentur absentibus ex iusta causa; Quando autem dicatur pestis grassari, vt sit iusta causa absentiæ, iudicio Episcopi esse relinquendum.*

28 Quibus pariter addo quod officiali absenti ex causa pestis debetur solitum salarium, non minus ac præsentibus debetur *Syluan. consil. 128.* per totum præcipuè *num. 13.* cum seqq. id quod extendi posset ad quoslibet prouisionatos.

29 Sextò alijs omissis, debentur distributiones quotidianæ Canonico Theologo, vel alio, cui legendi, docendique onus Clericis in Ecclesia impositum est, si tempore psallendi, in edocendo sit occupatus, *Consal. super 8. regul. Cancell. §. 7. proœ. num. 180.* quem refert *Ricci. dicta Resolut. 399. num. 6.* *Bordon. loco cit.* & omnium latiùs *cit. Ciarl. lib. 2. Contr. cap. 192.* per totum, quia vtile est, imò necessarium Ecclesiæ, habere viros & ministros doctos, & ita censuit *S. Congr.* per hæc verba. *Idem censendum est de docentibus in Ecclesia, qui quamuis à Seruitio chori absentes essent, possunt percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus; sed ex gratia debent quibus legunt habendi sunt sicut præsentes in choro, & inseruientes, non modo prò illis horis. vt si mane legunt prò horis matutinis, & missa solemni, sed etiam pro tota die, vt declarauit S. D. N. Gregorius XIII.* Quare saltim de equitate esse non debet talis lector deterioris conditionis eo, qui pro Ecclesiæ vtilitate
30 abest, quem participare de quotidianis distributionibus pro tempore absentiæ ex causa prædicta, statutum est in *dicto cap.*
31 *vnic. de cleric. non residen. in 6.* quem tex. ampliandum puto, etiam si Canonicus absit pro vtilitate alterius Ecclesiæ, quam illius cui absens deseruire debebat, accedente maximè iussu Superioris Ecclesiastici, vt probat latè, sæpè cit. *Macerat. Resolut. 106. dicto lib. 1.*

32 Sed an Canonicus absens studendi gratia participet de distributionibus quotidianis? Dico conclusiuè, quod ante determinationem Sacræ Congregat. omnes concludebãt affirmatiuè, si Canonicus se ex causa prædicta absentauit, cum licentia sui ordinarij Superioris, *ex tex. in extrauag. suscept. Regiminis de elect. Federic. de Sen. consil. 146.* *Orat. Luti. de priuileg. Scholar. priuileg. 3. num. 12. Cenall. commun. contr. commun. qu. 585. num. 7 Boer. decis. 17. num. 3. & Mainard. decis. 8. lib. 1.* Hodiè autem ex *decis. Sacræ Congreg.* relata à *Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 131. num. 13. & à Ricci. in dicta praxi Eccles. tom. 1. dicta resolut. 396.* Canonicus absens ex causa studij non participat de distributionibus, nisi tãtum quando omnes redditus Capituli, & præbendæ in illis solis consisterent; tunc enim dempta tertia parte applicanda interessentibus reliquæ duo partes fiunt illius absentis Canonici, verba dictæ determinationis sunt hæc. *Congregatio censuit, Canonicum absentem studiorum causa, percipere quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas; Quod si in huiusmodi distributionibus, omnes Capituli redditus consistant, percipere etiam distributiones, dempta tertia parte, quæ inseruientibus accrescit: Nullo autem casu debere ipsum Canonicum percipere distributiones, missis, aut defunctorum anniuersarijs applicatas.*

33 Verum notandum est ad prædictorum omnium necessariam declarationem, quod in omnibus, & singulis casibus ex quibus licitè, & iuridicè quis abest à choro, tunc demum distributiones lucratur, si tamen adsit consuetudo in illo Capitulo dandi illas legitimè non interessentibus, & si is qui abest ex legitima causa, erat solitus ante absentiam in choro assistere ad psallendum diuina, ita vt abesse dici possit ex solo illo legitimo impedimento, vt ex quampluribus fundat sæpè cit. *Maceratens. d. resolut. 102. num. 21. & 27.* & constat ex dispositione *Sacræ* Congreg. relata *supra num. 27. post Conar. dicto cap. 13. sub num 8. versic. octauò, &*
34 *nonò* indè *Anton. Corset. in suis singul. lit. I. versic. Infirmus,* dicit tunc Canonico infirmo deberi distributiones, si infirmitas esset talis, quæ prohibeat omninò accessum, & potentiam interessendi, Itemque si cum sanus esset, ad chorum accedere consueuerat; Et ego addo tertium; si Capitulum sit solitum dare distributiones infirmis, vel alijs legitimè impeditis, ad quod confert etiam *Barbos. de offic. Episc. lib. 3. allegat. 53. num. 167. & Monet. de distribut. par. 2. quæstion. 6. num. 21.* quos sequitur *Ciarlin. dicto cap. 26. num. 28. lib. 1.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

CAnonici ad effectum lucrandi quotidianas distributiones, non possunt per substitutum deseruire, n. 1.

De-

Declara limitatiuè; vt possint substituere alios eiusdem Collegiatæ Ecclesiæ Canonicos, cum explicatione ibi posita, num. 2.

Item declara limitatiuè, si in illa Catedrali Ecclesia, adesset antiqua consuetudo deseruiendi per substitutum, n. 3.

Item etiam limito in locis in quibus Cõcilium Tridentinum non est vsu receptum, n. 4.

Statutum si vigeat in Catedrali Ecclesia, vt debeat Canonicus per se deseruire, vel per substitutum, quomodo intelligi debeat, n. 5.

Cappellani S. Ianuarij huius Ciuitatis, an teneantur in casu legitimi impedimenti, mittere alium Sacerdotem ad celebrandum, n. 6. vsque ad finem.

Omissum censetur in Principum concessionibus quidquid expressè concessum non reperitur, num. 7.

Cappellani in casu infirmitatis, an debeant alium Sacerdotem substituere, & pro quanto tempore sint exempti tàm per se, quàm per alios, n. 8. Vbi referuntur diuersæ opiniones. Author distinguit, n. 9. & 10.



AD CAPVT XLI.

Additio.

1 
IXIMVS in præcedenti latè, Canonicum personalitèr choro non interessentem, quotidianas distributiones, minimè lucrari.

Quæritur modò, an ad effectum prædictum, possit Canonicus per substitutum suo muneri deseruire? concluditur negatiuè; Addo hoc in specie determinari pèr *Sacrum Concil. Trident. session. 24. de refor. cap. 12.* circà finem, vbi in his terminis loquendo; mandat per hæc verba. *Omnes verò diuina, per se, & non per substitutos, compellantur obire officia,* id quod tenent etiam *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 133. num. 14. Azor. instit. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 6. quæst. 4. & lib. 7. cap. 4. quæst. 4. Barbos. de potest. Epis. tom. 2. allegat. 24. num. 44. versic. limitat etiam, Garzi. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 513.* cum alijs quos allegat *Ricci. in prax. Eccles. lib. 1. resol. 395. num. 7.*

2 Sed noto primò limitatiuè, vt non procedat hoc, si substitueretur à Canonico alius Canonicus, qui non sit obstrictus ea die in choro ex propria obligatione interesse; quod ita intelligi potest, quando Canonicorum medietas vna hebdomoda, alia hebdomoda medietas altera deseruit, quia tunc benè possum ego v.g. qui teneor ista hebdomoda deseruire, & choro assistere, huic oneri satisfacere per Canonicum qui alia sequenti hebdomoda deseruire tenetur (vt faciunt sæpè R. R. Canonici, & hebdomadarij Catredalis huius Ciuitatis) & ita quotidianas distributiones lucrari *Gratian. discept. forens. lib. 4. cap. 800. à num. 5.* idem *in addit. ad decis. 157. num. 9. 15. & 16. Bonacin. de hor. Canon. disput. 2. quæst. 1. par. 5. à n. 1. & quæst. 4. n. 5. Bero. quæst. 114. Monet. de distribut. quotid. part. 2. quæst. 12. n. 48. Garzi. de benefic. part. 3. cap. 2. n. 496. versic. Quod si aliquando,* & latissimè prosequitur *Ciarlin. controu. lib. 2. cap. 192. à num. 41.* vsq; ad finem, vbi de ratione.

3 Noto secundò, etiam limitatiuè, vt possit Canonicus per substitutum deseruire, ad finem lucrandi quotidianas distributiones, si in Catedrali, & intèr Canonicos, adesset talis antiqua facultatiua Consuetudo, vt deducitur ex *Gratian. d. cap. 800.*

4 Et Tertiò noto idem indifferentèr procedere in locis in quibus *Sacrum Cõcil. Tridetin.* pèr quod ordinatur personalis interessentia, non est receptum, vt colligitur ex *Garz. de benefic. p. 11. c. 5. n. 150. & Bonac. de hor. Canon. disp. 2. q. 4. p. 5. n. 4. vers. vel dic.*

5 Sed dubium in eo consistit, an stante statuto intèr Canonicos, celebrandi pèr se, vel pèr alium, possit aliquis Canonicus ad finem obtinendi portionem distributionum, & alios Canonicatus fructus, indifferentèr p aliũ à se substitutũ celebrare? Dubiũ faciũt eradita pèr *cit. Ciarlin. controuers. for. lib. 1. cap. 38. à num. 21. vsq; ad finem,* vbi declarãdo simile statutum Collegiatæ Ecclesiæ Carpens. Dicit illud intelligendum fore analogè; vt nimirùm facultas celebrandi per alium procedat, si iusto aliquo impedimento Canonicus detentus fuerit, vt ipse fundat, signantèr *nu.* 28. Sed fallit herculè; Quandoquidem ipse idem affirmauit audactèr, Canonicum legitimè impeditum, lucrari quotidianas distributiones, absque q per alium à se substitutum pro tempore legitimi impedimenti deseruiat, id quod manifestè elicitur *ex tex. in cap. 1. de Cleric. egrot. & in cap. 1. de Cleric. non residen. in 6.* cum alijs per nos latissimè cumulatis in præcedenti. Quibus addo *Genuens. in prax. cap. 47. de Cappell. infir. in versic. & pro maiori* in hac re legendum. Igitur statutum prædictum perperam intelligitur pèr *Ciarlin.* In casu legitimi impedimenti, quo tempore Canonicus de iure est exemptus; sed accipi debet, vt vigore illius possit quandocumq; alium substituere.

6 Insupèr dubitatum audiui in currenti anno

no 1663. diù post hęc scripta, an RR. Cappellani Sancti Ianuarij huius Regni Patroni (cuius festum ad præsens maxima cum veneratione, & decore celebramus) teneantur in casu aduersæ valetudinis, vel alterius legitimi impedimenti substitutum ad missas celebrandum destinare? Dubitandi ratio est, quia ex *Bulla* sanctæ memoriæ *Vrbani VIII.* emanata in erectione Cappellæ prædictę habetur, quod *teneantur dicti Cappellani per se ipsos celebrare, cessante legitimo impedimento*; Quare Domini deputati arguendo inquiunt, Ergo existente legitimo impedimento tenentur substituere, stante quod non possunt per se ipsos celebrare.

At replicant dicti RR. Dom. Cappellani, nullatenus sensum hunc sumi posse ex memoratis verbis, ex quibus nil aliud argui posse (inquiunt) nisi quod voluerit Pontifex eos obligare ad per se ipsos celebrãdum, eosdemque ab eo onere deobligare in casu legitimi impedimenti infirmitatis, & similium, ex illis verbis, cessante legitimo impedimento; Et sic penitùs teneri ad mittendum substitutum, contendunt, quousque duret impedimentum.

Ego vt sensum meum liberè aperiam, fateor neutram partem quidquam concludere; non Domini Deputati, & Rectores dictæ venerandæ Cappellæ, quia numquam voluit Pontifex Cappellanos obligare ad dandum substitutum, sed tantum eos arctat ad personaliter celebrandum, cum nullum concurrit impedimentum. Non etiam Domini Cappellani, quia nullibi legitur in *Bulla Pontificia* exemptio à seruitio per alios in casu impedimenti, & sic casus iste habendus est pro omisso, quia vt inquit *Andr. de Isern in l. Imperialem, num. 5. & 6. de prob feud. alien. per Frideric.* in Principum concessionibus habetur pro omisso quidquid expressè non legitur
8 prouisum. Quare concludendo dico, inuestigandum esse id, quod concludunt DD. de Cappellano infirmo; Circà quem punctum quamuis valdè variauerint scribentes, siquidem primò *Episcop. Genuens. in alleg. cap. 47.* dicit, quod Cappellanus, durante eius infirmitate per octo, vel decem dies, non tenetur substitutum mittere ad celebrandum, & pro dicto tempore potest percipere fructus Cappellaniæ, sequitur *Episc. Ricc. in sua prax lib. 1. resolut. 351. per totam*, signantèr *n. 5.* secundò *Vrtad. de Sacram. disput. 4. diffin. 1.* tenet exemptionẽ istam in casu legitimi impedimenti à celebratione, nec per se, nec per substitutum, durare per mensem. Et tertiò *Nauar. tract. de restit. lib. 2. cap. 2. num. 210.* consolabilius admittit spatiũ mensiũ duorũ, idem tenet *Peyerin. tom. 3. cap. 10. num. 24.*
9 Tamen pro concordia notandum est duplex Cappellanorum genus, differens inter se, Nã in Cappellanis amouibilibus, & mercenarijs, quibus soluitur merces, vel dietim, vel mensatim, respectiuè tantum ad numerum missarum, videtur admittendam esse opinionem *Gennens. & Ricc.* de ęquitate tantum;
10 In Cappellanis autẽ inamouibilibus, ac bullatis, vt sunt præcipuè RR. Cappellani dictæ Cappellæ D. Ianuarij (quos nescio an valdè differant à beneficiatis) concludo cum *Nauar. & Peyerin. locis sup. cit.* vt nimirùm existente legitimo impedimento, sint exempti ab onere celebrandi, tam per se, quam per substitutum per bimestre, tamquam habentes maius ius in re.

Ea ita sentio in proposita quæstione, quæ ad præsens decidenda pendet in *Sacra Rit. Congregatione*, saluo, &c.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Periculum nominis debitoris cessi cuius sit, cedentis, an cessionarij, n. 1.

Cessione non inducitur liberatio debitoris cedentis, n. 2. Limita n. 3.

Euictione sequta de re in solutum data creditori, an reuiuiscat primaua actio eiusdem creditoris, n. 4. Refertur opinio negatiua num. 5. Sed contrarium n. 9. Author tenet istam opinionem, n. 19. vbi refertur decisio Curiæ Archiepiscopalis, et respondetur ad fundamenta contraria, num. 20. et 23. nec non confutatur Surd. n. 22. et distinctio Bar. et aliorum num. 25.

Datio in solutum habet vim solutionis, num 6.

Datio in solutum liberat debitorem, num. 7.

Hypotheca extincta ex datione in solutum facta creditori, amplius non reuiuiscit, num 8. Sed intellige vt n. 23.

Legatario competit actio ex testamento, si ei euincatur res in solutum data ab hærede, n. 10.

Datum non dicitur, id quod euinci potest, n. 11.

Actio inossi iosi competens filio non dicitur extincta, si transactio super ea interposita effectum suum non sortiatur, n. 12.

Sententiæ virtus reuiuiscit, si cu v fuisset super ea compromissum, eiq; renunc at im, laudum effectum suum non sortiatur, n. 13.

Debitor numquã dicitur liberatus, donec res creditori tradita, eius perfectè efficiatur, n. 14.

Pignus non liberatur, nisi solutione sequta, num. 15.


Debitor dicitur liberatus si creditori ex pignoris solutione fuit satisfactum, n. 16. Sed limita, & intellige, vt n. 17.

Traditũ irreuocabilitèr nõ dicitur id quod euictũ est, vel euinci potest, n. 18.

Dictio, videtur, non est decisiua, sed denotat fictionem. n. 21.

L Possi-

Possidere non dicitur is à quo possessio auocari potest, n. 24.
Protestatio non releuat in his quæ non dependent ab animo protestantis, sed à dispositione iuris, num. 26.
Euictionem nominis in solutum dati promittens, an teneatur illud bonum facere, & exigibile, remissiuè, num. 27.



AD CAPVT XLII.

Additio.



ERICVLVM nominis debitoris cessi
1 si aderat, vel si habet causam à tempore cessionis, regularitèr est debitoris credentis; Sin autem post illã celebratam, & ratam habitã superuenit, est creditoris cessionarij, iuxtà Bar distinctionem, *in l pupilli 39. §. Soror. ff. de solut. Osas. dec. Pedam. 62. sub n.10.vers. Secundò*
2 *potest responderi*. Quia licet per simplicem cessionem absente creditore factam nõ inducatur debitoris liberatio, *glos. in l. legaui.26. in fine, versic. Sed cessio, ff. de liberat. legat.*
3 Tamen si post illam superuenerit ratificatio cessionis, per vnum de illis tribus, de quibus in *l. 3. C. de nouat.* liberabitur debitor, *Affl. decis. 353. n. 5.*

4 Sed de illo fui semel interrogatus, an res in solutum data creditori, si euicta fuerit, vel aliàs ab eo auocata ex causa, quæ inhæreret ante cessionem, vel in solutum dationem, creditor ipse regressum habere possit ad primæua, & antiqua iura, an potius extincta existimanda sint, ad effectum, vt in concursu cum alijs debitoris creditoribus sit graduandus inspecta anterioritate prioris instrumẽti, si vel nè? Respondi quæstioné hanc egere (vt dicunt in difficillimis) decisione Cæsarea; Si quidem multi negatiuam, innumeri affirmatiuam,& alij mediam tenuerunt opinionẽ.
5 *Boer.* enim *decis. 337.* tenet omninò esse extinctam primæuam actionem, sed dumtaxàt creditori competere aliam diuersam, scilicèt vtilem ex empto actionem, & sic habere tantum anterioritatem à die passæ euictionis; id quod latissimè etiã defendit *Surd. decis. 266.* vbi multos allegat, eiusq; sententiam tutatur nouitèr à contrarijs impugnationibus doctissimus, & omni æuo celebrandus *Hodiern.* illius additionator, *Fõtanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. par. 14 à n. 85. fol. 214. Cæc. de censib. quæst. 107. n. 18. & 19.* & probatur ista opinio ex *tex. in l. libera 8. C. de senent. & interlocut. in l. si prædium 14. C. de euict. & in l. elegantèr 24. ff. de pignor action.* vbi melius quam alibi inquit *I. C. Elegantèr apud me quæsitum est, si impetrasset creditor à Cæsare vt pignus possideret, idq; euictum esset, an habeat pignoratitiam contrariam, & videtur*
6 *finita esse pignoris obligatio.* Et etiam ex eo, quia insolutu m dario vim habet solutionis, *l. si pupilli 96. §. Soror. ff. de solut. l. inter causas 26. §. abesse, & l. si mandatu mea 45. §. si fideiussor, ff. mandat, in l. nouatione 18.*
7 *ff. de nouat. & in d. l. 3. in fin. C. eod* & per consequens inducit debitoris liberationem, & hypothecæ extinctionem, *glos. in l. 1. vers. optinuerit, C. si antiq; credit. pign. vendider.* latissimè *Nouar. de dation. in solut. sect. 1. cap.*
8 10. Imò hypothecã prædictam talitèr extinctam per dationem in solutum, ampliùs non reuiuiscei, nec competere exclamant iura *in l. qui res 98. §. arcam, ff. de solut.* ibi. *In perpetuum enim sublata obligatio reuiuisci non potest, & in l. nihil interest 4. C. eod.* Ergo, &c.
9 Sed contrariam prorsùs sententiam in proposita quæstione defendit latè *Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit 29. definit. 49. & tit 30. defin. 20. Thesaur. quæst. forens. par 3, quæst. 88. Gratian discept. forens. tom 4 cap. 759. n. 9. Iacob. Mandell. Alb. cons. 2. n. 12.* & nouissimè inretragabilibus medijs *Reg. Merlin. controu. forens. centur. 1. cap. 24.* qui ita in S.C. decisũ refert, vt nimirum nullo modo censenda sit extincta primæua actio, nè dum fauore dotis, vel alterius personæ priuilegiatæ (vt putant aliqui, qui hanc mediam viam tenuero) verũ etiam indifferentèr in quocumque casu, ex *tex. in l. si quis aliam 46. ff de solut. & liberat.* vbi inquit *I. C. Si quis aliam rem pro alia volenti soluerit, & euicta fuerit, remanet pristina obligatio & ex tex. in l. ex sextante 30. §. latinus Largius, ff. de except. rei iudic* quem tex. pro hac opinione perpendit *Afflict. decis. 16. sub n. 3, vers. Ad hoc respondebatur*, cũ alijs multis, quos sequitur *Manent. decis. 45. n. 15.* & cũ pro euidẽtissima illius corroboratione nonnulla nõ modicũ cõferãt, propterea.
10 Noto primò, quod legatario, cui ab hærede certum aliquid traditum fuit, competit pristina ex testamento actio, si ei res assignata, vel in solutum tradita, euincatur; attendatur ad *tex.* indiuidualem in *l. qui concubinam 29. §. si hæres, ff. de legat. 3.* cuius verba sunt. *Si hæres tibi Seruo generalitèr legato, stichum tradiderit, isque à te euictus fuerit, posse à te ex testamento agere Labeo scri-*
11 *bit* (ponderetur ratio) *Quia non videtur hæres dedisse, quod ita dederat, vt haberi non possit.* Et subdit glos. in verbo *non possit. Non videtur dari, quod ita datur, vt non possit retineri ab eo, cui traditur.*

12 Se-

12 Secundò noto, quod si cum esset supèr inofficiosi querela à filio exposita, cum hærede transactum, hæres ipse fidem frangendo, trãsactioni stare recusauerit, integra est filio Inofficiosi actio, nec quidquam penitùs illi per transactionem detractum est *l. si instituta 27. ff. de inoffic. testam.* ibi. *Si instituta de inofficioso testamento accusatione, de lite pacto transactum est, nec fides ab hærede trãsactioni præstatur, inofficiosi causam integram esse placuit.*

13 Tertiò noto, quod si supèr sententia fuerit à partibus compromissum eiq; expressè renunciatum, laudo indè non sequto, (vel addo) sequto sed annullato, reuiuiscit virtus sententiæ, vt tenet *Ann. singul.* 113. authoritate *Bald. in l. si diuersa pars. & in l. supèr possessione, C. de transact. & Io: Coras. in l. hæres n. 31. C. de impub. & alijs subst. in repetit vol. 8.* addo *Alex. cons. 63. in causa, n. 6. vol. 3.*

14 Quartò noto, quod debitor nunquam dicitur liberatus, donec res Creditori tradita perfectè illius perficiatur, *l. si rem meam, ff. de solut.* quare concedendũ omninò est in proposito articulo primæua iura exerceri posse propter euictionem sequtam, & rem reuocabilitèr Creditori traditam, id est alterius hypothecæ affectam, quod à Creditore in solutum recipiente ignorabatur.

15 Postremò noto, id quod dicitur de pignore, quod suas habet qualitates, vt non aliàs eius obligatio tollatur, quam vera, & integrali solutione sequta, *l. grege 13. §. etiam, ff. de pignor. & l. si rem 9. §. omni, ff. de pignor.*
16 *action.* Hinc si Creditor pignore vendito tantum receperit, quantum sibi debetur, debitor liberabitur à debito *l. si Creditor 26 ff. de*
17 *solut.* id tamen locum habebit, si firma venditio manserit; alioquin si res euinceretur, & à Creditore fuerit auocata pecunia, debitor in primæua obligatione detinebitur iterum, ac si nunquam solutione fuisset liberatus;
18 cum regula sit; traditum non dici quod euictum est, vel quod euingi potest, *l. nec enim 23 ff. de pignor. action.* id quod patet etiam ex *tex. & glos.* supra allegata, *num. 11.*

19 Ex his igitur firmissimè ponderatis, dicimus secundam hanc sententiam veriorem esse de iure, iuxtà quam fuit decisum in Curia Archiepiscopali huius Ciuitatis die 5. Septembris 1652. in Congregatione habita coram Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo Ascanio Philamarino Antistite nostro vigilantissimo, in causa intèr Creditores D. Bernardi de meliore, cum V.I.D. Vincentio de Vicarijs, fuit inquam decisum, potuisse dictũ Vincentium exercere primæua iura quamuis ea sibi non reseruasset in instrumento in solutum dationis sibi factæ à d. D. Bernardo, de credito ducatorum 1400. debitorum ab Ill. Ducæ Bagnariæ, vt ex processu graduationis Creditorum dicti D. Bernardi, fol. 217.

20 Fundamenta pro contraria opinione ponderata non obstant; Et primò non obstat *tex. in l. libera 8. C. de sentent. & interlocut.* Siquidem *tex.* ille si bene perpendatur meretur potiùs contrà eam allegari; dicit enim, quod si res fuerit empta, & euicta, poterit agi actione empti, sin autem iure Creditoris fuerit in solutum data, antiquam habebit Creditor ad debitum sibi persoluendum actionẽ. ibi. *Empti si emisti, vel ob debitum reddendum, si in solutum data est.* Secundò non obstat *tex. in l. si prædium 4. C. de euict.* quia *tex.* ille eidem subest normæ, dum dicit. *Si prædium pro soluto datum est, quod alijs Creditoribus fuerit obligatum, causa pignoris mutata non est*: Et sic vel hæc postrema huius *tex.* verba accipiuntur ad fauorem recipientis in solutum, & fundant sententiam nostram; vel capiuntur in fauorem aliorum Creditorum illius, qui in solutum dedit (sicùt in effectu capienda sunt) & nihil probant, nisi solum quod res trãseat cum onere suo vt dicit *Bald.* ibi. Tertiò non obstat *tex.* qui videtur lapis angularis aduersæ opinionis. *in l. elegantèr, ff. de pignor. action.* cuius verba sunt hæc. *Si impetrasset Creditor, &c.* Quia respondetur primò, quod in casu illius *l.* imputabatur Creditori, quare elegisset rem illam; Et secundò quia idem *tex.* non loquitur decisiuè, nam dicit; *&*
21 *videtur finita esse pignoris obligatio.* Illa enim dictio. *videtur*, non est decisiua, sed magis fictionem denotat, *Alex. in l. 2. §. voluntatem num. 3. ff. solut. matrimon. & in l. si tibi homo 88.*
22 *§. cum seruus, n. 4. ff. de legat. 1.* & in terminis *tex. in d. l. elegantèr* dicit *Thesaur. in cit. quæst. 88. num. 13. lib. 2.* hæc verba. *Non obstant quæ dicit Surd. quia in contrarium est verior opinio, & fortè ille decipitur, ex tex. in l. elegantèr, ff. de pignor. action. ad quem rectè meo iudi-*
23 *cio respondet Fab. &c.* Quartò non obstant iura per quæ demonstrabantur vires dationis in solutum; & signantèr non obstat *tex. in l. qui res, §. Aream, ff. de solut.* vbi semel extincta actio, de cetero non reuiuiscit, inquit I.C. quia *tex.* iste cum concordantibus superiùs adductis, eam recipiunt interpretationem, vt procedant quando actio esset extincta, puta quia res in solutum data, effecta esset irreuocabilitèr creditoris in solutum recipientis absque timore auocationis, vel euictionis, ex regula, *solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio*; Secus autem re illa postmodum euicta. nam quia causa euictionis inhærerat à principio, sequitur quod à principio res illa erat reuocabilis, & per consequens non potest dici ex illa insolutum datione extincta antiqua actio, vt dicit in specie notabilitèr *glos. in l. 1. versic. obtuleris, C. si antiq. Credit. pign. vendid.* vbi ponit hæc verba. *Vel dic quod non videtur recessisse ab obligatione prima, si reuocabilis esset datio, vt ff. de solut. l. si quis aliam.* quibus postremò addo, quod
24 possidere non dicitur is à quo possessio auo-

cari ab alio potest, tex. vbi *Alex. in l. non videtur, ff. de acquir. possess. in l. si Creditor. ff. cit. tit. de solut. & in l. si Mauius, § penult. ff. de legat. 1. Freec. de praesunt. instrum. part. 7. quaest. 5. num. 2.*

25 Tandem non obstat *Bar.* opinio *singul. 39.* vbi dicit, in tantum primaeua iura exerceri posse euicta re in solutum data, in quantū Creditor expresse protestatus esset, illa sibi reseruando in casu euictionis, aliàs negat, sequitur *Boer. decis. 332.* circà medium *Gaball. Milleloq. 653. Rebuff. tract. de liter. obligat. art. 12. glos. 1. num. 20 fol. 110. Praes. de Franeb. decis. 50.* & refert decisum in *Rot. Rom. Cardin. Caual. decis. 528. n. 2.* haec enim sententia quamuis ab his, & alijs concordantibus celebretur, eorum tamen pace, ipsa mihi, tuta non videtur, formando dilegma. Aut enim per dationem in solutum non sunt extincta primaeua iura, & debet sine ista reseruatione admitti opinio superius per me firmata; Aut ipso iure sunt extincta ex vi, & efficacia dationis in solutum, & reseruatio cum protestatio-
26 ne non releuat; Quādoquidem receptissima est in iure conclusio illa, protestationem non releuare in his, quae non ab animo protestantis, sed à dispositione iuris dependent, *glos. in l. alimenta. ff. de negot. gest. Felin. in cap. cum M. Ferrariensis n. 66. de Constit.* & clariùs ibidem *Dec. n. 20. & Rip. n. 77. Osas. decis. Pedam. 39 num. 28. & Gomes. ad leg. Taur. 61. n. 5.* Ergò, &c.

27 Quaero finalitèr an in solutum dans, vel cedens nomen debitoris cum promissione euictionis in forma, dicatur, promisisse illius exigibilitatem, ita quod teneatur facere nomen illud, non solum verum, & non exactum, verum etiam bonum, & exigibile? Circa quod cum plura scribere decreuissem, tandem ad meas manus peruenit *Tondut.* modernus author *in suis quaest. caus. ciuil. cap. 50,* vbi omnia cumulat latissimè, ac proinde ad eum in huiusmodi contingentijs recurrendum.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Cessio non valet post solutionem, n. 1.
Sed intellige, num. 2.
Ampliа vt nec peti possit à correo soluente totum debitum, etiam ex remedio restitutionis in integrum, n. 3.
Item amplia in notabili casu relato per Scacc. vt num. 4.
Item etiam vt nec possit peti post solutionem à contutore, qui soluit pupillo pro alio contutore, num. 5.
Sed limita, si in actu solutionis intercessisset pactum de cedendo, n. 6.
Secundò limita in tertio soluente debitum alterius, num. 7. & quomodo hoc procedat, & intelligatur num. 8. & 9.
Limita tertiò in casu singulari relato per Gratian. vt num. 10.
Quartò limita in legatario soluente onera rei legatae, cum tamen res illa libera ei dari debuisset, num. 11.
Quintò limita in quocumque tertio possessore soluente debitum, n. 12.
Sextò in soluente pro fideiussore condemnato, num. 13.
Item in confideiussore soluente totum debitum, num. 14. Sed intellige, & amplia, num. 15. 16. & 17.
Fideiussor soluens prò debitore, ac cui cessae fuerunt actiones, an possit agere exequtiuè contrà debitorem, sicut poterat cedens, num. 18. Resoluitur negatiuè, contrà Gratian. 27.
Cessionarius an agat via exequtiua contrà debitorem cessam, sicut poterat cedens, num. 19. Negatiuè, num. 20. Affirmatiuè, num. 22. Author tenet primam opinionem, num. 25.
Instrumentum non potest liquidari per procuratorem, & de ratione, n. 21.
Cessionarius repraesentat cedentem, n. 23. Sed quomodo intelligatur, num. 26.
Haeres potest procedere ad liquidationem instrumenti, sicut poterat defunctus, n. 24. & de ratione, num. 27.
Instrumentum, vt possit liquidari per cessionarium, datur cautela, num. 29.
Giratarius alicuius Apoca Banco directa an possit contrà debitorem agere exequtiuè, nu. 30.



AD CAPVT XLIII.

Additio.



CONSVETVM stylum nostrū seruādo propono in hac vtili materia, primò duplicē regulam, Secūdò illationes amplifi-cantes regulas, Tertio restrictiones.

1 Prima Regula apud omnes se habet, quod iurium cessio non potest fieri ex interuallo soluenti post solutionem, quia cum recipientis actio contra debitorem, illicò per solutionē fit extincta, ex regula, solutione eius quod debetur, &c. sequitur, vt cessio eo casu fieri penitùs possit, quia nihil superest, quod cedi debeat, vt

vt ex *Bar. in l. Modestinus n.4. vers. Aut. fit ex internallo, ff de solut. & speculat. tom.2. de renunc. & conclus. num.* 23. concludunt omnes communiter, vt patet ex *Pulgos. consil.* 179. *sub nu.* 1. *versic. ad secundum, Iacob. de Aren. tract. de cession. iur. num.* 70. *circa finem Bertaz. de clausul. clausul.* 40. *glos.* 4. *sub num.* 8. *Cauaker. decis. Rot. Roman.* 568 *num.* 3. *Capyc. Latr. decis.* 32. *in princip. lib.* 1. *Ricc. in collect. decis. lib.* 8. *collect.* 3596. *Rot. Rom. post Cenc. decis.* 184. *num.* 2. *Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 285. *num.* 6. & 7. & *tom.* 4. *cap* 793. *num.* 24. & *Parlador. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4 §. 4. *num.* 17. quidquid dixerit, posse in contrarium tentari *Consil. Arias de Mes. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 21. & 22. quia iura quæ allegat, vel sunt prorsus inapplicabilia, vt *tex. in l. fideiussoribus* 18. *ff. de fideiuss.* & *mādat.* & *in l. in fraudem* 45. §. *qui pro alio, ff. de iur. fisc.* vel non obstāt cōtra suprà relatā cōclusionē, quia ipse *Arias. de Mes.* nō distinguit casū à casu, vt patebit ex inferiùs dicendis,

2 Secunda regula est declaratiua præcedentis, vt nimirùm tunc non posset ex interuallo post solutionem fieri cessio, quando soluens est principaliter obligatus, vt sunt plures principales correi debēdi, vel plures cōtutores, secus si soluens esset accessoriè obligatus, vt fideiussor, vel non esset obligatus, ita *Menoch. de præsūpt. lib.* 3. *præsūpt.* 143. *n.* 4. *Rouit. consil.* 47. *per discursum, lib.* 2. & *Gutier. alleg.* 4. *sub num.* 10. *versic. hanc tamen subdistinctionem.*

3 Ac proindè ampliatiuè infero primò, vt post solutionem peti non posit cessio iuriū, à correo soluente Creditori debitum, etiam ex remedio restitutionis in integrum, quod eo casu denegatur, iuxta *decis. Senat. Dolan.* relatam per *Griuell. decis.* 80. & & allegatam à *Ricc. d. collect.* 3596. *versic. Infertur ad decis.*

4 Infero secundo vtiliter ad notabilem casum relatum per *Scacc. tract. de commer. & camb.* §. 1. *glos.* 5. *sub n.* 89. cuius verba liceat hic referre cum articulus sit intricatus; Inquit ipse. *Infero declarando hanc extensionem, quod si tertius Creditori, iura sibi cedenti soluerit debitum, & deinde Creditor ex Iudicis sententia, pecunias sibi solutas, eidem tertio, iurium retrocessione non petita, restituerit; & postea idem Creditor cedat ad agendum contrà fideiussorem sui debitoris, & fideiussor opponat exceptionem cedendarum, vtiq; Creditor hac exceptione submouetur, quia desunt iura cedenda, nam Creditor eam cessit illa tertio soluenti, ideoque penes se non remanserunt, & tertius pecuniȩ restitutis, ea amisit, quia cum solutione eius, ȩ debetur, tollatur omnis obligatio, vt dixi suprà sub num.* 18. *illa iura penes eum amplius non remanserunt, adeo quod hodiè si vellet, non posset illa retrocedere.* Hæc cit. *Scacc.* quod nota quia fortè alibi non inuenies.

5 Tertiò alijs omissis infero, quod contutor, qui pro alio contutore soluit debitum administrationis pupillo, non potest ex interuallo post solutionem, eundem pupillum vrgere, vt sibi actiones deleget contrà eius contutorem, cuius debitum ipse soluit, *tex.* est in *l.* 1. *C. contr. iudic. tutel.* ibi. *Si pro contutore iudicato pecuniam soluisti, nullum iudicium tibi contrà pupillum competit, vt delegetur tibi aduersùs librratum actio.* concordat alius *tex. in l. Modestinus* 76. *ff de solut.*

6 Sed limito primò prædicta si soluens in illo eodem solutionis actu fecisset pactum de cedendo (licèt cessio non sit perfecta) *tex. in d. l. Modestinus,* §. *Quod si ante,* & *glos. in l. cum is* 37. *in versic. in solutum, ff. de fideiuss. glos. in d. l.* 1. *versic. emisti*; & sic eo casu etiam post solutionem potest fieri cessio, vt censuit *Rot.* relata per *Ricc. collect.* 3596. *in fine* Et est ratio, quia solutio illa eo casu non fuit operata effectum extinctionis iurium, nisi tantū suspensiuè, quatenus illorum cessio sequeretur ad beneficium soluentis, & non aliàs, quare benè cedi possunt, quia vigent adhùc, ad quod etiam legendus *Rouit. d. consil.* 47. *num.* 11. *lib.* 2. vbi assignat aliam rationem, scilicèt quia penes Creditorem eo casu remanserūt omnia iura contrà debitorem non obstante solutione sibi facta; & hoc quidem non ad finem agendi, cum fuerit sibi satisfactum, sed ad finē cedēdi illa, notabiliter ex *Bald. in l. cum is qui, ff. de fideiuss.* addo *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 143. *n.* 4.

7 Idemq; *Rouit. in eod. consil. n.* 8. 9. & 10. tenet, quod quando tertius soluit debitum alterius, benè possunt ei cedi actiones contrà debitorem etiam ex interuallo post solutionem, ex *Bar. in d. l. Modestinus, num.* 4. addo

8 *R P. Afflict. contr. iur. cap.* 15. *n.* 24. hoc tamen intelligens, quando ille tertius soluit nomine proprio, nam tunc videtur soluisse non quidem ad finem liberandi principalem debitorem, sed potius vt emeret à Creditore

9 nomen illius; Secus dicens, si tertius solueret nomine principalis debitoris, nam tunc quēadmodū si principalis debitor soluisset, cessio ei non prodesset, ex regula illa, *Debitorē non fit cessio,* ita nec etiam fieri potest solūenti principaliter pro eo, & facta non iuuaret, quamuis ante solutionem, vel in actu solutionis, & fortius post illam, *Bart. loco cit.* quem sequitur *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *dicta præsumpt.* 143. *num.* 1. 2. & 3. qui latè.

10 Tertiò limito in casu relato per *Gratian. discept. forens. tom.* 4. *cap.* 793. *nu.* 23. vbi dicit, quod si Titius, v. g. vendidit Caio domum pro ducatis mille, quæ domus sit euicta, ob quod Titius venditor cogitur restituere emptorè dictos ducatos mille iam solutos, benè potest ipse, etiam ex interuallo post illorum restitutionem obtinere iurium cessionem à Caio emptore, ad finem agendi contrà autho-

Emchorem ipsius Titij, Id est primum venditorem domus prædictæ, à quo pariter restituendum est pretium à Titio exbursatum, & dat rationem *cit. Gratian.* per hæc verba. *Quare non mirum si actiones possint, & debeant cedi, quandocumq; etiam ex interuallo, ad hoc vt possit Olimpia se reualere contra eum, à quo habuit causam, & pro quo non soluit, cum vt dictum est, solutio sit facta nomine proprio ipsius Olimpiæ,* prout &c.

11 Quartò limito in legatario certi corporis, qui si cum ei verosimiliter ex dispositione testatoris corpus illud liberum præstari deberet, soluisset, vel dimisisset Creditores hypothecarios illius, possunt ab illis cedi ei actiones contrà hæredem etiam ex interuallo post solutionem *l. si res obligata 60. in fine ff. de legat. 1. vbi glos.* inquit, *vel dic etiam post solutionem, quam fecit luendo hypothecam, magis enim suæ rei liberandæ causa soluisse vide-*
12 *tur*. Ex quo *tex. cum glos.* accomodatissimè infertur, quod tertio possessori soluenti Creditoribus hypothecarijs rei à se possessæ, benè possunt ei ab illis cedi actiones contrà eũ à quo habet causam etiam post solutionem, quia magis suæ rei liberandæ causa soluisse videtur, quam vt illius venditorem liberaret.

13 Quintò limito in soluente pro fideiussore conmandato, cui cedi possunt à Creditore tam contrà fideiussorem, quam contrà debitorem principalem actionnes, etiam ex interuallo, id est solutione facta, ita *Speculat. in dicta rub. de renunt. & conclus. num. 23.* vel addo, quod potest cogi fideiussor ipse, pro quo solutum est, ad cedendum soluenti actiones contrà debitorem principalem, qui respectu ipsius fideiussoris non est liberatus.

14 Limito sexto in confideiussore soluente totum debitum, ei enim sunt a creditore cedendæ actiones cõtrà alium confideiussorem & talis cessio fieri potest etiam ex interuallo post solutionem, quia respectu soluentis, videtur potiùs emptum nomen debitoris, quam liberatum, & respectu Creditoris solutionem recipientis, videtur fuisse potiùs ab eo venditum nomen illud, & sic tenetur semper ad præstandas actiones, vt fuit decisum, teste *Capyr. Lat. dicta decis. 32.* id quod probatur ex *d. l. cum ij 37. ff. de fideiuss.* vbi cessio iurium facta fideiussori soluenti, valet etiam ex interuallo, latè *Io: Guttier. dicta allegat. 4. num. 9. 10. & 11.* vbi dicit quod in casu prædicto quandocumque fiat cessio valida est, & efficax *Menoch. dicta præsumpt. 143. num. 6. vers. Tertius est casus, lib. 3. Gratian. discept. forens. lib. 2. cap. 286. num. 4. & Rot. Rom.* post
15 *Cenci. dicta decis.* 184. quæ opinio licet procedat quando solutio fit à fideiussore suo proprio nomine, quasi eo casu tantum videatur emisse nomen debitoris, vt inquiunt prædicti, adeo quod si fiat nomine principalis debitoris, non valeret cessio, quia videtur potius illud extinguere, vt latè *Rouit. dicto consil. 47.* signanter *sub num. 9. versic. secunda ve-*
16 *rò*; Tamen estò, quod fideiussor simpliciter soluat, non exprimendo an nomine proprio, an verò nomine debitoris soluat, videtur eo casu soluisse nomine proprio, & sic capitur præsumptio sibi fauorabilior, ob quod etiam isto casu possunt sibi ex interuallo cedi actiones contrà debitorem *Gratian. loco cit. num. 5.* & melius *Cenci. de cens. dicta quæst. 71. num. 19.* vbi ita pluries refert decisum per *Rot.* &
17 licèt *glos. in l. Papinianus, verbo, & suo nomine ff. mandati* distinguendo tres casus, uicat eandem, quod quando solutio fit simpliciter à fideiussore, videatur isto casu magis soluisse nomine debitoris, quam proprio, ita quod cessio ex interuallo sibi facta non prosit, tamen illa *glos.* quæ furtim mutuauit sibi verba, & distinctionem *Azon. in Summ. C. de fideiuss. num. 13.* reprehenditur à *Cyn.* qui dat rationem, quare eius opinio non militet, & assignat diuersum casum in quo procedere posset, ita quod videtur non esse recedendum à priori sententia, quã tutatur laedissimè *Guttier. loc. cit.* Post hæc scripta vidi *Surd. decis. 308.* qui latè tractat materiam istam, & latius *Dom. meus Hodier. ibidem Mainard. decis. Cappell. Tholos. 49. lib. 2. & Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 2. nu. 58. & 59. fol. 449.*

18 Sed quæro vtiliter, an fideiussor cui cessæ sunt actiones contrà debitorem a Creditore dimisso, possit exequtiuè agere contrà eum,
19 quemadmodum ipse cedens poterat? Quæstio hæc dependet ab ea generali quæstione, an cessionarius repræsentando cedentem, possit aduersus debitor cessum liquidate via rit. M. C. vigore clausulæ quarentigiatæ, & sic agere contra eum exequtiuè? In quo articu-
20 lo *Hippolit. de Marsil. singul. 26.* incipiente, *licèt ex forma statuti* in proprijs ferè terminis negatiuè respondet, dicens nullã competere cessionario viam exequtiuam, quæ competebat cedenti, id quod etiam latè tuetur *Boer. decis. 10. Calter. in prax. instrum. par. 1. 2. par. rub. aduertas Creditor ad personam suam à num. 22. vsque ad 24. Frecc. de præsent. instr. par. 11. quæst. 10. versic. an autem cessionarius. Præs. de Franch. decis. 353. num. 1. versic. Agere verò Nouar. quæst. forens. par. 1. quæst. 48. à num. 10. & Reg. Sanfelic. decis. 213. num. 2.* qui assignant rationem, quia nempè instru-
21 mentum non est celebratum de facie ad faciem, ob quam etiam rationem videmus non posse liquidari instrumentum pèr procuratorem, quia ipse non contraxit de facie ad faciem cum debitore, *Marant. in suo Spec. par. 6. actu 8. rub. & producuntur scriptura, & instrumenta, num. 27. & Io: Franc. Scaglion. in rit. 163. num. 4.*

22 Contrariam verò sententiam, quod imò pos-

possit cessionarius liquidare, & agere exequ-
tiuè contrà debitorem, sicut poterat cedens,
tenent *Cyn. Bald. Paul. de Castr.* & *Alex.* quos
cumulat cum alijs *Canens. dicto rit. 286. à n.
5. cum seqq* vbi hoc latè defendit; idem tenet
cit. *Marant. in suis singul. et iur. notabil. in*
verbo *Cessionarius, fol. 20. col. 2. Cene. de cens.
quæst. 95. num. 7.* vbi multos cumulat *Dom.
Consiliar. Staib. resolut. forens. lib. 1. cap. 21. n.
2. et Consil. Ari. de Mes. variar. resol. lib. 1.
cap. 21. n. 2.* pro qua opinione facit primo,
33 quia cessionarius repræsentat cedentem,
eiusque iura per cessionem consequitur, *l. em-
ptor,* vbi *Bald. in primo notab. C. de hæredit.
vel action. vendit.* cum alijs concordanti-
bus allegatis per *Gratian discept. forens. tom.*
34 *5. cap. 906. n. 4. et cap. 981. n. 11.* Et secundo,
quia hæres creditoris etiam potest procedere
ad liquidationem instrumenti, quamuis illud
non sit cum eo stipulatum de facie ad faciem
(vt practicatur in dies) & fundat *Frece. d.
quæst. 10.*
35 Quid ergò concludendum est? Ego dico
veriorem esse primam sententiã per rationes
ibi positas, contrarijs minimè refragantibus;
36 & primò nõ obstat quod diximus, vt cessio-
narius repræsentet cedentem, quia id intelli-
gitur de repræsentatione vtili tantum, non
autem de repræsentatione circà exercitium
actionum cessarum propter clausulam qua-
rentigiæ, & iuramentum appositum, atq; pre-
stitum, cessionario penitùs nõ considerato, &
37 absente. Secundò non obstat, quod diximus
de hærede, vt is possit procedere ad liquida-
tionem, sicùt defunctus, quia huius conclu-
sionis ratio est, nam heres stipulantis in con-
tractibus, siuè in dando, siuè in faciendo sem-
per de iure comprehenditur, eiusq; persona
dicitur considerata principaliter, & equali-
tèr, (vt dicemus latè infrà *cap. 86.*) & tantò
magis hodiè, cum semper de stylo appona-
tur in contractibus clausula, pro se, & hære-
dibus.
38 Vnde fit vt in quæstione pèr nos proposi-
ta suprà *n. 18.* cauendum sit à *Gratian. discept.
forens. tom 3. cap. 459. n. 24. & 25.* dum in
terminis tenet, fideiussorem soluentẽ pro de-
bitore, ac cui cessæ fuerunt actiones à cre-
ditore dimisso, posse agere exequtiuè, con-
trà ipsum debitorem sicut poterat cedens; li-
cèt *cit. Gratian.* referat etiam *Fontanell. decis.
166. n. 10.* inspecto quod obstant prædicta
omnia, per quæ falsa euidentèr redditur.
29 Sed tamen notanda est cautela ad finem
vt possit cessionarius procedere ad liquida-
tionem, quam ponit *Io: Francisc. Scaglion. in
rit. M. C. 163. n. 21.* dum dicit, quod proce-
dat ad actum illum vnà insimul cũ creditore
cedente, qui sibi reseruet ius liquidandi, & prò
effectu prædicto se obliget in instrumento
cessionis, de liquidãdo ad omnem instantiã,
& requisitionem cessionarij sequitur illam
cautelam *Vini. commun. opin. lib. 2. opin. 826.
& Calter. in d. prax. instram. in d. rubr. Ad-
uertat creditor ad personam suam, n. 30. & 31.
fol. mihi 163.*
30 Postremò noto, solere alitèr obseruari in
giratario (qui alio nomine cessionarius etiã
appellari potest) alicuius apocæ Banco di-
recte, vt nimirùm ipse exequtiuè agere valeat
contrà delegatum, siuè cessum debitorem,
& hoc non solum in primo giratario, verum
etiam in tertio, & vlteriori; Neq; militant
rationes quas in contrarium ponderauimus
in cessionario alicuius instrumenti quaranti-
giati, quia ipse ideò non potest illud liquida-
re, nam cum quarentigia fundetur super iu-
ramento de soluendo, quod non est transito-
rium in extraneos, meritò, &c. & ita in ter-
minis giratarij apocæ bancalis probat latè
*Io: Laganar. ad Ronit. in prag. 63. de offic.
procur. Cæsar.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVdices laici non possunt exercere actus iurisdictionis intus Ecclesiam, n. 1.

Iudices seculares non possunt existentem intus Ecclesiam capere, custodire, ac ponere in compedibus, n. 2.

Citatio realis non potest fieri in alterius territorio, num. 3.

Citatio realis est actus iurisdictionis, n. 4.

Ecclesia non est de iurisdictione Iudicis secularis, licèt sit sita in eius territorio, n. 5.

Paria sunt esse extrà territorium, ac in territorio, sed in loco exempto, n. 6. 9. & 12.

Sententia lata intus Ecclesiam non valet. n. 7.

Actus profani non possunt fieri intus Ecclesiam, num. 8.

Ecclesia dicitur de territorio Principis, in quo sita est, sed tamen in fauorabilibus, n. 10.

Clerici comprehenduntur sub statuto Laicorum fauorabili, n. 11.

Existens in Ecclesia non dicitur esse in territorio Principis, in quo sita est Ecclesia illa, num. 13.

Exulatus à Patria, vel à loco, in quo adest Princeps, vel pars offensa, non dicitur fregisse exilium, si reperiatur in Ecclesia sita in loco prohibito, n. 14.

Citatio verbalis potest fieri intus Ecclesiam, num. 15.

Immunitatis Ecclesiasticæ priuilegium est mixtũ, tam fauore delinquentis, quam in honorem Ecclesiæ, num. 16.

Inquisitus an possit comparere per procuratorem, num. 17.

Citatur ad locum non tutum non tenetur comparere, nec potest reputari contumax etiam si ei offerretur saluum conductum, n. 18.

Carceratus dicitur quisquis non potest à loco liberè discedere, n. 19.

Carceratus dicitur qui est relaxatus sub fideiussoria cautione, vel cui est assignata Ciuitas, itemq; Palatium, vel castrum loco carceris, num. 20.

Debitor ad hoc vt possit audiri aduersus instrumenti liquidationem, sufficit quod habilitetur per Palatium, n. 21.

Citatione inualida sunt nulli omnes actus super illa celebrati, n. 22.



AD CAPVT XLIV,

Additio.

1 CASVM huius *Capit.* determinat ferè in terminis *Fontanell. decis.* 200.
num. 12. *&* 13. vbi duo
ponit. Primum, quod Iudicibus secularibus prohibitũ est exercere actus
Iurisdictionis intus Ecclesiam, ex *Fabr. in Cod. lib.* 1. *tit.* 4. *definit.*
vnic. n. 3. *Dian. par.* 3. *tract. de immun. Eccles. resolut.* 8. *versic. sed negatiuũ, & Farinac.*
eod. tit. de immun. Eccles. cap. 16. *n.* 148. addo *Ciarlin. cap.* 10. *n.* 16. *& cap.* 15. *n.* 75.
2 *lib.* 1. & secundum, dum inferẽdo ex hac prohibitione dicit, eos non posse existentẽ intus
Ecclesiam capere carcerare, custodire, ac ponere in compedibus, cum hæc omnia actus
Iurisdictionis sint, vt patet etiam ex *Iaf. in l.*
3 *fin n.* 24. *ff. de iurisdict. omni iudic.* vbi dicit, quod citatio realis (per quam ad personæ
capturam deuenitur) non valet in territorio,
4 & iurisdictione aliena, quia illa citatio est actus iurisdictionalis, *d. l. fin. Marian. Soccin.*
in rubr. de dilat. artic. 4 *n.* 1. *et* 3. *Guid. Pap. decis.* 275. *n.* 2. *Dom. Consil. Staiban. lib.* 1. *resol. forens. resol.* 37. *n.* 1.
5 Ecclesia verò ad effectum prædictum licèt sit in districtu Iudicis secularis, non tamen
dicitur de illius territorio, & iurisdictione, vt latè dicebat celebris ille *Reg. Anton. Caracciolus in allegat.* posita per *Spect. Dom. meum*
tom 3. *cap* 90. & prętèr allegatos per eum, idẽ tenet *Carol. de Graff. de effect. cleric. effect.* 1. *n.*
6 617. subdens, paria esse, imò idem, esse extrà territoriũ, & in territorio, sed in loco exempto
(vt est Ecclesia) ex *Decian. in tract. crim lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 31. *Paul. de Castr. cons.* 187. *sub*
n. 5. *circa medium, vol.* 2. in illis verbis. *Imò æquiparatur lacit, & personis existentibus extrà territorium, Alex. cons.* 151. *Viso themate, sub n.* 6. *versic. Nam tale statutum, vol.* 2.
Natt. Crauet. Barbat. Nalan, & alij propè innumeri, allegati per *cit. Dom. Carac.* cui addo *Ciarlin. d. cap.* 10. *n.* 21. *Fontanell de pact.*
nupt. tom. 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *part.* 2 *n.* 80. *fol.* 273. *et Scacc. de sent. et re iudic. glos.* 7. *q.* 4.
speculat. 2. *n.* 36. *cum seqq.* vbi inter alias illationes, quas colligit ex ista conclusione, illa
7 magis ad rem nostram facit; quod sententia lata à Iudice seculari intus Ecclesiam non valet, ex *Specul. et Abbat.* locis per eum alle-
8 gatis, quia (inquit ipse) in ea non possunt exerceri actus profani, *Nauar. in Manual. cap.*
4. *de orat n* 40. & conferunt verba *tex. in Can. quid est* 13. 88. *distinct.* ibi. *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* latè idẽ
Scacc. de commerc. et camb. §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *n.* 60.

9 Præterea quamuis etiam non desint qui dicant, Ecclesiam esse de territorio loci, in quo
sita est, cuius sententiæ authores consultò omittimus, hoc tamen tribus modis intelligi
potest, primò generalitàr, idest latè sumpto vocabulo *Bald. in cap. licèt causam, de probat.*
n. 6. *in fin.* & ibi etiam *Felin. sub n.* 1. *versic. Postea subdit,* dicens. *Quod ambitus territorij comprahendit quadam loca, quæ non sunt de districtu, vt Monasteria, et Ecclesiae.* Quasi
voluerit ipse affirmare, quod Ecclesia venit sub vocabulo territorij, quatenus tantum est
sita in eo, non quatenus est de iurisdictione illius.

10 Secundò intelligi potest, vt Ecclesia sit de territorio, & districtu, in quo sita est, tamen
in fauorabilibus, non autem in pęnalibus, & sic tantum quo ad protectionem, exclusa penitùs omni iurisdictione, vt dicitur etiã *n.* 12.
cit. Bald. in l. si quis in hoc n. 2. *in fin. C. de Epis. et Cler. Bologuet. in l. fin. sub n.* 6. *cit. tit. de Iurisdict. omn. iudic. Dec. et Felin. in cap. Ecclesia*
Sanctæ Mariæ, ille *n.* 36. hic *n.* 69. *de constit. et Paul. de Castr. d. cons.* 187 *sub n.* 5. *col. penult.*
11 *versic. Secunda ratio.* Et confert, quod clerici quamuis non ligentur statuto laicorum,
tamen illud quatenus est fauorabile vniuerso populo, comprehendit clericos, tamquam de
populo, & fruuntur prærogatiuis, & immunitatibus concessis, quare hoc pacto vtuntur
illo, non vti lege, sed vti priuilegio, *Oldr. cõs.* 32. *Ancar. cons.* 430. *et cons.* 431. *Paul. de Castr.*
loco cit. & iterum *cons.* 292. *n.* 3. *vol.* 1. *et cõs.* 157. *in princ. vol.* 2. *Ciarlin. contr. lib.* 1. *cap.*
45. *n.* 5. *et Macerat. resol.* 83. *n.* 13. *lib.* 1.

12 Et tertiò, quod Ecclesia sit de territorio Ciuitatis, intelligi debet quo ad situm, non
autem quò ad effectus iuris circà subiectionẽ territorij, vt in terminis dicit *Dian. in Sũm. de Immun. Eccles. quo ad effectum, sub n.* 36.
inferens ex hoc notabilitèr, quod reus manẽs
13 in Ecclesia, dicitur manere extrà territoriũ

Prin-

Principis, quamuis in eo sita sit Ecclesia illa;
14 Et etiam quod exulatus à Patria, vel à loco,
in quo adest Princeps, vel pars offensa, si reperiatur intus Ecclesiā sitā in loco prohibito,
non dicatur contrauenisse, ac fregisse exilium,
vt etiam in puncto latè probat *cit. Dom. Reg. Caracc. in d. sua allegat.* adducens in terminis
Marsil. & Bolognet. in d. l. fin. ille *à n. 5.* hic autem *à n. 14. ff. de Iurisdict. omnium iudic. Bombin. consil. 8. num. 39. Cott. in memor. verbo Banditus ad mortem, & Marc. Mant. consil.* 211.

15 Præ tereà specialitèr ad *num.* 3. vbi citatio verbalis, scilicèt vt aliquis se defendat, potest fieri in Ecclesia, addo *tex. in l. fin. §. sed siquidem; cum glos.* in verbo, *conueniendos, &* in verbo, *Seruata, C. de ijs qui ad Eccles. confugi.*

16 Ad *num:* 7. vbi priuilegium immunitatis Ecclesiasticæ est mixtum, introductum tam scilicèt fauore Ecclesiæ, quam delinquentiū, sed principalitèr in honorem Dei, & Ecclesię, addo *Conar. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. n. 11. Boer. decis. 110. & Iul. Clar. in §. fin. quæst.* 30. *n.* 19.

17 Item ad *num.* 9. vbi habetur an inquisitus possit pèr procuratorem comparere, addo videndos *Franch. decis.* 314. *Foller. in pract. crim. part. 1. 2. part. rubr. banniantur, nu. 56. & Nouar. quæst forens. lib. 1. Quæ 138. n. 1.*

18 Item ad *num.* 10. vbi citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, addo *Paul. de Castr. consil. 37. vol. 1.* & proinde nō potest reputari contumax ex mora *Menoch. consil. 100. n. 185. cum seqq* quem sequitur *Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 32. num. 23. & 24 fol.* 504. vbi hoc ampliat etiam si citato offerretur securitas, siuè saluum conductum.

19 Ad *num.* 12. *&* 13. vbi carceratus nè dum dicitur qui in vinculis detinetur, verum etiā quicumq; a loco aliquo liberè discedere non potest, addo *glos. in l. qui neq. in* verbo *Custoditur, ff. de verb. signif. Innocent. in cap. à nobis de senten. excom. Bald. in l. 1. col. 12. C. de confes. Mascard. de probat. conclus. 820. n. 4. Vinc. commun. opin. verbo fugiens à Carcere publico nu. 25. Cyriac. contr. 172. à n 48 lib. 1. & Bertaz.*
20 *consil. crim. 35. in princ.* Inde relaxatus sub
fideiussoria cautione, vel cui palatium,
Ciuitas, seù Castrum assignatum est loco carceris, sub præcepto pænali nè à loco illo discedat, ditur verè carceratus, ita quod aufugiens teneatur pæna fracti carceris, vt latè ex quampluribus grauissimis authoribus fundat *Nouar. quæst. forens. d. lib. 1. quæst. 138. sub nu. 5. vsq. ad finem,* in versic *redditur, & de hoc.*
vbi ex his infert ad plura notabilia, & signā-
21 tèt, quod ad effectū vt quis possit audiri in
exceptione per eum proposita aduersùs instrumenti liquidationem, sufficit quod habilitetur pèr palatium, & ita diceretur satisfactum *Rit. M. C. 166.* cum verè ille talis eo casu dicatur esse in vinculis; vt ipse fundat *num.* 11.

22 Ad *num.* 14. vbi omnes actus formati super citatione nulla, & inualida, non tenent, & sunt etiam nulli, addo *glos. in l. si accusatoribus in fine,* in verbo *eundem C. de accusat. Bar. consil. 128. in fine lib. 1. Bald. in l. 1. in fine, ff. si quis in ius vocat. non obtemper. Hippolit. de Marsil. consil. 20. n. 4. & consil. 64. n. 53. Afflict. decis. 366. n. 16. & Boer. decis. 235. in fine.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Laudum arbitri vt valeat, debet ferri præmissa partium citatione, n. 1. aliàs non valet, n. 3. Amplia, n. 4. Sed limita n. 5.

Arbitria sunt redacta ad instar Iudiciorum, num. 2.

Prorogatio termini compromissi debet fieri partibus citatis, cum ampliatione ibi posita, num. 6. & 7.

Prorogatio termini compromissi, non valet si non fiat intrà primum terminum, ac priùs quam ille expiret; excepto tamen si adesset clausula; omni modo meliori, vel fuisset interpositum iuramentum, quia tunc valet in nonum compromissum, n. 8.

In prorogatione termini compromissi, post primum terminum, requiruntur iterum omnes solemnitates necessariæ ad compromittendum, n. 9.

Arbitrator an teneatur partes citare in laudo proferendo, affirmatiuè, num. 10. Sed contrarium est verius, n. 11.

Arbitrator non tenetur seruare ordinem iudiciarium, n. 12.

Arbitrator potest ferre laudum die feriata, num. 13.

Differentia intèr Arbitrum, & arbitratorem, quæ sint remissiuè. n. 14.

Clausula de iure, & de facto in instrumento compromissi apposita, quid operetur, num. 15. & 16.

Nullitatem laudi, an opponere possit, qui albæ paginæ se subscripsit, illamq; arbitro consignauit, num. 17.

Albæ paginæ se subscribens, non dicitur approbare scribenda in ea, n. 18.

Cauensi Ciuitati, *quare non prosint priuilegia Aragonensium Regum, n. 19.*

Princeps albæ paginæ se subscribens, non censetur approbare scribenda in ea, num. 20.

AD CAPVT XLV.

Additio.



E duobus agitur
hic. *Primo* de arbitris iuris. Secùdò
de arbitratoribus
amicabilitèr à par-
1 tibus electis. Quod
attinet ad arbitros, certissimum
est, quod in laudi
promulgatione ab
eis facienda requiritur partis citatio, siuè
monitio, nō minùs ac est necessaria in senten-
2 tia ferenda à Iudice, *cum arbitria sint reda-
cta ad instar Iudiciorum, l. 1. ff. de arbitr.* Ac
3 proinde omissio citationis vitiat laudum,
Alex. consil. 124. in causa, & lite nu. 13. vol. 2.
Caualer. decis. Rot. Rom. 527. n. 2 & ex *speculat.*
Bar. & Bald. fundat *Ann. allegat 99. n. 1. Cost.*
in tract. aut sciebat, aut ignorabat distin. 3. 66.
4 *centur. 1.* qui dicunt hoc procedere quamuis
in compromisso fuisset apposita clausula
(*quod possit procedi ad laudum partibus præ-
sentibus, vel absentibus*) quia isto casu etiam
requiritur citatio, nam non est bona consequentia; poterat procedi partibus absentibus.
Ergò nō est necessaria citatio, quia differunt
abesse, & ignorare, & abesse, sed esse informatus; prout etiam in terminis tradunt
Roman. singul. 273. Hippolit. *de Marsil. singul.*
173. Dec. consil. 39 sub nu. 2. Boer. decis. 283.
num. 37. & Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 2.
5 *tit. de arbitr.* vbi latè *Laganar* qui hoc limitat
si fuisset specificè dictum, partibus citatis, vel
non citatis, cui addo *Hippol. de Marsil. loco*
6 *cit. in fine.* Addo prædicta habere locum
etiam in prorogatione termini dati in compromisso ad laudandum. vt nimirùm quamuis dictum sit, quod *possint arbitri prorogare
absentibus; & ignorantibus partibus*, non proptereà talis prorogatio fieri potest illis minimè citatis, vt singularitèr dicit consuluisse
*Bald. in Leos, §. Apostolos, sub num. 5. vers. Ideò
ego consului, C. de appellat. Cost. loc. cit.* & pu-
7 tauit hoc extendi posse, etiam in arbitratore
Alex. cons 63. in causa, & lite, sub nu. 5. vers.
8 *& Bald. vol. 3.* Ad quem propositum noto,
quod prorogatio termini appositi in instrumento compromissi debet fieri intrà primū
terminum, ac priùs quam ille expiret, aliàs
non valeret, excepto tantum si in scriptura
prorogationis adesset clausula, *omni modo
meliori*, vel iuramētū, quod operatur eūdē effectum, quia tunc habet vim noui compromissi, latè *Dom. Cardin. Tusch. pract. conclus lit. C.
verbo, compromissi prorogatio, conclus. 518.
num. 26. 27. & 28.* eiq; addo *Carpan. super
statut. Mediolan. cap 120 num. 28. lib. 1.* qui di-
9 cit etiam, adeò dictam prorogationem, quæ
fit extrà primum terminum compromissi,
considerari tanquam nouum compromissum, quod in ea sunt necessariæ omnes solemnitates requisitæ ad compromittendum,
vel ex dispositione iuris, vel statuti, vt ipse
probat *num. 20. & 21.*

10 Deuenio nunc (vt ad rem redeamus) ad
arbitratores, seù amicabiles compositores,
siquidem licèt voluerint multi, & sanè intèr
primarios iuris interpretes, vt in laudo ab
eis ferendo, adhùc sit necessaria partium citatio, nè laudum illud claudicet, vt ante
omnes tenet communis præceptor *Bar. in l. si
quis arbitratu, num. 7.* ibidemque *Ias. num. 21.
& 22 ff. de verb. obligat.* idem *Bar. consil. 164.*
incipit *Calamanus, num 1. vol. 1. Gratian.* qui
bis ita refert decisum per *Rot. Rom. discept.
forens. tom. 1. cap. 162. num. 6.* & iterum *Peni.*
11 *decis 636. num. 1.* Tamen in contrarium
est veritas, vt scilicèt in laudo ab arbitratore
ferendo non requiratur citatio partium, ad
tradita per *Abbat. in cap. quintauallis, nu. 45.
de iur. iur. Alex. in addit. ad Bar. in dicta l. si quis
arbitratu, lit. F. Bald consil. 8. punctus quæstionis, num. 2. in versic. Sed obstare, lib. 3. & consil.
64. Nunquid obiter in princip. eod. lib. 3. Anchar. consil. 270.* vbi satisfacit singulis Bar.
fundamentis, & rationibus; *Zabarell. consil.
139. num. 6 cum seqq. & Menoch. consil. 208.
num. 5. vol. 3.*

12 Potissima ratio est, quia arbitrator, &
amicabilis compositor non tenetur in pronunciando seruare ordinem iudiciarium, optimè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1.*
13 *contr. 39. num. 2.* Adeò quod etiam die feriata in honorem Dei potest promulgare
laudum, siuè arbitramentum, citrà timorem
nullitatis, cit. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1.*
14 *quæst. 30. num. 17.* id quod arbitris iuris non
liceret, vt patet ex differentijs quas passim
assignant *DD.* intèr arbitrum, & arbitratorem, siuè amicabilem compositorem, de
quibus latè *Abb. in dicto cap. Quintauallis,
de iur. iur. Ias. in §. omnium num. 12. de action.
Rebuff ad Constit. Galli tit. de arbitr. artic. 1.
glos. 3. lib. 3. & Andr. Gaill. obser. 150. lib. 1.*

15 Et prædicta magis procedunt, si in instrumēto cōpromissi apposita reperiretur clausula, *de iure, & de facto* (vt moris est) quæ
clausula operatur, vt non teneatur arbitrator, imò nec arbiter iuris obseruare solemnitates, aliasque iudicarias regulas. quia
vigore illius censetur eis concessa facultas
procedendi manu Regia *Rebuff. loco cit. &*
16 *Marant. in Spec. par. 4 distinct. 14. num. 6.* subdens *Bellon. decis. Rot. Genuens. 21. nu. 4.* quod
is in quem compromissum est cum dicta
clausula facultatiua, procedendi de iure, &
de facto, potest ferre sententiam, siuè laudū
super quantitate incerta; licèt aliàs esset nullum,

lum, ex dispositione *l. penul. & fin. C. de sent. quae sine cert. quantitat. proferun.*

17 Sed an subscribens albae paginae, illamque arbitro consignans, possit dicere de nullitate laudi inde sequuti? Concludo affirmatiuè, quia id intelligitur factum cum tacita conditione, dummodo laudum fuerit iustum; ita quod non videtur ob id approbasse illud, ac proinde potest opponere de nullitate, & iniustitia, ac petere reductionem illius ad arbitrium boni viri, vt fuit in terminis decisum per *Rot. Roman.* coram *Francisc. Peni. dicta decis.* 634. *num.* 4. vsque ad finè,

18 *versic. non obstabat;* Et hic pertinet quod dicebat *Ann. allegat.* c. 25. *num* 8. vbi ex quampluribus docet, quod subscribens se albae paginae, sibi non praeiudicat, quia non censetur approbare scribenda idem ait, *singul.* 23. di-

19 cens ibi notabiliter, quod Ciuitati Cauensi non prosunt priuilegia ei concessa à Serenissimis Regibus Aragonensibus, & praecipuè à Rege Ferdinando I. quia solebaut saepè sub-

20 scribere albas paginas; & de iure Princeps non censetur approbasse ea quae in papyro albo à se firmato scribuntur *Angel. in l. stipulatus*, §. *Chrysogonus ff. de verb. obligat.* quem sequitur *Menoch. de arbitr. Iudic. centur.* 2. *casu* 113. *num.* 5.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Oblationes nouae praetextu melioris additamenti an sint recipiendae in venditione, & locatione bonorum Vniuersitatis, Fisci, minoris, & Ecclesiae, num. 1.

Oblatio melior an sit recipienda, si semel bona alicuius debitoris vrgentibus Creditoribus solemnitèr, & sine lesione vendita fuerunt, num. 2.

Curatores Patrimoniorum multi sunt boni, & multi mali, contrà quos author multa inuehit, num. 3.

Minoribus non succurritur ad lucra, num. 4. & contraria opinio quando procedat, n. 6.

Minori non succurritur remedio restitutionis, aduersus lapsum temporis ad petendum ius congrui, num. 5.



AD CAPVT XLIII.

Additio.



1 POST quam plura scribere proposuissem in excludendis assiduis praetensionibus, tam Fisci, quam Minorum, itemque etiam Ecclesiarũ, aliorũque priuilegiatorũ quibus restinctionis auxilium à Iure impartitum reperitur, dum petunt nouas recipi oblationes, meliores, & vberiores, post quã semel solemniter suorum bonorum venditio, seu locatio nulla concurrente lesione celebrata est, inueni latissimè articulum hunc tractari per *Consiliar. Ari. de mes. var. resolut. lib.* 2. *cap* 10. vbi latissimè fundat, non esse aures praebendas similibus petitionibus, ac proinde non deberi iterum ad venditionem, seu locationem procedi praetextũ noui melioris additamenti, idque varijs conatur probare rationibus, & *DD.* authoritatibus praetèr allegatos à Spectab. Dom. meo in praesenti, signantèr ex *Valas. consult.* 109. *Amat. variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 38. *nu.* 19. & *Nouar. quaest. forens. lib.* 1. *quaest.* 63. *num.* 14.

2 vsque ad finem, vbi etiam probat latè, quod postquam vrgentibus Creditoribus iacentis haereditatis, vel alicuius bona, iusto pretio solemniter vendita fuerunt, non est amplius de noua meliori oblatione agendum, quade re non potest ipse acquiescere contrariae decisioni relatae per *Thor. in compend. decis. tom.* 1. *verbo, oblatio melior* & ita ipse firmiter teneo ex rationibus relatis per sup. cit. DD. contra Fiscum Ecclesiam, & minorem, vt non possit inquietari emptor qui sub hasta emit praetextũ vberioris additamenti, maximè (dico ego) quando praecessit consuetum decretum, quod accendatur candela super oblatione praesentata, vndè acquiescant eo casu Creditores, & Curatores Patrimoniorum, quorum nonnulli vigilantissimi repe-

3 riuntur; quamuis (si licet mihi huc progredi) maior pars talium curatorum hodiè raptores potius appellari possunt; & faxit Deus quod peccent dumtaxàt in omittendo, dum paucis his diebus, quibus adolescentulus subsellijs incumbui, innumeros iu illos audiui pauperum Creditorum clamores, & postea (dicam) contrà eos nè dum furti, sed expilatae haereditatis poena procedi, quia dum ad ruendum dantur, ad collabendum incumbunt. Idcircò aduertant benè lj quibus spectat, nè vt familiares faciant Curatores, ad onus illud indoctos, & malae conscientiae

euchant, nam qui causam damni dat, damnum fecisse videtur. Et hæc sufficiant.

4 Quare ad institutum nostrum redeundo, & præcipuè circa articulum, an minoribus restitutionis auxilio succurratur ad lucra, ad-do videndos *Pute. decis. Rot. Rom. 63. n. 9. lib.*
5 *1. & Billott. consult.* 20. nu. 9. qui tenent negatiuè, Vnde ipse *Billott.* defendit latè, restitutionis auxilium non esse concedendum minori, aduersus lapsum temporis concessi ad retrahendam rem iure congrui ex *Const.*
6 *Regni Sancimus*; Contraria verò opinio quod minoribus succurratur remedio prædicto ad lucrum captandum, præcipuè ex dispositione *l. aut Prætor 7. §. fin. ff. de minor.* ibi *hodiè certo iure vtimur, vt ex in lucro minoribus succurratur* cum aliis pœnes *Caualc. decis. Finiz. 46. num. 263. lib. 1.* procedit si dolo fuit minor circumductus, vel si negligentia eius intercessit, vt probat latè *Ant. de mes. dicta resolut. 20. num. 12. cum seq. lib. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Clerici non tenentur ad solutionem collectarum pro bonis ab eis emptis, vel eis donatis, nu. 1. *Limita si venditio, vel donatio fiet in fraudem collectarum, num. 7. Item si bona efficiat obnoxia realis, & innartabili oneri collectarum, num. 8. Sub limita limitationem, si bona donarentur, pro construenda Ecclesia, vel cimiteria, num. 10.*

Muta tione persona mutatur conditio rei, n. 2.

Clericus succedens Patri, pro bonis hereditarijs non tenetur ad collectas, quas solvebat defunctus Pater, n. 3.

Laici acquirentes bona à Clericis tenentur ad collectas pro bonis illis, n. 4.

Bona donata à Patre filio, vt ad Sacros ordines promoueatur, eximuntur ab onere collectarum, num. 5.

Clerici non possunt collectari pro bonis quæ possident, num. 6.

Clerici habentes feudum sunt subiecti respectu illius Principi Seculari, & tenentur ad inuariabile onus seruitij, n. 9.



AD CAPVT XLVII.

Additio.

1 
CLERICOS non teneri ad solutionē collectarum, pro bonis ab eis emptis, vel eis donatis receptissima est sententia, quā probant *Bar. consil. 180. si aliqua. num. 3. vol. 1. Foller. in Const. Prædecessorum nostrorum, num. 6. Ricci. in decis. Cur. Archiepisc. par. 2. decis. 298. num. 4.* & innumeros pro hac opinione Theologos, Canonistas, & Ciuilistas, congerit *Nicol. Anton. Marott. tract. de collect. & bonauenen. cap.*
2 *5. num. 2. & 3.* Ratio est, quia mutatione personæ mutatur etiam rei qualitas, & conditio *l. si per procuratorem 89. in fine ff. de acq. hæred.* ibi, *quia castrēsia esse mutatione personæ desierunt*, concordat *tex. in l. cum quidam §. si debitores ff. de public. & vectigal. in l. fiscus ff. de iur. fis. & in cap. vnic. §. verum, de iur. patron. Bar. in dicta l. per procuratorem in fine Deci. in l. in omnib. in fine ff. de reg. iur. Cranet. consil. 239. in princip. Tiraquell. tract. cessant. caus. par. 1. num. 210. Boer. decis. 180. num. 10.*
3 Vndè Clericus succedens Patri, non tenetur soluere collectas, pro bonis, quas soluebat defunctus pater cum vixisset, quia deuenerunt de non priuilegiato, ad priuilegia-
4 tum, latè *Guid. Pap. decis. 382.* Sicut è conuerso, si bona exempta transirent de Ecclesia, vel persona, Ecclesiastica in laicos, efficerentur tributaria, & subiecta oneri collectarum *Bar. in l. Paulus in fine ff. de acquir. hæredit. Io: Andr. in cap. 1. de immun. Eccles. in 6. Alex. consil. 35 num. 18. lib. 4. Natt. consil. 311. num. 5. Roland. consil. 12. num. 61. lib. 4. Ferret. de Gabell. num. 450. & Iacob. Mandel. Albens.*
5 *consil. 513. num. 3. lib. 3.* Inde bona donata à Patre filio, vt ad Sacros ordines promoueatur, potiuntur immunitate à quocumque onere, & efficiuntur pœnes filium libera, latè *Maceratens. variar. resolut. lib. 1. resolut. 88.* vbi benè hoc probat, & respondet quamplurib. obiectionib. cuiusdam Vniuersitatis;
6 Idemque *Macerat. cap. 97. eod. lib. 1.* fundat conclusionem illam, vt non possint Clerici pro bonis patrimonialibus, quæ possident collectari, & *num. 5.* resoluit quid dicendum in casu publicæ vtilitatis.
7 Sed vtcumque sit, limitantur omnia prædicta, si bona pro quibus soluitur collecta, in fraudem illarum donarentur personæ Ecclesiasticæ, *Bar. in l in fraudem ff. de iur. fis.* & in thæmate nostro quinque enumerat præsumptiones fraudis *Marot. dicto tract. cap. 5. num. 21.*

num.24. videndus etiam *Macerat. dicta resolut.88.num.8.9.& seqq.*

8 Secundò limitantur, si bona quæ Clericis, vel Ecclesiæ donantur, essent certò reali, ac inuariabili oneri collectarum subiecta *Bar. in l.placet, num. 2. versic. videte C. de sacrosanct. Eccles.Ricci.in prax.Eccles.par. 3.resolut.130.num.2.Rouit.in prag.2.num.19.* C.de Cleric.seu Diacon.*Saluat.Marot. dicto cap. 5. num.2,*Iacob. *Mandell.Albens. consil.* 8.& latè *R.P.Bordon.contr. moral.cap.7. tit. de immunit.Eccles.à num.1.* cum multis seqq. & sic isto casu intrat regula *l. alienatio 67. ff. de contrab.emptio.l. traditio 20 ff. de acquir. rer.*
9 *Domini. & l.si predium C.de euic.*Inde Clericus habens feudum obnoxium reali, & inuariabili oneri seruitij, subest laico Principi à quo feudum recognoscit *cap. verum de for. compet.* id quod est specialitèr conuentum intèr serenissimos Regni huius Reges, & Sanctam Romanam Ecclesiam, vt in *cap.Regni item statuimus,* quod secundum ordinem *Nigri, est 94.*

10 Verum sublimitatur ista limitatio, si fundus subiectus inuariabili oneri collectarum, & tributorum donaretur pro edificanda Ecclesia, vel Cimiterio, alioque loco pio, ad sacros, & diuinos vsus destinato *Ferret. dicto tract.de Gabell.num.447.Aluarez in Spec. Pontif.Imperat.&* Reg.*cap.35. versic.qui autem Carol.de* Graff.*de effect.*Cleric.*effect.3, nu. 173.& 174.*

Sed cum in hac materia fuerit per *Rot. Rom.*nouitèr emanata *decis.* quam celebrem in tota illa Vrbe appellabant, & pro tali ad me diù postquam emanata fuisset transmissa, in vna *Albens. Gabell.*seu onerum, die 18.Iunij 1630. coram R.P.D.Merlino, ideo ad tenorem eius attende.

Veneris 18.*Iunij* 1630.

Iudex Taurensis condendauit Archipræsbyterum Ecclesiæ Gorzenij ad onera realia, ordinaria, certa, & inuariabilia, in fauorem communitatis dicti loci, pro prædijs eiusdem Ecclesiæ, quam sententiam in hac parte omninò reuocandam esse Domi censuerunt.

Certa est enim Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum propositio, quam & nemo ex Catholicis audet impugnare, bona Ecclesiastica immunia esse, & libera ab oneribus, & tributis impositis per communitates, & Principes laicos, ita definitum est in *Concil. Lateranens.sub Alex.III.par.1.cap.* 19. sub Innocentio III.*cap.46.*& habetur in *cap.non minus,* vbi Consules, & alij Magistratus, Ecclesiasticis, & eorum bonis, collectas, & pedagia imponentes anathemate feriuntur, & in *cap.aduersus de immunit.Eccles. & in cap.1.& 3.eod.tit.in 6. & in cap. quamquam de cens in 6.& in clement. vnic. de immunit. Eccles.* quæ sanctiones innouatæ fuerunt per *Sacr.Concil.Trident.session. 25.cap. 20.de refor.* Romanique Pontifices quotannis *in Bulla Cœnæ* §. 18.huiusmodi pedagia imponentes, & exigentes censuris coercent; & Costantinus Primus Imperatorum, palam Christianis immunitatem hanc Ecclesiasticam, siuè potius illius vsum exibuit, vt apud *Euseb.lib.10.historia Eccles. cap.7. & in orat. de laudib.Costantini,* Sublatisque Etnicis, neminem ex orthodoxis, & illibatæ Religionis Imperatoribus tributum de bonis Ecclesiarum exegisse obseruat *Card.Baron. tom. 3. annal.sub anno 387.num.13.*& Iustinianus etiã hanc Clericorum immunitatem, vel respectu bonorum ædicto Sancinit, vt in *l. Sancimus 20.C. de sacrosan. Eccles. & Federic. in auth. item nulla communitas C. de Santis.Epis.*nec à iure positiuo, & Imperatorum liberalitate, sed immediatè à iure diuino ortum habuisse huiusmodi immunitatem, respectu etiam bonorum fatendum est, vt dissertis verbis asseritur in *cap.quamquam de cens.*ibi, *Ecclesiæ, Ecclesiasticaque persona, & res ipsorum non solum iure humano, quinimò, & diuino à Secularium personarum exactionibus sint immunes,*& in *Concil. Trident. dicta session. 25. cap.20.de reform.* dicitur, *immunitas hæc Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus instituta est,*quibus verbis apertè diluitur callida quorumdam interpetratio, qui putant, verba de quibus in dicto *cap.quamquam,*ibi, *de iure diuino, & humano,* intelligi posse de iure positiuo, scilicèt Canonico, & ciuili.

Nihilque refert hanc immunitatem respectu bonorum ocularitèr non legi scriptam in *Sacris Scripturis,* quia vt iuris Diuini dicatur sat est, quod ex testimonijs, vel exemplis ex ipsa sacra pagina deprompsis, vel traditione Ecclesiæ deducatur, pro vt egregiè hæc immunitas deducitur ex *Genes. cap. 47.* vbi Ioseph Prorex Pharagonis Sacerdotes, & eorum agros, etiam eis à Rege traditos in primæua libertate dimisit, quamuis reliquos totius Populi seruituti Regis subegerit, & meminit etiam *Ioseph de antiq.Iudaic. lib. 2. cap.4.& Diodor.Sicul.in 2.lib.historia.& Herodot.in Enterpe lib. 2.* Hinc appositè in *dicto Concil.Lateranens.*de quo in *cap.non minus de immun.Eccles. in 6.* infertur *non decere Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore Principum Christianorum, quam fuerit tempore Pharagonis.* Imò, & addi potest, tempore etiam Etnicorum, qui Flamines, Augures, Salios, Feciales, aliosque Sacerdotes vna cum bonis ipsorum immunes, & liberos à tributo reddebant, vt obseruat, & inde ad propositum nostrum arguit *Praeposit. in cap. si tributum num. 5.* & ibidem *Card. num. 11. quæst.1.*& sequitur Io. *Anton.de Nigr. in repetit.extrauag.vnic. num.243.de vit. & honest.Cleric. Plot.in addit.ad vltim. consil. Laudens. sub num. 8.* Aliaque exempla deduci possunt ex primo *Esdr.cap.7.& numer.cap.*

3.&

3. & luculentius testimonium patet apud *Matth cap.7.* vbi filius Regis, qualis est Christus, qui est filius Regum Regis eximitur à Tributo Principis; Ecclesiam autem, & Ecclesiasticas personas, tanquam sponsam familiaresque, & domesticos Christi eadem potiri prerogatiua inferunt *D. Hieronym.* ibidem, & *D. August. lib. 11. qq. Euangelic. qu. 23. Io. Anton. Niger. in repet. extrauag. vnic. nu. 223. de vit. & honest. Cleric.* & doctè *Suarez ad Regem Angliæ de immunit. Eccles. lib. 4. cap. 5. num. 12. & cap. 8. num. 16.* quæ testimonia, & exempla ad hanc rem rectè perpendunt *Cardin. Bellar. contr. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 28. in 4. & 5. proposit.* vbi pluribus comprobat hanc immunitatem esse de iure diuino, & firmauit *Io. Montrag. de collat. parlam. par. 2. num. 11. Bursat. consil. 42. num. 1. lib. 1. & consil. 186. num. 8. lib. 2. Borrell. consil. 74. num. 1. Plot. in addit. ad vltim. consil. Laudens. num. 8. Euerad. consil. 30. num. 23. ad finem Ceuall. commun. contr. commun. quæst. 899. num. 39. & 42. Gabed. decis. 83. num. 19. par. 2. Thom. Bozzi de iur. stat. Ecclesiast. libert. lib. 4. cap. 8.* plenè *Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. cap. 97. num. 6. & seqq. Suarez ad Regem Angliæ lib. 4. cap. 8. num. 9.* qui alios plures enumerat; & bona dum Ecclesijs traduntur eo ipso eximuntur à Dominio, & potestate laicorum, & ex speciali iure sub Dominio Christi Domini constituuntur, nec per metaphoram, sed per omnimodam potestatem, ita vt tale dominium Christi in his bonis Ecclesiarum sit proximum, & immediatum, illique dicatur acquisitum tanquam principali Domino, vt per *Innoc in cap. cum super, num. 3. de caus. poss. & propriet. & in cap. verum, num. 2. de for. compet. Afflict. decis. 361. nu. 22. & seqq.* & post *Suarez dicto lib. 4. cap. 17. n. 9. & cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* pluribus probat *Comitul. Respons. Moral. lib. 1. cap. 70. & 71.*

Vndè si Christus Dominus omninò immunis fuit à tributis, vt ad litteram habetur apud *Matth. 17.* & ibi notant *SS. Hieronym. Chrisost. & Ambros.* atque alij per *Suarez dicto lib. 4. cap. 5. num. 1. in fine*, consequens est etiam bona Ecclesiarum, quæ subsunt immediato, & proximo dominio Christi Domini, immunia esse ab omnibus tributis, vt per eundem *Suarez lib. 4. cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. n. 5.* vbi quod hoc est valdè consentaneum Diuinitati, & excellentiæ personæ suæ; Præterea si bona patrimonialia Clericorum, etiam laicalia sunt immunia ab oneribus laicalibus ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ infiuit immunitatem in ipsa bona, illa etiam adhærent personæ Clerici, nec persona dici potest plenè, & perfectè exempta, nisi etiam ipsius bona exempta sint, *Abb. Dec. Felin.* & alij Canonistæ cōmuniter, *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & in cap. quæ in Ecclesiarum, de const. Bald. in l. 2. C. de Episc. & Clericis*, & alios refert, & sequitur *Suarez dicto lib. 4. cap. 25. num. 4. & seqq.* Ergò multo magis idem erit in bonis Ecclesiarum, tum quia perpetuò sunt Ecclesiastica, & in diuinum cultum per se ordinātur; tum etiam quia nō Clericorum qui Christi famulatum agunt, sed ipsius Domini patrimonium sunt, & vt dictum est, sub immediato dominio Dei, Patrimonialia verò bona Clericorum, sunt quidem sub eorum dominio, sed hoc dominium illis competit vti Ciuibus, non autem vti Clericis, & tamen propter Sacram qualitatem cohærentem personæ bona sunt immunia, quæ ratio fortiùs vrget in bonis Ecclesiarum, vt perpendit *Suarez vbi sup. cap. 16. num. 11. & cap. 17. numer. 1.*

Nec quidquam verò facit, antiquitus aliquando Clericos soluisse tributa Principibus laicis, hancque exactionem cessasse ijsdem Principibus indulgentibus; Quoniam id accidit tempore quo non dum Principes Euangelij iugo ceruices subegerant, & facultas ipsa, seù immunitas à collectis, & tributis Clero competebat quidem de iure, sed adhùc de facto, & malè exigebatur, & sic ipsa immunitas à iure diuino profecta est; Immunitatis autem vsus seù exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, qui Principes Christiani non verè, & propriè Ecclesiasticis bonis exemptionem concesserunt, sed potiùs detexerunt, & in eam à Deo concessam consenserunt, illiusque exercitium iussere, & hoc benè agnouit Iustinianus in dicta *l. Sancimus 20. C. de Sacrosant. Eccles.* ibi. *Cur enim non facimus discrimen inter res diuinas, & humanas? & cur competens prerogatiua cælesti fauore non conseruatur?* Et sic annuit hanc immunitatem non à sua munificentia, quam alijs in rebus & locis sæpiùs gloriosus commemorat, sed à dictamine diuino, & à natura fluxisse, & bene ratiocinatur *Comitul. respons. moral. lib. 1. dicto cap. 97. num. 11.* vbi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circa hanc immunitatem recenset, & ita paritèr respondet *Suarez contra Regem Angli. dicto lib. 4. de immun. Eccles. cap. 6. num. 4. & cap. 21, num. 3 & 8.*

Nec obstat potissimum fundamentum cōmunitatis, quod hæc onera olim imposita essent istis prædiis, quæ postea in Ecclesiam peruenerunt, & ideo transiuisse effecta tributaria, & cum eodem onere ad quoscumque quamuis priuilegiatos successores, atque etiam in ipsas Ecclesias, iuxta *Can. tributum 23. quæst. 8.*

Quoniam pro responsione duo firmanda sunt, vnum in facto, alterum in iure; in facto quod antiquitus hęc prædia erant eiusdē Ecclesiæ Archipresbiteri Gorzenij, & paucis

so;

solummodò ab hinc annis distracta in laicos, à quibus in Catastro communitatis redacta sunt, detecta autem nullitate alienationis, iure merito Ecclesia, & pro ea Archipresbyter modernus in iudicio spolij fuit reintegratus, propterea, vt reintegratio suum plenarium consequatur effectum, opus est, quod Ecclesia recuperet prædia libera, & immunia à quibuscumq; oneribus, prout etiam antequam ab antecessore distraherentur, & consequenter reuocanda sunt, & descriptio in Catasto, & impositio onerum, quæ tempore vsurpationis laicorum sequta sunt; tantum enim testituere debet reintegratio, quantum abstulit distractio, *l. fin. § fin.* & ibi *Bart.* & alii, *C. de senten. pass. l. quod si minor, §. restitutio. ff. de minor.* & ornat *Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 44. artic. 3. num. 23. & seqq.* & retrotrahenda est hæc reintegratio, perinde si semper penes Ecclesiam prædia permansissent, *ad l. 3. §. vltim. ff. de quæst. l. 1. C. de senten. pass. Bald. in l. post editam, n. 1. C. de Impub. & alys substit. Cost. de retrotract. cap. 8. casu 17. n. 2. cum seqq.* quæ si permansissent, neq; relata in Catasto, neque onera fuissent imposita.

In iure autem illud notandum est, quod bona semel à laicis etiam legitimè possessa, non semper cum onere tributi, & vectigalis transeunt in Ecclesiam, sed cum distinctione trium specierum bonorum.

Prima est species bonorum, quæ habet, & possidet Ecclesia iure spirituali, & diuino, vt decimæ, oblationes, & hæc semper, ac perpetuò immunia sunt à quibuscumq; oneribus secularibus, tam præteritis, quam futuris, quia immediatè habet à Deo, nec communicenda cum laicis, vt in *numer. cap. 18.* notant Canonistæ communitèr *in cap. si tributum 11. quæst. 1. & in cap. Secundum 23. quæst. 8.*

Alia sunt bona, quæ à priuatis quidem habuit Ecclesia, sed ad cultum diuinum, & officium spirituale sunt destinata, vt situs Ecclesiarum, & Cimiteriorum, pro sepulturis, hortus iuxtà Ecclesiam, & sunt hæc paritèr immunia semper ab omnibus tributis, & oneribus, nè dum publicis, & Regijs, sed quod magis est etiam priuatis, & præexistentibus ob eorum specialem Sanctitatem, vt habetur *in d. cap. secundum 23. quæst. 8.* & per *Cald. in l. omnes, num. 12. C. de Sacrosanct. Eccles.* & doctè tradit *Turrecremat. in cap. si tributum 11. quæst. 1. & in summ. de Eccles. lib. 1. cap. 98. in respons. ad 7. argum. Io: Anton. de Nigr. in repet. Extrauag. vnic. num. 242. de vit. & honest. Cleric. Suarez ad Reg. Angli. de immun. Eccles. lib. 4. cap. 17. num 6. & 7. & cap. 19. n. 2. & 8.* latiùs *cap. 20 nu 17.*

Tertia est species bonorum, quæ possidet Ecclesia forte temporali, & iure ciuili, vt titulo venditionis, legati, vel alio simili, &c. & in his etiam subdistinguendum est, & quoad onera imposita de tempore, quo penes Ecclesiam bona reperiuntur, certum est ipsi omninò suffragari immunitatem ex superius deductis, & *Bart in l. rescripto, § fin. n. 5. versic. videte, ff. de muner.* ingenuè fatetur nullum dari remedium, seù cautelam, quod Clericis, seù Ecclesijs pro eorum prædijs imponatur collecta, cum Laici non possint edere legem, per quam libertas Ecclesiastica infringatur, & scriptores omnes Cattholicos sine dissentione hoc admittere monet *Suarez de Reg. Angl. d. lib. 4. cap. 20. n. 2.* fallitur autem idem *Bart. d. loco*, dum scribit, posse Laicos à principio efficere tributaria, & effecta oneribus prædia eorum territorij, ita vt agri qui postea ad Ecclesias peruenerint obnoxij sint collectis imponendis, quia indirectè permitteretur contrà libertatem Ecclesiasticam, quod directè omninò prohibitum est *Cap. quæ in Ecclesiarum de const. auth. cassa, C. de Sacrosanct. Eccles.* & alibi; Et licet eo tempore quo vniuers. in territorium efficitur tributarium, prædia sint sub iurisdictione Laicorum, attamen hoc tempus inspici non debet, sed illud quo ipsæ collectæ imponuntur, tunc enim formam habent, & solummodò radicem aliquam casualem, & remotam habuerunt à statuto, quod etiam dum facit territorium tributarium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem, scilicet si imponantur, quæ conditio cum sit potestatiua, non retrotrahitur in præiudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisiuit, nec tunc subiacent iurisdictioni Laicorum, ita eleganter *Bar.* impugnando arguit *Bald in l. omnes, nu. 12. 13. 14. cum seqq. C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss. & in l. placet, num. 10.* vbi quod *Bar.* in casu quem posuit non dicit verum, *C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. neminem num. 4. C. eod.* vbi quod hæc onera, tunc nec certa essent, prout tamen requiritur, ad effectum vt ad Ecclesiam transeant prædia cum suis oneribus, & infrà dicetur, *& consil. 112. num. 7 lib. 2.* vbi quod *Bar.* contrà omnes, & non benè loquitur, neque dicit verum, & quod ipsiuscautela non valet vnam festucam, quia non potest considerari tributum, nisi post indictionem, & specificationē, quæ fieri nequit, post quam res fecit transitū ad Ecclesiam *Abb. in cap. fin. nu. 13. de vit. & honest. Cleric. Ias. in d. l. placet, num. 21.* vbi quod dictum *Bar.* est falsum, & damnatum per omnes, & idem testatur *Guid. Pap. quæst. 381. Ruin. consil. 117. num. 8. lib. 4 Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 76. de Constit. Plot. in addit. ad consil. vltim. Laudens. n 10. & 13.* qui testatur ita fuisse declaratum à Senatu Mediolani pro Monialibus Sanctæ Claræ Nouariæ *Alb. cons. 8. num 4. & seqq.* vbi quod huiusmodi statutum volens prouidere oneribus, quæ adhuc non sunt in rerum natura, & volens fingere id quod non est, non caret suspicione fraudis *Syluan. consil. 9. num. 29. &* con-

consil.32.num.11. Marcabr.cons. 40. num. 29. vbi dicit communem esse hanc opinionem, *Phaset.consil.31.num.8.Vegg.consil. 7.nu.11. Gras.commun.opin.lib.1.cap.18. quæst. 2.* qui pariter de communi testatur *Remig. Gofy.de Charit subsid.quæst.62.num.16.* vbi quod hæc est tutior opinio, *Cardin.Alb.de immun. Eccles.num.92.* asserens hanc esse opinionem legistarum, validissimis rationibus confirmatam, & quod graue peccatum committeret quicumq; contrarium sentiret, *Ceuall. commun.contr.commun.quæst.899.nu.76. & 106.* qui plures alios cumulat *Riminald. iun. cons. 25.num.23. Azor.instit.moral.par.1.lib.5. nu. 33.quæst.1.Thesaur.decis.234.num.5.Io: Ant. Nig. in repet. extrauag.vnic. de vit. & honest. Cleric.num.190. Alph. de Montal. in foro leg. Castell.lib.1.l.2.vers.sic. in contrarium*, *Matiens.* qui alios congerit *ad ll. Hispan.lib.5.l. 11.glos.5.n.5. Guttirr.pract.qq.lib. 2.q.132.n. 5.* vbi de veriori, & communiori opin.testatur.

Nec potest dici statuentes, tunc vinculum iniecisse, dũ territoriũ effecerũt tributarium, quo tẽpore iurisdictionẽ habebãt in pdijs, q̃ postea ad Ecclesiam peruenerunt, & sic transire cum suo onere; quoniam vinculum propriè iniectum est, dum collecta imponitur, tunc enim declaratio illa de toto territorio tributario suum sortitur effectum, cum tributum imponitur, & res non dicitur esse tributaria, nisi quando re vera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, & contributio, vt post alios tradit *Alba. cons.8. num. 5. & seqq.* & tunc solum dicitur actus perfectus, & consumatus, vt declarat *Cardin. Alba de immun.Eccles. num. 70. & 71.* hoc autem tempore bona sunt extrà iurisdictionẽ Laicalem, & subiectum est inhabile ad recipienda onera Laicalia, resq; dicitur deuenisse ad casum, à quo non posset incipere, & cõferunt tradita per *Bald.consil.112.num.7. lib. 2. Ruin. consil. 204.num. 11.lib.1.Surd.decis. 20.num.8. Alban. d. consil. 8.num.4. Cardin. Alban.vbi sup.num.70.*

Quo autem ad onera imposita priùs quam prædia ad Ecclesiam peruenerint, ad hæc tũc solummodò tenetur Ecclesia, quando copulatiuè hæc omnia concurrunt, quod scilicèt onera sint vera, realia, ipsis fundis infixa, & imposita sint bonis proptèr bona, non autẽ personis proptèr bona, quod sint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus causis vrgentibus, & illis cessantibus remouenda, ita docent Canonistæ *d. cap. 1. de immun. Eccles.in 6.* vbi præcipuè *Gemin.n.9. Abb. in cap.fin.n.12.de vit.& honest. Cleric. Turrecremat.in cap. si tributum 11. quæst. 1. versic. alia verò Barbat.* plenè *consi.1.per totum lib.3. Felin.* plenissimè *consil.46. in 4.dub. Nigr. in repet. extrauag.vnic. de vit.& honest. Cleric. num.247.* cum pluribus seqq. *Comitul. Respõs. moral.lib.1.cap.94.nu. 3.* vbi omnia ista recẽset requisita, & sat est allegare magistralem *decisionem in Brundusi. gabellæ 13. Februarij 1604.coram bonæ Memoriæ Pennia*, quam, & passim sequitur *Sacra Congregatio* super controuersijs iurisdictionalibus per *Sãctissimum* Dom. nostrum Vrbanum VIII. magno Reip. Christianæ bono instituta; & in his terminis loquitur *cap.tributum 23.q.8.* ibi. *De exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus* (nempè illud, quod ante quam ad Ecclesiam peruenerint prædia) *persoluendum est. Et in cap. si tributum, 11. quæst. 1.* vbi per *Turrecremat.*& per *Comitul. responsor. moral. lib.1. quæst.93.num.16. Ceuall. commun. contr. commu.quæst.899.n.106. Alphon.de Montal. in for.l.Castell.lib.1.d.l.2. vers. ad quorum corroborationem fol.13.col.3.& Suar. ad Reg. Angl. d.lib.4.cap. 2. n. 13.* Qui etiam obseruat ibi. Vrbanum 1. loqui iuxtà morem sui temporis quo Imperatores erant Etnici, & Ecclesia non dum sibi libertatem actu vindicauerat ab huiusmodi tributis, & in hoc casu dum Ecclesia soluit collectas, non soluit vti tributũ, & in recognitionem dominij, vel superioritatis, per quam regularitèr inducitur tributi exactio, vt ex *cap.2.de cens.* Sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem, & quemadmodum ergà priuatas personas solueret census, & teneretur ad hypothecas, quæ ab eius authoribus laicis priùs impositæ essent, ita pari ratione tenebitur Ecclesia ad tributa, quæ vel ea pacto, vel ea alia causa, & conuentione, Princeps dum prædia possessa à laicis sub eius erant potestate, infixit iisdem prædijs, vt benè per *Fr. Io: de Neap. Ordin. Prædic. in quæst. Paris. quæst. 39. puncto 3. ad quartum argumentum.*

Imò *Cardin. Alban. de immun. Eccles. Guttier.pract.quæst.lib.1.quæst.3. num. 15. versic. Præterea*, & latius *Suarez d.lib.4.cap.20. n.6. quæst. 11. & seqq. vsque ad finem* asseuerant, tunc demum bona translata in Ecclesias retinere onus, & obligationem soluendi tributum, quatenus hoc tributum à Principe prius impositum fuerit, ea presso pacto inter ipsũ, & priuatos inito, vel ex peculiari dominio illius prædij, ita vt ipse in priuatos transtulerit, hac sibi reseruata pensione, censu, seù collecta, non autem si exegisset ex sola vi Regiæ potestatis, & iurisdictionis, hæc enim tunc penitùs expirat, cum bona ad Ecclesiam perueniunt, & res deuenit ad statum, qui incapax est illius subiectionis tributi ergà Principem laicum: quod secus est in pactis, & conuentionibus per viam contractus initis, quia vis illorum transit, & continuat in quibusuis personis, quomodocumq; acceptis, & in priuilegiatis *Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.77. de Const. Veggi.cons.7. num. 5. & seqq Bellon.cons.40.num. 4. & 5. Festas. de collect.part.4 cap.2.num.31. Alterand. Masrard. de gen. interp.stat. conclus.1. num. 100.*

Azor.

Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 13. quaest. 1. versic. Secundò sciendum est, vbi quod ratione pacti, vel conditionis adiectae in legato, siuè contractu, Ecclesia tenetur ad collectas bonorum, ad quas aliàs non teneretur, & per Suarez vbi sup. num. 6. & 15. in fine num. 28. vbi respondet ad motiuum, quod res transit cũ onere suo, & n. 9. prudenter indicat, quomodo probari possit prędia fuisse sub particulari dominio Principis, vel tributum solui ex conuentione, non autem ex solo iure vniuersali Principatus; quibus consequens est, vt cum onera de quibus agitur non sint antiqua, nec infixa essent, dum ad Ecclesiam primò haec bona transiuerunt, & conuentio omninò excludatur, nullatenùs Ecclesia ad illa onera teneatur.

Non obstat haec praedia descripta esse in Catastro laicorum, ex quo regulatur taxa onerum, & inde Archipresbyterum teneri ad collectas, iuxta doctrinam Bald. in auth. sed & periculum, num. 2. vers. hoc verum nisi Ecclesia, C. sine cens. vel reliq. vbi quod si Ecclesia facit aestimum tenetur ad collectas in vim sui consensus, non ex vi iurisdictionis laicorum, quoniam haec descriptio in Catasto non fuit facta de consensu Rectoris, sed illorum laicorum, qui Ecclesiam hisce bonis spoliarunt, vt suprà dictum fuit. Imò etiam si facta fuisset de Rectoris consensu, hoc non praeiudicaret Ecclesiae, sed opus fuisset authoritate, & assensu Summi Pontificis, cuius interest communibus Ecclesiarum vtilitatibus prouidere, vt in cap. aduersùs de Imm. Eccles. & in puncto Abbat. ibi n. 1. & 4. & in cap. non minus num. 18. eod. tit, & cons. 13. nu. 1. & 2. lib. 2. Marant. cons. 99. n. 2. Natt. cons. 203. num. 4. & seqq. vbi declarat Doctrinam Bald. procedere data legitima descriptione in aestimo, seu Catasto, nempè quod accesserit authoritas Sedis Apostolicae.

Non obstant solutiones factae, quoniam aut processerũt à laicis, & tunc non praeiudicant Ecclesiae, laici quippè tamquam subiecti tenebantur ad collectas, dum verò extat persona immunis, cessat ratio subiectionis, & sic etiam obligatio; mutata enim persona, mutatur status rei l. 1. C. de impon. luc. crat. descript. lib. 10. Gemin. in d. cap. 1. n. 9. de immun. Eccles. in 6. Anchar. consil. 129. sub nu. 2. Niger. in repet. extrauag. vnic. de vit. & honestat. Clericorum, num. 224. Marant. d. cons. 99 num 3. & 4. Guttier. pract. quaest. lib. 1. quaest. 3. num. 15. vbi post Mattiens. dicit hunc esse casum mirabilem, quo res non transit cum onere suo, atq; vt supra dictum fuit, reintegratio concessa Rectori debet abolere quidquid post alienationem gestum est in praeiudicium Ecclesiae.

Aut verò solutiones praetendnntur factae à Rectore, & tunc nec etiam praeiudicant, cum Rector non potuerit tollere priuilegium libertatis Ecclesiae, non enim est personale beneficium, sed ipsi ordini Ecclesiastico, & ipsis bonis Ecclesiarum concessum, cui gesta priuatorum praeindicare non possunt, & in hoc casu opus fuisset assensu Summi Pontificis, vt dictum fuit, & notatur à Castrens. consil. 423. nu. 2. lib. 2. Cenall. commun. contrà commun. quaest. 899. num. 107. ad finem, & modernus Rector quatenus soluisset, non indè tamen priuatus censetur sua immunitate ab hisce collectis, & oneribus, quae de iure sibi competit, ad tex. in l. voluntariè, C. de excusat. tutor. Alex. consil. 33. num. 2. vers. Sed ea mihi lib. 5. Castrens. d. cons. 423. n. 2. Natt. cons. 447. num. 16. Et ita bis diligentèr examinato articulo resolutum fuit.

PRaedictam decisionem refert etiam p extensum, Io. Baptist. Ciarlin. contr. iur. lib. 1. cap. 103. vbi exarat aliam consimilé decisionem Rot. Rom. & laté examinat materiam istam collectarum soluendarum à personis Ecclesiasticis, & notat omnes casus in quibus tenentur ad solutionem illarum, & in quibus sunt exemptae; latiùs etiam Sperell. decis. 35 lib. 1.

Sed liceat mihi in hoc loco dicere, superfluum esse apùd Catholicos Ecclesiasticam immunitatem decantare, maximè in Regno isto, in quo Superiores qui praesunt, Sanctè, & Catrolicè ius, & iustitiam tribuunt, nec collectas imponunt, vel imponi sinunt, nisi in casibus à iusquam licitis, & permissis.

Io. Leonardus Rodoerius,

SVMMARIVM.

DElicti tempus inspiciendum est, ad fundandam iurisdictionem contrà delinquentem, num. 1.

Delinquens cum esset Clericus, si efficiatur laicus debet puniri à Iudice Ecclesiastico, num. 2. Sed quomodo procedat hoc, & quando, n. 3.

In pari causa melior est conditio Iudicis qui praeuenit, n. 4.

Praeuentioni locus est in delictis mixi fori, num. 5.

Praeuentio quomodo inducatur, num. 6. & an qui praeuenit realitèr debeat praeferri ei, qui praeuenerat ante verbalitèr, latè n. 7.

Laicus delinquens, si deinde efficiatur Clericus, à quo puniri debeat, num. 8. 9. & 10. vbi referuntur, varia diuersaq; sententia, sed qua sit melior opinio, num. 11. & 12. 14. & 18.

Clericatus etiam in fraudem assumptus prodest, & de ratione, n. 13.


Exemptus verè non dicitur, si non est etiam exemptus in bonis, n. 14.

Miles si quis efficiatur post delictum commissum, à quo

N


quò puniri debet, ab ordinario Iudice tempore delicti, an à Rectore militum, num. 15. & 17.

Miles si quis efficiatur, vt aduersarium ex militari priuilegio defaticaret, ipso aduersario petente debet à militia licentiari, num. 16.



AD CAPVT XLVIII.

Additio



D iurisdictionem fundandam, nimirum ad cognoscendum quis sit competens ad puniendum crimen, dicunt DD. inspiciendum esse delicti tempus, & qualis tunc fuerit, qui illud perpatrauit Alex. cons. 8. incipit *Videtur super*
1 *eel. fin. versic. Et pro hoc etiam, vol. 1. Hippol. de Marsil. singul. 480. circà finem, & Dom. Consiliar. Marcian. cõs. 43. num. 3. in fine, vol. 1.*

2 Ex qua conclusione inferunt, deberi eum qui in Clericatu deliquit ab Ecclesiastico puniri, etiam si post delictum Clericalem habitum dimisisset *Grammat decis. 10.* quem sequitur *Iul. Clar. in §. fin. quæst. 36. num. 12. & Episc. Genuens. in prax. Ecclesiast. de Cleric. post delict. vel. relegat. effect. laic. cap. 8. num. 1.*

3 Sed *Spectab. Dom. meus* in hoc puncto ab hac opinione recedit, nisi tantum in eo casu, quo Iudex Ecclesiasticus laicum præuenisset in cognitione illius criminis; & sic concludit, esse locum præuentioni intèr Ecclesiasticum, & laicum Iudicem, quia cum tempore puniendi Criminis vter sit competens, Ecclesiasticus nempè, quia ille talis deliquit cum esset Clericus; & secularis, quia delinquens dimisit habitum Clericalem, & effectus est
4 laicus, intrat doctrina *Bald. in l. neganda, in 1. notab. C. qui accusar. non poss.* dicètis, quod in pari causa potior est conditio Iudicis, qui præuenit, sequitur *Franch. dec. 147. nu. 5. & Gabal. res. crim. cas. 117. sub n. 5.* Sicut etiã di-
5 citur de delicto mixti fori, in cuius cognitione est locus præuentioni intèr Ecclesiasticũ. & laicum Iudicem, vt per *AEliss. Danz. ad Grammat. d. decis. 10. num. 25. in fine.*

6 Præuentio autem licèt dicat *Afflict.* quod inducitur per simplicem citationem, *decis. 219. num. 3. Andr. Gaill. pract. obseruat lib. 1. obseruat. 11. & obseruat. 74. nu. 18. & Gaball. d. Resolut. 117. num. 7.* tamen intelligi debet eius, & sequacium opinio de citatione reali, quæ fit per capturam, alioquin sola verbalis citatio non induceret præuentionem; Id q;
7 adeo verum communitèr censuerunt DD. quod si à laico Iudice fuisset verbalitèr citatus delinquens, sed deinde Ecclesiasticus realitèr per capturã p̃uenisset, & è cotra; hæc a. præuentio potentior est, & efficacior, ideoq; in omni quocumq; casu, quo datur concursus inter laicum, & Ecclesiasticum Iudicem, semper ille præfertur in puniendo crimine illo, qui realitèr præuenit, vt ex quampluribus, quos cõsultò omitto probat *Io. Bap. ist. Ciarl. controuers. forens. lib. 1. cap. 16. num. 44.* versic, hic autem, & *n. 45.*

8 Sed vt ad rem vnde digressus sum redeam, quæro quid dicendum in casu contrario, an laicus qui delictum aliquod commisit puniri possit à Iudice seculari, an autem ab eius iurisdictione exemptus censendus sit, si post delictum Clericus efficiatur? Multi dicunt, quod si delinquens ille post delictum, sed ante susceptionẽ Clericatus p̃ illo fuit denunciatus, accusatus, vel infamatus, ei non prodest habitus Clericalis, qui eo casu in fraudem assumptus censetur, proptèr delictum iam deductum ad forum contentiosum, ex innumeris ferè relatis p̃ cit. *Gaball. Resolut. crim. resolut. 108. num. 8. & 9. Iul. Clar. in § fin. quæst. 36. num. 45. & Cancer. Variar. Resolut. lib. 2, cap. 2. tit. de iurisdict. omni Iudic. n. 151.*

9 Alij tenent, posse eo casu contrà ipsum delinquentem effectum Clericum post delictum procedi realitèr, non personalitèr; nempè tantum ad exactionem, seù exequtionem pęnę pecuniarię, à municipali statuto indictæ aduersùs similes facinorosos, vt tenẽt relati per *Gaball. d. Resolut. 107. n. 2. & 4.*

10 Alij etiam dicunt, delinquentem prædictũ non posse à Iudice laico puniri, si votum ante delictum emisit, de se Clericum faciendo, quasi tunc dicatur Clericalem habitum assumpsisse, non quidem iurisdictionis fraudãdæ, sed potius gratia explendi voti, *Bald. in l. 1. num. 11. C. an seruus ex suo fact. Ias. in l. cũ quadam mulier, alias, cum quadam puella, col. 3. ff. de iurisdict. omni. iudic. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 23. versic. Decimò extenditur*, & refert decisum *Vinceat. de Ann. singul. 130.*

11 Sed magis communitèr concludunt, huiusmodi delinquentem per Clericatus assumptionem, quamuis post delictum, eximi à iurisdictione laici Iudicis, & per consequens ab Ecclesiastico puniendum esse *Oldr. consil. 4. in fine Auend. de exequt. mandat. lib. 1. cap. 22. num. 12. Azeued. in l. 1. num. 3. tit. 4. lib. 1. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 226. num. 20. & seqq. Parlador. Quotid. different. § 1. different. 9. num. 2. fol. 19. & Reg. Carol. Tapp. in adnot. ad const. de person. num. 35.*

12 Mihi arridet hæc vltima opinio, à qua sane non video quo pacto recedi possit, & quod nam temperamentum, vel limitatiuum,

vel

vel declarationum illius sumi valeat; inspecto quod etiam non desunt, qui dicant(& quidē rectissimè) Clericatum assumptum post delictum, prodesse ad eximendum delinquentē à iurisdictione laici Iudicis, etiam si in fraudem, is talis effectus fuisset. *Giaz. discept. crim. ad defens. reorum, discept. 3. num. 14.* & prosequitur latissimè *Spectab. Dom. meus allegat. 132. à num. 17. vsq; ad num. 21. lib. 3.* ad quod
13 confert non mediocritèr *Io: Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratiocin.* dum dicit, quod Clericatus etiam in fraudem assumptus prodest, quia fraus non facit, quòd non dicatur impressus caracter in anima, & per consequens ille talis, vel verus, & realis Clericus diiudicandus est, idem tenet *Episc. Genuens. in prax. for. Eccles. d. cap. 8. sub n. 3. vers. Nec est eadē*
14 *ratio*, Quo etiam fit, vt ille talis vti persona totalitèr exempta, non possit pro delicto, nec in bonis molestari à Iudice laico, contrà sententiam eorum, quos suprà retulimus, *nu. 9.*
15 nām, vt volunt *Abb. Dec. Felin.* & cæteri Canonistæ communitèr, in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & in cap. quæ in Ecclesiarum, eod. tit.* non dicitur quis plenè, & perfectè exemptus, nisi etiam illius bona sint immunia, & exempta, idem tenet *Bald. in l. 2. C. de Episc. & Cleric.* & alij quos refert, & sequitur *Suarez. ad Regem Angli. lib. 4. cap. 25. nu. 4. & seqq.* Quare concludendo dico, conclusionem illam per nos positam in princ. in hoc puncto, nullo pacto locum habere, attento quod est mutata qualitas personæ, & diuersus homo iudicatur.
16 Sed iterum quæro, an idem quod diximus de laico delinquente effecto Clerico, sit etiam concludendum in delinquente post delictum effecto milite, vt paritèr is exemptus ab ordinario censeri debeat, pro crimine illo, & debeat ab Auditore militum puniri? cit. *Petr. Gaball. Resolut. 147.* per plura defendit affirmatiuè, eumq; sequitur etiam *Paschal. de Patr. potest. part. 3. cap. 3. n. 25. fol. 286. & Reg. Sanfelic. decis. 227. num. 2.* videndus etiam *Consil. Marcian. consil. 42. vol. 1.*
17 At ego pro veriori huius rei explicatione, capio *tex. in l. 1. C. qui milit. poss. vel non lib. 12.* vbi qui miles efficitur litis vitandæ gratia, vel vt ob priuilegium militare aduersarium defaticaret, à militia licentiandus est, aduersarijs maximè hoc postulantibus, quia fraudandi magis, quam militandi gratia id egisse videtur, vt etiam per illum *tex.* tenet *Brun. de cession. bonor. quæst. 11. 4. p. princip. num. 14. fol 48. à terg.* & tradit etiam *Anton. Heringi. de fideiuss. cap. 7. num 165.* allegās ad hoc pūctualem *tex. in l. qui cū vno 4. §. non omnis. ff. de re milit. ibi. Non ōnis qui litē habuit, & ideo militauit exautorari iubetur: Sed qui eo animo militiæ se dedit, vt sub obtentu militia, pratiosiorem se aduersario faceret:*
18 Ex quibus dicebam in vna facti contingentia, tunc demum delinquentem effectum militem post delictum eximi à iurisdictione ordinaria, & subici iudicio Rectoris militum, quoad crimen illud puniendum, si absque fraude militiæ se adscripsisset; Atqui si id egisset, vt alienam iurisdictionem fraudaret, cui erat iam ius quæsitum, ex traditis per *Franch. d. decis. 417.* nullo modo eo casu militaria priuilegia ei prodessent, cum illa non sint inducta ad fraudandum; & sic haberet locum tam dispositio *d. l. 1.* vt scilicèt debeat tunc à militia licentiari, quā etiam dispositio *d. l. qui cum vno*; & ita in terminis tenet *Petr. Gaball. d resolut. 147. num. 13. & 14.* neque
19 obstat, quod diximus de eo, qui post delictum habitum clericalem assumpsit, etiam in fraudem delicti, quia illud ideo verum est, nam clericatus semper imprimit caracterem in anima; nec fraus facit, quod verè Clericus censendus non sit, & ideo ab Ecclesiastico cognoscendus est, vt firmauimus sup. & fuit decisum per S. C. teste *Franch. decis. 395. & tenet Spect. Dom meus infrà cap. 50. n. 9.* Quod non est in milite.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Clericus qui habitum dimisit, vel illi renunciauit, si iterum illum reassumat, maximè post delictum commissum, an gaudeat priuilegio fori, remissiuè, num. 1.



AD CAPVT XLIX.

Additio.



1 TRACTATVR in hoc Cap. materia illa, an Clericus, qui vxorem duxit, & habitum clericalē dimisit, vel qui renunciauit Clericatui in manibus sui ordinarij Episcopi, possit habitum Clericalē reassumere, & ita omnia priuilegia, & exemptiones recuperare, & quid si reassumptio sequatur post quā delictū aliquod cōmisisset, addo remissiuè legendos infrascriptos.

Hippolit. de Marsil. singul. 480.

N 2 Fer-

Ferrer. ad Statut. Catalon par. 1. cap. 28. cum alio cap. seqq.
Carol de Graff. effect. Cleric. effect. 1 nu; 314. & in prælu. ad eundem tract. nu. 293.
Rouit. in pragmatica 1 de Cleric. sitii Diacon. Soluat sub num 1. in fine.
Ricci. in prax. Eccles. par 3, Resol. 116
Io. Baptist Ciarlin. contr. for. ensi lib 1. cap. 53. à nu. 20. cum seqq. vbi latissimè.
Sperell. decis. 26 à num. 17. cum multis seqq. lib. 1. vbi etiam latè.
Et tradita per *Spectab. Dom* meum *in proximè sequent. cap. nu* 8 9. & 10. & *cap. 58. nu. 4. & 5 hoc eod lib. 1. et tom. 3. allegat. 133. n. 22. in fine.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Testis falsum deponens coram aliquo Iudice potest ab eo puniri, licet non sit suus Index competens, num. 1.
Clericus falsum deponēs coram Iudice laico, an possit ab eo puniri, affirmatiuè, n. 2. Sed refellitur hæc opinio, n. 3. & alia opinio distinguens, num. 4. & refertur Authoris temperamentum in hoc articulo, num. 5.
Laicus falsum committens coram Episcopo, an possit ab eo puniri, n 6.
Tex. in l. nullum C. de test. procedit cumulatiuè, non priuatiuè, ita quod datur præuentio inter ordinarium Iudicē, & eum coram quo fuit cōmissa falsitas, num. 7.
Ecclesiasticus Index qui fuit præuentus à Iudice laico in punitione falsitatis commissæ corā ipso Ecclesiastico, potest nihilominus contrà delinquentem procedere per censuras, n. 8.
Ecclesiasticus Iudex coram quo ab aliquo laico commissa fuit falsitas, potest contrà eum procedere si habet pleniores probationes, quamuis falsarius ille fuisset cognitus à Iudice laico qui præuenit, eúmque liberauit, & dimisit n. 9.
Iudex causarum ciuilium tantū, an possit procedere criminaliter contrà committentem falsitatem, coram eo an verò debeat tradi Iudici causarum criminalium, affirmatiuè n 10. Distinguitur, n. 11. Author tenet, quod debeat omninò remitti ad Iudicem causarum criminalium, & de ratione, n. 12. 13. & 14.
Tex. in l nullum C. de testi. quando habeat locum, num. 13.
Delegatus à Principe an possit punire committentem falsum coram se, nu. 15 vbi negatiuè resoluitur, sed quid agendum, num. 16.
Arbiter non potest punire testem falsum dicentem coram se, n. 17. Sed hoc non procedit in arbitro Iuris, num. 18. Author tamen concludit idem etiam in arbitro iuris, num. 19. nisi quò ad vnum effectum tantum, num. 20.
Regularis falsum committens coram Episcopo an possit ab eo puniri, num. 21.

AD CAPVT L.

Additio.

1 
CAPIO hic accomodatissimè explicationem *tex. in l. nullum eum glos. C. de testi.* vbi habetur, quod testis falsū periibens testimoniū corā aliquo Iudice potest ab eo puniri, licet alias incompetens sit, nullamque habeat in delinquētem iurisdictionem, *tex.* verba sunt hæc significātèr in fine. *Data cunctis Iudicibus absque vllo præscriptionis obstaculo, sit in testes, quorum vices falsitate, vel fraude non carere prospexerint, pro qualitate videlicet delicti, animaduertendi licentia.*

2 Ex quo *tex.* interunt DD. ad quamplura, & precipuè quod Clericus falsū cōmittens corā laico Iudice, possit ab eo pro falsitate puniri, nulla habita in hoc ratione de sacris ordinibus, & de immunitate coherēte talibus personis Deo, & diuinis exercitijs dicatis *glos. in d. l. nullū vers Præscriptionē* cuius opinionem sequitur *Bald. ib. n. 8. Cyn. in 2. & 3. opposit. Salic. n. 4. & Io. Sicard. n. 9. vers quid autē iuris sit Ias in l. 1. §. qui mā ia à n. 7. ff. de off. eius cui mandat est iu isdict Bald in l. fin.* & ibi etiā *Hippolit. de marsil. sub num 152. versic. & dicit ff cod tit. Decian. tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap 9. num. 82. versic. Quartò limitatur.*

3 Sed hæc opinio *glos.* & sequacium nè dum reprehensione digna est, sed prorsùs reijcienda, & damnanda, maximè a Catholicis, qui sub sancto Dei Euangelio, & præceptis militant, nec quidem sine firmissimis rationum fundamentis, tum nimirum quia laicus Iudex est incapax prorsus acquirendi iurisdictionem in Clericos (exceptis tantum casibus expressè à Sacris Canonibus approbatis, atque permissis) tum secundò omissis alijs, quia nec Clerici ipsi etiam volentes possunt se submittere iurisdictioni laicorum, illamque prorogare in præiudicium ordinis, vt benè sciunt omnes; Ac proinde dicta opinio nec in iudicando recipienda est, nec in consulendo amplexanda, eamque non immeritò reprobat *Innoc. in cap. verum. de for. compet. et Paul. de Castr. in dicta l. nullum,* vt patet ibi ex alia *glos. additionali in versic. Aduertas,* & post alios antiquos istam sententiam prosequuntur *Roland: consil. 12. num. 34. et seqq. vol. 2. Tiraquell. de retract. conuent. glos. 7. §. 4. nu. 10. Par-*

10.Parlador.qnotid.differeu.differ.9.§.1:nu.3. fol.19.Inl.Clar.in §.fin. quæst 38. nnm. 40. et quæst.38 num.14. Farinacc de test.quæst.67.§. 2.num.54.55.et 56. Facchiu.contr. iur. lib. 9. cap.27.Leandr. Galganet.de inr.public. lib. 1. tit 41.nnm.22.Afflict.decis 230. Capyc.decis. 142.in fine,Reg.Carol.Tapp dec S C.13.n. 1. Diaz.in pract. Crim.Canon cap 93. vers.falsi testimonij rei.num.2 Couar.*pract.Resolut.cap. 18.sub num.8.versic.sed & locus erit huic opi-nioni* latissimè *Petr.Gaball.Resolnt.Crim.cen-tur.3.c.261.& Giazz. discept. Crim.ad reor. defens.cap.10.nnm.92.Ciarlin.Contr.inr.cap. 48.num.10.cum seqq. Ricc.in prax.par.2. reso-lut.140 n.10.Viu.in lib.commun.opiu.103.Pe-gner.decis.Catalon. 79. Treuis. decis. Venet. 8. lib.2.& cit.Ricc.in collect.decis.par. 3. collect. 597. in fiue,versic. Pro Coronide,*qui ferè om-nes acritèr insurgunt aduersus *glos. in d. l. nullum,* addo *Gnttier. pract. quæst. lib.1. cap. 24. per totum.*

4 Prætereà quoq; prædictorum pleriq;signan-tèr *Guttier.Facchin.Farinac.& Gaball.* nô de-sinunt etiam impugnare, & reijcere ex quam pluribus rationibus, & authoritatibus me-diani opinionem illorum qui tenuerunt,pos-se clericũ falsum peribentẽ testimonium co-ram laico iudice,eiusque aures ledentẽ ab eo reali tantũ pœna puniri non autem personali *Federic de sen. consil:93.sub n.5.& 6. versic. item ad id quod objicitur Guliel.de Bened.c.in cap.Raynutius,* in verbo, *& vxorem. nu. 434. Nigr.* qui concordantes allegãt *tract. de lau-dem tom.1.quæst.17.artic.4 n.79.* & alij secta-tores, qui sine dubio duplici firmissima ra-tione falluntur. Primò quia supposito quod contrà Clericum non potest laicus figere iu-risdictionem,quia est incapax illius (exceptis casibus expressè à iure enarratis)& nec Cleri-cus ipse in præiudicium ordinis potest ei se subuittere, fit per necessarium consequens, quod vti persona in rotum exempta conside-randa sir; Sed totalis exemptio non dicitur, nisi quæ tam personam, quam bona respicit, egò,&c. Et secundo quia (vt inquit subtilis-simus *Facchiu.loco cit.*) Clericus qui realitèr punitur ob falsitatem, nè dum patitur iactu-ram in bonis, sed etiam in honore, quia in-currit infamiam proptèr illam condennatio-nem; Et ideo nec realitèr à laico potest con-dendari clericus, quia ipsa condendatio du-cit secum iacturam personæ, sicut funa ducit campanam, vnde perperam illa condenda-tio simplicitèr realis appellarur, cum sit etiã personalis, & per consequens à laico Iudice ferri non potest contrà Clericum; & in effe-ctu istam senrentiam sequutum fuit S.C. licet causa non fuisset terminata, vt per *Afflict. di-cta decis.230.* & in hoc anno 1663. in causa intèr V. I. D. Alexandrum Iannettasium, vti virũ Io:de Auersa,cũ magn. Berardino Corui-setio vtriusq; medicinæ Doctore,& vespertinæ lectionis lectore insigno in publicis liceis occurrit quod cum quidam Sacerdos non semel vel bis variasset, in eius testimonio, & sibi ex diametro contrarius extitisset prop-tèr varias depositinnes, & reuocationes illa-rum (Deus scit causam) tamen S.C. existente Commissario oculatissimo Dom. Consilia-rio Francisco Rocco, nunquam curauit con-trà eum nec ex officio, nec ex quærela par-tium procedere ad realem, vel personalem districtionem, ob quod illa causa euidentis falsitatis fuit introducta in Curia Archiepi-scopali huius Ciuitatis, & ibi ad multos actus processum.

5 Vude dico ego, quod in his contingentijs, si pars pro falsitate à Clerico commissa co-ram iudice laico, illum coram eo accusaue-rit, Clericus ipse suo competenti Iudici re-mittendus est, cum solita illa clausula. Ve-rum de eius depositione habeatur ea ratio quæ de iure habenda erit in expeditione cau-sæ. Et interim idem laicus Iudex potest in-stante parte procedere ad detegendam falsi-tatem illam,non ad finem puniendi,vel con-dendandi Clericum, sed ad effectum expe-diendi litem,& ferendi sententiam iuxta pro-bationes,& merita causæ, notabiliter *Couar. dicto cap.18.* in finalibus verbis, quæ hæc sunt; *Quin & ipse Iudex laicus ad effectum pronũ-ciaudi sententiam iustam in ipsi principali cau-sa,et lite,poterit planè cognoscere, an Clericns falsum dixerit testimoninm.quod omnes faten-tur,* concordãt quamplures alij relati per *Ga-ball. loco cit. num. 4. in fine, per Farinac. vbi supra in tract. de test. num. 57.* & per *Gutier. quæst.24.num.3.*

6 Trausio modo ad aliud contrarium du-bium, an scilicèt laicus falsum peribens testi-monium coram Iudice Ecclesiastico possit ab eo puniri, & condendari ex dispositione *tex. in d. l. nullnm?* Multi tenent simplicitèr partem affirmatiuam, Mihi tamen arridet communis opinio, vt in casu prædicto sit lo-cus præuentioni intèr laicum, & Ecclesiasti-cum Iudicem pro puniẽda falsitate illa iuxtà *decis Afflict. 219. Cappell Tholos. 379. Aun. consil 107. vol. 2. Marant. in spec. par.6.act. 12 nu 6.versic. Quid autem è contra. Diaz in pract.Crim.Canon.cap.93. lit. G versic. si autẽ laicus,Bossi.iu tit de fals. nnm. 107. cum seqq. versic.an testis Inl.Clar.in § fin.quæst. 38. nn. 15.versic.Quæro nũc* Couar.*dicto cap 18 sub num. 8. versic. sed et hac in re Roland dicto consil 12.num.17.et seqq. Farinac. dicta quæst. 67.§.2.nnm 31.*latè *Ciarlin. contr. forens lib. 1.cap.48.et Franch.decis. 146.num.4.et 5.*qui
7 hoc iufert ex illa notabili ratione, quam ipse ponit *n.3.*quia nimirum *dicta l. nullnm,* dando facultatem cuicumque Iudici proce-dendi contrà testem, qui coram se falsum dixit,etiam si aliàs non sit sibi subditus,non tamen ademit iurisdictionem, quam habet

Iu-

Iudex ordinarius, & competens illius delinquentis,& sic (inquit ipse) eius dispositio procedit cumulariue, non priuatiuè, iuxta terminos *tex. in cap. dudum* 14. §. *nos igitur, de preben. et dignit. in 6. et tex. in cap. per hoc 17. de haeret. eod. lib. 6.* idemque etiam tenet *cit. Petr. Caball. Resolut. Crim. centur. 2. casu 117. nu.*
8 4. *et* 10. Sed tamen notandum est, quod si super cognitione falsitatis à laico commissæ coram Iudice Ecclesiastico, præuenit Iudex laicus, qui ad pœnam, & punitionem processit, nihilominus non ideo sunt ligatæ manus Iudicis Ecclesiastici, qui potest etiam contrà eundem delinquentem procedere per Ecclesiasticas censuras *Afflict. dicta decis. 219. num. 6. Roland. dict. consil. 12. num. 22. lib. 2. Bossi. in tit. de fals. num. 106. Couar. dicto cap 18. sub n. 8. et Farinac.* qui alios allegat *loco supra cit.*
9 *num. 32.* Imò plus dicit *cit. Afflict. sub dicto num. 6. versic. et si Iudex* quod si fuisset præuentum super punitione falsitatis à Iudice laico, qui delinquentem dimisit, & absoluit; Tamen Iudex Ecclesiasticus coram quo fuit commissa falsitas illa, si meliores habet probationes, potest iterum contrà eum procedere ex *Bald. & Innoc.* locis ibi cit.
10 Iterum quæro, an Iudex causarum Ciuilium, coram quo falsitas commissa fuit, ad punitionem illius procedere possit, an potius eam puniendam remittere debeat Iudici Criminum, qui in eodem loco præest? *Bar. in l. hoc iure, §. de aqua ff. aqu. quotid. & aesti.* tenet hoc Iudici causarum Ciuilium pertinere, idem dicit *Roland. dicto consil. 12. num. 1. & seqq. Sebast. Vanti. tract. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. num. 48. & 49. fol. 86. à terg. & 87. Bossi. in tit. de indic. num. 121. & Farinac. tit. de inquisit. lib. 1. quaest. 1. num. 57. cum seqq.*
11 *Decian* tamen *tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 20. num. 9.* in proposito articulo tenet, locum esse præuentioni inter Iudicem causarum Ciuilium, & Iudicem ordinarium causarum Criminalium, & confert etiam *cit. Bossi. in tit. de fals. n. 105. cum seqq.*
12 Ego nihilominus resideo in opinione prorsus contraria, vt scilicèt omninò falsarius ille cognosci, & puniri debeat à Iudice causarum criminalium, vt in puncto tenet *Bar. in l. si quis obrepserit, in fine num. 5. & in l. sequenti,* incipiente, *Dinus, n. 4. vers. vltimo quaero, C. ad leg. Cornel. de fals. Hippolit. de Marsil. in l. 1. §. Praetereà, num. 27. ff. de Sicar.* vbi dicit non esse in practica recedendum ab hac *Bar.* sententia, idem tenet *Angel. de Malefic. rub. falsario num. 36. Corrad. in pract. tit. de falsar. num. 47. fol. 401. col. 1. et Preses de Franch. decis. 147. num. 6.* vbi
13 testatur ità in practica seruari, Id quod patet ratione, quia *tex. in dicta l. nullum, C. de testib.* per quem datur facultas cuicumque Iudici, cuiuscuis conditionis sit, cognoscendi de crimine falsi, commisso in causa quæ coram ipso agitabatur, intelligitur terminis habilibus, si nimirùm Iudex ille aliàs competens esset in cognitione huius criminis contrà alias personas sibi subiectas; Atqui cum
14 Iudex causarum Ciuilium, penitùs sit incompetens in cognitione causarum criminalium, fit vt non possit dici specialiter habilitatus in punienda falsitate; nè dicatur *tex.* illum induxisse plura specialia, vt per *Paul. de Castr. in dicta l. nullum, num. 4. versic. in tex.* ibi *cunctis Iudicibus,* quem sequitur *Caball. resol. crim. centur. 2. casu 116. n. 4.*
15 Ex quibus infero etiam, vt delegatus à Principe (& eo fortiùs ab inferiore) non possit punire testem falsum coram se deponentem, si delegatio esset in aliqua causa ciuili tantum; nam quia in eo nunquam cognitio causarum criminalium radicata consideratur, fit, vt respectu illarum, non sit Iudex, nec iurisdictionem aliquam habeat, & per consequens non intrat dispositio *tex. in d. l. nullum,* ibi, *cunctis iudicibus,* & etiam quia forma iurisdictionis excedenda nòn est, inde delegatus qui ex iurisdictione sibi ab Imperatore demandata, pro certa causa ciuili, non habet facultatem puniendi falsitatem coram eo commissam, sed ad eundem Imperatorem, delinquentem remittere tenetur, vt clarè deducitur ex *tex. in l. Diuus Pius 31. ff. ad leg. Cornel. de fals.* ibi. *Aut si plus eos meruisse videatur, quàm ex forma iurisdictionis pati possint Imperatori describatur aestimaturo, quatenùs coerceri debeant.* Id quod varijs firmissimis rationibus latissimè tutatur *Iacob. Menoch. de arbitr. Iudic. centur. 1. quaest. 91. per totam,* signanter *num. 17.* vbi reijcit differentiam, quam ad hunc effectum constituunt nonnulli inter Delegatum Principis, & inferioris, concludit que nullam esse iurisdictionem eorum in punitione criminis falsi, cum ad certam causam Ciuilem delegati sunt, confert etiam *Conar. Pract. d. cap. 18. num. 8.*
16 & ita ipse sentio; cum hoc tamen temperamento, vt nimirùm possit quisuis delegatus, cui iurisdictio demandata fuit ad ciuilem aliquam causam decidendam, ad falsitatem coram se commissam deregendam incumbere, non quidem ad effectum puniendi illam, vel ordinariè, vel extraordinariè (vt putant aliqui) sed gratia decidendæ litis iuxtà merita probationum factarum; & hoc tantum dico ego ei demandatum censeri, tamquam quid necessarium ad ritè exercendam iurisdictionem sibi concessam, ex regula *l. 2. ff. de iurisdict. omni iudic.*

17 Idem

17 Idem non incongruè dicimus in teste falsũ deponente coram arbitro, vt is nullo modo contrà eum ad punitionem procedere possit ex dispositione *d.l.nullum*, tum quia arbiter ad decidendam causam ciuilem tantũ electus fuit, ergò ad criminalitèr procedendum, nulla est eius iurisdictio; tum etiam, quia hodiè licèt arbitria sine redacta ad instar iudiciorum, non tamen hoc intelligi potest, quo ad effectum prædictum, sed ad finē; vt coram arbitris iudiciariæ solemnitates, & actus necessarij confici debeant, ita *Speculat. in tit. de test. §. 1 num. 46. versic. Quid de arbitro*, vbi ponit hæc verba. *Quid de arbitro, nũquid poterit testem punire? Respondeo non, sed mittat eum ad Iudicem competentem, qui eũ puniat secundum delicti qualitatem*. Et licèt *Apostill.* ibi in vers. *Punire*, dicat *Speculat.* Sē-
18 tentiam non loqui de arbitro, qui ex necessitate iuris eligitur, volens, vt eo casu benè possit testis ille ab eo mulctari ex *Gofre.* ibi allegato, sicùt etiam sentiunt *Marsil. Angel. & Monticell. locis cit.* per *Farinacc.* qui eos sequitur, *tract. de test. d. quæst 67. §. 2. nu. 44.*
19 & 45. mihi nihilominus hæc opinio non arridet, & optarem rationem, quare Arbiter hanc habeat facultatem, si non est, nisi quasi Iudex ad illam causam tantum, & limitatissimam iurisdictionem recognoscit, & sanè ridiculosum esset, non dicam periculosum, videre aduocatum aliquem electum arbitrum, sibi vsurpare iurisdictionem criminalem, torquendo, & condemnando falsarium, hinc *Reg. Rouit.* qui omnia quæ scripsit rectè ponderauit, loquendo in terminis *Pragmat.* huius Regni, incipientis, *Odia litium*, per quam intèr litigantes coniunctos ad quartum gradũ mandatur fieri compromissa, mouet quæstionem hanc, & quasi omni dubitandi ratione carens, concludit ex *Marsil.* in contrarium allegato, nullo modo posse arbitrum testem falsum coram se deponētem mulctare, *Rouit.*
20 *in d. pragm. num. 6.* Credo tamen hoc tantum verum esse, vt nimirum possit extraiudicialitèr, vel ex eisdem actis procedere ad detegendam falsitatem, ad finem de quo suprà *num. 5. & 16.*

21 Sed an Regularis, falsum committens coram Episcopo, vel eius Vicario, possit puniri ab eo? Conclusiuè affirmatiuè respondeo *Bellect. in d. inquis. Cleric. §. 5. num. 20. & 21.* dicens, quod ratione huius falsitatis regularis ille efficitur de iurisdictione Episcopi, eumq; sequitur *Ciarlin. d. cap. 48. num. 6.* vbi latè tractat materiam istam.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

Clericus assassinium committens, efficitur de foro, & iurisdictione Iudicis secularis, num. 1.

Clericus committens assassinium, ipso facto ammittit priuilegia clericalia, num. 2.

Degradatio Clerici assassini, non est necessaria, ad hoc vt propter crimen illud puniri possit à Iudice laico, n. 3.

Assassinij qualitas, quæ facit Clericum de foro Iudicis laici, à quo debeat cognosci ab Ecclesiastico, an à laico Iudice remissiuè, n. 4.

Tex. in cap. 1. de homicid. in 6. *procedit quando mandatur, quem occidi per Saracenos, & infideles, num 5. Sed vide num. 6.*

Assassinii qualitas tribuens iurisdictionem laico contrà Clericum, debet concludentèr probari, num. 7.

Qualitas aggrauans delictum, vel mutans illud de vna specie in aliam atrociorem, debet concludentèr probari, num. 8.

Assassinij qualitas ad excludendum aliquem ab immunitate Ecclesiastica, debet manifestè constare, num. 9.

Et quid ad excludendum aliquem à fruitione generalis indultus, per quem excepttuatur crimen proditorij, & assassinij, num. 10.

AD CAPVT LI.

Additio.

1 ROTPER eximiā assassinij fœditatē, Clericus aliàs omninò exēptus à laicorum iurisdictione, si crimen tale patrauerit, efficitur de foro Iudicis Secularis, à quo pro eo ponitur, vt communitèr absque scrupulo concludunt omnes *ex tex. in cap. 1. de homicid. in 6. Hippolit. de Marsil. in sua prax. §. examinanda. num. 25. & in §. diligentèr num. 86. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 36. num. 30. Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 88. cum seqq. Vrsill. ad Afflict. decis. 24. num. 5. Capyc. decis. 55. num. 26. & Pras. de Franch. dec. 176.*
2 *num. 2.* id quod prædictorum plerique putarunt verum, vt Clericus assassinus, ipso facto, dicatur effectus de foro laicorum, & priuatus priuilegijs Clericalibus, honoribus, & officijs *Marant. in suo spec. par. 4. distinct. 1 t. num. 76. & Parlador. quotid. different. 9. §. 4. num. 6.*

num.6. qui etiam addunt vt propter assassinium censeatur Clericus ipso iure degradatus ita quod specialiter propter atrocitatem huius criminis, non sit necessaria alia degradatio Ecclesiastici Superioris, ad effectu, vt laicus Iudex sigat iurisdictionem in Clericum illum, addo prædictis *Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 10. versic. sextò deducitur, Corrad. in tit. de assassin. §. 3. num. 3. versic. Imò etiam Clericus, cit. Capyc. decis. 112. nu. 3. & cit. Franch. decis. 571. num. 7.*

4 Verum notanda sunt in hoc plura; & primò quod cognitio qualitatis assassinij, & an Clericus crimen tale verè perpatrauerit, Ecclesiastico Iudici pertinet; Sed certè nolo hoc tam summariè decidere, cum acris sit controuersia hæc, & soleat prò decisione illius spectari, an Clericus sit in fortiis Curiæ Sæcularis, an Ecclesiasticæ, ideo me remitto ad *Diaz cap. 98. num. 4. versic. Item aliud quod Clericus assassinus, cum addit.* ibidem *lit. B Mastrill. decis. 288. Reg. Saufelic. decis. 325. & Rice. in collect. decis. par. 7. collectan. 2531. in fine.*

5 Secundò notandum, *tex. in dicto cap. 1. de homicid. in 6.* non esse simpliciter accipiendum, vt benè aduertit *Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. sub num. 10. versic. Sed vt ad assassinos,* dicens eius dispositionem procedere, cum Clericus alium interfici curauerit mediante pecunia, & opere infideliū, Saracenorum, & similium, non autem in alio casu, probans hoc eruditissimè, quia assasini propriè sunt infideles; ita appellati gentilitio, Patrioue nomine; quam sententiam præter *Couar.* tenent etiam *Io. Andr. Anchar. Aret. Decian. Brun. & Azor.* quos sequitur *Macerat. variar. resolut. lib. 3. cap. 2. num. 12.*

6 Ego vt verum fatear, huic interpretationi libentèr acquiescerem, elicitur enim manifestè ex *tex.* ibi, dum mentio fit de Domino taliū assassinorum, in illis verbis. *Securitatem ab eorumdem assassinorum Domino impetrare.* Ergò huiusmodi improbandum genus hominum, in certa conditione, qualitate, Patria, & Regione consistunt, infideles tamen, & Christianæ Religionis Inimici, vt statim subdit *tex.* ibi. *Sicque ab eo non absque Christianæ dignitatis opprobrio.* Verum quia hodiè communis iudicandi vsus, atque stylus est, vt is assassinus censeatur qui proximum suum incautum, & insontem interfici mandat pecunia mediante, non inspecto an is qui mādatur ad tam detestabile crimen committendum Christianus sit, an Infidelis, ideò cogitandum relinquo.

7 Tertiò est notandum, quod ad effectum vt possit Iudex laicus Clericum punire, proptèr patratum ab eo assassinium, opus est quod qualitas illa concludenter sit probata, vt ex *Dec. Riminald. Iunior. & Merend.* tradit *Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. 44. num. 59. & Reg. Carol. Tapp. in auth. ingressi tit. 2. num. 15. & seqq. C. de Sacrosant. Eccles.* quem sequitur *Spectab. Dom. meus infrà cap. 176. n. 5.*

8 ea ratione quia qualitas aggrauans delictum (vt est hæc assassinii) per quam mutatur crimen de vna specie in aliā atrociorem debet euidenter verificari, *Giurb. consil. 10. num. 24.* & latè *Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 619. num. 18. & 19.*

9 Indè subdit ipse, quod non probata qualitate assassinii concludenter, nemo, debet prætextu illius fraudari immunitate Ecclesiastica, ex *Bulla Sanctæ Memoriæ Greg. XIV.* vt ipse probat *num. 20.* addo *Thor. in Comp. decis. tom. 3. par. 2. in verb. qualitas in Crimine assassinij fol. 379. col. 1.* Et in currenti anno, in

10 quo fuit à summa largitate Regis nostri Cattolici emanatus, & concessus generalis indultus, & abolitio Criminum, exceptis nōnullis casibus, signantèr Crimine assassinii, dicebam ipse, quod ad finem excludendi aliquem à fruitione illius prætextu excepuati criminis, non sufficit titulus processus, & delicti prò quo ille calis inquiritur, sed debet qualitas illa excludens probari plenè per testes, & inditia indubitata *Mastrill. de Indul. cap. 3. num. 18. & 19.* & idem *Mastrill.* relatus per *Spect. Dom. meum cap. 232. num. 7. & 8. vol. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Clericus an teneatur, & possit cogi coram Iudice laico ad concedendam debitori, cum alijs eius creditoribus quinquendalem dilationē, vel ad debiti partem remittendam, n. 1.



AD CAPVT LII.

Additio.

1 

SVPER præsenti articulo per nos notato in sūmario, videndus est omninò *Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. artic. 48. sub versic. Neq; sententia col. 2. circa medium fol. 487.* vbi refert notabilē decisionem S. C. emanatam in causa Creditorum illorum de Braccio, in Banca Litti.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVM

SVMMARIVM.

Clericus suscipiens seculare officium, vel artē, an possit pro concernentibus illorum conueniri coram Iudice laico, n.1.

Clericus, qui à Iudice laico tutelæ onus suscepit, an possit pro computatorum redditione, & reliquorum restitutione coram eo conueniri, n.2.

Clericus depositarius; an ad restituendum depositum illud possit coram laico Iudice conueniri, & ab eo cogi, num.3.

AD CAPVT LIII.

Additio.

1 

CLERICVS suscipiens officium, vel artem sub laicorum iurisdictione existentem, an possit pro cōcernentibus officium, vel artem illam à laico Iudice cognosci, & conueniri coram eo, an potius debeat ad Ecclesiasticum remitti? Sunt videndi.

Hippolit. de Marsil. singul. 697.
Ferrer. obseruat. part. 3. cap. 220.
Vrsill. ad Afflict. decis. 24. num. 4.
Et Blanc. de compromiss. quæst. 3. num. 23.

2 Item an Clericus, qui tutelæ onus à Iudice laico suscepit, possit pro computorum redditione, & reliquorum restitutione corā ipso conueniri, & ab eo condemnari, videndi.

Gulielm. de Benedic. in cap. Raynutius, in verbo, uxorem nomine Adelasiam num. 405.
Masuer. in pract. tit. de Iudic. & eorum iurisdict. §. item si Clericus, num. 23.
Maccabr. consil. 44. n. 49.
Surd. consil. 396. n. 9. lib. 3.
Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 984.
Munoz de Escob. de ratiocin. adminis. cap. 7. n. 9. & 10.
Cancer. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 7. num. 159.
Parlador. Quotid. different. different. 9. §. 4. sub n. 18.
Ricc. in prax. Cur. Archiepisc. part. 3. Resol. 505.
Et Spectab. Dom. meus cap. 177. à num. 3. usq; ad finem, lib. 2.

3 Item, demum, an Clericus depositarius, possit ad restituendum depositum illud corā laico Iudice conueniri, & ab eo condemnari? videndi.

Tex. in l. fin. §. fin autem, C. de bon. author. Iudic. possid.
Afflict. decis. 24. num. 3. ibiq; Vrsill. n. 1.
Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 168.
Tiraquell. de retract. conuent. gloss. 7. §. 4. num. 9.
Ant. singul. 127.
Maraut in spec. part. 4. distinct. 11. n. 62.
Cancer. Variar. Resolut. lib. 3. cap. 8. num. 108.
Rouit. decis. 20. n. 3.
Menoch. de recuper. possess. Remed. 15. num. 205.
Carol. de Graff. d. tract. effect. 1. nu. 856.
Consil. Artas. de Mes. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 35. sub num. 11.
Et Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 1054. in fine, versic. Amplia secundò.

Istorum pleriq; quos ad decisionem trium prædictorum articulorum remisiuè allegauimus variant intèr se maximoperè; Quandoquidem multi tenent, Clericum in casibus prædictis posse simplicitèr coram laico conueniri, & ab eo condendari; Alij tenent prorsus oppositum; Sed magis communitèr cōcludunt, vt possit conueniri coram Iudice laico, & ab eo ad certam quantitatem condendari, sed tamen quod exequtio sententiæ debeat remitti Ecclesiastico.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Clericus si quis efficiatur post litem contrà se motam, an sit remittendus Ecclesiastico, nu. 1. & 3.

Instantia inchoata contrà defunctum in iudicio seculari, an possit continuari contrà Clericum successorem, n. 2.

Mulier nupta, si viduetur lite contrà se inchoata, an possit variare forum, ex dispos. l. vnic. C. quand. Imper. n. 4.

Priuilegium superueniens quid operetur, n. 5.

Tex. in l. vbi acceptum limitatur n. 6.

Priuilegium fori superueniens lite pendente, prodest reo, num. 7. Sed quomodo intelligatur, num. 8.

Actus in dubio præsumitur gestus ex causa necessaria, n. 9.

Clericatus præsumitur assumptus ex causa necessaria, num. 10.

AD CAPVT LIV.

Additio.

1 
LERICVS si quis efficiatur post litem
cōtrà se ceptam coram Iudice seculari,
quæritur in præsenti, an Ecclesiastico
remitti debeat, concluditur affirmatiuè;
addo videndos Rebuf. apud Marchef tract de com miss par. 2. n.
140 fol 321. quem sequitur Sperell. dec for. Eccles. 7. n. 4. lib. 1. latissimè Nigr. de laud. to. 1.
quæst. 17. art. 4. n. 53. & 60. fol. 261.

2 Item addo Maceratens variar. resol. lib. 1.
resolut. 49. vbi probat, quod instantia inchoata cum defunto laico, non potest continuari
contrà successorem Clericum, qui omnino
remitti debet ad Iudicem suum competentē
Afin. in prax. Iudiciar. §. 2. cap. 12 nu. 54. cum
seqq & licèt contradicat Ber. decis. 69. num.
32. & Viu. commun. opin. fa t. 2. opin 48. cum
alijs multis. Mihi tamen placet opinio Marant. in spec. part. 5. rubr. & omnia fiant durante, &c num. 13. qui dicit, quod si instantia inchoata à defunto, sit aliqua de causa expirata, ità quod videatur inchoari nouum iudicium, & illo casu debet remitti Clericus hæres defuncti; secus autem, si duret adhuc; & ità
est intelligendus Marant. qui calumniosè reprehenditur per Viu. loc cit. videndus etiam
Couar. pract q æst. lib. 2 cap. 8 & Villalob.
Commun. opin lit C. versic. Clericus, n. 70.

3 Tertiò addo tradita per eundem Spectab.
Dom meum cap. 75. num 13. lib. 2. vbi dicit,
quod si alicui cum esset laicus mandatum
fuisset, quod solueret Creditori suo census
decursos, & in futurum decurrendos, & sic
prò præterito, & in futurum, si deindè efficiatur Clericus, debet pro solutione censuum
coram Ecclesiastico vrgeri.

4 Quartò alijs omissis addo Giurb. decis. 82.
n. 7. vbi affirmat, quod si mulier aliqua cum
nupta esset conueniatur coram Iudice domicilii vel rei sitæ, si lite iam cępta viduaretur,
posset benè forum variare, eligendo sibi alium
Iudicem, ex dispositione l. vnic. C. quand. Imperator inter pupill. & vidu. idem tenet Alex. ad
Bar. in l. 1 ff de pen. vers quod non possit. & bis
ita refert decisum Dom Reg Merlin. contr. forens centur. 1. cap. 81. & Nigr. loc. sup. cit. num.
51 & 52.

5 Prædictorum omnium plures sunt potissimæ rationes; Prima quæ fundatur in l. Spadonem § si quis autem, & in l. Iuris peritos, ff.
de excusat. tutor. ex quibus elicitur, quod priuilegium superueniens liberat priuilegiatum

6 ab onere, quo per prius vexabatur. Secunda
quia licèt ibi sit terminandum iudicium vbi
inchoatum reperitur, ex vulgatissima regula
l. vbi ceptum ff de iudic. cum concord tamen
regula hæc secundum Paul. de Castr. consil.
211. vol. 2. & Felin. in cap. 1. num. 2. de iur. iur.
quamplures patitur limitationes, & intellectus, inter quos ille præcipuus est, vt non procedat si scandaretur ius, vel iurisdictio alterius, vt per cit Felin & Castr. quos sequitur
7 Osas decis. Pedam. 78. num. 18. Et tertia ratio,
quæ magis stringit est, quia priuilegium fori
lite pendente superueniens reo, illum eximit
à Iudice coram quo lis erat inchoata, secundum Bart. & Ang l quos refert, & sequitur
8 Balb. decis. 70 quæ postrema ratio, licèt intelligatur quando priuilegium superuenit reo
ex causa necessaria, & contrà eius factum voluntarium vt annuit Balb. loco cit. cuius etiam
memor est Ricc. in coll. dec. par. 5. collect. 1634.
versic. Amplia tertio, & tradit Mel. ad Gizzarell. dec 65. sub n. 9.

9 Tamen firmanda est alia regula, quæ se
habet, quod in dubio semper pręsumitur,
quod actus qui geritur, fiat ex causa necessaria, potius quam voluntaria, vt deducitur ex
l. fin. C. de alim pup ll præstan. & ex glos. in l.
Sed si vir. 32. in princ ff de donat. int. vir. &
vxor. optimè Crauett consil. 106. num. 8. consil.
272. n. 4. & consil 304 n. 5 post Roman. consil.
247. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 70.
n. 4. & Dom. Gardin. Tusch. pract. conclus. lit.
10 A. conclus 149. num. 1. Quibus addo, quod
pręcipuè Clericatus pręsumendus sit assumptus ex causa necessaria, nempè gratia explēdi voti, item vt magis comodè quis saluti
animę, & cultui Dei incumbere valeat, & demum multoties ob eximiam inopiam, & sic
vt Diuinis inseruiendo, de fructibus beneficiorum, prębendarum, itemq; quotidiani laboris, & seruitij participare possit, l. quæ propter necessitatem 123 ff de reg. iur. & in puncto
Nigr. in princ. huius cap. allegatus.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

CLerici actiuè, & passiuè ligantur iure congrui, n. 1.
Limita in hac Ciuitate, n. 2.
Et de ratione n. 3.
Consuetudo iuris congrui huius Ciuitatis, per Rit. Cur. Archiepiscopalis non admittitur in bonis Clericorum. eod. n. 3.
Lex debet esse ęqualis, n. 4.
Equalitas est seruanda in Iudicijs, n. 5.

AD

AD CAPUT LV.

Additio.



MATERIAM istam latè examinat *Robert. Maraut. disput.* 8 *Surd. cons.* 2. & *Spetelli decis. for. Ecclef. tom.* 1. *decis.* 11. *nu.* 11. Sed præter istos constituenda est vnica principalis conclusio, q. Clerici actiuè, & passiuè teneantur iure cógrui, quod approbatum, & introductum reperitur, nè dum de iure communi, ex *l. Sancimus, de iur. pretbom f.* verum etiam de iure Canonico ex *tex. in cap. constitutus de in integr. rest.* & ita tenent *Caffan. ad Confuetud. Burg. tit. de retr rubr.* 10. §. 1. *glos* 2. *Tepat. variar. iur sentent. tit. de iur. congr. cap* 3. *in princip. Ricci. in addit. ad Dom. Calà de mod. articul. glos. vnic.* §. 2. *num.* 512. *vers. dicas quod Clericus, Guttier. pract. quæst. cap.* 156. *lib.* 2. *Roland. consil.* 21. *num.* 6. *circà medium lib.* 1. *Io: Bapt. Ciarlin. contr. forens. lib.* 2. *cap.* 138. *num* 3 *Gratian. disc ept forens. tom* 3 *cap.* 460. *num* 17 & *tom.* 4 *cap* 742. *nu.* 16. & *Molfes. ad Consuetud. Neap. tom.* 3. *par.* 12. *quæst.* 34.

2 Sed nihilominùs aduertendum est, prædictam conclusionem in Ciuitate ista locum nó habere, adeo quod communis vsus, & stylus iudicandi se haber, quod Clerici, nec actiuè nec passiuè, prò bonis in ea sitis teneantur iure congrui, iuxtà celebrem illam *decis.* 185. *Præsid. de Praneb* & tradunt *Cappc. Latr. dec.* 66. *num.* 23 Doctissimus *Dom. Reg Capy. Galeot. contr. iur. lib* 1. *contr.* 61. *num.* 18. & 19. itemq; *Thor. in compen. decis. tom.* 2. *verbo, Ius congrui fol.* 321. *col.* 1

3 Qui indicandi vsus ortum habuit, ex *rit.* 22. *Cur. Archiepisc.* huius Ciuitatis, per quem Consuetudo iuris congrui, nè dum non fuit acceptata, sed expressè reijcitur à bonis Clericorum, & Ecclesiasticarum personarum ob quod cum laicus quidam fuisset in illa Curia Archiepiscopali exclusus à petitione iuris prædicti super bonis Clericorum; ideo S.C. ad equalitatem seruādam emanauit cótrà Clericos *decis.* illam, de qua *Praneb. loc.*

4 *cit.* Lex enim æqualis esse debet, *cap. erit aut lex* 4. *distinct. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Ricci. decis. Cur. Archiepisc. part* 3. *decis* 180.

5 & maximè in iudicijs, & seruanda æqualitas *Cap. non licèt de reg. iur. in* 6 *l non debet alleri ff. eod.* & *in cap.* 2. *de mutu. petit.*

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SUMMARIUM.

Clericus beneficiatus potitur priuilegio fori, etiam si habitum Clericalem, & tonsuram non deferat, num. 1. Amplia, n. 2.

Pensionarius Clericus si in habitu, & tonsura non incedat, an potiatur priuilegio fori, si ut habens beneficium, nu. 3. negatiuè, n. 6. Author distinguit. n 7.

Pensio non dicitur beneficium Ecclesiasticum, imò differt ab illo, num. 4. Sed distingue, num. 8. & vide, num 9.

Pensio non potest renunciari ad fauorem, num 5.

Pensionarius, an teneatur recitare officium, sicut beneficiatus, distinguitur, nu. 10.



AD CAPUT LVI.

Additio.

1 SVPER púcto isto, quod Clericus beneficiatus fori fruatur priuilegio, licèt habitum, & tonsurā non deferat, addo tradita per eundem *Spect. Dom. meum cap.* 13 *num.* 2. 5. & 6 & *cap.* 47. *sub nu.* 9. *versic Quātò al primo. vol.* 2. & *allegat.* 124. *num.* 26. *vol.* 3. Itéq; *Foller. in prax. crim. rubr. Audiantur excusatores num.* 47 *in fine,* vbi ita pluries refert obtinuisse per hæc verba. *Et si Clericus possidet beneficium, hoc solum sufficit ad remissionem obtinendam, & ita pluries obtinui, per dictam decisionem, non obstantibus nonnullis obiectionibus in Regia Prouinciali Audientia.*

2 Id quod ampliandum est, vt beneficiatus in casu prædicto potiatur priuilegio fori, etiā ante adeptam possessionem beneficij, cum sufficiat quod fuerit signata gratia in sui fauorem, & quod beneficium illud de proximo peruenturum sit in eius manibus, vt declarasse Sacram Congregationem testatur, *Paris. de resignat. benefic. lib.* 7 *q. st* 1 *n.* 47.

3 Sed quæstionis est, an Clericus pensionarius ad instar beneficiati habeat priuilegium fori, quamuis in habitu, & tonsura non ince-

4 dat? Dubium facit, quia pensio non dicitur beneficium Ecclesiasticum, imò differt ab illo in substantia, & quiddirate, nam videtur potius quid laicale, *Less de iust. & iur. lib* 2. *tit. de benefic. cap.* 34 *dubit.* 37 *nu.* 201. & videtur ad hoc esse *tex* expressum in *cap. quāuis* 4 *de præbend. in* 6 & *ex Gig Dian. Nauar, Paris & Gonsal.* tenet *R. P F ancise Bordon, contr. moral. cap.* 16 *tit. de eff & p ofess. nu.* 11

5 exqua ratione eit. *Paris. de resignat. benefic. lib.*

lib. 2. quaest. 15. num. 17. & seqq. concludit, pensionem non posse in fauorem renunciari, etiã quod data sit super aliquo beneficio in titulum, quia adhuc censetur quid omnino laicale. Et sic in terminis quaestionis propositae
6 determinauit *Sacr. Congreg. Concil. die 19. Iunij 1586.* quod Clericus habens pensionem, quia non videtur habere beneficium Ecclesiasticum, non debet potiri priuilegio fori, si in habitu, & tonsura non incedat, inseruiẽdo etiam alicui Ecclesiae, & hoc pro interpretatione dispositionis *Sacri Concil. Tridentini sess. 23. cap. 6. de reform.* & sic videtur super dicto articulo omnino negandum esse, ex traditis etiam in terminis per *Marc. Anton. Beun. in prax. Cur. Archiepiscopal. Neap. 5. 7. num. 7. fol. 71.*
7 Ego tamen distinguendo concludo, cum *Diaz in pract. crim. Canon. cap. 62. num. 10. versic. est tamen opportunè*, vbi dicit, quod vel Clericus habet simplicem pensionem; Et isto casu non potitur priuilegio fori, si in habitu, & tonsura non incedat, quia verè nullum dicitur possidere beneficium Ecclesiasticum; Sin autem haberet pensionem in titulum, & isto casu concludit contrarium, & secundum hanc sententiam consuluit *Diaz loco cit.* & inde decisum refert in Supraemo Regio Consilio, sequitur sacè *Petr. Gaball. Resolut. Crim. centur. 3. cas. 224. per totum*, signantèr *num. 11. 12. 13. & 14.*
8 Id autem, quod diximus, pensionem non esse beneficium Ecclesiasticum, nec venire appellatione illius, intelligitur quando pensio datur simpliciter, non autem quando confertur in titulum, quia tunc dicitur verè beneficium, vt videtur esse de mente *Bald. in cap. ad audientiam de rescript.* quem sequitur
9 *Capyc. decis. 200. num. 1.* vltrà quod non desunt etiam maximae authoritatis DD. qui dixerint simplicitèr contrarium, vt nimirum quod pensio verè beneficium censendum sit, & reguletur secundùm regulas beneficiorum *Caertialup tract. de pension. quaest. 30. Put. decis. Rot. Rom. 459. lib. 2. & Penn. decis. eiusdẽ Rot. 311. n. 59.*
10 Sed retenta distinctione intèr pensionem quae simplicitèr, & quae in titulum datur, capio obiter *Gig. de de pens. quaest. 30.* vbi secundum illam dicit, quod pensionarius simplicitèr non tenetur recitare singulis diebus officium, At habens pensionem in titulum, quia videtur possidere verum beneficium, tenetur ad recitationem, illius, non minus, ac caeteri beneficiati, sequitur *Gaball. d. Resolut. 224. n. 15. 16. & 17.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Clericus pro crimine falsae monetae efficitur de foro Iudicis laici, num. 1. Sed declara, n. 2.

AD CAPVT LVII.

Additio.



1 EX Bulla Sanctae memoriae *Vrbani VIII.* Clericus deprehensus in crimine falsae monetae efficitur de foro Iudicis secularis, à quo pro delicto isto puniri potest; Verum cum super interpretatione huius Bullae, fuerit dubitatum, circa modum subiectionis, idcirco notabo verba *Ricc.* qui casum à *Spectab. Dom.* meo propositum iuxta opinionem suam determinatum testatur *in collect. decis. lib. 8. collect. 3312.* vbi
2 ita ait. *Declara autem, quod vbi à seculari Iudice Clericus de tali delicto inquisitus caperetur non per hoc posset ipse cognoscere stante hac bulla, sed tenetur remittere Iudici Ecclesiastico, qui cognita veritate, deinde illum seculari Curiae remittet, vt fuit tentum in Curia Archiepiscopali Neapolis, in qua dicebatur praefatam Bullam nequaquam praebuisse Iudici seculari facultatem cognoscendi Ecclesiasticos de tali delicto culpabiles, sed tunc quoties Iudex Ecclesiasticus constito de crimine, ac praecedente degradatione seculari Iudici reos puniendos tradideret.* Haec notabiliter *Ricc.* videndus etiam *Franch. decis. 691. n. 7.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Clericus coniugatus fori, & Canonis priuilegio potitur, in reliquis verò merus laicus existimatur, n. 1. & 2.

Sed quid requiratur ad finem obtinendi immunitatem, & priuilegium praedictum, num. 3. vbi referuntur tria necessaria requisita.

Clericus coniugatus si caperetur per curiam Secularem proptèr aliquod Crimen, non est statim remit-

remittendus; sed quid debeat probare numer. 4. & 5.

Clericus coniugatus an possit retinere, & obtinere beneficia, distinguitur latè, num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. vbi etiam ponitur.

An Episcopus possit cum Clerico coniugato dispensare ad beneficium obtinendum.

Clericus coniugatus an fruatur priuilegio fori in causis liquidationum instrumentorum, num. 12. 17. & 18.

Clericus coniugatus pro causis criminalibus ciuiliter intentatis potitur priuilegio fori, n. 13.

Liquidationum instrumentorum causæ dicuntur criminales, & quare n. 14. & 15.

Periurus de iure communi, punitur pœna fustigationis, stellionatus, & efficitur infamis, numer. 16.

AD CAPVT LVIII.

Additio.



1 Eceptissima est apud omnes conclusio, & apud nos præcipuè omni dubitatione carens, Clericum coniugatum Canonis, & fori priuilegio potiri; Sed quoad forum in Criminalibus tantum *tex. in cap. vnic. cum glos. vbi* Canonistæ omnes, *de Cleric. coniug. in 6. Gramm. decis. 10. num. 2. Foller. in sua pract. Crim. rub. audiantur excusatores num. 165. Vrsill ad Afflict. decis. 274. num. 7. & 8. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 36. num. 8.* Ricci. *in sua prax. par. 2. resolut. 172 & 391. & par. 4. resolut 225. & Reg. Sanfelic. decis. 13. n. 1.* qui dicit hoc verum esse non solum ex dispositione *S.C. Trid.* & ex *Const.* Summi Pontificis Bonifacii, sed etiam ex *pragmatica* Regni huius *sub tit. de Cleric.*
2 *seù Diacon. Saluat.* ex qua infertur, quod huiusmodi coniugati Clerici, præter priuilegium Canonis, & fori in Criminalibus in cæteris tanquam laici reputantur, vt etiam tradunt communitèr DD. *ex glos. in dicto cap. vnic.* vbi signantèr *Franc. & Cardin. & in Clemen. 1. de vit. & honest. Cleric. Paris. consil. 40. num. 20. lib. 4. Couar. pract. quæst. cap. 31. num. 9. & Ciarlin.* qui alios allegat *Contr. iur. lib. 1. cap. 53. n. 6.* qui demum subdit *num. 11.*
3 tria requiri copulatiuè, & inseparabiliter ad effectum, vt Clericus coniugatus fori potiatur priuilegio in Criminalibus, nempè, quod in habitu incesserit, in tonsura, & in diuinis inseruierit, tā ex dispositione *dicti cap. vnic.* quam *S. Concil. Trid. session. 23. cap. 6. de reformat.* innumeros etiam ad hoc allegans.

4 Inde si Clericus coniugatus caperetur per curiam secularem, pro aliquo ab eo commisso crimine, non prius à Iudice laico remitendus est Ecclesiastico, quam probauerit illa tria requisita, *Bald. in l. si qua per calumniam C. de Epis. & Cleric. Abb. in cap. proposuisti 19. in fine, versic sed hoc intellige, extrà de for. compet.* Couar. *dicto cap. 31. & Guid. pap. decis. 138. num. 5.* Id quod adeò verum puta-
5 uit Rot. *Rom.* vt procedat etiam si per Clericum illum coniugatum ostenderentur in prompta bullæ ordinationum *Rot. Rom. dec. 3.* alias 202. *tit. de sentent. excom. n. in nouis,* vbi paritèr ponuntur alia requisita coram Iudice laico probanda, prius quam ab eo remittatur. & cum sit notabilis ad propositum, ideo attēdendū est diligenter ad verba illius, quæ sunt hæc. *Si Clericus coniugatus à Iudice Seculari propter aliquod crimen captus, & detentus, allegat se Clericum, & doceat de Clericatu per literas ordinatoris, & propterea petit se remitti ad forum Ecclesiasticū, non est statim remittendus, nisi doceat se contraxisse cum vnica, & Virgine, & portasse habitum, & tonsuram Clericales, quia alias non gaudet priuilegio fori.*

6 Sed dato, quod Clericus coniugatus habeat omnia requisita per quæ potitur exemptione à Iudicio laicorum in criminalibus, an idē obtineat priuilegium ad finem consequendi beneficium? Conclusiuè respondendo distinguendum esse fateor in hunc qui se-
7 quitur modum; Aut loquimur de beneficio habente curam animarum, vel annexam dignitatem in Ecclesia, & hoc Clericus coniugatus obtinere non potest, etiam de licentia, & dispensatione Episcopi, *cap. sanè*, & ibi *DD. de Cleric. coniugat. Capr. regul. 97. nu. 33. versic. circa primum, Mart. de iurisdict. par. 4. cap. 153. num. 15. in fine, & Crass. de eff. Cleric. effect. 5. num. 25.* Aut loquimur de benefi-
8 cio simplici, quod non habet annexum onus inseruiendi sed sit merè seculare, & distinguendum est iterum, nam si agitur de dando beneficio Clerico coniugato in stipendium, & potest, cum hac tamen qualitate; dummodò pauper sit, & egenus, *cap. ad audientiam, de præscript. cap. si qui 32. distinct. cap. quia tua,* & ibi *DD. 12. quæst. 2. DD. in cap. cum M. de constit. & in cap. Clericus de vit. & honest. Cleric. Imol. in cap. vnic. de Cleric. coniug. in 6. cit. Mart. de iurisdict. par. 4. cap. 153. nu. 15. versic. Secundus Duard. in Bull. Cœ.æ Dom. lib. 2. can. 15. quæst. 4. num. 1. vers. Quò casu, & Consal. ad Regul. Cancell. reg. 8. glos. 2. n. 71.*
9 Si verò loquimur de beneficio concedendo Clerico coniugato in titulum, & hoc non potest ei concedi, nisi ex dispensatione Summi Pontificis, *Imol. & Io Andr. in cap. Ioannes ille, num. 9. hic n. 11 tit. de Cleric. coniug.*

Ar-

Archid. in dicto cap. placuit, n. 3. 32. distinct. Flamin. de resignat. benefic. lib 4. quæst. 2. num. 28. Gonzal. ad dictam reg. Cancell. glos. 2. num. 69 Garzi. de benefic. par. 7. cap. 2, n. 4. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 42. n. 18. & Graff. dicto effect. 5. sub num. 25. Indè reprobanda est
10 opinio eorum qui tenuerunt, posse Episcopum dispensare cum Clerico coniugato ad retinendum, vel obtinendum beneficium simplex; quia cum Clericus ille excepto priuilegio fori, & Canonis, sit verè laicus etiam de iure communi Canonico, fit vt talis potestas in Episcopo non sit consideranda, quia contrà ius commune non dispensat, nisi in expressis casibus, ad quod legendus *Hoied. de incompatib. benefic. par. 1. cap. fin. n. 76. & 77. Garzi. de benefic. dicto cap. 5. n. 5. & Ciarlin.*
11 *dicto cap. 53. à n. 39. vsque ad* 51. qui latissimè tractat punctum hunc, & resoluit præterea ad limitationem prædictorum omnium, quod Clericus coniugatus potest ex dispensatione Episcopi admitti ad beneficium aliquod, in cuius fundatione dictum fuit, quod etiam coniugato Clerico conferri valeat, quasi tunc ex illa expressa lege sit derogatum repugnantiæ iuris, atque habilitatus tam Clericus ille ad retinendum, vel obtinendum quam Episcopus ad dispensandum.
12 Iterum quæro, an coniugatus Clericus, in causis liquidationum instrumentorum aduersus se faciendarum virtute rit. M.C potiatur fori priuilegio, ad similitudinem causarũ criminalium? Regnicoli nostri frequentiùs tenent partem affirmatiuam, vt *Capiblanc. Ricc. Nouar. & Spectab. Dom. meus*, qui eos se-
13 quitur in præsenti, & patet rationibus; Primò quia Clericus coniugatus pro causis Criminalibus ciuiliter intentaris (vt sunt causæ liquidationum instrumentorum, vt patebit in secunda ratione) sunt Ecclesiastici fori, etiam ex dispositione *dict. prag. 1. de Cleric. seu Diacon. saluat. ibi. Nisi pro commissis ab eis excessibus, vel delictis, quorum ratione ad iudicium Seculare trahi minimè possunt, nec criminalitèr, nec ciuilitèr*, & hoc tradit exquisitè *Reg. Rouit. consil. 85. num. 16. vol. 1.* Et secundò
14 quia liquidationum instrumentorum causæ de se sunt criminales, quia per illas deuenitur ad carcerationem, & soluitur pœna fisco *Reg. Merlin Contr. forens. centur. 2. cap. 24. nu. 17. Reg. Capyc. Latr. decis. 45. n. 30. Reg. Sanfelic. decis. 184. n. 8. & Iul. Clar. in §. fin. quæst. 1. n. 1.* per totum, legendus omninò.
15 Quã veritatẽ ostendit etiam *Pref. de Franch. decis. 162. n. 7. 16. &* 17. vbi testatur, quod instrumentorum liquidationis causæ, origine, & dependẽtia sunt criminales, sicut nouissimè testatur pariter *R. P. Afflict. contr. iur. cap. 21. num. 26. versic. At liquidationis*; Et
16 probatur, quia debitor punitur proptèr periurium, in cuius pœnam I.C. quamplura statuerunt, nam vltrà quod illud committentes Deũ habent in vultorem, fustibus etiam castigari mandat Vulpianus in *l. si duo 13. §. fin. ff. de iur. iur.* qui tex. quamuis loquatur contrà iurantes personam Principis; eadem tamen, vel maiori ratione idem affirmandum est contrà iurantes altissimum Dei nomen; Nec non stellionatus pœna puniri, ait prudentissimus *Modestin. in l. fin. ff. de Crim. stellion.* efficitur etiam periurus infamis, *l. si quis maior, C. de transact. Can. infames 6. quæst. 1. glos. in Can. quicumque, versic. alij dicunt, ead. 6. quæst. 1. glos. in cap. fin. de iur iur. & clia glos. Bar. & Angel. in l. Lucius ff. de infam.* latissimè *Vinc. decis. 120. à num. 18. vsque ad finem lib. 1.*
17 Ex quibus satis patet cum causa liquidationis instrumenti criminalis sit, & per consequens debeat remitti Clericus coniugatus, cum super tenore instrumenti citatur vigore *rit. M. C. V.*


Verum quia *Dom. Io: Franc. Marott. discept. forens. cap. 9.* nouitèr latissimè in proposito articulo contrarium tuetur, & decisum refert contrà Clericum, ideò cogitandum relinquo, licèt ad rationes eius admodum difficilè respondere non existimo.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

S V M M A R I V M.

CLerici coniugati non sunt immunes à gabellis, collectis, alijsque Secularibus oneribus, num. 1.

Laborantes in proprijs agris non ammittunt nobilitatem, & proinde fruuntur omnibus prærogatiuis nobilium, n. 2.



AD CAPVT LIX.

Additio



1 ADDO in terminis *Ciarlin. Contr. iur. lib. 1. cap. 53. num. 5.* vbi tenet, quod Clerici coniugati non sunt immunes ab onere soluendi gabellas, collectas, & alia quibus subsunt laici omnes. Idem tenet *Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst.* 88. qui hoc limitat, vt ibi.

2 Item

2 Item in quantum dicitur hic n.7. quod nobiles laborantes in proprijs agris, prædijsque noo amittunt nobilitatem, addo *Guid. pap. decis. 41. Tiraquell. de nobilit. cap. 32. & Rebuff. iu comment. ad Const. Galli. tit. de merci. minime vendend. glos. 1. num. 24.* ac proindè inquit cit. *Guid. pap.* quod nobiles culturæ proprio- rum agrorum incumbentes, fruuntur omnibus priuilegijs nobilium, & ita refert decisum.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

Beneficia Ecclesiastica ex quibus causis amittantur, n. 1.

Beneficia Ecclesiastica ex quibus delictis amittantur, latè n. 2.

Beneficium Ecclesiasticum quod vacat ipso iure propter certum delictum, statim amittitur sequuta sententia condemnatoria super delicto illo, etiamsi de beneficio nihil fuisset dictum, num. 3.

Secùs si non amittitur ipso iure, quia etiam sequuta sententia super delicto, requiritur altera sententia super priuatione beneficij, n. 4.

Beneficiatus condemnatus ad perpetuos carceres, non dicitur priuatus beneficio si alia sententia declaratoria non sequatur, & dummodò delictum non sit tale per quod inducatur beneficij vacatio ipso iure, n. 5. Idem in beneficiato perpetuò bandito, nu. 6. vel perpetuò ad triremes, damnato, n. 7.

Beneficiatus delinquens potest priuari beneficio à Iudice loci delicti, quamuis illud situm sit in alterius diaecesi, n. 8.

Beneficiatus efficiens se militem ipso iure amittit beneficium, num. 9. & quid si militet prò Pontifice, n. 10.

Beneficiatus matrimonium contrahendo ipso iure amittit beneficium, num. 11. cum ampliationibus, & limitationibus, n. 13. & 14.

Sed quid si nulliter matrimonium contrahat, nu. 15. 16. & 17.

Dictio statim, quid operetur, n. 12.

Beneficiatus concubinarius, an amittat beneficium, & quid requiratur, n. 18.


Pensio amittitur in omnibus casibus, & eisdem modis, quibus benefi. illi perditur, n. 19. Sed author aliter sentit distinguendo, n. 20.

Pensio simplex potest concedi etiam secularibus, num. 21.



AD CAPVT LX.

Additio.

1 
Eneficia Ecclesiastica quæ à Clericis tenentur, diuersis modis vacare possunt, signantèr ex quinq; causis, nempè delicto, per militiæ susceptionem, per contractum matrimonii, per professionem in aliqua approbata Religione, & per alterius beneficii incompatibilis assecutionem, *Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dubit. 34. num. 187.*

2 Sed omissis his postræmis duabus causis ex quibus beneficiorum vacatio nascitur, capio primam causam, quam ex delicto beneficiati ortum habere diximus; & noto quatuordecim numerari crimina inducentia beneficiorum vacationem per *Less. loco cit.* Primò ex Crimine hæresis *cap. ad abolendam 9. §. 1. de hæret.* Secundò ex schismate *Can. nos consuetudinem 12 distinct. & cap. quia diligentia, 5. de elect.* Tertiò ex Sodomia, vt ex *bulla Pij V.* probat *Nauar. cap. 27. num. 249.* Quartò ex violenti manuum iniectione in Cardinalem, vel Episcopum *cap. Fellcis de pœn. in 6.* Quintò ex Crimine assassinii *cap. 1. de homicid. in 6. Alex consil 66. videtur fortasiè, vol. 7.* Sextò ex falsificatione literarum Pontificis *cap. ad falsariorum 7 de Crim. fals.* Septimò ex homicidio comisso in personam Rectoris, vel alteriùs Clerici illius Ecclesiæ, in qua habet beneficium *cap. in quibusdam 12. de pœn.* Octauò si beneficiatus cum pro examinatore destinatus fuisset supèr aliquo negotio spirituali, pretio, vel alia re subornari passus fuisset eit. *Less. dicto tract. de ius & iur. lib. 2. cap. 34. dubit. 16. versic. Tertiò nihil* Nonò ex Simoniaca prauitate *Nauar. cap. 23. n. 10.* Decimò si qui acquisiuit Episcopatum, intrà tres menses non consecraretur, in pœnam negligentiæ *Concil. Trident. sessiou. 23. cap. 2. de reformat.* Vndecimò si qui obtinuit Parochialem Ecclesiam, intrà annum ad Sacerdotium ordanari non curauit, etiã in pœnam negligentiæ *cap. licèt Canon 14. & cap commissa 35. de elect. in 6.* Duodecimò retinens duo, vel plura beneficia incompatibilia, quia in pœnam amittit omnia, & efficitur inhabilis, tùm ad Sacros ordines, tùm etiam ad obtinendum aliud Ecclesiasticum beneficium, *cap de multa, de præbend. & in extrauag. execrabilis, eod. tit.* Decimotertiò si Prælatus, vel alius administrator, bona Ecclesiæ alienaret inconsulto Romano Pontifice, vt in *extrauag. ambitiosæ,*

de

de reb. Eccles. non alien. & Decimoquartò, vi se intrudens in beneficium habens curam animarum, amittit aliud beneficium quod habet illi annexum, vel simile, *cap. cum qui 18. cit. tit. de præbend. in 6.* & etiam fit inhabilis ad obtinendum idem beneficium, quod semel vi occupauit, vt latè *Lessi. dicta dubit. 34.* vbi alia etiam annuit crimina per quæ beneficium amittitur, vt ex simplici homicidio *cap. Clericus 5. nè Cleric. vel Monach.* Itemq; ex sacrilegio, periurio, & adulterio *DD. in cap. & si Clerici 4. & cap. cum non ab homine 10. de Iudic.*

3 Sed tamen notandum est, quod diuersimodè vacant beneficia ex delicto, non pè ipso
iure, & non ipso iure, sed ex sententia declaratoria; Quandò beneficium vacat ipso
iure, propter qualitatem delicti, tunc lata sententia super delicto illo, secutaque condigna condendatione, licèt nulla mentio facta
sit de beneficio, tamen illicò vacat, quia vacatio eo casu sequitur authoritate iuris, &
tanquam eiusdem iuris necessarius effectus
Diaz in pract. crim. Canon. subr. beneficijs priuari. cap. 134. num. 3. versic. vide tamen; Quan-
4 do verò delictum tale est, quod non inducit
ipso iure beneficii vacationem, etiam
si per sententiam fuerit beneficiatus de delicto illo inculpatus, & pro eo ad certam pœnam condendatus, tunc si in sententia nulla
facta fuerit mentio de beneficio, quia illud nõ
vacat ipso iure, ideo alia requiritur sententia
declaratoria, & inducens beneficii vacationem, & priuationem *Diaz loco cit. n. 3. versic. Item nota, & Rebuff in prax. benefic. lib. 3. tit. de mod. ammittend. benefic. n. 64* & prosequitur
latissimè *Petr. Gaball. resolut. Crim. centur. 1. casu 25.* qui subdit sub *n. 6.* quod quando ali-
5 quis beneficiatus pro delicto non inducente
ipso iure beneficii vacationem fuit ad perpetuos carceres damnatus simpliciter absq;
beneficii priuatione, illud non dicitur vacare,
sed adhùc requiritur sententia declaratoria,
ex *cit. Diaz in dicta pract. Crim. Canon. subr. ac in perpetuum carcerem damnati cap. 140. in vltima addit. lit. D. versic. vtrum lata sententia,* & subdit ibidem, *n. 7.* hoc etiam probari,
6 ex cit. *Rebuff. dicto tit. n. 57. versic. Bannitus perpetuò,* dicente, quod Clericus beneficiatus
si perpetuò bannitus fuerit, debet beneficio
per sententiam priuari; quasi dicat, illud non
amittere ipso facto per sententiam eum
condendantem ad perpetuum bandum, (nisi
addo delictum sit tale, quod ipso iure inducat beneficii vacationem) idem tenet *Iul. Clar. in §. fin. quæst. 73 sub num. 7. versic. item Clericus Bannitus perpetuò, & Zerula in prax. Episcop. par. 2. versic. Banniti. in fine,* vbi idem
7 subdit in Clerico beneficiato perpetuò ad
remigandum condendato.

8 Non omittendo vnum notabile dictum
Cardin. in Clement. pastoralis, versic. cuique in 2. quæst. in fine de re iudic. vbi si aliquis beneficiatus Clericus crimen aliquod committat, prò quo multandus est præter pœnam corporalem, pœna priuationis beneficii, potest Iudex loci commissi delicti illum punire & beneficio priuare, quãuis illud situm sit in aliena diœcesi, idem tenet cit. *Diaz in practic. Crim. Can. dicto cap. 134. num. 4. versic. & aduerte quod Iudex,* & latè *Petr. Gaball. loco cit. num 9. & 10.* vbi dicit, quod isto casu Iudex loci in quo situm est beneficium illud, ad realem, & effectiuam exequtionem sententiæ Iudicis loci commissi Criminis deuenict, ex *Oldr. consil. 17. sub num. 3.*

9 Deuenio secundò ad Clericum beneficiatum, qui se seculari militiæ adscripsit; Et concludo breuiter eum amittere beneficium ipso iure, quia eligendo militiam secularem, videtur renunciasse militiæ spirituali, sub qua militant Clerici; & addo quia suscipit aliud quid incompatibile, & contrarium ordini, & beneficio Ecclesiastico, ita sine scrupulo concludunt omnes, ex *glos. in cap. fin. versic. redierint de Cleric. non resid. Gig. de pens. quæst. 55. n. 2. Iul. Clar in d. §. fin. quæst. 73. sub n. 6. versic. item Clericus, qui effectus est miles Gonsal. in 8. regul. Cancell. glos. 15. n. 54. in princ. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 1. n. 22 Farinac. in fragm. verbo Clericus, nu. 138. & Barbos.*
10 *de offic. Episc. lib. 3. allegat. 57. num. 216.* Sed
quid dicendum in Clerico beneficiato militante pro Pontifice, an Pariter amittat beneficium? In hoc non inueni inter paucos libros meos punctualem doctrinam; Verum distinguo; vel beneficium requirit residentiam, & dico illud omninò amittere, nam quia non potest residere, ideo proptèr illam incompatibilitatem actuum, debet vacare beneficium, sed non ipso iure, quia poterit illud alteri renunciare, nisi tamen habeat dispensationem eiusdem Pontificis ad retinendum beneficium illud. Vel beneficium est simplex, & ideo non requirit residentiam, & subdistinguo, vel bellum est contrà Infideles, & non debet illud amittere, tum nè Clerici eo casu præ timore amittendi beneficium deuientur à Sancta intentione militandi prò Cattolica fide, tum, nè pro bonis operibus detrimentum patiãtur, Aut bellum est contrà Reges, & Principes Christianos, & subdistinguo iterum, vel est iustum, & nec debet illo priuari, quia auxilium præbet Domino suo in iustis occurrentijs; Vel est Iniustum, & censendus est priuatus beneficio ipso iure, quia nil bonum, & laudabile facit, cum det operam rei illicitæ. Verum quia in hoc difficile admodum est iudicari ab Ecclesiasticis Iudicibus in controuersiis vacationum beneficiorum, an bellum Pontificis contrà Christianos, & Catholicos Principes iustum sit, an iniustum, ideo cogitandum relinquo.

11 Demum deuenio ad tertium punctum,
in

in quo dico, quod Clericus beneficiatus matrimonium contrahens ipso iure priuatus cēsetur beneficio, quod illico post actum illum vacat *cap. 1. de Cler. coniugat. Rot. Rom. decis. 1. de rescript.* in nouis, *Caualer. decis. eiusdem Rot.* 166. n. 1. & sic non requiritur sententia declaratoria, vel spoliatoria, quia facit actum prorsùs incompatibilem retentioni beneficiorum, ideo Episcopus, vel alius ordinarius, statim potest illud alteri conferre *Facchin. contr. iur. lib. 3. cap. 52. in fine, Leandr. Galganet. de iur. public. lib. 3. tit. 5. num. 34. Gittier. de Matrim. cap. 97. num. 2. Iul. Clar. d. quæst* 73. *n. 5. Camill. de Medic. consf. 2. n.* 107. *Ann. alleg.* 98. *n. 5.* & quod vacet ipso iure, probatur etiā ex *gloss. in cap. fin. versic. super hoc, extrà de Cleric. non resid.* vbi dicit, *statim*, quæ dictio

12 eius qualitatis, & naturæ est, vt nullam admittat dilationem, vel interuallum temporis *Surd. decis.* 57. *num.* 9. vbi concordantes allegat.

13 Sed & hoc intelligendum est, dummodò matrimonium sit perfectè contractum per verba de præsenti, quamuis copula non sit sequta, cit. *Rot. Rom. decis. 1.* alias 26. *tit. de Cleric. coniugat. in nou. Caualer. d. decis. 166. n. 2. 4. & 5. Gig. de pens. quæst. 54. num. 8.* & idem

14 *consf. 23. num. 7. cum seqq.* Atqui si sponsalia dumtaxàt essent contracta, non vtiq; vacaret beneficium, *glos & Io: Andr in d. cap. 1. de Cleric. coniugat. Rot. d. decis. 1. eod. tit. Tiraquell. ad leges connub. l. 1. glos. 2. num. 18. in fine fol. 284. col. 2.* & ita pluries refert decisum per *Rot. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 5. sub n. 39.*

15 Quæstionis tamen est, quid dicendum matrimonio à Clerico beneficiato nullitèr, & inualidè cōtracto, an vacet beneficium, & an ipso iure? Breuitèr, omni explosa disputatione distinguo in hunc modum; vel matrimoniū est nullum ex defectu consensus ipsius beneficiati, & non vacat beneficium, quia in eo non consideratur intentio vxorem ducendi, & deserendi beneficium, proptèr defectum consensus, vt deducitur ex *Caualer. decis. Rot. Rom. d. decis. 166. num. 3.* Aut matrimonium

16 est nullum, & inualidum proptèr defectum solemnitatum, vel proptèr parentelam in gradu prohibito, & isto casu vacat beneficium, & ipso iure, vt latè disputato articulo probat *Reg Sanfelic. decis. 15.* cui addo *Caualer. loco cit. Gratian. d. cap. 5. sub n. 39. & Vant. de nul-*

17 *lit. rub. & infrà quod tempus, num. 60.* est ratio, quia respectu beneficiati contrahentis adest consensus, & intentio deserendi beneficium proptèr matrimonium, quod licèt nullum sit, illud tamen vacare facit, quia non debet esse deterioris conditionis validè contrahens, eo qui inualidè, iuxtà regulam, & rationem *tex in §. Vnde fancimus auth. de test.*

18 *& ea quæ par.* Vnde Clericus concubinarius amittit etiam beneficium, licèt non ipso iure, quia in eo non consideratur animus deserendi illud, sed id fit in pœnam scandali, & luxuriæ, ideò sunt necessariæ monitiones, vt indurato animo, & in concubinatu perseuerans, priuatus per sententiam declaretur, latè *Peni. decis. Rot. Rom. 454. ex tex. in cap. sicut, & in cap. si autem, de cohabita. Cleric. & mulier. & ex Concil. Trid. sessión. 25. cap. 14. de reform.*

19 Et tandem noto, quod pensio etiam vacat eisdem de causis, & modis, quibus vacare diximus beneficia, nempè pro delicto pensionarij, ex assumptione militiæ, & proptèr cōtractum matrimonij, *Gig. de pensio. quæst. 45. num. 4. Pute. decis 459. lib. 2. Caualer. d. decis. 166.* & latissimè *Io: Baptist. Ciarlin. contr. forens. lib. 2. cap. 136.*

20 Sed isti falluntur, si sententiam hanc ità simpliciter admittunt; Oportet enim distingue e pensionum species. Vna enim illa est, quæ in titulum datur, & proximam, imò annexam habet qualitatem cum beneficio, & in hac vera est prædictorum opinio. Altera pensionis species est, quæ simplex appellatur, nullamq; habet cum beneficiali qualitate affinitatem, & hanc firmitèr dico non vacare, si pensionarius miles efficiatur, vel matrimonium contrahat; istamque differentiam inter vnum, & alterum pensionis genus probauimus latè ex quāpluribus, suprà *cap. 56. post n. 2.*

21 Et probatur etiam, quia simplex pensio, quæ nil spirituale habet annexum, potest cōcedi etiam laicis, vt ex traditis per *Bald. in cap. ad audientiam de rescript.* probat *Capyc. decis. 200. num. 1.* Ergò nullam implicat contradictionem, siuè nulla adest repugnantia, vel incompatibilitas, si in vna eademq; persona concurrat qualitas laicalis, cum militia, vel matrimonio; & simplex pensio, quæ vti mera secularis vtilitas, & merus vsusfructus, ac fructuum perceptio consideratur.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Confessio emanata coram Iudice incompetenti, non facit nec minus inditium ad torturā contrà confitentem, n. 1. Sed contrà est verius num. 2.

Confessio Clerici coram seculari Iudice emanatā facit contrà eum indicium ad torturam coram Ecclesiastico, num. 3. & reiicitur Sporell. num. 4.

Confessio Clerici coram Iudice laico emanata, & sic coram incompetenti, habet vim extraiudicialis confessionis, n. 5.

Extraiudicialis confessio facit inditium ad torturā contrà delinquentem, n.6.
Exraiudicialis confessio plenè probat contrà delinquentem, si concurrant alia admiaicula, n.7.
Extraiudicialis confessio nihil valet, probato quod per errorem fuerit emanata, n.8.



AD CAPVT LXI.

Additio.

1 QVAMVIS *Innocent.* latè. *in cap. per inquisitionē de accusat.* dicat, confessionem rei coram incompetenti Iudice emanatam nullum operari effectum, nec ex ea inditium oriri ad tortu-
2 ram, tamen magis recepta opinio est in contrarium, vt patet ex traditis per *Bald. in l. magistratibus*, vbi etiam *Angel. Alex. num.5. & Ias.n.3 ff. de iurisdict. omni. iudic.* qui monēt ita esse tenēdum, & iterum idem affirmat cit. *Alex. in l. seruus, num.2. ff. de iur. iurand.*

3 Indè deueniendo ad proprium articulum de quo hic, dicimus confessionem à Clerico emanatam coram iudice seculari, dummodò non vi tormentorum, operari contrà eum, & inducere inditium ad torturam, coram Ecclesiastico suo Iudice competenti, ad quem remissus fuit, quamuis non possit ex illa condendari, *Boer. decis.90.num.3.* illamque sententiam esse communem, & magis communem, & frequentem in obseruantia, testatur
4 *Iul. Clar. in §. fin. quæst. 21. num.22.* Vndè sit vt malè dicat *Sperell. decis. for. Eccles.18 nu. 11. lib.1.* confessionem illam nihil prorsùs operari contrà Clericum confessum coram Iudice seculari, tanquam coram incompetenti.

5 Id quod palpabili ratione patet, nam sit secularis Iudex quantumuis incompetens contrà Clericum (quod concedimus, exceptis casibus à iure expressis) non poterit saltim negari, confessionem Clerici coram eo emanatam, vim habere extraiudicialis confessionis, vt in puncto *Calte cons.126. aliàs 12. de Iudic. col.2. vers. Nunc restat, vsq; ad finem,* idēq; tenēt *Abb. Imol. Aret. Dec.* & cæteri Canonistæ communitèr *in cap. si Clerici de Iudic. Rip. in l.1.§. si quis ita, nu.20. ff. de verbor. signif.* cum alijs relatis pèr *Apostill. ad Alex. consil. 13. ex his, n.10. lib.5. vol.1. Gori. Spin. cons.3. num.9. Cardin. Pute. decis. Rot. Roman. 288. lib.*
6 *2.* Atqui extraiudicialis confessio sempèr facit indicium ad torturam, contrà confitentē iuxtà *glos.* ab omnibus approbatam *in l. Capitequinto,25 ff. ad leg. Iul. de adult.* quam sequitur *Alex. in d.l. magistratibus, num.6. ff. de iurisdict. omni. iudic. Hippol. de Marsil. in sua prax. crim. §. diligentèr, num.76 & §. quoniam n.19.* idem *Hippol. singul. 310. & Boer. d. decis.*
7 *90. num.8.* Ergo, &c. Et hoc maximè procedit, si cum extraiudiciali confessione concurrerent aliquæ coniecturæ, aliauè adminicula, quia tunc vt inquit *Capyc. decis. 179. num. 2.* confessio illa extrà iudicium emanata, nēdum indicium induceret contrà delinquentē ad torturam, verum plenam faceret probationem, & sic posset condendari.

8 Hoc tamen verum est, quod si probaretur error aliquis aduersùs extrà iudicialem confessionem, tunc nihil prorsùs operaretur, quasi emanata à non consensiente, ex regula *l. si quis per errorem, ff. de iurisdict. omni. Iud.* & in specie *Menoch. de præsumpt. lib.3. præsūp. 130. n.50.*


Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

P*Ragmatica sub tit. ad Macedon loquens de contractibus filiorum familias, an comprehēdat Clericos, n.1. Refertur opinio affirmatiua cū rationibus, n.2. cum seqq. Refertur opinio negatiua, cum rationibus, n.7. cum seqq. Author hāc secundam opinionem sequitur in puris terminis, & respondet ad argumenta contraria, nu. 13. Sed melius articulū pōderas, n.15. & 17.*
Clerici nō eximuntur à Patria Potestate n.3. & 9.
Clerici quidquid acquirunt reputatur in eis castrēse, vel quasi, n.4.
Beculij distinctio datur tantū in filijs familias, nu.5.
Statutum laicorum rationabile ligat Clericos, nu. 6. Sed contrà, n.12. & 14.
Statuum requirens consensum alterius in contractibus certarum personarum, non comprahendit professum, qui proindè potest contrahere sine consensu alterius, num.8.
Pragmatica ad Macedonianum intentio, & ratio refertur, n.10.
Præsumptio sinistra de Clericis capienda non est, num.11.
Pragm. ad Maced. est fauorabilis, respectu filiorum familias, n.16.
Filius Familias, an possit non vti dispositione prag. ad Maced. & quando secus, n.18.
Contractus celebratus per filium familias ad beneficium alicuis Clerici, an sit nullus contrà eum, n. 19. Refertur ratio dubitandi pro opinione negatiua, num. 20. Sed author tenet, quod sit nullus, n.21.

Sta-

Statutum de insinuandis testamentis, an comprehendat testamenta in quibus Clerici instituuntur, negatiuè, n 20. *Sed vide, num.* 21. *&* 22.



AD CAPVT LXII.

Additio.



1 ARTICVLVS iste, an *Pragm.* 1. *ad Senat. Consult. Maced.* prohibens filijs familias contrahendi facultatem absq; consensu Patris, comprehendat filios familias Clericos, maximos habet pro vtraque parte fautores
2 Quandoquidem affirmatiuam sententiam, tenuerunt explicando simile statutum *Crat.* & *Nenizan* ille *cõsil.* 135. *num.* 8. *& seqq.* hic autem *consil.* 39. *num.* 10. *&* 11. quos sequitur *Borgn. Caual. decis. Piniz.* 31. *num.* 41. *lib.* 1. latissimè *Reg. Rouit. in d. prag.* & nouitèr eruditissimus *Dom. Io: Baptist. Mucc.* cui profiteor valdè, *contr. forens. cap.* 2. vbi duo potissima fundamenta pro hac opinione exponit.
3 Primum, quia Clerici qui Patrem habent, nõ ideo ex Clericatu sui iuris efficiuntur, sed vti veri filij familias, ac sub Patris potestate
4 dijudicantur, probans assumptum, quia quæ Clericis obueniunt, occasione, vel contemplatione Ecclesiæ, tamquam castrense peculium consideratur, ac ideò libera est eis de bonis illis disponendi facultas, ex *tex in l. Sacrosãcta, C. de Episc. & Cler.* Ergò (inquit ipse) si
5 in Clericis patrem habentibus consideratur peculium, fit vt necessariò filij familias censendi sint, quia in illis tantum, non autem in his, qui sui iuris sunt, peculij distinctio à iure introducta, est ex *tex. in l. fin. C. de inoffic.*
6 *testam.* Secundum fundamentum est quia memorata *Pragmat.* laudabilis est, & honesta, nullum inferens præiudicium, penitusq; Ecclesiasticam libertatem ledit, Ergò à Clericis seruanda est, illiusque dispositionem eorumq; personas etiam lagare, ex notatis per *Bar. in l.* 1. *C. Summ. Trinit. & fide Catol. & Federic. de Sen. cons.* 78. Hæc largo calamo exprimit *Dom. Mucc.* vbi suprà pro hac parte.
7 Contrariam verò sententiam amplectitur *Spectab. Dom. meus in præsenti*, authoritate *Carauit. in d. pragm. num.* 21. addo latissimè exarata per *Merlin. controuers. forens. centur.* 2. *cap.* 99. *n.* 35. *cum seqq.* & per *Iacob. Anchar. & Cyn. in auth. ingressi, C. de Episc. & Cleric.*
8 qui volunt, quod statutum requirens consensum alicuius in contractibus certarum personarum, non comprehendit Religiosum professum, quamuis ipse sit de prohibitis contrahere, sine solemnitate, vel interuentu consensus alterius, sequitur *Iacob. nouell. reg.* 27. in verbo, *Ingrediens, & cit. Canale. de Tutor. & Curator. sup. num.* 157. *vers. Et sic patet.* Vndè redeundo ad Clericum, fateor triplicem esse huius affirmantis sententiæ rationem. Pri-
9 ma quia filius familias eximitur à Patria potestare per Clericatum, & ordinũ susceptionem, *glos. in cap. cum voluntate, in fine, de sent. excom. Guid. Pap. decis.* 382. *num.* 2. *& Hermand. Vultc. de feud. lib.* 1. *cap.* 9. *sub num.* 67. *versic. Primum enim fol.* 377. Sed hæc ratio impugnatur firmissimè, à cit. *Dom. Mucc.*
10 ex suprà ponderatis. Secundum fundamentũ est, q à d. *Prag.* vel ita disponit nè filij contrahẽdo præiudicẽt Patri in vsufructu, & q à clerici quidquid habẽt, in eis castrẽse reputatur *d. l. Sacrosancta, & ex tex. in §. Præsbiteros, auth. de Sanctiss. Epis. & in auth. Præsbiteros C. de Epis. & Cleric.* sequitur vt in Clericos eius dispositio non militet, quia contrahendo super eorum bonis Castrensibus, vel quasi, in quibus Patres nullum habent vsufructum, eis non præiudicant, prout arguendo ponderat *Carauit.* & latè *Gratian. discept. forens. to.* 3. *cap.* 576. *à num.* 9. *cum seqq.* & melius *tom.* 4. *cap.* 713. *à num.* 12. Vel ita disponit nè filij familias calore adolescentiæ dissipent, eorumque substantiam in prauas, pernicio-
11 sasque causas conuertant; & cum de Clericis non sit sinistra hæc præsumptio capienda, ex *tex. in Can. absit,* 11. *quæst.* 3. ibi. *Absit vt quidquam de his sinistrum arbitremur*, quod etiam eleganter exornat *glos.* ibi, fit, vt à ratione cessante, nulla fuerit, vel sit *prag.* intentio, &
12 dispositio in Clericorum personas. Tertia finalis ratio est, quia Clerici vti exempti à iurisdictione laicorum non possunt dici ligati statutis illorum, & per consequens non comprehensi sub *pragmatica* illa, ex vulgatissimo *tex. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constit.* ex quo, adeo hoc verum esse elicitur, vt procedat, quamuis laicorum statutum, sit fauorabile, & fructuosum, in illis verbis ibi, *quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum, & fauorem, nullius firmitatis existit*, & tradunt in *eod. tex.* Canonistæ communitèr.
13 Quid igitur dicendum est? Dico inter has duas dissidentes sententias, hanc postremam veriorem esse, rationibus in contrarium ponderatis non refragantibus; tum quia vtcũq; consideretur ratio, & intentio *prag.* nullo modo in Clericis est applicabilis, ex ponderatis suprà; tum etiam quia licèt argumenta cit, D. *Mucci* prosint ad ostendendum, filium familias per Clericatus susceptio-

nem non liberari à patria potestate, ac proindè vti verum filium familias esse iudicandum (quamuis in hoc etiam multi contradicant, signantèr *glos. in dicto cap. cum voluntate*) non tamen iuuant ad consequentiam; Ergo Clericus subiacet *pragm.* quia hoc nos negamus, non quia sui iuris est, sed quia Clericus;

14 Et quatenùs replicaretur, *pragm.* prædictam vti rationabilem ligare Clericos, cum *Bar.* suprà allegato; respondemus iterum, eius sententiam damnari communitèr, ac esse contrà expressum *tex. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, nam magis deberent Clerici subire statutis laicorum fauorabilibus, & fructuosis, quã statutis rationabilibus, quæ aliàs multoties odiosam continent dispositionem; & tamen statuta laicorum fauorabilia, & fructuosa, illos non ligant, sed dumtaxàt libertati, & liberalitati ipsorum Clericorum committitur, an velint vti illis, in priuilegium, ex notatis per nos *sup. cap. 44. num. 11.* & sic contraria opinio in his puris terminis, nullo modo est in consideratione habenda.

15 Sed vt verum fatear, pro quantum potuit crassa minerua mea penetrare, neutra opinio in puncto iuris vera est; Ideò aliàs indagando articulum, præmitto considerandum,
16 an *prag. prædicta, sub tit. ad Maced.* fauorabilis sit, an odiosa; & concludo non esse in dubium refricandum, quin respectu filiorum familias sit fauorabilis; inducitur enim per illam ad eorum beneficium nullitas contractuum ab eis sine Patris consensu, & præsentia celebratorum, & obligationum, ad quas vel metu, vel blanditiis, itemque peruersis suasionibus reducti fuere, vel quibus decepti indulgerunt. Hæc est mens pragmaticæ.

17 Hoc posito pro indubitato, non minùs indubiè concludendum existimo, reponendum esse, & committendum liberalitati, vel potius voluntati ipsius Clerici contrahentis, an velit, vti non contractum annullari facere, & ita vti dispositione *Regiæ prag.* non tanquam obligans, vel comprehendens Clericos, sed tanquam fauorabilis, & fructuosa, vt annuimus suprà *dicto cap. 44. num. 11.* Quod si Clerici obligati copia haberi non possit, ad effectum vt voluntatis suæ declarationem facere valeret, puta quia expleuit vitæ dies, & agat pater, vel alius hæres eius, ad contractum ab eo celebratum annullandum, & isto casu capienda est fauorabilis præsumptio, quod nempè voluerit vti dispositione pragmaticæ, & per consequens est annullandus contractus; & ita sentio, nam aliàs simplicitèr tenere in proposita quæstione; vel negatiuam, vel affirmatiuam, periculosum est.

18 Oppones, Sequeretur quod etiam filij familias laici non subesset dispositioni prag. nisi quatenus vellent, quia cum illa sit fauorabilis, benè possent non vti ea, ex regula *tex. in l. si quis in conscribendo C. de pact.* Respondeo concedendo sequelam, quia filius familias sui iuris effectus potest si vult adimplere cõtenta in contractu per eum celebrato cum esset filius familias, excepto tantum si Pater instaret pro nullitate contractus proptèr cõtemptum consensus sui, quia tunc non posset filius in præiudicium ipsius, & in fraudem prag. cui vti laicus subest, renunciare illi.

19 Sed extra casum hunc, quæro, an contractus celebratus per filium familias laicum, absque consensu, & præsentia Patris, ad beneficium alicuius Clerici, claudicet, & sit nullus contrà ipsum Clericum, ex dispositione pragm. nostræ? Dubium faciunt notata per
20 *Alex. consil. 210. Ponderatis his, vol. 2.* vbi latissimè probat, quod si ex forma statuti deberent testamenta insinuari; talis solemnitas non requiritur si à laico aliquo, Clericus hæres institutus fuerit, quasi ipse subire non debeat legibus laicorum, quæ dant formam cõtractibus quoties in eorũ fauorẽ redundãt.

21 Sed herculè hac dubitandi ratione non obstante contraria sententia sine scrupulo tenenda est, ex illa vulgatissima traditione, quod quando laicus contrahit cum Clerico, seruari debet ab eo, forma, & solemnitas statuaria, quia nemo subditus potest contrahere cum non subdito, spreta lege Superioris sui, *Abb. in dicto cap. Sanctæ Mariæ, num. 43. cum seqq.* vbi etiam *Dec. num. 55. de Constit. Federic. de Sen. consil. 85. Maluas. consil. 3. nu. 26. Surd. consil. 2* per discursum, *& consil. 41. lib. 1. & decis. 26. num. 25. Carpan. ad Statut. Mediol. in prælud. num. 599. & cap. 445. nu. 5. par. 1. Lambert de Contract. mulier. § fin. num. 136. cum seqq. Barbat. consil. 65. num. 5. lib. 4. Pic. ad Stat. t. Vrb. glos. 7. num. 81. Neniz. consil. 39. num. 15. Marant. disput. 8. num. 38. & 48.* optimè *Carol. de Graff de effect. Cleric. effect. 2. num. 191.* exquisitè *Tiraquell. ad leg. Connub. glos. 8. num. 168. cum seqq. & Alex.* in contrarium allegatus, *consil. 93. dicto lib. 2.*

22 Indè fit, vt penitùs obstare possit, quod diximus ex *Alex* de testamentis insinuandis, vt nempè non comprehendat' testamenta in quibus Clerici instituuntur; hoc namque præter quod firmissimè impugnatur à quampluribus prædictorum, mox allegatorum; notabilis etiam dari potest disparitatis ratio inter vnum, & alium casum; nam quoad insinuationem testamenti, illa facienda est, & impetranda immediatè ab hærede, quem cum supponamus esse Clericum, non est cur etiam non affirmemus, eum non teneri, tanquam nõ subiectum statuto requirenti solemnitatem illam *Mart. de iurisdict. par. 4. casu 28. nu. 12. & casu 62. num 8. cum seqq.* Sed ego semper concluderẽ esse necessariam tanquam ad cõfirmationem, & validitatẽ actus gesti à laico, & sic à persona statuentibus subdita. *Videndus* latissimè *Alex. Sperell. decis. for. Eccles. 10. lib. 1.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.

Collectæ possunt imponi Ciuibus pro bonis quæ extrà Territorium collectantium possident, num. 1. Sed limita, & intellige, vt numer. 2. & 3.

Collectari non possunt bona, quorum Domini non sunt subditi collectantium, nec in loco vbi bona sita sunt habitant, num. 4. Sed limita, vt latè, num. 5. & 6.

Præscribi non possunt ea quæ sunt meræ facultatis, num. 7. Sed intellige hoc, vt num. 8. & limita, vt n. 9.



AD CAPVT LXIII.

Additio.



COLLECTAE possunt imponi Ciuibus, pro bonis quæ ipsi possident extrà Territoriu collectantium *Guid. Pap. decis. 5. num. 1. & Natt. consil. 105. num. 8. vol. 1.*
2 Limita si in loco vbi bona illa sita sunt solueretur alia collecta, quia onera non sunt multiplicanda super eadem re, *Imol. in l. qui bis idem, num. 1. ff. de verb. obligat. Franch. decis. 22. num. 3.* & confert regula *l. Titia 35. §. qui innita ff. de legat. 2.* Item
3 limita, & intellige, quod ad finem vt bona Ciuium sita extrà Territorium possint collectari, sit inspicienda causa quare collectæ illæ imponuntur, nam si fuit ab vtilitatem communem, possunt collectari bona Ciuium sita extrà Territorium, si verò ob aliquam aliam rationem, præter causam communis vtilitatis, tunc non, ita refert decisum *Guid. Pap. loco cit.* & intelligi ait *glos. in l. 1. C. de mulier. lib. 10.*
4 Sed an possint collectari bona, quorum Domini non sunt subditi collectantium, propter originem, vel domicilium? Negatiuè propter defectum iurisdictionis, & etiā quia cum in loco in quo imponitur collecta, exteri non potiantur honoribus, & prærogatiuis, idcircò nec debent teneri ad onera, iuxtà originalem doctrinam *Bar. in l. libertus, § sola ff. ad munic. Calter. consil. 6. tit. de censi. cit. Natt. consil. 160. num. 7. cum seqq. Rot. post Cenci. decis 3. num. 1.* & ita tenere omnes *DD.* nec non esse communem, & magis communem, testatur *Alex. Sperell. decis for. Eccl. 35. num. 17. lib. 1.* vbi innumeros allegat, addo *Osas. decis 95. num. 46. & Ann. allegat. 16. n. 1.*
5 Sed limita, & intellige, vt latè per *Rot.* loco cit. per totam. Item limita si collecta imponeretur ad communem vtilitatem, puta pro reparatione Castri, villarum, & similium, quia tunc, etiam exteri possunt collectari pro bonis quæ in eo loco possident *Guid. pap. decis. 7.* probatur ex *l. 2. C. de Muner. patrim. lib. 10. Alex. Luc. de Penn. Guliel. de Benedict. &*
6 *Bertrand.* quos passim allegant *addent ad cit. Guid. pap.* Item etiam restringe dictum illud de consuetudine totius Italiæ, in qua forenses collectantur pro bonis quæ possident in loco collectantium cit. *Bar. in dicta l. vnic. num. 34. C. de mulier. lib. 10 Bald. in l. etiam, sub n. 28. versic. Præterea C. de execut. rei indic. Aret. cōs. 132. Decl. cōs. 694. Mangon. decis. Florens. 66. nu. 2. Ruin. consil. 126. num. 1. vol. 5. Gabriel. de iur. omn. conclus. 2. n. 8. Bertrazz. de Gabbell. par. 7. Maccabr. consil. 40. n. 123. & 148. & Misinger. obseru. 27. centur. 3. Apostill. ad Guid. pap. decis. 87. & Ludouis. decis. 279. num. 15.*
7 Item in quantum dicitur hic, quod ea quæ sunt meræ facultatis nunquam præscribuntur, addo *tex. in l. 2. ff. de via public. Osas. decis. 115. num. 7. Francisc. Marc. decis. 158. num. 4. lib. 2. Rebuff. tract. de remed. possess. in præfat. num. 169. & Gaball. Milleloq. 24. & 597.* In-
8 telligе quia hoc procedit quo ad ea quæ sunt facultatis publicæ, non autem priuatæ, optimè *Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 2.*
9 *versic. huic verò rationi.* Et limita, quia præscribuntur ea quæ sunt meræ facultatis, si præcessisset prohibitio, & sequnta acquiescentia *glos. in l. qui luminibus, 10 ff. de seruit. Vrban. præd. Roland. consil. 22. n. 20. & Franch. decis. 166. num. 8.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Collecta debent solui ab eo qui fructus percipit, n. 1.

Vsufructuarius tenetur ad solutionem collectarum, non autem proprietarius, n. 2.

Maritus tenetur ad collectas pro bonis in dotem receptis, non mulier, n. 3.

Emptor tenetur ad collectas, etiam quod bona empta adhuc sint descripta in æstimo in faciem venditoris, n. 4. Item etiam ad collectas præteritas, & decursas, ante emptionem, n. 6.

Pactum, siuè conuentio, quod collectæ soluantur per venditorem, vel donatorem, non valet, n. 5.

Tributum debet solui à conductore, non autem à locatore, n. 7.

Collectas autem non tenetur soluere conductor, sed locator, & de ratione, n. 8.

AD

AD CAPVT LXIV.

Additio



1 Rincipale fundamentum super quo fūdatur casus propositus à spectab. Dom. meo, est, quod collectatum solutio illi pertinet,q rei commodum, & fructus percipit, addo hoc euidenter probari ex *tex. in l. si pendentes 33.5. si quid Cloacarij ff. de vsufruct. & quemadm. quis vtat.* Itemque ex *tex. in l. fin. C. fin. cens. vel reliq.* & ex notabili *gl. in cap. de terris 16 de decim. primit. & oblat.* vbi ponit hæc verba. *Is enim ad quem spectat fructuum perceptio, fructuum onera subire compellitur*, consentunt notata per *Bar. in l. Placet la grande, num. 40. C. de Sacrosanct. Eccles. & Sotomaior. de vsufruct. cap. 56. num. 15.* & alij quamplures, quos allegat *Dom. Reg. Camill. Cacace allegat.* registrata per *Spectab. Dom. meum 87. num. 16. lib. 3.*

2 Indè absque hæsitatione receptum est apud omnes, nudum proprietarium non teneri ad collectas, vel tributa, sed dumtaxat vsufructuarium *Bald. consil. 442. factum tale est, lib. 1. Alex. consil. 147. nu. 5. vol. 5. Roman. consil. 230. Præsupponitur, col. 2. versic. sed ad vsufructuarium, Bero. consil. 150. num 15. Iacob. Mandell. Alb. consil. 40. num. 7. Osas. decis. 83. num. 4. Grattian discept. forens. tom. 4. cap. 611. num. 5. Parlador. quotid. differ. differen. 29. num. 16. Viui. decis. 197. lib. 1.* & post omnes *Nicol. Anton. Marot. de collect. & bonatenen. cap. 7. num. 1. cum seqq.* addo *Censal. ad Peregr. de fideicomm. artic. 33. fol. 343. col. 1. in princip.* & videndus *Mastrill. decis. 3.*

3 Similique ratione, mulier quæ bona sua in dotem dedit, nulla ratione cogenda est ad collectatum solutionem, cum hoc pertineat viro à quò bona posidentur, illorumque fructus percipiuntur, latè *Deci. cons. 285. Et pro tenui facultate meu, num. 1. vol. 1.* in quo loco etiam subdit, quod emptor, bonorum

4 debet soluere collectas, non autem venditor, etiam quod bona non adhuc sint descripta in eius faciem, sed durent descripta in æstimo vti in dominio præcedentis possessoris, qui ea vendidit, authoritate *Bal. in l. si negotium C. de negot. gest. & Roman. in l. Imperatores, in princ. ff. de public.* Id quod à fortioti probatur. Primò, nam conuentio intèr

5 donatorem, & donatarium, vel intèr venditorem, & emptorem celebrata, de soluendis collectis, ab ipso donante, siuè venditore, expressè improbata reperitur, tanquam contrà formam iuris, mandantis solutionem fieri debere à percepto e fructuum, & etiam tanquam in præiudicium collectantium, quò minus prohibentur à reali possessore exigere. *tex.* est expressus, *in d. l. fin. C. fin. cens. vel reliq.* & videndus *Soccin.* qui latè explicat *tex.* illum, *consil. 217. Circà hanc, vol. 2.* Et secundò

6 quia emptor prædii, non solum tenetur ad collectas decurrendas, verum etiam ad decursas ante emptionem; & hoc proptèr naturalem qualitatem collectarum, quæ semper possessores sequuntur, *Soccin. loco cit. & Barbat. consil. 84. vol. 3.* quos sequitur *Vrsill. ad Afflict. decis. 95. num. 8.*

7 Et probatur iterum ex *glos. in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10* quæ in versic. *fructus*, dicit, quod tributi solutio debet fieri à colonis, proptèr fructuum perceptionem, non autem a Domino fundi in conductionem dati, ad certam pecuniariam pensionem, nisi adsit consuetudo in contrarium, quam *glos.* perpetuò menti tenendam monet *Bar. ibi*, & videndus *Soccin. dicto consil. 217. Aret. consil. 105. Afflict. in decis. 95. num. 4.* & ibi *Vrsill. & Ant. Corset. in singul. versic. locutio.*

8 Tamen notandum est, quod *Bar. loco cit.* hoc dicit verum, quia tributum est onus merè reale, & ideò contrarium concludit in solutione collectarum, quæ (inquit ipse) à locatore soluendæ sunt, nam cum imponantur personis pro rebus, Ideircò inspiciendum est cui imponantur, de qua re, latè *Aym. Crauet. consil. 145. num. 21.* & addentes ad *Bar. vbi supra.*

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

Compromissum intèr coniunctos faciendum ex forma Reg. pragmat si semel factum fuerit, sed laudum non sequutum, debet iterum fieri, n. 1. quod etiam probatur ex ratione pragm. num. 2.

Dispositio mandans fieri actum aliquem; remanet in robore, quando per primam actum illi non est satisfactum, num. 3.

Statuti verba sunt intelligenda cum effectu, & reali consumatione actus, & de ratione, n. 4.

Statutum mandas aliquid fieri, non intelligitur do primo actu tantum, per quem eius intentioni non est satisfactum, n. 5.

Statutum mandans aliquid fieri, intelligitur de actu valido, n. 6.


Laudo per Iudicem annullato, debet per eum ordinare, quod fiat aliud nouum compromissum, num. 7.

Nihil, & inualidum, sunt synonima, n. 8.

Man;

Mandatum habens ad compromittendum, potest toties compromittere, quousq; lis ad finem reducatur, n.9.

Tex. in l. Boues, §. hoc sermone, ff. de verbor. signif. *quando procedat, & quomodò intelligatur, num. 10.*



AD CAPVT LXV.

Additio.

1 
QVANDO intèr coniunctos ad quartum gradum, fuit semel supèr litibus cōpromissum, vigore Regiæ *Pragmaticæ, odia litium*, quæ hoc fieri mandat, si deindè ad laudi promulgationem, & effectiuam litium resecationē non deueniatur ex illo primo compromisso, iteratò ad compromittendum partes cogi possunt *Bald. in l. fideicommissa, §. si quis decem, ff. de legat. 3. Idem Bald. in l. si quis, §. hac vox, versic. Modò quæritur, & ibidem Alex. nu. 7. ff. de edend. Ias. in l. qui per salutem, num. 4. ff. de iur. iur. Felin. in cap. innouamus, sub num. 3. versic. fallit quartò, de tregu. & pac. Curtiun. in l. 1. num. 29. C. de edend. Roman. consil. 387. Hippolit. de Marsil. singul. 127. Incipiente, Habeo nunc vnam quæstionem, & Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clausula 4. glos. 26. 24. & 25. fol. 580.*

2 Huius Conclusionis prima potissima ratio est, quia cit. *Pragm.* intentio est, vt nè dum lites, verū, & odia quæ ex illis oriūtur resecētur, vt patet ex exordio, & prohæmio illius, & ideò mandat fieri compromissa. Ac per consequens in proposito articulo ad iterata compromissa deueniri debet, quò vsq; eius

3 intentioni satisfiat, nam vt inquit *Bald. in d. §. si quis decem*, quando per primum actum non est satisfactum menti, atq; intentioni disponentis, remanet dispositio in suo robore, quia semper vrget eadem ratio, sicut etiā explicando theoricam *Bald.* dicit *Fontanell. loc. cit. num. 23.*

4 Secunda ratio non longè dissimilis à prima est, quia quando lex, vel statutum loquitur, verba eius sunt intelligenda cum effectu, & cum reali actus consumatione, *l. si per aliā 5. §. cæterum, & ibi glos.* in verbo, *cum effectu, ff. nè quis eum, qui in ius, &c. & l. 1. §. hac verba, ff. quod quisquis. ibi. Hæc autem verba, quod statuerit, qui iurisdictioni præest, cum effectu accipimus, non verbotenus.* Quia in statutis consideratur effectus, non verba, nam rebus imponuntur, non verbis, de qua re latè *Surd. consil. 179. num. 4. idem tract. de alim. tit. 9 quæst. 16. & seqq. & consil. 381. num. 13. & seqq. Frecc. de pref. nt. instrum. part. 7. quæst. 3. n. 16. Nigr. de laudem. tom. 2. q. 52. nu. 21. & 22. fol. 475. & Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 64. n. 3.*

5 Tertia ratio est, quia statutum aliquid fieri mandans, non intelligitur de primo actu tātum, sed imò toties id fieri debet, quoties opus fuerit, vt deueniri possit ad implementum mentis illius. *Baldus d. l. si quis, §. hac vox cit. tit. de eden.*

6 Et postrema quia, cum à statuto aliquid fieri mandatur, id intelligi debet de actu valido, non autem de inualido *Natt. cons. 402. visis, num. 54. Roman. consil. 42. n. 3. & Caphal. consil. 370. num. 51.* cum alijs penes *cit. Nigr. d. tract. de laudem. tom. 2. quæst. 8. num. 27.*

7 Indè dicebam in vna facti contingentia, quòd si compromisso facto, & laudo sequto, illud ad instantiā alterius partis nullū per Iudicem declaretur, dici debet; *Nullitates obstare, & perindè fiat nouum compromissum,* nō autem, *quod procedatur ad cursum, vel expeditionem causæ coram eodem Iudice competente,* quia per illud compromissum, & laudum nullum nihil actū

8 videtur, ac propterea viget dicta *Pragm.* dispositio; Nam nihil, & inualidum sunt synonima, *Hippolit. de Marsil. d. singul. 127. Afflict. decis. 366. n. 10. & Franch. decis. 204. num. 26.*

9 Et in casu fortiori fuit decisum per *Rot. Rom.* quod procurator habens mandatum ad compromittendum, Potest toties compromittere, quousque lis ad finem reducatur quamuis oppoueretur in illa causa, quod mandatum illud intelligi deberet, de primo compromisso tantum, teste *Pute. decis. 105. lib. 1.* quæ per errorem impressoris allegatur 100. *à Spectab. Dom. meo hic.*

10 Quæ omnia finalitèr comprobantur, ex interpretatione, & intellectu *tex. in l. boues 89. §. hoc sermone, ff. de verb. signif.* vbi dispositio mandans aliquid fieri, intelligitur de primo actu tantum, ibi *Hoc sermone dum nupta erit, Prima nuptiæ significantur.* Hæc inquam lex, tres solet habere principaliores intellectus, Primus vt procedat, si actus validus fuerit, vt annuit *glos.* ibi, in verbo, *Significantur.* Secūdus, vt procedat in dispositione hominis, non autem legis, maximè si in secundo, vel vlteriori actu militat identitas rationis, quę in primo militabat, *Tiraquell. in d. §. hoc sermone, limit. 10.* & tertius vt procedat in dispositionibus particularibus, secus autem in generalibus, & indefinitis, vt latè *Cenc. de censib. quæst. 66. num. 30. 31. & 32.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVM:

SVMMARIVM.

Compromissum super sententia, & re iudicata, non potest fieri, n. 1. limita duobus modis n. 3. & 4.

Compromissum super publico instrumento non potest fieri, num. 2. limita tribus modis, n. 5. 6. & 7.



AD CAPVT LXVI.

Additio.

1 SVPER re iudicata, tanquam super re clara, & liquida, regulariter compromissum fieri non potest. l. si Causa cognita 32. C. de transact. Dec. consil. 39. nu. 3. vol. 1. Seraphin. decis. 684. num. 3. Surd. decis. 185. nu. 12. ibique etiam Doctissimus Dominus meus Hodiern. in addit. in princ. Viui. decis. 131. nu. 7. vol. 1. & est expressè dispositum per Pragm. Odia litium, de arbitr.

2 vbi pariter prohibetur fieri compromissa super publico instrumento, sicut tradidit etiã Bar. in l. 1. n. 6. C. de non. Cod. confic. latè Hippolit. singul. 464. & Marin. Frecc. de præsent. instrum. par. 7. n. 6.

3 Verum notandum est ad limitationem prædictorum, quod benè potest super re iudicata compromitti, si aliquã de causa lis etiam sudatura foret, sententia non obstante l. post

4 rem iudicatam 11. ff. de transact. Sicut etiam si sententiæ renunciaretur ab eo, pro quo prolata fuit, Dec. d. consil. 39. versic. & hoc intelligitur Ann. singul. 113. Francis. Marc. decis. 465. & Dom. Consil. Staib. Resolut. 57. n. 61. & seqq.

5 Item pariter potest super instrumento publico compromitti, si tamen esset in aliquo vulneratum, puta quia obstat illi exceptio nullitatis enormissimæ læsionis, & similiũ Merlin. decis. Lucens. 1. n. 4. & latius decis. 29. quem sequitur cit. Dom. Hodier. d. decis. 185. n.

6 2. Vel etiam si non esset omninò liquidum, ita quod esset dandus terminus super illo, præcedente libelli porrectione, elsentq; pro obseruantia contentorum in eo, seruandæ Iudiciariæ solemnitates Honded. consil. 9. nu. 16. lib. 1. quem sequitur Cæsar. Manent. decis.

7 Mant. 11. num. 16. Vel tertiò addo, si pars pro qua vrget instrumentum, illi renunciaret, ex eisdem terminis notatis sup. num. 4. in compromisso faciendo super sententia.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Compromissum super re alienari probita, non valet, n. 1.

Compromittentes obligantur ad inuicem ad id, quod per arbitros indicabitur, n. 2.

Filij familias non possunt compromittere sine consensu Patris, & intrat pragmatica ad Maced. num. 3.

Mulier prohibita contrahere absq; consensu propinquorum, non potest compromittere, n. 4.

Compromissum super re emphyteutica, an valeat num. 5.

Compromissum super rebus dotalibus non valet, num. 6.

Item super rebus minorum, & Vniuersitatum, num. 7.


Item super rebus Ecclesiæ, num. 8.

Et in causis feudalibus, n. 9. Sed contrarium, nu. 10. Author concludit, quod valet compromissum sine assensu, qui debet interponi super laudo tantum, vel quatenus ex compromisso explicaretur certum præiudicium Domini directi, nu. 11. & 12. & probatur, n. 13. & respondetur nonnullis obiectionibus, n. 14. & 18.

Pragm. odia litium de arbitr. explicatur quatenus prohibet fieri compromissa in certis casibus, d. n. 14.

Assensus in compromissis, atq; laudis in causis feudalibus emanatis, non est necessarius, si feudum non amouetur à possessore, num. 15. & quomodo intelligatur Ann. contrarium sentiens, num. 16.

Item nec est necessarius si controuerteretur inter plures, de succedendo in feudo, & quare, n. 17.



AD CAPVT LXVII.

Additio.

1 COMPROMISSVM super re, cuius cõmerciũ liberum nõ est, puta quia reperitur à iure alienari prohibita, non valere, cum ex eo sequi possit alienatio, admittunt communiter Canonistæ Anan. Anton. de Butr. Abb. & alij in cap. cum tempore per illum tex. de arbitr. Lap. allegat. 102. Roman. consil. 175. vol. 1. & consil. 269. col. 4. cum alijs quos allegando sequitur Dec. cons. 39. n. 4. & consil. 83. num. 3. & consil. 445. num. 26. & 27. Ann. in repet. Constit. Constitutionem Diuæ Memoriæ num. 281. Capyc. decis. 93. Minad cõsil. 29. n. 11. & Rip. lib. 2. Respons. cap. 7. col. 4. Dixi, quod ex compromisso sequi potest alienatio,

2 natio, nam partes compromittentes obligan-
tur ad inuicem, in id ad quod per arbitros
iudicabitur §. 1. *auth. vt diff. Iudic. Canonista*
in cap. Quintanallis, de iur. iur. Bar. in l. Socie-
tatem, §. arbitrorum ff. pro Soc. & Bald. in l.
1. C. si aduers. transact. in 2. oppsit. Ideoque in
compromissis faciendis sunt necessariæ om-
nes solemnitates, quæ aliàs in alienatio-
nibus, & distractionibus requiruntur, sicut
etiam in aliis contractibus, tam attenta qua-
litate compromittentium, quam qualitate
3 bonorum supèr quibus fit compromissum.
Nam respectu personarum notandum est,
quod filii familias, qui ex *prag. sub tit. ad Ma-*
ced. sunt prohibiti contrahere absque licen-
tia, & expresso consensu Patris, nec minùs
possunt ad compromissum deuenire, absque
interuentu paternæ authoritatis, vt ferè in
terminis probat *Paul. de Castr. consil. 465. vol.*
1. quem sequitur *Tiraquell. ad leg. connub. glos.*
5. sub nu. 101. versic. ex quo vbi subdit etiam,
4 quod mulier contrahere prohibita sine licē-
tia, & consensu propinquorum, nec minùs
potest compromittere; si compromissi con-
tractus non celebretur authorante illorum
consensu, authoritate *Lanfranc. tract. de ar-*
bitr. in 5. quæst. 5. par. princip.
5 Respectu verò bonorum, quamplura nota-
bilia aduertunt DD. Primò enim compro-
missum de re emphyteutica factum, non te-
net absque consensu directi Domini *Cald. de*
iur. emphyt. lib. 4. cap. 9. num. 19. quem sequi-
tur *Reg. Ronit. in dicta prag. odia litium, sub*
num. 36. Sed hæc opinio mihi non arridet ex
infrà dicendis in compromissis supèr feuda-
libus faciendis.
6 Secundò non valet compromissum supèr
re dotali, absque decreto, cum illa de se sit
alienari prohibita, tum ex fundamentali cō-
clusione, quam in principio posuimus, tum
quia eius conditio non potest deterior effici,
sicut in effectu potest fieri ex compromisso,
vulgata *l. Attilicinus ff. de pact. dotal.*
7 Tertiò supèr re minoris fieri non potest
compromissum sine Iudicis decreto, Item-
que de rebus Vniuersitatis, *Angel. cons. 66. Vi-*
sis dotis compromissis in prim. dubi. Bald. in
l. pacei, versic. Sexto quæritur C. de transact.
Dec. dicto consil. 39. num. 4. versic. & in termi-
nis in casu nostro Fab. in Cod. de prædi. mi-
nor. decis. 3. Capyc. decis. 93. num. 4. & per to-
tam, & *Tiraquell. ad dictam leg. Connub. glos.*
5. num. 103.
8 Quartò idem vnanimi ferè consensu con-
cludunt in compromisso de rebus Ecclesiæ
faciendo, vt paritèr in eo sit necessarius as-
sensus requisitus in alienatione illarum, *Rot.*
diuers. decis. 667. par. 2. Caualer. dec. Rot. Rom.
327 n. 4. & Verall. dec. 186. par. 1. quē sequitur
Ricc. in prax. Eccles. par. 1. res 43. & videndus
etiā *Macer. lib. 1. resol. 26. à n. 14. vsq; ad 18.*
9 Et quintò aliis omissis, in compromisso
supèr re feudali, vt nimirum pro validitate il-
lius regius assensus requiratur, cum ex eo
feudi alienatio sequi possit, vt passim, quasi
absque hæsitatione, concludunt post alios
antiquos, quos consultò omitto, *Afflict. decis.*
138. Idem *Afflict. in Const. Constitutionem Di-*
uæ memoriæ, num. 52. ibique etiam *Ann. à nu.*
278. cum multis seqq. in verbo, *arbitra Ro-*
land. consil 12. vol. 4. Lanar. consil. 33. num. 5.
Muscatell. in prax. S. C. par. 2. glos gradum,
num. 49. Capyc. Latr. decis. 33. n. 1. & 8. Ricc. in
collect. decis. par. 9. collect. 4052. in princip.
Georg. allegat. 3. num. 1. Dom. Consil Staib. re-
solut. forens. lib. 1. resolut. 57. nu 39. 40. & 41.
Camill. delarat. in Theatr. feudal. tom. 1. par.
8. dilucidat. 57. n. 7. & alij moderni cōmuni-
tèr, post *Iacob. Mandell. Alben. consil. 67. num.*
7. & Tiraquell. dicta glos. 5. num. 204. addo
Ronit. in dicta prag. odia litium, num. 36. & Bi-
los. conclus. feudal. 67 à num. 1.
10 Verùm quò ad hoc, non desunt maximi
nominis authores discrepantes, vt nimirùm
in compromisso supèr re feudali faciendo
non requiratur Domini assensus, vt *Speculat.*
Bald. Roman. & alii relati per cit. *Tiraquell.*
dicto num. 204. in fine versic. *& quamuis con-*
trarium, quorum opinioni me libentèr sub-
scribo, nisi tantùm quādo adest Domini præ-
iudicium, ita declarat cit. *Speculat. in tit. de*
arbitr. §. 3. sub nu. 6. versic. Sed nunquid Vas-
sallus.
11 Ac proindè clariùs sensum meum expli-
cando, insistendo huic *Speculat.* theoricæ, cō-
cludo assensum Domini esse dumtaxàt ne-
cessarium supèr laudo, quia dum dicit *Specu-*
lat. quod assensus requiritur quando adest
præiudicium Domini, fit vt voluerit loqui,
vel intellexerit de assensu super laudo impe-
trando, quia præiudicium Domini non ex-
plicatur per compromissum. Sed per laudū;
Nisi affirmare velimus, quòd dum *Speculat.*
supponit dari casum, per quem infertur præ-
iudicium Domino ex illo compromissi actu,
ipse intellexerit, quando in eodem compro-
misso explicatur arbitramentum, vel aliud
quid, necessariò præiudicans directo feudi
Domino; & in his terminis, siuè in hoc secū-
do casu, credendum est quod loquti fuerint
omnes quos suprà allegauimus, dicentes re-
quiri assensum supèr compromisso de re feu-
dali faciendo; & hæc opinio apud nos præ-
12 cipuè nullam habere potest vmbram dubi-
tationis, ex *Const. Diuæ memoriæ*, per quam
arbitria tantùm super feudis facta sine assen-
su annullantur; Et ideo insistendo verbis il-
lius, inconuincibilitèr concludit *Spectab.*
Dom. meus, necessarium esse assensum, sed dū-
taxàt supèr laudo, non autem supèr compro-
misso de re feudali, eumque nouissimè se-
quitur *Dom. Io. Bapt. Mucc. quæst. forens. qu.*
38. n 26. & legendus *Censal. ad Peregr. artic.*
40 fol. 419. col. 2. per totam, nisi (addo eg.)

ex compromisso explicaretur, vel certum redderetur præiudicium Regis, directi Domini omnium feudorum.

13 Et quod non sit necessarius assensus in compromisso super re feudali faciendo, quando nullum est explicatum præiudicium, (vt mox diximus) patet, quia cum ex illo penitus sequatur actus distractionis, vel hypothecæ, fit, vt non habeat assensus vbi figat pedes; Quatenus autē replicaretur posse ex cōpromisso deueniri ad alienationem; Respondeo hunc futurum euentum non esse in consideratione, quia potest etiam non sequi alienatio, & ideo est expectandus exitus, scilicet laudum, per quod certum redditur si vel nē feudum alienetur, & in quantum, & in quem; & sic habet futum, ac non variabile firmamentum, super quo petitio, & concessio illius possit figere pedes.

14 Neque obstat quod per pragm. odia litium, de arbitr. expressè prohibeatur fieri compromissa in causis feudalibus, nā si benè aduertatur ad tenorem illius, nunquam hoc dicit, duo enim per eam disponuntur, primum, quod partes litigantes, si fuerint ad quartum gradum coniunctæ, possint cogi ad compromittendum, iuxtà formam ibi traditam, & hoc important illa verba. compromissum fieri debere. Et secundum, quod vbi adessent instrumenta, sententiæ, & obligationes liquidæ, itemque in causis feudalibus, compromissi petitio non admittatur, quasi ratum voluerit dicere, quod vbi hæc concurrunt pars vna, altera instante ad compromittendum cogi non possit, non tamen prohibet compromissa fieri vtrisque consentientibus, & volentibus; & sic non potest inuehi pragmat. contrà prædicta.

15 Non omittendo, quamplures notari casus, in quibus assensus Regis non est necessarius nec super cōpromisso, nec super laudo emanato in aliqua feudali controuersia. Primus quem notant *Carav. de feud. par. 4. quæst. 7. nu. 96. & Caccialup. tract. de transl. quæst 7. n 8.* dicentes, quod quando feudum non amouetur, nec tollitur ab eo qui ante arbitrium possidebat, puta quia fuit absolutus à petitione aduersarij, tūc laudum illud valet, quia non commutatur persona, nec feudum alienatur; & licet huic sententiæ non se subscribat *Ann. in repetit. Const. D. næ memoriæ num.*

16 *281. in fine versic. Sunt autem, vsque ad num. 283.* eius tamen contradictio ex eo prouenit, quia cum ille talis qui possidebat debuisset ad restitutionem feudi condendari, ei ab arbitris imposita fuit solutio alicuius pecuniariæ quantitatis, Ec illo casu benè dicit *Ann.* quod non valet laudum sine assensu, quia videtur potius celebratus contractus permutationis feudi, nam non mutatur possessor, cum tamen mutari debuisset.

17 Alter casus est (aliis omissis) si inter duos, vel plures de successione feudi contenderetur; quia tunc remisso negotio in arbitris pro compromissum, non est necessarius assensus Regis, nec minus super laudo declarante feudum alicui pertinere; nam quia eo casu nulla fit extrinseca feudi translatio in tertium, sed tantum iure successorio, non est cur dicamus requiri assensum; aliàs sequeretur, quod esset etiam impetrandus super omnibus feudorum successionibus; quod est erroneum; Nam videmus quod transmissiones feudorum in proximos successuros præuia refutatione, seu potius inter viuos donatione, validæ sunt sine assensu, non ex alio, nisi quia refutationes illæ sapiunt naturam successionis, de qua te lat. suprà *cap. 23.* sed cogita.

18 Minùs obstant quæ a principio dicebamus de compromissis faciendis à viris, vel mulieribus in bonis dotalibus, in bonis minorum, Ecclesiarum, & Vniuersitatum, vt nimirum requirantur in illis solemnitates, quæ in distractionibus eorum bonorum sunt apponi consuetæ, nam vltrà firmissimam responsionē traditam à *Spectab. Dom. meo in præsenti num. 7.* addo etiam considerandum, quod memoratæ personæ vel miserabiles, & priuilegiatæ, tam respectū personæ, quam bonorum, non possunt de per se liberè contrahere, & sic nē dum habent vinculum in bonis, sed etiam in persona, quatenùs interdictū est eis à iure liberum arbitrium contrahendi, vt patet passim, *ex l. ita constante 27. ff. de iur. dot. l. de die 14. l. stabilienus 17. l. si mulier 21. & l. cum maritus 19 ff. de pact. dotal. ex l si curatorem habens C. de integr. restit. & ex l fin. C. de vendend. rebus Ciuit.* & ideo cōsiderato compromisso, vt sic, & tanquam simplex contractus, priùs quam ad illud deueniatur, necessarium est decretum Iudicis, quod expediat; propter priuilegium personæ; At qui ratio hæc non vrget contrà feudatarium volentem compromittere litem super feudo, nam vti talis non est prohibitus contrahere, & volens potest sibi præiudicare, vt annuit *Speculat. loco suprà cit.* solum non potest inferre præiudicium Domino; & cum hoc præiudicium non explicetur ex simplici contractu compromissi (vt supponimus) sed solum ex laudo, siue sententia arbitrorum, fit, vt super illa tantum, debeat Domini assensus impetrari; Saluo semper, &c.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.

Officialis qui deliquit in officio, illud non recuperat, etiam si fuerit gratiatus, n. 1.
Officialis condendatus ob aliquod crimen commissum citrà exercitium officij, si fuerit gratiatus, officium recuperat, n. 2.
Officialis condendatus propter aliquod delictum, commissum etiam in exercitio officij, illud ceinperat, si fuerit restitutus, n. 3.
Delinquens restitutus debet reponi ad omnes dignitates, & pearogatiuas quibus potiebatur ante condendationem, n. 4.
Secundogenitus rebellis si fuerit restitutus recuperat vitam militiam, n. 5.
Condendatus si fuerit gratiatus quæ bona recuperet, num. 6. & 7.
Princeps non præsumitur quod voluerit tertio praeiudicare ex suo facto, n. 8.
Princeps absque iuxta causa, non potest tertio præiudicare, n. 9.
Condendatus ob aliquod delictū, si restituatur, recuperat omnia bona, etiā in tertios alienata, n. 10.
Restitutio tātū dat, quātū abstulit condēdatio, n. 11.
Pace facta inter Principes præliantes, an rebelles vtrorum debeant restitui ad eorum bona, remissiue, num. 12.



AD CAPVT LXVIII.

Additio.



1 OFFICIALIS qui in officio deliquit, si eo priuatus fuerit, ac deinde à Principe gratiatus, illud ob gratiam sibi factam non recuperat; quia non operatur quoad restitutionem officij, sed tantum quò ad remissionem pœnæ, siue corporalis, siue pecuniariæ addo in terminis durioribus *Ro. it decis. 62. & Georgi. allegat.* 42. *num* 11. cum seqq. allegantes *tex* punctualem, *in l. si aliqu. d* 12. *C. de susceptoribus præpositis, & arcarijs, lib.* 10. ibi. *Si aliquidà susceptore, vel à tabulario fraudis admissum esse pessessor deprehendat. Nemo eorum, semel de internersione conuictus, id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, & si rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione intulerit.*

2 Dixi, qui in officio deliquit, ad differentiam eius qui non ideo reus effectus fuit, sed circà aliquod aliud negotium, vel causam diu. rsi generis, nam eo prò crimine, illo condendato, & per consequēs officij etiam exercitio priuato, si demum gratiam à Principe obtinuerit, vel ad preces, vel sua sponte, recuperat officium, in cuius exercitio nunquam defectuosus fuit reputatus, vt ait notabiliter *Per Foller. in explicatione Icti Commentar. prag. anni* 1554. *continentis generalem indultum, emanatum à Dom. Cardinali Pacecho Locumtenente Inuictissimi Philippi II. ob renunciatione huius Regni sibi factam à Cæsarea Maiestate Caroli V. sui gloriosissimi genitoris, num.* 50. pœnes *Rouit. in prag.* 1 *de abolit.*

3 Dixi etiam à Principe gratiatus, ad differentiam illius qui fuit restitutus, is enim quamuis in officio deliquisset, illud tamen per restitutionem recuperat, de qua te sunt binæ notabiles decisiones *Sacræ Rota Rom.* 5. *& 6. sub tit. de restit. spoliat.* pœnès *Mohedan.* aliàs *decis.* 86 *&* 87. vbi ita fuit bis in eadem causa decisum, quamuis officia de quibus in illa causa agebatur ad beneficium alterius collata fuissent, idem tenet *Billot. consult.* 1. *num.* 39. & celebris ille *Reg. Ferdin. Branc. in allegat.* inserta in 3. *lib. quotid. resolut. Spect. Dom. mei, allegat.* 66. *num.* 2. & cō-

4 fert *Andr.* dicens, quod restitutus debet reponi in eo statu, quo erat ante culpam, siue delictum, & sic ad honores; aliàque omnia, *in cap.* 1. *n.* 2. *de Vassall. decrepit. ætat.* & latiùs *Ann in cepcit. Capit. quidam Vasallus n.* 157. *& seqq eod. tit. ex tex in l.* 3. §. *si deportatus ff. de bon. liber. in l. t.* § *fi. versic. si & Patet ff. de bon. poss. ff. contr. tabul. & in l. fiuè* 21. *ff. de iur.*

5 *Patron.* Indè infertur primò, quod si quis ob rebellionem vitam militiam sibi à fratre Primogenito feudatario debitam, amisit, si restitui contingerit illam recuperat *Camil. de Medic. consil.* 46 *n.* 48. & videndus etiam *Felin. consil.* 10 per discursum. Secundò infertur, aliis omissis, quod licèt condendatus ob

6 aliquod delictum, si demum fuerit gratiatus à Principe, non recuperet bona in alium translata, *Andr. in dicto cap.* 1. *n* 5. *Alex. consil.* 101.

7 *Viso protesso, n* 6. *vol.* 2. quia non adhùc alienata semper recuperat *Bossiin tit. de remed. & sola Clem. Princip. n.* 1. *cum seqq. & Clar in*

8 § *fin. quæst.* 59. nam quoad bona alienata non præsumitur quod Princeps ex facto suo voluerit præiudicare tertio, cui medio tempore fuit ius quæsitum *Luc. de Penn. in l. coi, col.* 8. *in princip. versic. at in integrum C. de his qui spont. public. muner sube. lib.* 10 *Caphal. consil.* 302. *num.* 116. *cum seqq. Osas. decis* 138. *n.* 11. *Surd. decis.* 274. *n.* 7. *& Georg. allegat.* 37. *n.* 10.

9 Imò nec minùs potest de iure præiudicare alteri absque iusta causa *l.* 2. *C. de precib. Imper. offer. glos. in l. fin. &* ibi *Bac. nu.* 2. *&* 3. *C. si contr. ius, vel public. vtilit. Gabriel. tract. de iur. quæsit. non tollen. concl.* 1. *Camill. de Curt. in diuers. Iur. feudal. n.* 23. *versic. potest quoque feudum. Cyriac. contr.* 33. *n.* 14. *& Cancer. variar. resol par.* 3. *tit. de priuileg. & rescript. cap.* 3 *n.* 29. Q 2 10 Ta-

10 Tamen dato quod Princeps restituat aliquem delinquentem (quod rarò fit, imò nūquam absque iusta causa) tunc restitutus ipse, recuperat omnia bona, siuè distracta, siuè non, vt dicun: *Felin. in cap. qnæin Ecclesiarum, num. 27. vers. per istam conclusionem, de const. Rolad cons.* 45. n. 21. *lib.* 4. *Seraphin. dec.* 965. n. 6. *Cardin. Caualer. decis. Rot. Rom.* 255. n. 1. & 313. n. 2. videdus etiam Ciarlin. Contr.
11 *Forens. lib.* 2. *Cap.* 168. & *Poller. lo. o sup. cit. n.* 46. Aliàs autem non diceretur restitutio, quę tantum restituit, quantum abstulit condendatio, vndè *tex. in l. qood si minor* 25. §. *restitutio, ff. de minor.* 25. *ann.* inquit *Restitutio autem ita facienda est, vt vnusquisq; integrum ius suum recipiat.* ad quod videndi, *Bald. cons.* 321. n. 4 *lib.* 4. *Tiraquell. de retr. lignager. glos. vnic. §.* 32. n. 69. *Gaill. obser.* 61. n. 14. *lib.* 2. & *Sforz Odd. de restit. in integ. q.* 79. n. 8. & 9.
12 Sed de alio hic indagare oportunè cōtingit, an facta pace inter duos prælianteș Principes, vtrorum rebelles recuperent bona, quæ sita sunt sub dominio eorum naturalis Principis, à quo se impiè absentauerunt? Respōdeo punctum hunc non vnica inspectione terminati, possunt enim quatuor dati casus diuersos parturientes effectus, Primus cum componuntur discordiæ intèr Principes, & fit pax, rebellium mentione prætermissa. Secundus cum Rebelles ad innicem simpliciter gratiantur. Tertius cum plenariè restituuntur; & Quartus cum restituuntur expresse quoad bona iam in tertios distracta; cumq; articulus iste in omni sui parte maximas posfit habere ambages, & nostrum non sit quærere quæ non sunt nostra, scilicèt ad rē non pertinentia, ideò in contingentijs recurre ad *Bart. in l. quemcumq. C. de fid. instr. Bald.* quem sequitur *Franeisc. de Aret. in l. Gallus, §. & quid si tantū, ff. de liber. & posth. Soccin. cōs.* 58. *per discursū, vol.* 3. *Afflict. decis.* 116. *vol.* 1. *Mobedan. d. dec. Rot.* 5. n. 3. & *dec.* 6 *nu.* 1. *de restit. spoliat. Boer. decis.* 38. n. 7. *Iacob. Menoch. consil.* 103. vbi latè.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

P*ermutatio de beneficio cuius collatio ad laicū patronum pertinet, non valet sine consensu illius, num.* 1. & *de ratione, num.* 2. *Sed intellige, & limita, vt num.* 5. 6. 11. & 12.

Beneficia ex permutatione dicuntur verè vacare, num. 3.

Resignatio beneficij, sub conditione; si patrono placebit, valet, n. 4.

Consensus requisitus ad validitatem actūs, potest subsequi, n. 7.

Consensus eius de cuius hæreditate paciscitur, sufficit ad validitatem pacti, si superueniat, n. 8.


Assensus Regis superueniens, connalidat venditionem feudi antea factam, n. 9.

Confirmatio non operatur, si confirmatum erat nullum ipso iure, ideo remanet tale, n. 10.



AD CAPVT LXIX.

Additio.



1 PERMVTATIO beneficij cuius collatio ad patronum Laicum pertinet, non valet si fiat spreto eius consensu, vt deducitur ex *tex. in Can. decernimus* 16. *quæst.* 7. *Bellamer. decis.* 177. *n.* 2. 179. & 181. *n.* 1. est ratio, quia sicut institutio facta de aliquo in beneficio iurispatronatus vacantis est nulla, spreto consensu Patroni ad cuius collationem pertinet, dummodò collatio non sit facta propter incuriam ipsius, negligentis intrà quatrimestre præsentare Cappellanum; ita etiam est nulla permutatio facta eo inrequisito, quia beneficia ex
2
3 causa permutationis resignata, verè dicuntur vacare, & sic debet sequi realis collatio, & institutio per eos quibus spectat, vt notāt Canonistæ per illum *tex. in cap.* 1. *de rerum permut. in* 6. & tennit *Rot. decis.* 7. *eod. tit. in antiq.* Indè licèt resignatio sub conditione
4 facta de aliquo beneficio non valeat, quia debet esse pura; hoc tamen non procedit si resignaretur ad beneficium alicuius, sub conditione, si Patrono ad cuius collationem pertinet beneficium illud, placebit, nam isthæc conditio intrinseca est, & vniformis dispositioni iuris, requirentis consensum Patroni in resignatione beneficij, *q. est de iure patronatus, Rot. decis.* 12. *d. tit. de rer. permut. in antiq.*
5 Verum intelligenda sunt prædicta, cum temperamento; est enim nulla permutatio facta de beneficio iurispatronatus, sine consensu Patroni, attamen non ipso iure, sed venit annullanda per sententiam, si scilicèt laicus patronus nullitatem ob contemptum consensus sui prolequatur intrà legitima tēpora, ei ad præsentandum concessa, ita tenēt *Cappll. Tholos. decis.* 107 *Guid. Pap. decis.* 374. *Rot. Rom. decis.* 5. *de rerum permut. in non. Frācisc. Marc. decis.* 40. *Franeisc. Scuenf. tract. de rerum permut. quæst.* 30. & *Carol. Moline.* damnatæ memoriæ, *tit. de infir. resignant. nu.* 45. &
6 est adeo indubitatum, quod benè potest patroni

troni consensus in casu prædicto subsequi, &
validatur permutatio per priùs eo non con-
sentiente, sed ignorante celebrata, argum.
tex. in cap. 2. de ijs, quæ fiunt à Prælat. sin. con-
sens. Capit. & latè *Rot. d. decis. 5.* id quod pro
regula constituunt *DD.* omnes, vt consensus
7 alicuius ad actus validitatem requisitus benè
possit subsequi Bar. *in l. si autem plures, vers.*
Quandoq; requiritur consensus, ff. de aqu. plu-
uial. arcend. & in l. si quis mihi bona, num. 8. ff.
de acquir. hæred. Curti tract. de feud. §. 4. num.
8 138. & conferunt notata per *Bald. in l. fin sub*
nu. 22. versic. Credo tamen, C. de pact. dum di-
cit, quod ad validandum pactum de hæredi-
tate viuentis sufficit, quod post pactum ce-
lebratum superueniat consensus eius, de cuius
bonis pactum fuit, & ideò non requiritur, quod
necessariò interueniat in limine contractus,
sequitur *Alex. cons. 113. Perspectis his nu. 18.*
vol. 6. Deci. cons. 31 sub num. 4. vers. Nam vt no-
tabilitèr vol 1. & nouissimè ex innumeris, la-
tè *Dom. Iuli. Capon. tract. de pact. quæst. 38. nu.*
9 16. Itemq; confert *Andr. in l. Imperialem nu.*
14 de prohib. feud. alien per Federic. dicens, quod
assensus Regis necessarius in alienationibus
feudorum, potest subsequi, & remanet valida
alienatio, quæ non fuit nulla ipso iure, sed su-
spensiuè, quarentis sequeretur, vel non con-
sensus Domini, qui superueniendo retrotra-
hitur, ad validitatē alienationis feudi, *Paul.*
de Castr. in l. Iurisgentium, §. si paciscar, in fin.
ff. de pact. Afflict. in d. l. Imperialem, ibiq; etiā
Camerar. fol. 87. lit. A. cum seqq. vbi latissimè,
& Aluar. in cap. 1. n. 4. de alienat. feud. patern.
10 *Et* prædicta ad differentiam eorum quæ sūt
ipso iure nulla, quæ quantumuis confirmen-
tur per superuenientem consensum, nunquā
tamen aliquid firmitatis accipiunt, ac ideò
remanent nulla pròut erant, *cap. auditis 29. de*
elect. quia actus confirmans non operatur,
quando confirmandus nullum habet robur,
nec actualem, nec suspensiuum proptèr om-
nimodam iuris implicantiam.
11 Sed vt ad rem vndè digressimi sumus, re-
deamus, notandum est, quod quando permu-
tatio de beneficio iurispatronatus facienda,
vtilis est Ecclesiæ, eo casu quamuis patronus
ad cuius collationem pertinet beneficium il-
lud, consensum suum impartiri discrepetur,
posset tamen ad id cogi. *Rebuff. in prax. cau-*
sarum beneficial. tit de permut. n. 21. & 22. quē
12 sequitur *Ranchi.* & alij addentes *ad Guid. Pap.*
d. decis. 374. quia tunc demum eius dissensus
operatur, inducitq; inualiditatem permuta-
tionis, si proponatur intrà legitima tempora,
& causa dissensus sit rationabilis *Rot. d. decis. 5.*
in fine, versic. Quod dictum, de rerum permut.
in nou. & Aufrer ad Capell. Tholos d. decis.
107. de qua re plura inuehi possent in exem-
plum, quæ consultò amitto.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

CAput hoc encomiatur ab authore, n. 1.

Patre, vel matre existente in medio non habent locum Consuetudines Neapolitanæ, nu. 2. vbi de ratione.

Pater succedit filio in bonis maternis, exclusis ex parte matris proximioribus, n. 3.

Auo, vel auia existente in medio, an cessent consuetudines, latè n. 4 & 5 cum seqq.

Appellatione patris, vel matris, veniunt aus, & auia n. 6. Sed intellige, vt n. 7.

Dispositum in patre, vel matre, in fauorabilibus habet locum etiam in auo, & auia, n. 8.

Proauia potest esse tutrix pronepotum pupillorum, & in ea habet locum dispositio tex. in auth. matri, & auiæ, C. quand. muli. tutel. offic. &c. *num. 9.*

Aus, & auia, atq; vlteriores ascendentes, non possunt à nepotibus in ius vocari sine venia, num. 10.

Patre, vel matre, in medio existente, quod cessent Consuetudines, non est exorbitans, sed valdè æquum, num. 11.

Parentes, ad luctuosam filiorum hæreditatem admitti, nil æquius est n. 12.

Patre monacho professo in medio existente, non habent locum Consuetudines, nu. 13. Amplia vt num. 14.

Monachus non amittit iura sanguinis, n. 15.

Monachum reputari mortuum, quomodo intelligatur, n. 16.

Frater ex vno latere tantum coniunctus, an excludatur à successione fratris, per alios vtrinque coniunctos fratres, patre, vel matre in medio existente, Affirmatiuè, n. 17. Sed sequeretur absurdum notatum, n. 20.

Negatiuè num. 18. Sed sequeretur aliud absurdum, num. 23.

Authoris sententia refertur, n. 24.

Frater ex vno latere coniunctus de iure communi excluditur à successione fratris, ab alio fratre vtrinque coniuncto, num. 19. Secus verò de iure Consuetudinario, n. 21.

Frater consanguineus tantum succedit fratri in bonis paternis, vterinus verò in bonis maternis, num. 22.

Successio eadem, potest diuerso iure regulari &, quando, num. 25.

Filius qualitèr possit de iure Consuetudinario *disponere, patre, vel matre in medio existente, latè, n. 26.*

Filia nupta habens filios, qualiter possit de dotibus suis disponere, & an cessent in hoc Consuetudines proptèr existentiam patris, vel matris, latè num. 27.

Patre, vel matre existente in medio, non cessant Consuetudines, quando adsunt descendentes defuncti, num. 28.

Consuetudo, si qua moriens, non habet locum in obuentis mulieri, cum libera facultate dispon-

di,

di, num. 29. Item in dote per mulierē acquisita ex sua industria, nu. 30. Item in bonis traditis à viro mulieri ob eius pulcritudinem, n. 31. Item in bonis quæ vir senex, vel ignobilis dedit uxori iuueni, vel nobili nu. 32. Item in bonis extrà districtum existentibus, n. 33. & demum non habet locum ad beneficiū filiorū naturalium, n. 36.

Consuetudo, si qua moriens, habet locum etiam in bonis stabilibus, sitis extrà districtum, si fuerūt empta de pecunia dotali data in hac Ciuitate, num. 34.

D. Scipio Santiuus fuit magnus Aduocatus, & composuit singularem librum super Consuetudinibus huius Ciuitatis, qui post eius mortem fuit occupatus, n. 35.

Fructus dotis pendentes, vel maturati, & non exacti, an sint subiecti Consuetudini, n. 37.

Bona matri obuenta ex successione defuncti filij an sint subiecta Consuetudini, si qua moriēs, n. 38.

Soror an excludatur per fratrem à successione defuncti fratris, vigore Consuetud. si moriatur, Patre, vel matre ad eandem successionem concurrente, latè n. 39.

Pupillo defuncto, quis præferendus in successione ipsius stante expressa pupillari substitutione ei facta, si concurrant mater, substitutus, & agnatus pro medietate bonorum antiquorum vigore Consuetud. n. 40. refertur ratio dubitandi, n. 41. Sed respondetur pro matre in exclusionem agnati, n. 4. Sed contrà matrem, n. 49. Author tenet priorem sententiam, quam latè probat, n. 54. & ex contraria opinione sequitur absurdum. n. 55.

Pupillaris substitutio expressa excludit matrem à legitima, n. 41. Sed hoc procedit si mater vellet exigere legitimam immediatè ab hæreditate, vti à bonis filij. n. 48. Non tamen excluditur à portione legitimæ, quæ spectabat filio pupillo in bonis patris, n. 49. Sed hæc opinio non est tuta, n. 53.

Pater tenetur relinquere filijs medietatem bonorū sibi ab agnatis, & cognatis obuentorum, n. 42.

Legitima filiorum de iure Consuetudinario est aucta, n. 43.

Nouem partes dotis, & aliorum bonorum antiquarum, quas mater tenetur relinquere filijs, dicuntur eorundem filiorum legitima, n. 44.

Mater subiecta Consuetudini, instituendo filium in legitima, censetur eum instituisse in illis nouē partibus dotis, & aliorū bonorū ātiquorū, n. 45.

Medietas bonorum antiquorum, quam pater tenetur relinquere filijs vigore nostra Consuetud. dicitur eorum legitima, n. 46.

Pater, vel alius ascendens secundum nostras Cōsuetud. potest ita filia substituere, vt excludat matrem à legitima, n. 51. Sed intellige, vt n. 56.

Agnatus per pupillarem substitutionem, non potest priuari medietate bonorum antiquorum, num. 52. Sed limita, vt n. 57.

Consuetud. etsi testator, quid disponat, n. 58.

Bona empta cum pecunia peruenta ex venditione bonorum antiquorum, an sint subiecta Consuetudini, Affirmatiuè num. 59. Sed contrà n. 60.


Bona permutata cum bonis antiquis, sunt subiecta Consuetud. n. 61.

Bona mobilia sunt subiecta Consuetudini, n. 62.

Bona empta cum fructibus bonorum antiquorum, non sunt subiecta Consuetud. n. 63.

Nomina debitorum sunt subiecta Consuetudini, num. 64.

Nomina debitorum, quando dicantur esse de districtu, n. 65. & 66.



AD CAPVT LXX.

Additio.



1 CAPVT hoc (vt à Sapientibus audio, ac vt crassa minerua mea mihi insinuat) notabile est pro explicatione celeberrimarum *Consuetudinum*, huius Neapolitanæ Ciuitatis, quarum vna, *si quis, vel si qua*, Incipit, Altera verò, *& si testator*, exorditur; Et sanè adeo pinguis est circà illas *Spectab. Dom. mei discursus*, vt pluries quampluribus, cum quibus colloquium passim habui dixerim, me illi nō aliud additurum, quam silentium; Sed cum fuisset mihi ab eisdem responsum reddirum me meliora, ac vtiliora linquere: Idcircò
2 calamum præstò cæpi, super germana interpretatione vulgaris illius adagij, frequentissimè per ora nostratum celebrati, quod *Consuetudines* huius Ciuitatis, locum sibi non vindicant, si pater, vel mater in medio existant, & hoc ea ratione, quia Consuetudo loquitur de proximioribus, ex parte patris, vel matris, & sic nec patrem, nec matrem debet includere, quia illis non conueniunt verba *Consuetud.* stante quod ipsi sunt principia, non principiata, *Minad. decis.* 38. ex *Napod. in d. Consuetud. si quis, vel si qua n.* 332. *versic. Quid ergo Frnach. decis.* 91. 92. & 486. n. 1. *Molfes. ad Consued. tom. 1. tit. de succes. ab intest. quæst.* 44. & alij communiter, post
3 *Afflict. decis* 236. n. 2. dicentem. quod Pater succedit filio in omnibus suis bonis, exclusis proximioribus ex parte matris.

Ex qua conclusione, quamplura oriuntur non mediocris considerationis dissidia.

Primum Dubium.

4 AN sicut *Consuetudines* cessant ob existentiam patris, vel matris, cessare etiam debeant existentibus, auo, vel auia, aliouè superioris gradus. Videtur negandū, quia

quia limitatio prædicta est exorbitans,
facit enim, quod eo casu nostræ muni-
cipales leges locum non habeant; Ergò non
est extendenda vltrà patrem, & matrem, &
in effectu ita fuit decisum, teste *Rouit. consil.*
5 98. *n. n. vol. 1.* Ego concludo contrarium, cū
punctuali doctrina *Ann. allegat. 70. nu. 49.* vbi
ita refert terminatum per quosdam arbitros,
in causa Comitissæ Borrelli, & indè, idem
concludit *allegat. 117. n. 23.* & refert decisum
in S.C. *Minad. decis. 38. circa fin.* in illis ver-
bis, *fuit decisum simpliciter in causa Perdinā-*
di Roberti, quod post quam Consuetudo non ha-
bet locum: Patre, vel Matre, existente in medio,
6 *vbaliò aspirante.* Quia patris, vel matris appel-
latione, auus, & auia continētur *l. Iusta inter-*
pretatione, ff. de verb. signif. l. appellatione
51. ff. eod. ibi *Apellatione parentis, non tantum*
Pater sed etiam auus, & proauus, & deinceps om-
nes superiores continentur, sed & Mater, &
auia & proauia. Consonat alius text. in *l. 4. §.*
parentes ff. de in ius vocan. & in §. parentes
Inst. de grad. affin. Giurb. ad Consuetud. Mes-
san. cap. 8. glos. 5. part. 1. num. 2. post *Bart. cons.*
7 *55. n. 3. lib. 2. & Fontanell. decis. 56. nu. 19.* vbi
dicit hoc verum esse, sed tantum in fauora-
bilibus (vt in casu nostro) secùs autem in
odiosis, ex *tex. in l. lege Iulia, §. 1. ff. de rit.*
nupt. Barbos. de appellat. verb. verbo, Mater,
appellat. 143. n. 2. & Mart. de success. legal. p.
8 *2. quæst. 9. art. 3.* & ideò in materia fauorabi-
li, quidquid in patre, & matre dispositum
est, in auo, & auia locum obtinere fatendum
est, vt notabilitèr dicit *glos. in l. si quis à libe-*
ris 5. ff. de liber. agnos. in princip. vbi ponit hæc
verba. *Et quod dixi in Patre, idem est in auo,*
& proauo, & alijs superioribus & idē est in ma-
tre, auia, & pauia, & alijs superioribus ex femi-
9 *nina linea descendentibus* Vnde dicebat *Bar. in l.*
eui corr. §. affinitatis, ff. de postul. Quod *tex. in*
auth. matri, & auiæ, C. quand. muli. tutel. offic.
fung. poss. licèt loquatur, & disponat, quod pu-
pillorum tutela, matri, & auiæ tantùm in
sexu fœmineo danda sit, tamen non excludit
proauiam, quæ paritèr ad pronepotum suo-
rum tutelam admitti potest, idem tenet *Bald.*
Imol. Aret. Cuman. Alex. & Alciat. quos sequi-
tur *Cauall. pract. quæst. commun. contr. commun.*
quæst. 455. vbi testatur hanc sententiam com-
muniorem, ac veriorē esse, & iuxtà eam præ-
10 dicauit A qua re non valdè differt aliud no-
tabile exemplum, notatum per erudítissimū
Alex. ab Alex. huius Neapolitanæ Ciuitatis
decus, & ornamentum, *dierum genial. lib. 1.*
cap. 15. dum inquit, quod quamuis ex edicto
Prætoris, *in l. 4. §. Prætor. ff. de in ius voc.* pro-
hibitum sit liberis, parentes absq; venia in
ius vocare, nulla de auo, ac auia, alijsq; vul-
terioris gradus ascendentibus facta mentio-
ne; hi tamen non minùs sub eo edicto com-
præhenduntur, quam primi gradus paren-
tes. Non obstat (vt ad rem nostram redea-
11 mus) quod limitatio, illa ad nostras *Con-*
suetud. vt non habeant locum patre, vel ma-
tre existente in medio, tanquam exorbitans
non sit extendenda; quia respondeo negando
suppositum, non enim exorbitans appellanda
est, sed æquissima, ac naturali rationi consen-
tanea, ex notatis per *Rouit. cons. 29. n. 10. lib.*
3. nam æquior nulla lex dari potest, præter il-
12 lam, quæ parentes ad luctuosam liberorum
hæreditatem admittit. *Bona filij* (vt inquit
Plin.) *Pater sine diminutione possideat, nec socius*
hæreditatis accipiat, qui non habet luctus. & ha-
betur etiam ex *l. nam etsi parentibus, ff. de inof-*
fic. testam. ibi. *Turbato tamen ordine morta-*
litatis, non minùs parentibus, quam liberis piè
relinqui debet Ex quibus videtur non esse de
proposita quæstione hæsitandum.

Dubium Secundum.

13 AN cessent *Consuetudines,* ob existen-
tiam Patris Monachi professi, *in*
aliqua Religione capaci bonorum in cōmu-
ni? Respondeo affirmatiuè; *Napod. in d. Cō-*
suetud. si quis, vel si qua, in verbo, proximiores;
14 & hoc siuè successio sit delata ante, siuè post
monacationem, *Afflict. decis. 348. n. 2. & Mol-*
fes. ad Consuetud. tom. 1. part. 2. tit. de person. n.
31. Quia iura sanguinis, ex quibus resultat
15 ius succedendi, monachus non amittit, sed
retinet illa, argum. *l. iura sanguinis, ff. de reg.*
16 *iur.* & id quod dicitur, Monachum reputari
mortuum, & successiuè incapacem, cum vel-
le, & nolle non habeat *Can. non dicatis 12. q.*
1. cap. si religiosus 27. de elect. in 6. & cap. fin.
de sepult. in 6. intelligitur quò ad matrimonia
contrahenda, & ea omnia, quæ videntur im-
plicare contradictionem statui religioso, *glos.*
in §. cogitandum, verbo, testes, versic. Nec ob-
stat, auth. de Monac.

Tertium Dubium.

17 AN frater vterinus, vel consanguineus
tantùm, succedat fratri vterino, vel
consanguineo, existente in medio patre, vel
matre, itemq; etiam existentibus fratribus
vtrinque coniunctis. S. C. supèr puncto isto
pluries in partem affirmatiuam inclinauit, vt
& latè penès *Vrsill. ad Afflict. decis. 3. per to-*
tam Franch. ad Consuetud. si quis, vel si qua, in
Apostill. incipiente ista verba, fol. mihi 118. Mi-
nad. d. decis. 38. & iterum in causa illorum de
Burrello, & Hippolitæ Capomazza eorum
matre, vt refert *Thor. in compend. decis. tom.*
1. verbo, frater vtrinque coniunctus, fol. 272.
col. 2. Idem *Thor. tom. 3. eod. verbo, fratres*
18 *vtrinq; coniuncti fol. 472. col. 2.* & latè *Capyc.*
Latr. decis. 61. fuitque membrata decisio
emanata contrà allegata illa causa per *Rouit.*
d. consil. 29. vol. 2. vbi firmissimè, non dicam
incon-

inconuincibilitèr tutatur, vterinum fratrem
à successione fratris, excludi à fratribus vtrin-
que coniunctis, existeute in medio matre, quæ
ad defuncti successionem concurrebat, pròue
etiam tenet *Franch decis. 91. sub n. 16.* nam
inspecto quod in eo casu *Consuetudo* non ha-
bebat locum proptèr existentiam matris, vi-
19 debatur reductum negotium ad ius com-
mune, secundum quod frater vtrinque con-
iunctus, concurrens cum altero parentum
fratrem coniunctum ab vno latere tantum, ex-
cludit à successione defuncti fratris; iuxtà
*tex. in auth. defuncto, C. ad Tertylli. auth. post
fratres, C. de legit. hæred. auth. item hæreditas,
C. de bon. quæ liber. & toto tit. in auth. de vter.
& consang. collat. 6.* Sed adducteratur ad bina
absurda, quorum vnum ex priori sententia,
alterum ex posteriori deriuat; Siquidem
20 si admittimus primam opinionem volētem,
quod patre, vel matre existente in medio,
frater ex vno latère coniunctus, concurrere
debeat cum fratribus in vtroq; latere proxi-
mis, sequeretur quod regula aliàs apud nos
indubitata, quod patre, vel matre, &c. in
cassum cessaret, & intraret dispositio *Consue-*
21 *tud.* secundum quam, quando frater est cō-
iunctus fratri in eo tantum latere, à quo ei
bona obuenerunt, succedit in illis, nec exclu-
ditur à fratre vtrinque coniuncto, cum quo eo
casu concurrit, quia quò ad ea bona, nullus
dicitur magis coniunctus altero, *Napod. in d.
Consuetud. si quis, vel si qua, n. 241. fol. mihi*
144. & in terminis similis statuti, *Alciat. in 2.
lib. respons. tom. 1. respons.* 37. quem sequitur
*Dom. meus Hodiern. ad Surd. decis. 239. nu. 12.
Franch. decis. 93. post n. 7. & decis. 99. Molfes.
ad consuetud. part. 4. quæst. 30. num. 8. Capyc.
Latr. d. decis. 61. n. 4. & Viui. decis. 173. nu. 2. &*
12. vbi dicit, quod si quis decedat habens
22 bona paterna, & materna, & relinquat fra-
trem vterinum, & consanguineum, eo casu
vterinus succedit in bonis à matre, & eius
linea obuentis, consanguineus verò in bonis
paternis, in cæteris autē, quæ defunctus nec
à patre, nec à matre recognoscebat, par est
vtrorum fratrum ratio, ex *tex. in l. de emanci-
patis, §. exceptis, de legit. hæred.* & ibi Bar. *Ma-
rant. consil. 92. num. 3. & Masull. ad Capyc. de-*
23 *cis. 92. in fine* Sin autem admitteremus sen-
tentiam *Rouit.* volentis quod frater ex vno
latere tantùm coniunctus, excludatur à suc-
cessione fratris, à fratribus vtrinque coniun-
ctis, cum quibus, siuè pater, siuè mater con-
currit, iuxtà formam iuris communis, seque-
retur, quod regula illa, patre, vel matre exi-
stente in medio, &c. operaretur nē dum ad
fauorem parentum, de quibus *Consuetud.* nō
non sunt loquta, ex *Minad. decis. 26. sub n. 2.
circà finem, versic. Nā rationes*, Sed operare-
tur etiam ad fauorem alterius in præiudiciū
tertij, scilicèt fratris ex vno latere tantùm
coniuncti, ad cuius fauorem *Consuetud.* vrgēt
24 Ideoq; ego minimus, arguendo ab absurdo
vitando, concludo firmitèr, sempèr sub cor-
rectione meliùs sentientis, esse admittendum
superstitem parentem, vnam cum filijs suis,
defuncto fratri vtrinque coniunctis; deindeq;
portionem illam fratribus prædictis obuen-
tam iuxtà formam iuris communis, esse di-
uidendam cum alijs fratribus ex vno latere
tantùm coniunctis seruata forma *Consuetudi-
nis*; & ita parenti prouidetur, nam eius por-
tio non diminuitur pèr immediatū concur-
sum aliorum defuncti fratrum, & etiam libe-
ris, ac absurda vitantur, & in effectu ita esset
intelligenda dicta nouissima *decis.* tradita
25 per *cit. Capyc. Latr.* Neq; obstat, quod non
debet vnica, & eadem successio diuerso iure
regulari, ex argum *l. nam hoc iure, ff. de vulg.
& papill. & in l. cum quis ades, ff. de vsu cap.*
Quia hoc non procedit quando eadem res
consideratur diuersis temporibus, ac respe-
ctibus, pròut in casu nostro, proptèr diuer-
sitatem personarum, quæ dissimili legi sub-
sunt, ex traditis per *Tiraquell. tract. de retract.
consang. §. 1. gloss. 6. n. 23.* & in puncto *Capyc.
Latr. d. decis. 61 n. 5.*

Quartum Dubium.

26 QValitèr possit filius existente patre,
vel matre in medio de bonis suis di-
sponere? Quòad hoc hebemus casū expressū
Consuetud. Filius Familias, per quam habili-
tatur ad disponendum liberè de bonis mater-
nis, ita quod non teneatur, si nolit, patrem
instituere, excepto tantùm debito bonorum
subsidio, per quem *tex.* determinauit S. C.
posse filium familias in bonis sibi a matre ob-
uentis, relicta patri legitima, extraneum in
reliquo hæreditatis instituere, absque quod
proximiores ex parte matris possint medio-
tatem bonorum antiquorum ab eo auocare,
ex dispositione *Consuetud.* quæ ob existentiam
patris cessat, iuxtà celebrem illam *Franch. de-
cis.* 91. & ita paritèr dicendum est defuncto
patre, viua tamen matre, cuius existentia fa-
cit etiam cessare *Consuetudinem*, non minùs,
ac existentia Patris: Verùm quia *Franch. in
seqq. decis. 92. in fine*, dubitat de his quæ
in præcedenti dixerat, quando adsunt fratres,
siuè vtrinque coniuncti, siuè consanguinei,
siuè vterini tantùm, pèr doctrinam *Napod.*
dicentis quod aut filius vult disponere in præ-
iudicium extranei, & non potest quia fieret
fraus *Consuetud.* aut vult disponere in bene-
ficium patris, & isto casu valet dispositio, nec
agnati remotiores, possunt ab eo auocare me-
dietatē bonorū, nisi tamen cū patre concur-
rerent fratres defuncti, qui ex dispositione iu-
ris communis vocantur insimul cum patre,
istamque opinionem prosequitur latè *Consil.
Io: Baptist. Melior in eius allegat. inserta per*
Ro-

Ronit. consil. 28 *n.* 3. *&* 4. *vol.* 2. idcircò videamus an hoc possit iure sustineri, & an congrua fuerit dubitandi ratio, quam annuit *Franch. d. decis.* 92. *in fine*; Siquidem si dicimus illam fundari super *Consuetud. si quis, vel si qua*, et hæc non potest in medium produci, quando in medio, vel pater, vel mater existit; Si dicimus fundari in iure communi ad quod negotium reducitur, & hoc non obstat, quia tu tantum frater ex vtroque latere coniunctus cum patre admittitur ad fratris successionem, in quantum supponitur ibi fraterem ab intestato decedete; Nam si supponeremus, quod de iure communi filius familias posset testari, frater, fratris testamentum nō rumpit, nisi quatenùs turpis persona instituta in eo reperiretur; Igitur cum ex *d. Consuetud. Filius familias*, sit sublatum impedimentum iuris communis, & effectus, sit testabilis de bonis maternis, cumq; modus disponendi non debeat regulari per illas alias *Consuetudines*, imponentes necessitatē testatoribus cum filios non habent, relinquendi medietatem bonorum antiquorum agnatis ex quorū linea bona obueniunt, & hoc ob existentiam patris: fit vt haud hæsitari possit, quin filius familias relicta patri legitima possit liberè disponere, ex memorata *decis. Fran. b* 91. omnisque cesset contrà eam dubitandi ratio: de qua et præter alias decisiones, notabilis videtur illa quam refert *Minad. d. decis.* 38. vbi postquam retulerit supradictam *Napod.* sententiam, ponit hæc verba. *Fuit decisum simpliciter in causa Ferdinandi Roberti, quod postquam Consuetudo non habet locum patre, vel matre, existente in medio, vel alio ascendente, quod potest simpliciter, & liberè filius disponere, quia cessante Consuetudine habet locum ius commune*, ac etiam *decis.* relata per *Capyc. ad d. Consuetud. filius familias, in Apostill.* in incipiente, *Ista glos. fol. mihi* 188. *in fine*, vbi in èr alia ponit hæc verba. *S. C. pro maiori parte votauit in causa Sancti Petri de Vrbe, quod existentia ascendentis, etiam extraneo instituto, etiam taliter, quod ascendens excludatur, excludit ipsos agnatos, & cognatos*. Et hoc nullam penitus habebit difficultatem, si ponderetur *d. Consuetud. filius familias*, per quam hoc expresse deciditur, & cum habemus casum legis, non est de alio inquirendum, licèt cit. *Io. Baptist. Melior, n.* 4. dicat contrarium, ponderando verba eiusdem *Consuetud.* ibi, *Ac si Pater, vel mater familias essent*, quia hæc fuerunt ibi posita ad decantandam liberam disponendi facultatem, non autem ad illam restringendam, vt philosophando supponit.

Quintum Dubium.

27 QValiter mulier nupta, habens patrē, siue matrem, ac etiam filios, possit de bonis suis testamento disponere? Videtur dicendum, quod cum per existentiam patris cessent *Cōsuetudines*, possit filia liberè disponere, absq; q tenéatur filijs relinquere nouē partes dotis, & aliorū bonorū ab agnatis, vel cognatis ei obuentorum, Sed hoc non obstāte tenendum sine scrupulo est, *Consuetud.* illam, *si qua moriens* per quam statuitur mulieribus habentibus filios disponendi modus, & facultas, locum habere, etiam patre, vel matre, existente in medio, prout in effectu eadem municipalis lex loquitur, vt patet in illis verbis ibi. *Et parentibus* Vndè disponitur in ea, quod mater filios habens non possit de bonis, nisi de decima disponere, alijs nouem partibus filijs reseruatis; & tamen ex memoratis verbis opponitur existentia parentum; illamque sententiam fundat cit. *Io: Baptist. Melior*, vt ex *Ronit. d. consil.* 28. *n.* 5. allegans punctualem authoritatem *Marin. Freccia ad consuetud. si aliquis moriens*, in apostilla incipiente, *Nota dū loquitur, fol. mihi* 165.

28 Dictis etiam ad maiorem huius rei firmitatē, quod nostra regula, patre, vel matre, &c. intelligitur, quando decedens non habet filios, secus tamen si filios haberet, quia tunc quamuis parentes in medio existant, nihilominus *Consuetudines* habēt locum, sicut pariter videtur sentire *Napod. in Consuetud. & si testator in glos. proximiores, n.* 34. *versic. Et intellige*.

Verum hac sumpta occasione, noto dictam *Consuetud.* si qua moriens plures habere limitationes, quarum nonnullas libuit mihi in
29 hoc loco notare: Prima sit limitatio in bonis mulieri obuenetis, vel traditis cum libera disponendi facultate, quia quilibet potest rei suæ imponere legem, quam sibi placet, ad q est notabilis doctrina *Dec. in l. fin. sub n.* 5. *C. de pact.* vbi ponit hæc verba. *Et ideò alias fuit Senis consultum, quod licet statutum prohibeat mulierem habentem filios, vltrà quartam partem bonorum alienare, quod tale statutum non habet locum in bonis relictis, & acquisitis mulieri cum licentia, & potestate alienandi* Hæc ille, adducens plures rationes: *Idem* videtur tenere *Capyc. decis.* 190. *&* *Thor.* qui ità refert decisum, *in compend. decis. tom.* 3. *part.* 2. verbo, *Mulier an possit liberè, fol.* 120. *col.* 1. *in princip.* vbi transcribit apostillam quorundam grauissimorum virorum, addo apostillam *Dom. Scipion. Sanctini in d. Consuetud. fol.* 196. quæ incipit, *Pater in contractu*, vbi ita refert fuisse terminatum per quosdam arbitros, quorum vnus fuit ille celebris *Io: Angelus Pisanellus.*

30 Secunda limitatio est, quando mulier bo-

na quæ in dote dedit ex sua industria acquisiuit, nam cum non dicantur, prouenire ab agnatis, & cognatis; meritò potest de i lis disponere liberè,& secundum ius commune, vt in simili *Socein. Sen. consil.* 110. *lib.* 2. & in terminis *Napod.* in eadem *Consuetud. si qua moriens, glos. Saluo, nu.* 50 *Camill. Saler.* ibidem,in apostilla incipiente, *Ex hac Consuetudine*,& *Scip. Bucc. in Apostilla* inchoante, *Statutum*,qui idem concludunt, in bonis à viro
31 vxori traditis ob eius pulcritudinem, & ita sunt intelligendi, dum inquiunt, ex *sui industria,& pulcritudine*, confert etiam *Molfes. ad Consuetud. tom.* 1. *part.* 3. *quæst.* 21. *num.* 15. vbi probat, quod bona quæ vir ignobilis, vel
32 senex, donauit vxori nobili, vel iuueni, non sunt reseruanda filiis illius matrimonii, & ideò infero ego, non sunt subiecta *Consuetudini*, idemque *Molfes tom.* 2 *in addit ad dictam qu.* 21 *n.* 9. reprobat *Surd. consil.* 164. *n.* 16. *& seqq. vol.* 2. vbi cōtrarium conatur defendere;
33 Tertiò limitatur in bonis extra districtum huius Ciuitatis, vt deducitur ex *Vrsill. ad Af-*
34 *flict. decis.* 226. *num* 8. & ad hunc propositum notandum est, ac menti tenendum, quod si ex dote in pecunia in hac Ciuitate tradita fuissent empta bona sita extrà districtum illius, nihilominùs bona illa essent subiecta *consuetudini*, præscribenti mulieribus disponendi formam *Camill. de Medic. consil.* 163. *num.* 41. adducens *dictam apostill. cit. Scipionis Sanctini*, vbi circa medium hæc dicit valdè notabilitèr; *Item adde quod fuit altàs in S. C. determinatum, quod si de pecunia dotali existen. te in Ciuitate Neapolis, fuerint empta bona existentia extrà districtum, quod talia bona sint subiecta dispositioni huius Consuetudinis, & fuit in causa magnæ importantiæ, inter magnificam Hippolitam Caracciolam, & litis consortes, ac magnificam Loisiam Caracciolam, die* 17. *Februarij* 1558. *referente Domino Io. Andrea de Curtis, sententia est penes Tramontanum*
35 *nunc Figliolam* de qua decisione meminit etiam *de Rube. ad Napod. fol.* 4. *versic. Adde quod longa*. Et aduerte quod *d. Dom. Scipio Sanctinus* fuit maximus Aduocatus, & vt pluries dixit mihi D. Hieronymus de Leone Caracciolus eius hæres, composuit singularem librum super consuetudinibus huius Ciuitatis, isque post mortem eius fuit à quodam magni nominis viro, qui deindè quamplura impressit, occupatus, cuius que nōmen linquo nè videar alios calumniare.
36 Vltimò aliis quampluribus omisisis limitatur, vt non habeat locum ad beneficium filiorum naturalium, quibus non tenetur mater nouem partes suorum bonorum ab agnatis,& cognatis obuentorum, reseruare *Franch. decis.* 640. & hoc triplici ratione, tum sci. licet, quia dos de qua loquitur *Consuetudo*, supponit matrimonium, nam non potest esse dos sine matrimonio; tum secundò quia verbum, filij, à statuto prolatum, de legitimis,& naturalibus intelligitur; & tertiò quia eadem nostra *Consuetud.* quamplurimis in locis de legitimis,& naturalibus filijs loquitur, vt exquisitè ratiocinatur *Dom. meus Consil. Hodiern. in l. hac edictali, quæst.* 17. *n.* 27. *C. de secund. nupt.*

37 Sed an fructus dotis pendentes, vel maturati, & non exacti sint subiecti *Consuetud.* ita quod mulier non possit de illis nisi de decima disponere, vid. *Apon* 1. *de potestat. Proreg. tit* 9. *de success. mulier. in Regn. sub nu.* 15. *cum seqq. & Capyc. Latr. decis.* 62. vbi allegat *Franch. decis.* 604. *n.* 4. *& Molfes. ad Consuetud. tit. de bon. quæst.* 10. Et an bona matri
38 obuenta ex successione defuncti filij, debeant reseruari pro nouem partibus superstitibus filiis, videndus *Franch. decis.* 396.

Sextum Dubium.

39 AN soror excludatur à fratre, à successione alterius fratris, per *Consuetud. nem si moriatur*, concurrente ad eandem successionem Patre, vel matre; & sic an dicta *Consuetudo*, habeat locum, vel nè, altero parentū in medio existente? Breuitèr concludo, per existentiam Patris, vel matris non habilitari sororem in præiudicium fratrum, & contrà formam *Consuetud.* quæ cessat in fauorem parentum tantùm; ad quod adest celebre *consil. Roman.* 399. cuius mentionem faciens *Ias. in l.* 1. *num.* 52 *ff. de offic. eius*, ponit hęc notabilia verba *Adde prædictis, quod in materia per plura consulnit Ludouic. Roman. consil.* 399 *incip. vt præsens consultatio clarior reddatur, &c. In statuto Senarum disponente, quod fratre decedente ab intestato sine ascendentibus succedant fratres exclusis sororibus, quod in hoc statuto non debet sumi argumentum à contrario sensu, quod si extant ascendentes, simul admittantur cum fratribus, prout de iure communi venit, auth. defuncto C. ad Tertyll. motus potissimum, quia illud statutum intendit priuilegiare lineam masculinam, & excludere fœminas, quod non esset si admitteretur mulier*. Hæc & alia pro veritate huius rei ponit cit. *Ias.* & in proprijs terminis ex nostratibus hoc tenent *Napod. in Consuetud. sed si morienti sub num.* 27. *in glos. nepotes, ver. & idem dico & Franch.* dum se remittit ad illum *Napod. locum*, & *Consuetud. si quis, vel si qua* in apostilla incipiente, *ista verba versic. Quid si superest mater fol. mihi* 118. & idem *Franch. decis* 92. *nu.* 7. signantèr in versic. *propter primogenit. Apont. consil.* 61. *num.* 77. *& Vrsill. ad Afflict. decis.* 38. *sub num.* 11. *&* 12. *versic. & in eadem causa*, vbi bis ita refert decisum in casu prædicto, in exclusionem sororis, verùm quod debeat habere paragium, tultà *dictam Consuetudinem*, latè Io. *Bapt. melior* penès *Rouit. dicto consil.* 28. *sub n.* 2. *versic similitèr soror, vol.* 2. *& Spec.*

& Spectab. Dominus meus, lib. 2. cap. 208. num. 8.

Vltimum Dubium.

40 Pone aliquis vxorem habens, & ex ea filium, condito sibi testamento expres-
sè dicto suo filio Titium pupillariter substi-
tuit, factus est casus substitutionis, ob quod
concurrunt ad hæreditatem, & bona huius
mortui pupilli, Titius pupillariter substitutus,
Agnatus pro medietate bonorum antiquo-
rum, & mater; quæritur quis horum maius
ius foueat? Dubium facit, quia substitutus
41 excludit matrem, ob expressam pupillarem
substitutionem *l. precib. C. de impub. & ali.
subst. & cap. 1. §. licèt, de testamentis, in 6.* & la-
tissimè dante Deo tractabimus infrà *cap. 265.*
Substitutus quoad medietatem bonorum
antiquorum, excluditur ab agnato, qui illam
capit ex dispositione, & prouidentia *Consue-
tud.* ac per consequens quò ad eam non po-
test nec fraudari, nec priuari; Et mater exclu-
dit agnatum petentem medietatem, quia
Patre, vel Matre existente in medio, &c. Qua-
re vt in hoc laberynto pateat nobis via, ca-
pio explicandum quid operetur pupillaris
substitutio, & ad quæ bona extendatur, insi-
stendo terminis nostrarum *Consuetud.* signan-
tèr illi, quæ incipit, *si aliquis moriens,* per quã
42 Pater omninò tenetur liberis suis relinque-
re medietatem bonorum ei obuentorum ab
ascendentibus suis, & consanguineis sibi ex
quocumque latere coniunctis, de alijs verò
bonis à se nouiter quæsitis, potest liberè testa-
mento disponere; reseruato tamen eisdem fi-
lijs bonorum subsidio secundum dispositio-
nem iuris communis.
43 Indè est, quod hodiè de iure *Consuetudina-
rio* aucta est in beneficium filiorum legitima;
44 nam sicut in bonis maternis, illæ nouem
partes de quibus in *dicta Consuetud. si qua
moriens,* dicuntur legitima filiorum, & quasi
debitum iure naturæ, vt *Napod.* ibi *sub n. 17.
versic. & prædicta nouem partes,* & colligitur
ex *Mostis. ad Consuetud. tom. 1. par. 4. quæst.
62. tit. de success. ab intest. & par. 7. tit. de iur.
quart. quæst. 1. n. 1. Peregr. de fideicomm. artic.
36. Franch. decis. 374. Ann. cons. 6. & ex Amat.*
45 *consil. 56. n. 8. cum seqq.* vbi dicit quod institu-
tio facta de filio in legitima, quando mater,
& eius dotes, & bona sunt subiecta *Consuetud.*
intelligitur facta in illis nouem partibus, quæ
in locum legitimæ, ac debiti iure naturæ sub-
46 rogatæ sunt: Ita etiam illa medietas bono-
rum antiquorum, quam Pater relinquere de-
bet filijs, ex dispositione *dicta Consuetud. si
aliquis moriens,* appellanda est filiorum legiti-
ma, cum in eius locum successerit; vt bene eli-
citur ex eodem cit. *Napod. in Consuetud. & si
testator, glos. disponere, sub n. 5. versic. Nunquid
ergò, & ex Consiliar. Theodor. allegat. 11. nu-
mer. 11.*
47 Hoc iacto fundamento videtur conclude-
dum in proposito articulo, esse matrem ad-
mittendam ad medietatem debitam filio in
locum legitimæ, vigore *Consuetud.* alia me-
dietate substituto reseruata, excluso penitùs
48 agnato. Pater, quia licèt non sit negandum
expressam pupillarem excludere matrem,
etiam à portione legitimæ, hoc tamen intel-
ligendum est cum temperamẽto; aliud enim
est in legitima directè, & immediatè debita
ascendentibus in bonis descendentium, & illa
potest mater priuari, per expressam pupilla-
rem substitutionem ad tradita per *Menoch.
de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 38. & Anton. de
Alex. in Consuetud. si aliquis moriens,* in Apo-
stilla incipiente *imò videtur, fol. 167.* Et aliud
49 est, si loquimur in legitima quæ debebatur
filio cui fuit facta substitio, in bonis Patris, &
in hac dicũt DD. quod benè potest mater suc-
cedere ipsi filio, non obstante pupillari, *Co-
ras. in dicta l. precib. n. 29. & 30. C. de impub. &
alijs subst. Menoch. loco cit.* & satis doctè *Con-
siliar. Carleual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. disput. 25.
num. 27. fol. 323.* Addo in proprijs terminis
*Molfes. de Consuetud. tom. 1. par. 2. tit. de bonis,
quæst. 23. num 4.*
50 Sed inuenio in proprijs terminis contrariũ
prorsùs firmasse *Anton. Capyc. in dicta Con-
suetud. filius familias,* in apostilla incipiente,
Quid autem fol. 186. vbi dicit in proposito
articulo, matrem à substituto, & ab agnato
excludi, cumque punctus iste sit curiosus, &
difficilis, ideò liceat mihi eius punctualia
verba referre, videlicèt. *Quid autem si facta
casu substitutionis, & etiam casu quo agnatus,
seu proximior venit ad auocandam medietatem
vigore consuetudinis à substituto, exiret mater
pupilli, quæ per substitutionem exclusa reperie-
batur, & aperta sibi via per proximiorem vult
ipsa illam medietatem ab ipso substituto, seù
proximiore reuocari, vel in eam excludere pro-
ximiorem, an possit? & dicendum quod non per
notata per Bar. in l. 1. §. si Pater 3. col. de coniu-
gat. cum emancip. liber. & vid. infrà super glos.
in verbo, si nolit.* Hæc Capyc. & secundum aliã
apostillam incerti authoris in eadem *Consue-
tud. filius familias,* incipiente *sic ergò fol. 187.*
habentur hæc verba. *Sic ergò etiam secundum
51 istud ius municipale, Pater, vel auus, habens in
potestate nepotem, posset ei substituere, & ex-
cludere matrem à legitima, secundum ius com-
mune, non tamen proximiores à medietate debi-
52 ta secundum istud ius, iuxtà notata suprà in
Consuetud. si aliquis moriens, in verbo medie-
tatem; n. 17. & suprà in consuetud. proxima, in
verbo velle, n. 22. & vid. per Afflict. decis. 310.*
ego addo videndum *Franch. decis. 486.* & ad
53 fundamentum contrarium respondetur, nã
sententia *Coras. Menoch.* & sequacium non
est tuta, nam pupillaris substitutio compre-

ex compromisso explicaretur, vel certum reddetetur præiudicium Regis, directi Domini omnium feudorum.

13 Et quod non sit necessarius assensus in compromisso super re feudali faciendo, quando nullum est explicatum præiudicium (vt mox diximus) patet, quia cum ex illo penitùs sequatur actus distractionis, vel hypothecæ, fit, vt non habeat assensus vbi figat pedes; Quatenùs autē replicaretur posse ex cōpromisso deueniri ad alienationem; Respondeo hunc futurum euentum non esse in consideratione, quia potest etiam non sequi alienatio, & ideò est expectandus exitus, scilicet laudum, per quod certum redditur si vel nè feudum alienetur, & in quantum, & in quem; & sic habet certum, ac non variabile firmamentum, super quo petitio, & concessio illius possit figere pedes.

14 Neque obstat, quod per *pragmatica litium, de arbitr.* expressè prohibeatur fieri compromissa in causis feudalibus, nam si benè aduertatur ad tenorem illius, nunquam hoc dicit, duo enim per eam disponuntur, primum, quod partes litigantes, si fuerint ad quartum gradum coniunctę, possint cogi ad compromittendum, iuxtà formam ibi traditam, & hoc important illa verba: *compromissum fieri debere.* Et secundum, quod vbi adessent instrumenta, sententiæ, & obligationes liquidæ, itemque in causis feudalibus, compromissi petitio non admittatur, quasi tātum voluerit dicere, quod vbi hæc concurrunt pars vna, altera instante ad compromittendum cogi non possit, non tamen prohibet compromissa fieri vtrisque consentientibus, & volentibus; & sic non potest inuehi *pragmat.* contrà prædicta.

15 Non omittendo, quamplures notari casus, in quibus assensus Regis non est necessarius nec supèr cōpromisso, nec supèr laudo emanato in aliqua feudali controuersia. Primus quem notant *Curt. de feud. par. 4. quæst. 7. nu. 96. & Caccialup. tract. de transact. quæst 7. n 8.* dicentes, quod quando feudum non amouetur, nec tollitur ab eo qui ante arbitrium possidebat, puta quia fuit absolutus à petitione aduersarij, tūc laudum illud valet, quia non commutatur persona, nec feudum alienatur; & licèt huic sententiæ non se subscribat *Ann. in repetit. Const. Dignæ memoriæ num.*
16 281. in fine versic. *Sunt autem,* vsque *ad num.* 283. eius tamen contradictio ex eo prouenit, quia cum ille talis qui possidebat debuisset ad restitutionem feudi condendari, ei ab arbitris imposita fuit solutio alicuius pecuniariæ quantitatis, Et isto casu benè dixit *Ann.* quod non valet laudum sine assensu, quia videtur potius celebratus contractus permutationis feudi, nam non mutatur possessor, cum tamen mutari debuisset.

17 *Alter* casus est (aliis omissis) si inter duos, vel plures de successione feudi contenderetur; quia tunc remisso negotio in arbitris per compromissum, non est necessarius assensus Regis, nec minus super laudo declarante feudum alicui pertinere; nam quia eo casu nulla fit extrinseca feudi transfusio in tertium, sed tantum iure successorio, non est cur dicamus requiri assensum, aliàs sequeretur, quod esset etiam impetrandus super omnibus feudorum successionibus; quod est erroneum; Nam videmus quod transmissiones feudorum in proximos successuros præuia refutatione, seù potiùs inter uiuos donatione, validæ sunt sine assensu, non ex alio, nisi quia refutationes illæ sapiunt naturam successionis, de qua re latè suprà *cap.* 23. sed cogita.

18 Minùs obstant quæ à principio dicebamus de compromissis faciendis à viris, vel mulieribus in bonis dotalibus, in bonis minorum, Ecclesiarum, & Vniuersitatum, vt nimirum requirantur in illis solemnitates, quæ in distractionibus eorum bonorum sunt apponi consuetæ, nam vltrà firmissimam responsionē traditam à *Spectab. Dom. meo in præsenti num. 7.* addo etiam considerandum, quod memoratæ personæ vti miserabiles, & priuilegiatæ, tam respectù personæ, quam bonorum, non possunt de per se liberè contrahere, & sic nè dum habent vinculum in bonis, sed etiam in persona, quatenùs interdictū est eis à iure liberum arbitrium contrahendi, vt patet passim, ex *l. ita constante 27. ff. de iur. dot. l. de die 14. l. atilicinus 17. l. si mulier 21. & l. cum maritus 29 ff. de pact. dotal ex l si curatorem habens C. de integr. restit. & ex l fin. C. de venden. rebus Ciuit.* & ideò cōsiderato compromisso, vt sic, & tanquam simplex contractus, priùs quam ad illud deueniatur, necessarium est decretum Iudicis, quod expediat; propter priuilegium personæ; At qui ratio hæc non vrget contrà feudatarium volentem compromittere litem supèr feudo, nam vti talis non est prohibitus contrahere, & volens potest sibi præiudicare, vt annuit *Speculat. loco supra cit.* solum non potest inferre præiudicium Domino; & cum hoc præiudicium non explicetur ex simplici contractu compromissi (vt supponimus) sed solum ex laudo, siuè sententia arbitrorum, fit, vt supèr illa tantum, debeat Domini assensus impetrari; Saluo sempèr, &c.

Io. Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

Officialis qui deliquit in officio, illud non recuperat, etiam si fuerit gratiatus, n. 1.

Officialis condendatus ob aliquod crimen commissum citrà exercitium officij, si fuerit gratiatus, officium recuperat, n. 2.

Officialis condendatus propter aliquod delictum, commissum etiam in exercitio officij, illud recuperat. si fuerit restitutus. n. 3.

Delinquens restitutus debet reponi ad omnes dignitates, & prarogatiuas quibus potiebatur ante condendationem, n. 4.

Secundogenitus rebellis si fuerit restitutus recuperat vitam militiam, n. 5.

Condendatus si fuerit gratiatus quæ bona recuperet, num. 6. & 7.


Princeps non præsumitur quod voluerit tertio praiudicare ex suo facto, n. 8.

Princeps absque iuxta causa, non potest tertio praiudicare, n. 9.

Condendatus ob aliquod delictũ, si restituatur, recuperat omnia bona, etiã in tertios alienata, n. 10.

Restitutio tãtũ dat, quãtũ abstulit condẽdatio, n. 11.

Pace facta inter Principes praliantes, an rebelles vtrorum debeant restitui ad eorum bona, remissiuè, num. 12.



AD CAPVT LXVIII.

Additio.

1 
FFICIALIS qui in officio deliquit, si eo priuatus fuerit, ac deindè à Principe gratiatus, illud ob gratiam sibi factam non recuperat; quia non operatur quoad restitutionem officij, sed tantum quò ad remissionem pœnæ, siuè corporalis, siue pecuniariæ addo in terminis durioribus *Rouit decis. 62. & Georgi. allegat. 42. num 11.* cum seqq. allegantes tex punctualem, *in l. si aliquid 12. C. de susceptoribus præpositis, & arcarijs, lib. 10.* ibi. *Si aliquid à susceptore, vel à tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat. Nemo eorum, semel de internersione conuictus, id rursùs officium gerat, in quo ante decoxit, & si rescriptum nostrum clientum clandestina supplicatione intulerit.*

2 Dixi, qui in officio deliquit, ad differentiam eius qui non ideo reus effectus fuit, sed circà aliquod aliud negotium, vel causam diuersi generis, nam eo prò crimine, illo condendato, & per consequẽs officij etiam exercitio priuato, si demum gratiam à Principe obtinuerit, vel ad præces, vel sua sponté, recuperat officium, in cuius exercitio nunquam defectuosus fuit reputatus, vt ait notabilitèr *Per Foller. in explicatione seù Commentar. prag. anni 1554. continentis generalem indultum, emanatum à Dom. Cardinali Paceco Locumtenente Inuictissimi Philippi II. ob renunciatione huius Regni sibi factam à Cæsarea Maiestate Caroli V. sui gloriosissimè genitoris, num. 50.* pœnes *Rouit. in prag. 1 de abolit.*

3 Dixi etiam à Principe gratiatus, ad differentiam illius qui fuit restitutus, is enim quamuis in officio deliquisset, illud tamen per restitutionem recuperat, de qua re sunt binæ notabiles decisiones *Sacræ Rota Rom. 5. & 6. sub tit. de restit. spoliat.* pœnès *Mohedan.* aliàs *decis. 86 & 87.* vbi ita fuit bis in eadem causa decisum, quamuis officia de quibus in illa causa agebatur ad beneficium alterius collote fuissent, idem tenet *Bilot. consult. 1. num. 39.* & celebris ille *Reg. Ferdin. Branc. in allagat.* inserta in *3. lib. quotid. resolut. Spect. Dom. mei, allegat. 66. num. 2.* & cõ-
4 fert *Andr.* dicens, quod restitutus debet reponi in eo statu, quo erat ante culpam, siuè delictum, & sic ad honores; aliàque omnia, *in cap. 1. n. 2. de Vassall. decrepit. ætat.* & latiùs *Aun in repetit. Capit. quidam Vassallus n. 157. & seqq eod. tit. ex tex in l. 3. §. si deportatus ff. de bon. liber. in l. 1. § fi. versic. si & Pater ff. de bon. poss. ff. contr. tabul. & in l. siuè 21. ff. de iur.*
5 *Patron.* Indè infertur primò, quod si quis ob rebellionem vitam militiam sibi à fratre Primogenito feudatario debitam, amisit, si restitui contingerit illam recuperat *Camill. de Medic. consil. 46 n. 48.* & videndus etiam *Felin. consil. 10* per discursum. Secundò infertur, aliis omissis, quod licèt condendatus ob
6 aliquod delictum, si demum fuerit gratiatus à Principe, non recuperet bona in alium tronslata, *Andr. in dicto cap. 1. n 5. Alex. consil. 101.*
7 *Viso processu, n 6. vol. 2.* quia non adhùc alienata semper recuperat *Bossi. in tit. de remed. & sola Clem. Princip. n. 1. cum seqq. & Clar in*
8 *§ fin. quæst. 59.* nam quoad bona alienata non præsumitur quod Princeps ex facto suo voluerit præiudicare tertio, cui medio tempore fuit ius quæsitum *Luc. de Penn. in l. eos, col. 8. in princip. versic. at in integrum C. de his qui spont. public. muner sube. lib. 10 Caphal. consil. 302. num. 116. cum seqq. Osas. decis. 138. n. 11. Surd. decis. 274. n. 7. & Georg. allegat. 37. n. 10.*
9 Imò nec minùs potest de iure præiudicare alteri absque iusta causa *l. 2. C. de precib. Imper. offer. glos. in l. fin.* & ibi *Bar. nu. 2. & 3. C. si contr. ius, vel public. vtilit. Gabriel. tract. de iur. quæsit. non tollen. concl. 1. Camill. de Curt. in diuers. iur. feudal. n. 23. versic. potest quoque feudum. Cyriac. contr. 33. n. 14. & Cancer. variar. resol par. 3. tit. de priuileg. & rescript. cap. 3 n. 29.*

10 Tamen dato quod Princeps restituat aliquem delinquentem (quod rarò fit, imò nūquam absque iusta causa) tunc restitutus ipse, recuperat omnia bona, siuè distracta, siuè non, vt dicun: *Felin. in cap. quis in Ecclesiarum, num. 27. vers. per istam conclusionem, de const. Rolad cons. 45. n. 21. lib. 4. Seraphin. dec. 965. n. 6. Cardin. Caualer. decis. Rot. Rom. 255. n. 1. & 313. n. 2.* vidēdus etiam *Ciarlin. Contr.*

11 *Forens. lib. 2. Cap. 168. & Poller. loco sup. cit. n. 46.* Aliàs autem non diceretur restitutio, quę tantum restituit, quantum abstulit condendatio; vndè *tex. in l. quod si minor 25. §. restitutio, ff. de minor. 25. ann.* inquit *Restitutio autem ita facienda est, vt vnusquisq; integrum ius suum recipiat:* ad quod videndi, *Bald. cons. 321. n. 4 lib. 4. Tiraquell. de retr. lignager. glos. vnic. §. 32. n. 69. Gaill. obser. 61. n. 14. lib. 2. & Sforz Odd. de restit. in integ. q. 79. n. 8. & 9.*

12 Sed de alio hic indagare oportunè cōtingit, an facta pace inter duos præliantes Principes, vtrorum rebelles recuperent bona, quæ sita sunt sub dominio eorum naturalis Principis, à quo se impiè absentauerunt? Respōdeo punctum hunc non vnica inspectione terminari, possunt enim quatuor dari casus diuersos parturientes effectus, Primus cum componuntur discordiæ inter Principes, & fit pax, rebellium mentione prætermissa. Secundus cum Rebelles ad inuicem simpliciter gratiantur. Tertius cum plenariè restituuntur; & Quartus cum restituuntur expressè quoad bona iam in tertios distracta; cumq; articulus iste in omni sui parte maximas possit habere ambages, & nostrum non sit quærere quæ non sunt nostra, scilicèt ad rē non pertinentia, ideò in contingentijs recurre ad *Bart. in l. quemcumq, C. de fid. instr. Bald.* quem sequitur *Francisc. de Aret. in l. Gallus, §. & quid si tantū, ff. de liber. & posth. Soccin. cōs. 58. per discursū, vol. 3. Afflict. decis. 116. vol. 1. Mohedan. d. dec. Rot. 5. n. 3. & dec. 6 nu. 1. de restit. spoliat. Boer. decis. 38. n. 7. Iacob. Menoch. consil. 103.* vbi latè.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

PErmutatio de beneficio cuius collatio ad laicū patronum pertinet, non valet sine consensu illius, num. 1. & de ratione, num. 2. Sed intellige, & limita, vt num. 5. 6. 11. & 12.

Beneficia ex permutatione dicuntur verè vacare, num. 3.


Resignatio beneficij, sub conditione, *si patrono placebit, valet, n. 4.*

Consensus requisitus ad validitatem actus, potest subsequi, n. 7.

Consensus eius de cuius hæreditate paciscitur, sufficit ad validitatem pacti, si superueniat, n. 8.


Assensus Regis superueniens, conualidat venditionem feudi antea factam, n. 9.

Confirmatio non operatur, si confirmatum erat nullum ipso iure, ideo remanet tale, n. 10.



AD CAPVT LXIX.

Additio.

1 ERMVTATIO beneficij cuius collatio ad patronum Laicum pertinet, non valet si fiat spreto eius consensu, vt deducūt ex *tex. in Can. decernimus 16. quæst. 7. Bellamer. decis. 177. n. 2. 179. & 181. n. 1.* est ratio, quia sicut institutio facta de aliquo in beneficio iurispatronatus vacantis est nulla, spræto consensu Patroni ad cuius collationem pertinet, dummodò collatio non sit facta propter incuriam ipsius, negligentis intrà quatrimestre præsentare Cappellanum; ita etiam est nulla permutatio facta eo inrequisito, quia beneficia ex

3 causa permutationis resignata, verè dicuntur vacare, & sic debet sequi realis collatio, & institutio per eos quibus spectat, vt notāt Canonistæ per illum *tex. in cap. 1. de rerum permut. in 6.* & tenuit *Rot. decis. 7. eod. tit. in antiq.*

4 Indè licèt resignatio sub conditione facta de aliquo beneficio non valeat, quia debet esse pura; hoc tamen non procedit si resignatetur ad beneficium alicuius, sub conditione, si Patrono ad cuius collationem pertinet beneficium illud, placebit, nam isthæc conditio intrinseca est, & vniformis dispositioni iuris, requirentis consensum Patroni in resignatione beneficij, quę est de iure patronatus, *Rot. decis. 12. d. tit. de rer. permut. in antiq.*

5 Verum intelligenda sunt prædicta, cum temperamento; est enim nulla permutatio facta de beneficio iurispatronatus, sine consensu Patroni, attamen non ipso iure, sed venit annullanda per sententiam, si scilicèt laicus patronus nullitatem ob contemptum consensus sui prosequatur intrà legitima tēpora, ei ad præsentandum concessa, ita tenēt *Cappell. Tholos. decis. 107. Guid. Pap. decis. 374. Rot. Rom. decis. 5. de rerum permut. in nou. Frācisc. Marc. decis. 40. Francisc. Senens. tract. de rerum permut. quæst. 30. & Carol. Molinæ* damnatæ memoriæ, *tit. de infir. resignant. nu. 45.* &

6 est adeo indubitatum, quod benè potest patroni

troni consensus in casu prædicto subsequi, & validatur permutatio per prius eo non consentiente, sed ignorante celebrata, argum. tex. in cap. 2. de ÿs, quæ fiunt à Prælat. sin. consens. Capit. & latè Rot. d. decis. 5. id quod pro regula constituunt DD. omnes, vt consensus
7 alicuius ad actus validitatem requisitus benè possit subsequi Bar. in l. si autem plures, vers. Quandoq; requiritur consensus, ff. de aqu. pluuial. arcend. & in l. si quis mihi bona, num. 8. ff. de acquir. hæred. Curti tract. de feud. §. 4. num.
8 138. & conferunt notata per Bald. in l. fin. sub nu. 22. versic. Credo tamen, C. de pact. dum dicit, quod ad validandum pactum de hæreditate viuentis sufficit, quod post pactum celebratum superueniat consensus eius, de cuius bonis pactum fuit, & ideò non requiritur, quod necessariò interueniat in limine contractus, sequitur Alex. cons. 113. Perspectis his nu. 18. vol. 6. Deci. cons. 31 sub num. 4. vers. Nam vt notabiliter vol 1. & nouissimè ex innumeris, latè Dom. Iuli. Capon. tract. de pact. quæst. 38. nu.
9 16. Itemq; confert Andr. in l. Imperialem nu. 14 de prob. b. feud. alien. per Federic. dicens, quod assensus Regis necessarius in alienationibus feudorum, potest subsequi, & remanet valida alienatio, quæ non fuit nulla ipso iure, sed suspensiuè, quatenùs sequeretur, vel non consensus Domini, qui superueniendo retrotrahitur, ad validitatē alienationis feudi, Paul. de Castr. in l. Iurisgentium, §. si paciscar, in fin. ff. de pact. Afflict. in d. l. Imperialem, ibiq; etiā Camerar. fol. 87. lit. A. cum seqq. vbi latissimè, & Aluar. in cap. 1. n. 4. de alienat. feud. patern.
10 Et prædicta ad differentiam eorum quæ sūt ipso iure nulla, quæ non tantumulus confirmentur per superuenientem consensum, nunquā tamen aliquid firmitatis accipiunt, ac ideò remanent nulla prout erant, cap. auditis 29. de elect. quia actus confirmans non operatur, quando confirmandus nullum habet robur, nec actualem, nec suspensiuum propter omdimodam iuris implicantiam.
11 Sed veniamus ad rem vnde digressimi sumus, tedeamus, notandum est, quod quando permutatio de beneficio iurispatronatus facienda, vtilis est Ecclesiæ, eo casu quamuis patronus ad cuius collationem pertinet beneficium illud, consensum suum impartiri difficultetur, posset tamen ad id cogi. Rebuff. in prax. causarum beneficial. tit. de permut. n. 21. & 22. quē
12 sequitur Ranchi. & alij addentes ad Guid. Pap. d. decis. 374. quia tunc demum eius dissensus operatur, inducitq; inualiditatem permutationis, si proponatur intrà legitima tempora, & causa dissensus sit rationabilis Rot. d. decis. 5. in fin. versic. Quod, dictum, de rerum permut. in nou. & Aufrer ad Capell. Tholos. d. decis. 107. de qua re plura inuehi possent in exemplum, quæ consultò amittito.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Caput hoc encomiatur ab authore, n. 1.
Patre, vel matre existente in medio non habent locum Consuetudines Neapolitanæ, nu. 2. vbi de ratione.
Pater succedit filio in bonis maternis, exclusis ex parte matris proximioribus, n. 3.
Auo, vel auia existente in medio, an cessent consuetudines, latè n. 4 & 5 cum seqq.
Appellatione patris, vel matris, veniunt aui, & auia. n. 6. & d intellige. vt n. 7.
Dispositum in patre, vel matre, in fauorab libus habes locum etiam in auo, & auia, n. 8.
Proauia potest esse tutrix pronepotum pupillorum, & in ea habet locum dispositio tex. In auth. matri, & auiæ, C. quand. muli. tutel. offic. &c. *num. 9.*
Aue, & auia, atq; vlteriores ascendentes, non possunt à nepotibus in ius vocari sine venia, num. 10.
Patre, vel matre, in medio existente, quod cessent Consuetudines, non est exorbitans, sed valdè æquum, num. 11.
Parentes, ad luctuosam filiorum hæreditatem admitti, nil æquius est n. 12.
Patre monacho professo in medio existente, non habent locum Consuetudines, nu. 13. Amplia vt num. 14.
Monachus non amittit iura sanguinis, n. 15.
Monachum reputari mortuum, quomodo intelligatur, n. 16.
Frater ex vno latere tantum coniunctus, an excludatur à successione fratris, per alios vtrinque coniunctos fratres, patre, vel matre in medio existente, Affirmatiuè, n. 17. Sed sequeretur absurdum notatum, n. 20.
Negatiuè num. 18. Sed sequeretur aliud absurdum, num. 23.
Authoris sententia refertur, n. 24.
Frater ex vno latere coniūctus de iure communi excluditur à successione fratris, ab alio fratre vtrinque coniuncto, num. 19. Secus verò de iure Consuetudinario, n. 21.
Frater consanguineus tantum succedit fratri in bonis paternis, vterinus verò in bonis maternis, num. 22.
Successio eadem, potest diuerso iure regularis & quando, num. 25.
Filius qualiter possit de iure Consuetudinario disponere, patre, vel matre in medio existente, latè, n. 26.
Filia nupta habens filios, qualiter possit de dotibus suis disponere, & an cessent in hoc Consuetudines propter existentiam patris, vel matris, latè num. 27.
Patre, vel matre existente in medio, non cessant Consuetudines, quando adsunt descendentes defuncti, num. 28.
Consuet. do. si qua moriens, non habet locum in obuentis mulieri, cum libera facultate disponendi,

di, num. 29. Item in dote per mulierẽ acquisita ex sua industria, nu. 30. Item in bonis traditis à viro mulieri ob eius pulcritudinem, n. 31. Item in bonis qua vir senex, vel ignobilis dedit vxori iuueni, vel nobili nu. 32. Item in bonis extrà districtum existentibus, n. 33. & demum non habet locum ad beneficiũ filiorũ naturalium, n. 36.

Consuetudo. si qua morient, habet locum etiam in bonis stabilibus, sitis extrà districtum, si fuerũ empta de pecunia dotali data in hac Ciuitate, num. 34.

D. Scipio Santinus fuit magnus Aduocatus, & composuit singularem librum super Consuetudinibus huius Ciuitatis, qui post eius mortem fuit occupatus, n. 35.

Fructus dotis pendentes, vel maturati, & non exacti, an sint subiecti Consuetudini, n. 37.

Bona matri obuenta ex successione defuncti filij an sint subiecta Consuetudini, si qua moriẽs, n. 38.

Soror an excludatur per fratrem à successione defuncti fratris, vigore Consuetud. si moriatur, Patre, vel matre ad eandem successionem concurrente, latè n. 39.

Pupillo defuncto, quis praeferendus in successione ipsius stante expressa pupillari substitutione ei facta, si concurrant mater, substitutus, & agnatus pro medietate bonorum antiquorum vigore Consuetud. n. 40. refertur ratio dubitandi, n. 41. Sed respondetur pro matre in exclusionem agnati, n. 4. Sed contrà matrem, n. 49. Author tenet priorem sententiam, quam latè probat, n. 54. & ex contraria opinione sequitur absurdum, n. 55.

Pupillaris substitutio expressa excludit matrem à legitima, n. 41. Sed hoc procedit si mater vellet exigere legitimam immediatè ab hareditate, vel à bonis filij, n. 48. Non tamen excluditur à portione legitima, qua spectabat filio pupillo in bonis patris, n. 49. Sed haec opinio non est tuta, n. 53.

Pater tenetur relinquere filijs medietatem bonorũ sibi ab agnatis, & cognatis obuentorum, n. 42.

Legitima filiorum de iure Consuetudinario est aucta, n. 43.

Nouem partes dotis, & aliorum bonorum antiquorum, quas mater tenetur relinquere filijs, dicuntur eorundem filiorum legitima, n. 44.

Mater subiecta Consuetudini, instituendo filium in legitima, censetur eum instituisse in illis nouẽ partibus dotis, & aliorũ bonorũ ãtiquorũ, n. 45.

Medietas bonorum antiquorum, quam pater tenetur relinquere filijs vigore nostra Consuetud. dicitur eorum legitima, n. 46.

Pater, vel alius ascendens secundum nostras Cõsuetud. potest ita filio substituere, vt excludat matrem à legitima, n. 51. Sed intellige, vt n. 56.

Agnatus per pupillarem substitutionem, non potest priuari medietate bonorum antiquorum, num. 52. Sed limita, vt n. 57.

Consuetud. etsi testator, quid disponat, n. 58.

Bona empta cum pecunia peruenta ex venditione bonorum antiquorum, an sint subiecta Consuetudini, Affirmatiuè num. 59. Sed contrà n. 60.


Bona permutata cum bonis antiquis, sunt subiecta Consuetud. n. 61.

Bona mobilia sunt subiecta Consuetudini, n. 62.

Bona empta cum fructibus bonorum antiquorum, non sunt subiecta Consuetud. n. 63.

Nomina debitorum sunt subiecta Consuetudini, num. 64.

Nomina debitorum, quando dicantur esse de districtu, n. 65. & 66.



AD CAPVT LXX.

Additio.

1 APVT hoc (vt à Sapientibus audio, ac vt crassa minerua mea mihi insinuat) notabile est pro explicatione celeberrimarum *Consuetudinum*, huius Neapolitanae Ciuitatis, quarum vna, *si quis, vel si qua*, incipit, Altera verò, *& si testator*, exorditur; Et sanè adeo pinguis est circà illas *Spectab. Dom. mei discursus*, vt pluries quampluribus, cum quibus colloquium passim habui dixerim, me illi nõ aliud additurum, quam silentium; Sed cum fuisset mihi ab eisdem responsum redditum me meliora, ac vtiliora linquere: Idcircò
2 calamum praestò cæpi, super germana interpretatione vulgaris illius adagij, frequentissimè per ora nostratum celebrati, quod *Consuetudines* huius Ciuitatis, locum sibi non vindicant, si pater, vel mater in medio existant, & hoc ea ratione, quia Consuetudo loquitur de proximioribus, ex parte patris, vel matris, & sic nec patrem, nec matrem debet includere, quia illis non conueniunt verba *Consuetud.* stante quod ipsi sunt principia, non principiata, *Minad. decis.* 38. ex *Napod. in d. Consuetud. si quis, vel si qua n.* 132. *versic. Quid ergo Frnach. decis.* 91. 92. & 486. n. 1. *Molfes ad Consued. tom. 1. tit. de succes. ab intest. quaest.* 44. & alij communiter, post
3 *Afflict. decis* 236. n. 2. dicentem, quod Pater succedit filio in omnibus suis bonis, exclusis proximioribus ex parte matris.

Ex qua conclusione, quamplura oriuntur non mediocris considerationis dissidia.

Primum Dubium.

4 AN sicut *Consuetudines* cessant ob existentiam patris, vel matris, cessare etiam debeant existentibus; auo, vel auia, aliouè superioris gradus. Videtur negandũ, quia

quia limitatio prædicta est exorbitans,
facit enim, quod eo casu nostræ municipales leges locum non habeant; Ergò non
est extendenda vltrà patrem, & matrem, &
in effectu ita fuit decisum, teste *Ronit. consil.*
5 *98. n. 2. vol. 1.* Ego concludo contrarium, cũ
punctuali doctrina *Ann. allegat. 70. nu. 49.* vbi
ita refert terminatum per quosdam arbitros,
in causa Comitissæ Borrelli, & indè, idem
concludit *allegat. 117. n. 33.* & refert decisum
in S.C. *Minad. decis. 38. circa fin.* in illis verbis, *fuit decisum simpliciter in causa Ferdinãdi Roberti; quod post quam Consuetudo non habet locum: Patre, vel Matre, existente in medio,*
6 *vel alio ascēdēte.* Quia patris, vel matris appellatione, auus, & auia continētur *l. Iusta interpretatione, ff. de verb. signif. l. appellatione*
51. ff. eod. ibi Apellatione parentis, non tantum Pater sed etiam Auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur; sed & Mater, & auia & proauia. Consonat alius *tex. in l. 4. §. parentes ff. de inius vocan. & in §. parentes Inst. de grad. affin. Giurb. ad Consuetud. Messan. cap. 8. glos. 5. part. 1. num. 9.* post Bart. *cons.*
7 *55. n. 3. lib. 2. & Fontanell. decis. 56. nu. 19.* vbi
dicit hoc verum esse, sed tantùm in fauorabilibus (vt in casu nostro) secus autem in
odiosis, ex *tex. in l. lege Iulia, §. 1. ff. de rit. nupt. Barbos. de appellat. verb. verbo, Mater, appellat. 143. n. 2. & Marq. de success. legal. p.*
8 *2. quæst. 9. art. 3.* & ideò in materia fauorabili, quidquid in patre, & matre dispositum
est, in auo, & auia locum obtinere fatendum
est, vt notabiliter dicit *glos. in l. si quis à liberis 5. ff. de liber agnos. in princip.* vbi ponit hæc
verba. *Et quod dixi in Patre, idem est in auo, & proauo, & alijs superioribus & idē est in matre, auia, & pauia, & alijs superioribus ex femi-*
9 *nina linea descēdentibus.* Vnde dicebat *Bar. in l. cui cont. §. affinitatis, ff. de postul.* Quod *tex. in auth. matri, & auiæ, C. quand. muli. tutel. offic. fung. poss.* licèt loquatur, & disponat, quod pupillorum tutela, matri, & auiæ tantùm in
sexu fœmineo danda sit, tamen non excludit
proauiam, quæ paritèr ad pronepotum suorum tutelam admitti potest, idem tenet *Bald Imol. Aret. Cuman. Alex. & Alciat.* quos sequitur *Cauall. pract. quæst. commun. contr. commun. quæst. 433.* vbi testatur hanc sententiam communiorem, ac veriorē esse, & iuxtà eam præ
10 dicari. A qua re non valdè differt aliud notabile exemplum, notatum per eruditissimũ
Alex. ab Alex. huius Neapolitanæ Ciuitatis
decus, & ornamentum, *dierum genial. lib. 1. cap. 15.* dum inquit, quod quamuis ex edicto
Prætoris, *in l. 4. §. Prætor. ff. de in ius voc.* prohibitum sit liberis, parentes absq; venia in
ius vocare, nulla de auo, ac auia, alijsq, vlterioris gradus ascendentibus facta mentione; hi tamen non minùs sub eo edicto compræhenduntur, quam primi gradus parentes. Non obstat (vt ad rem nostram rede-
11 amus) quod limitatio, illa ad nostras *Consuetud.* vt non habeant locum patre, vel matre existente in medio, tanquam exorbitans
non sit extendenda; quia respondeo negando
suppositum, non enim exorbitans appellanda
est, sed æquissima, ac naturali rationi consentanea, ex notatis per *Ronit. cons. 29. n. 10. lib.*
2. nam æquior nulla lex dari potest, prætèr il-
12 lam, quæ parentes ad luctuosam liberorum
hæreditatem admittit. *Bona filij* (vt inquit
Plin.) *Pater sine diminutione possideat, nec socius hæreditatis accipiat, qui non habet luctus.* & habetur etiam *ex l. nam etsi parentibus, ff. de inoffic. testam.* ibi. *Turbato tamen ordine mortalitatis, non minùs parentibus, quam liberis piè relinqui debet* Ex quibus videtur non esse de
proposita quæstione hæsitandum.

Dubium Secundum.

13 AN cessent *Consuetudines*, ob existentiam Patris Monachi professi, in
aliqua Religione capaci bonorum in cõmuni? Respondeo affirmatiuè, *Napod. in d. Cõsuetud. si quis, vel si qua, in verbo, proximiores;*
14 & hoc siuè successio sit delata ante, siuè post
monacationem, *Afflict. decis. 348. n. 2. & Molfes. ad Consuetud. tom. 1. part. 2. tit. de person. n.*
31. Quia iura sanguinis, ex quibus resultat
15 ius succedendi, monachus non amittit, sed
retinet illa, argum. *l. iura sanguinis, ff. de reg.*
16 *iur.* & id quod dicitur, Monachum reputari
mortuum, & successiuè incapacem, cum velle, & nolle non habeat *Can. non dicatis 12. q. 1. cap. si religiosus 27. de elect. in 6. & cap. fin. de sepult. in 6.* intelligitur quò ad matrimonia
contrahenda, & ea omnia, quæ videntur implicare contradictionem statui religioso, *glos. in §. cogitandum, verbo, testes, versic. Nec obstat, auth. de Monac.*

Tertium Dubium.

17 AN frater vterinus, vel consanguineus tantùm, succedat fratri vterino, vel
consanguineo, existente in medio patre, vel
matre, itemq; etiam existentibus fratribus
vtrinque coniunctis. S. C. supèr puncto isto
pluries in partem affirmatiuam inclinauit, vt
& latè penès *Vrsill. ad Afflict. decis. 3.* per totam *Franch. ad Consuetud. si quis, vel si qua, in Apostill. incipiente ista verba, fol. mihi 118. Minad. d. decis. 38.* & iterum in causa illorum de
Borrello, & Hippolitæ Capomazza eorum
matre, vt refert *Thor. in compend. decis. tom. 1. verbo, frater vtrinque coniunctus, fol. 272. col. 2.* Idem *Thor. tom. 3. eod. verbo, fratres*
18 *vtrinq; coniuncti fol. 472. col. 2.* & latè *Capyc. Latr. decis. 61.* fuitque membrata decisio
emanata contrà allegata illa causa per *Ronit. d. consil. 29. vol. 2.* vbi firmissimè, non dicam
incon-

inconuincibilitèr tutatur, vterinum fratrem
à successione fratris, excludi à fratribus vtrin-
que coniunctis, existente in medio matre, quæ
ad defuncti successionem concurrebat, prout
etiam tenet *Franch decis. 91. sub n. 16.* nam
inspecto quod in eo casu *Consuetudo* non ha-
bebat locum proptèr existentiam matris, vi-
19 debatur reductum negotium ad Ius com-
mune, secundum quod frater vtrinque con-
iunctus, concurrens cum altero parentum
fratrem coniunctum ab vno latere tantum, ex-
cludit à successione defuncti fratris; iuxtà
*tex. in auth. defuncto, C. ad Tertylli. auth. post
fratres, C. de legit. hæred. auth. item hæreditas,
C. de bon. quæ liber. & toto tit. in auth. de vter.
& consang. collat. 6.* Sed aduertatur ad bina
absurda, quorum vnum ex priori sententia,
alterum ex posteriori deriuat; Siquidem
20 si admittimus primam opinionem volẽtem,
quod patre, vel matre existente in medio,
frater ex vno latere coniunctus, concurrere
debeat cum fratribus in vtroq; latere proxi-
mis, sequeretur quod regula alias apud nos
indubitata, quod patre, vel matre, &c. in
cassum cessaret, & intraret dispositio *Consue-*
21 *tud.* secundum quam, quando frater est cõ-
iunctus fratri in eo tantum latere, à quo ei
bona obuenerunt, succedit in illis, nec exclu-
ditur à fratre vtrinque coniuncto, cum quo eo
casu concurrit, quia quò ad ea bona, nullus
dicitur magis coniunctus altero, *Napod. in d.
Consuetud. si quis, vel si qua, n. 241. fol. mihi*
144. & in terminis similis statuti, *Alciat. in 2.
lib. respons. tom. 1. respons.* 37. quem sequitur
*Dom. meus Hodiern. ad Surd. decis. 239. nu. 12.
Franch. decis. 93. post n. 7. & decis. 99. Molfes.
ad consuetud. part. 4. quæst. 30. num. 8. Capyc.
Latr. d. decis. 61. n. 4. & Vinc. decis. 173. nu. 2. &*
12. vbi dicit, quod si quis decedat habens
22 bona paterna, & materna, & relinquat fra-
trem vterinum, & consanguineum, eo casu
vterinus succedit in bonis à matre, & eius
linea obuentis, consanguineus verò in bonis
paternis; in cæteris autẽ, quæ defunctus nec
à patre, nec à matre recognoscebat, par est
vtrorum fratrum ratio, ex *tex. in l. de emanci-
patis, §. exceptis, de legit. hæred.* & ibi *Bar. Ma-
uant. consil. 92. num. 3. & Masull. ad Capyc. de-*
23 *cis. 92. in fine* Sin autem admitteremus sen-
tentiam *Ranit.* volentis quod frater ex vno
latere tantùm coniunctus, excludatur à suc-
cessione fratris, à fratribus vtrinque coniun-
ctis, cum quibus, siuè pater, siuè mater con-
currit, iuxtà formam iuris communis, seque-
retur, quod regula illa, patre, vel matre exi-
stente in medio, &c. operaretur nè dum ad
fauorem parentum, de quibus *Consuetud.* nõ
non sunt loquta, ex *Minad. decis. 26. sub n. 2.
circà finem, versic. Nã rationes.* Sed operare-
tur etiam ad fauorem alterius in præiudiciũ
tertij, scilicèt fratris ex vno latere tantùm
coniuncti, ad cuius fauorem *Consuetud.* vrgẽt

24 Ideoq; ego minimus, arguendo ab absurdo
vitando, concludo firmitèr, sempèr sub cor-
rectione meliùs sentientis, esse admittendum
superstitem parentem, vnam cum filijs suis,
defuncto fratri vtrinque coniunctis; deindeq;
portionem illam fratribus prædictis obuen-
tam iuxtà formam iuris communis, esse di-
uidendam cum alijs fratribus ex vno latere
tantùm coniunctis seruata forma *Consuetudi-
nis;* & ita parenti prouidetur, nam eius por-
tio non diminuitur pèr immediatũ concur-
sum aliorum defuncti fratrum, & etiam libe-
ris, ac absurda vitantur, & in effectu ita esset
intelligenda dicta nouissima *decis.* tradita
25 per *cit. Capyc. Latr.* Neq; obstat, quod non
debet vnica, & eadem successio diuerso iure
regulari, ex argum. *l. nam hoc iure, ff. de vulg.
& pupill. & in l. cum quis ædes, ff. de vsu cap.*
Quia hoc non procedit quando eadem res
consideratur diuersis temporibus, ac respe-
ctibus, prout in casu nostro, proptèr diuer-
sitatem personarum, quæ dissimili legi sub-
sunt, ex traditis per *Tiraquell. tract. de retract.
consang. §. 1. glos. 6. n. 23.* & in puncto *Capyc.
Latr. d. decis. 61 n. 5.*

Quartum Dubium.

26 Qualitèr possit filius existente patre,
vel matre in medio de bonis suis di-
sponere? Quòad hoc hebemus casũ expressũ
Consuetud. Filius Familias, per quam habili-
tatur ad disponendum liberè de bonis mater-
nis, ita quod non teneatur, si nolit, patrem
instituere, excepto tantùm debito bonorum
subsidio, per quem *tex.* determinauit S. C.
posse filium familias in bonis sibi a matre ob-
uentis, relicta patri legitima, extraneum in
reliquo hæreditatis instituere, absque quod
proximiores ex parte matris possint medio-
tatem bonorum antiquorum ab eo auocare,
ex dispositione *Consuetud.* quæ ob existentiam
patris cessat, iuxtà celebrem illam *Franch. de-
cis.* 91. & ita paritèr dicendum est defuncto
patre, viua tamen matre, cuius existentia fa-
cit etiam cessare *Consuetudinem*, non minùs,
ac existentia Patris; Verùm quia *Franch. in
seqq. decis. 92. in fine*, dubitat de his quæ
in præcedenti dixerat, quando adsunt fratres,
siuè vtrinque coniuncti, siuè consanguinei,
siuè vterini tantùm, pèr doctrinam *Napod.*
dicentis quod aut filius vole disponere in præ-
iudicium extranei, & non potest quia fieret
fraus *Consuetud.* aut vult disponere in bene-
ficium patris, & isto casu valet dispositio, nec
agnati remotiores, possunt ab eo auocare me-
dietatẽ bonorũ, nisi tamen cũ patre concur-
rerent fratres defuncti, qui ex dispositione iu-
ris communis vocantur insimul cum patre,
istamque opinionem prosequitur latè *Consil.
Io: Baptist. Melior in eius allegat. inserta per*
Ro-

Ronis.consil. 28 *n.* 3. *&* 4. *vol.* 2. idcircò videamus an hoc possit iure substineri, & an congrua fuerit dubitandi ratio, quam annuit *Franch.d.decis* 92. *in fine*; Siquidem si dicimus illam fundari supèr *Consu*e*tud. si quis, vel si qua*, et hæc non potest in medium produci, quando in medio, vel pater, vel mater existit; Si dicimus fundari in iure communi ad quod negotium reducitur, & hoc non obstat, quia in tantum frater ex vtroque latere coniunctus cum patre admittitur; ad fratris successionem, in quantum supponitur ibi fratrem ab intestato decedere; Nam si supponeremus, quod de iure communi filius familias posset testari, frater, fratris testamentum nō rumpit, nisi quatenùs turpis persona instituta in eo reperiretur; Igitur cum ex *d.Consuetud.Filius familias*, sit sublatum impedimentum iuris communis, & effectus, sit testabilis de bonis maternis, cumq; modus disponendi non debeat regulari per illas aliàs *Consuetudines*, imponentes necessitatē testatoribus cum filios non habent, relinquendi medietatem bonorum antiquorum agnatis ex quorū linea bona obueniunt, & hoc ob existentiam patris: fit vt haud hæsitari posit, quin filius famllias relicta patri legitima posit liberè disponere, ex memora *decis. Franch.* 91. omnisque cesset contrà eam dubitandi ratio: de qua re præter alias decisiones, notabilis videtur illa quam refert *Minad.d.decis* 38. vbi postquam retulerit supradictam *Napod.* sententiam, ponit hæc verba. *Fuit decisum simpliciter in causa Ferdinandi Roberti, quod post quam Consuetudo non habet locum patre, vel matre, existente in medio, vel alio ascendente, quod potest simpliciter, & liberè filius disponere, quia cessante Consuetudine habet locum ius commune*, ac etiam *decis.* relata per *Capyc.* *ad d.Consuetud.filius familias, in Apostill.* incipiente, *Ista glos.fol.mihi* 188. *in fine*, vbi inter alia ponit hæc verba. *S.C.pro maiori parte votauit in causa Sancti Petri de Vrbe, quod existentia ascendentis, etiam extraneo instituto, etiam taliter, quod ascendens excludatur, excludit ipsos agnatos, & cognatos.* Et hoc nullam penitus habebit difficultatem, si ponderetur *d.Consuetud.filius familias*, per quam hoc expresse deciditur, & cum habemus casum legis, non est de alio inquirendum, licèt cit. *Io. Baptist. Melior, n.*4. dicat contrarium, ponderando verba eiusdem *Consuetud.* ibi, *Ac si Pater, vel mater familias essent*, quia hæc fuerunt ibi posita ad decantandam liberam disponendi facultatem, non autem ad illam restringendam, vt philosophando supponit.

Quintum Dubium.

27 QValitèr mulier nupta, habens patrē, siuè matrem, ac etiam filios, posit de bonis suis testamento disponere? Videtur dicendum, quod cum per existentiam patris cessent *Cōsuetudines*, posit filia liberè disponere, absq; q teneatur filijs relinquere nouē partes dotis, & aliorū bonorū ab agnatis, vel cognatis ei obuentorum, Sed hoc non obstāte tenendum sine scrupulo est, *Consuetud.* illam, *si qua moriens* per quam statuitur mulieribus habentibus filios disponendi modus, & facultas, locum habere, etiam patre, vel matre, existente in medio, pròut in effectu eadem municipalis lex loquitur, vt patet in illis verbis ibi. *Et parentibus* Vndè disponitur in ea, quod mater filios habens non possit de bonis, nisi de decima disponere, alijs nouem partibus filijs reseruatis; & tamen ex memoratis verbis supponitur existentia parentum; istamque sententiam fundat cit. *Io: Baptist. Melior*, vt ex *Rouit. d.cons.* 28. *n.* 5. allegans punctualem authoritatem *Marin. Frecc. ad cosuetud. si aliquis moriens*, in apostilla incipiente, *Nota dū loquitur, fol. mihi* 165.
28 dicētis etiam ad maiorem huius rei firmitatē, quod nostra regula, patre, vel matre, &c. intelligitur, quando decedens non habet filios, secùs tamen si filios haberet, quia tunc quamnis parentes in medio existant, nihilominus *Consuetudines* habēt locum, sicut paritèr videtur sentire *Napod. in Consuetud. & si testator in glos. proximiores, n.*34. *versic. Et intellige*.

Verum hac sumpta occasione, noto dictam *Consuetud. si qua moriens* plures habere limitationes, quarum nonnullas libuit mihi in
29 hoc loco notare: Prima sit limitatio in bonis mulieri obuentis, vel traditis cum libera disponendi facultate, quia quilibet potest rei suæ imponere legem, quam sibi placet, ad q est notabilis doctrina *Dec. in l. fin. sub n.* 5. *C. de pact.* vbi ponit hæc verba. *Et ideò aliàs fuit Senis consultum, quod licet statutum prohibeat mulierem habentem filios, vltrà quartam partem bonorum alienare, quod tale statutum non habet locum in bonis relictis, & acquisitis mulieri cum licentia, & potestate alienandi* Hæc ille, adducens plures rationes: Idem videtur tenere *Capyc. decis.* 190. *& Thor.* qui ità refert decisum, *in compend. decis. tom.* 3. *part.* 2. verbo, *Mulier an possit liberè, fol.* 120. *col.* 1. *in princip.* vbi transcribit apostillam quorundam grauissimorum virorum, addo apostillam *Dom. Scipion. Sanctini in d. Consuetud. fol.* 196. quæ incipit, *Pater in contractu*, vbi ita refert fuisse terminatum per quosdam arbitros, quorum vnus fuit ille celebris *Io: Angelus Pisanellus.*
30. Secunda limitatio est, quando mulier bo-

& Spectab. Dom.nus meus, lib. 2. cap. 208. num. 8.

Vltimum Dubium.

40 POne aliquis vxorem habens, & ex ea
filium, condito sibi testamento expres-
sè dicto suo filio Titium pupillariter substi.
tuit, factus est casus substitutionis, ob quod
concurrunt ad hæreditatem, & bona huius
mortui pupilli, Titius pupillariter substitutus,
Agnatus pro medietate bonorum antiquo-
rum, & mater; quæritur quis horum maius
ius foueat? Dubium facit, quia substitutus
41 excludit matrem, ob èxpressam pupillarem
substitutionem *l. precib. C. de impub. & ali.
subst. & cap. 1. §. licèt, de testamentis, in 6.* & la-
tissimè dante Deo tractabimus infrà *cap.* 265.
Substitutus quoad medietatem bonorum
antiquorum, excluditur ab agnato, qui illam
capit ex dispositione, & prouidentia *Consue-
tud.* ac per consequens quò ad eam non po-
test nec fraudari, nec priuari; Et mater exclu-
dit agnatum petentem medietatem, quia
Patre, vel Matre existente in medio, &c. Qua-
re vt in hoc laberynto pateat nobis via, ca-
pio explicandum quid operetur pupillaris
substitutio, & ad quæ bona extendatur, insi-
stendo terminis nostrarum *Consuetud.* signan-
tèr illi, quæ incipit, *si aliquis moriens*, per quã
42 Pater omninò tenetur liberis suis relinque-
re medietatem bonorum ei obuentorum ab
ascendentibus suis, & consanguineis sibi ex
quocumque latere coniunctis, de alijs verò
bonis à se nouiter quæsitis, potest liberè testa-
mento disponere; reseruato tamen eisdem fi-
lijs bonorum subsidio secundum dispositio-
nem iuris communis.

43 Indè est, quod hodiè de iure *Consuetudina-
rio* aucta est in beneficium filiorum legitima;
44 nam sicut in bonis maternis, illæ nouem
partes de quibus in *dicta Consuetud. si qua
moriens*, dicuntur legitima filiorum, & quasi
debitum iure naturæ, vt *Napod.* ibi *sub n.* 17.
versic. & prædicta nouem partes, & colligitur
ex *Molfes. ad Consuetud. tom. 1. par. 4. quæst.
62. tit. de success. ab intest. & par. 7. tit. de iur.
quart. quæst. 1. n. 1. Peregr. de fideicomm. artic.
36. Franch. decis. 374. Aun. cons. 6. &* ex *Amat.*
45 *consil. 56. n. 8. cum seqq.* vbi dicit quod institu-
tio facta de filio in legitima, quando mater,
& eius dotes, & bona sunt subiecta *Consuetud.*
intelligitur facta in illis nouem partibus, quæ
in locum legitimæ, ac debiti iure naturæ sub-
46 rogatæ sunt. Ita etiam illa medietas bono-
rum antiquorum, quam Pater relinquere de-
bet filijs, ex dispositione *dicta Consuetud. si
aliquis moriens*, appellanda est filiorum legiti-
ma, cum in eius locum successerit; vt bene eli-
citur ex eodem cit. *Napod. in Consuetud. & si
testator, glos. disponere, sub n. 5. versic. Nunquid
ergò, & ex Consiliar. Theodor. allegat. 11. nu-
mer. 11.*

47 Hoc iacto fundamento videtur concludẽ-
dum in proposito articulo, esse matrem ad-
mittendam ad medietatem debitam filio in
locum legitimæ, vigore *Consuetud.* alia me-
dietate substituto reseruata, excluso penitùs
48 agnato. Pater, quia licèt non sit negandum
expressam pupillarem excludere matrem,
etiam à portione legitimæ, hoc tamen intel-
ligendum est cum temperamẽto; aliud enim
est in legitima directè, & immediatè debita
ascendentibus in bonis descendentium, & illa
potest mater priuari, per expressam pupilla-
rem substitutionem ad tradita per *Menoch.
de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 38. & Anton. de
Alex. in Consuetud. si aliquis moriens*, in Apo-
stilla incipiente *imò videtur, fol.* 167. Et aliud
49 est, si loquimur in legitima quæ debebatur
filio cui fuit facta substitio, in bonis Patris, &
in hac dicũt DD. quod benè potest mater suc-
cedere ipsi filio, non obstante pupillari, *Co-
ras. in dicta l. precib. n. 29. & 30. C. de impub. &
alijs subst. Menoch. loco cit.* & satis doctè *Con-
siliar. Carleual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. disput. 25.
num 27. fol.* 323. Addo in proprijs terminis
*Molfes. de Consuetud. tom. 1. par. 2. tit. de bonis,
quæst. 23. num 4.*

50 Sed inuenio in proprijs terminis contrariũ
prorsùs firmasse *Anton. Capyc. in dicta Con-
suetud. filius familias*, in apostilla incipiente,
Quid autem, fol. 186. vbi dicit in proposito
articulo, matrem à substituto, & ab agnato
excludi, cumque punctus iste sit curiosus, &
difficilis, ideò liceat mihi eius punctualia
verba referre, videlicèt. *Quid autem si facto
casu substitutionis, & etiam casu quo agnatus,
seù proximior venit ad auocandam medietatem
vigore consuetudinis à substituto, exiret mater
pupilli, quæ per substitutionem exclusa reperie-
batur, & aperta sibi via per proximiorem vult
ipsa illam medietatem ab ipso substituto, seù
proximiore reuocari, vel in eam excludere pro-
ximiorem, an possit? & dicendum quod non per
notata per Bar. in l. 1. §. si Pater 3. col. de coniu-
gat. cum emancip. liber. & vid. infrà super glos.
in verbo, si nolit.* Hæc *Capyc.* & secundum aliã
apostillam incerti authoris in eadem *Consue-
tud. filius familias*, incipiente *sic ergò fol.* 187.
habentur hæc verba. *Sic ergò etiam secundum
51 istud ius municipale, Pater, vel aus, habens in
potestate nepotem, posset ei substituere, & ex-
cludere matrem à legitima, secundum ius com-
mune, non tamen proximiores à medietate debi-
52 ta secundum istud ius, iuxtà notata suprà in
Consuetud. si aliquis moriens, in verbo medie-
tatem; n. 17. & suprà in consuetud. proxima, in
verbo velle, n. 22. & vid. per Afflict. decis.* 310.
ego addo videndum *Franch. decis.* 486. & ad
53 fundamentum contrarium respondetur, nã
sententia *Coras. Menoch.* & sequacium non
est tuta, nam pupillaris substitutio compre-

hendit etiam quantitatem legitimæ debitam
filio, à qua paritèr matrẽ excludi aiunt *Bald.*
consil.39.n 4.vol.1.Alex. consil. 12. Attentis
verbis, n.30.in fine. versic. fortiùs dico, & n.31.
& 32. vol. 3 cum alijs pœnès *Dom. Cardin.*
Tusch.practic conclus lit.S.conclus. 818. *n.4.*
54 Ego insistendo priori sententiæ, dico matrem ab illa medietate bonorum antiquorũ
vllò modo esse excludendam, non quia supèr
ea non poterat fieri pupillaris substitutio,
tanquam supèr legitima debita filio (cũ hoc
vt diximus, non sit turum) sed quia talia bona non poterant onerari in fraudem agnati,
& sic quo ad illa nullum consideratur factum
Patris atque pupillaris substitutio, ob quod
reducitur negotium ad puros terminos intestati, ad fauorem ipsius agnati ex memorata
decis. Afflict. & Præsid.de Franch. qui agnatus
cum petit bona antiqua vigore *Consuetud.*
aperit viam matri, quæ habilitatur ad succedendum, pupillari expressa non refragante,
nam *Consuetud.* ea in medio existente cessat,
& ita clauditur ôs agnato; quod si replicatur à substituto, omnia bona sibi deberi, nã
cum cesset *Consuetud.* negotium reducitur
ad terminos iuris communis, secũdum quod
pupillaris substitutio comprehendit vniuersum filij patrimonium; Respondetur, regulam prædictam, Patre, vel Matre, &c. esse
introductam in merum fauorem, & vtilitatẽ
parentum, vt aliàs diximus, ex *Minad.dec.26.*
sub n. 2. circà finem, versic. *Nam ratione*, &
ideò non debet in odium eorum ad fauorem
alterius retorqueri; Ex contraria autem opi-
55 nione sequitur ineuitabile absurdum,
quod nempè admitteretur agnatus vigore
Consuetudinis, quæ cessat Patre, vel Matre existente in medio, nec illa pupillaris potest in
hoc aliquid plus operari in exclusionem Matris, nam quoad illam medietatem quam
petit agnatus nulla pupillaris consideratur,
56 & sic remanet res in puris naturalibus: Illud
autem quod ex *incerto authore* annuimus,
posse matrem totalitèr excludi per pupillarem posset procedere, quando substitutus, esset ille agnatus qui foret successurus, aperiendo tamen viam matri, quæ excluderetur
non pèr *Consuetudinem*, sed pèr pupillarem;
vel quando nullus agnatus adesset, qui petendo medietatem bonorum antiquorum,
habilitaret matrem defuncti pupilli ad succe-
57 dendum; Et tandem, quod pupillaris substitutio non possit operari exclusionem agnati
à medietate bonorum, intelligi debet, nisi
mater cum eo concurreret, ex conclusione
per nos posita suprà *n.2.* & alibi passim, & ita
sentio, sub correctione meliùs sentientis.

Circa *Consuetudinem, & si testator.*

58 PRogreditur vlteriùs *Spectab.Dom.meus,*
ad Consuetud. & si testator, cuius dispositio ea est, vt moriens sine descẽdentibus,
de bonis per eum noniter quæsitis, liberè
possit disponere, tam intèr viuos, quam in
vltima voluntate; de bonis verò antiquis,
idest ei obuentis ex linea siuè paterna, siue
materna, medietatem lineæ ex qua peruene-
59 runt, relinquere teneatur; Indè quæri solet,
an bona empta ex pecunia obuenta ex venditione bonorum antiquorum, sint subiecta
huic *consuetudini*; concluditur negatiuè, ad-
do *Roueit.consil.100.n.16.vol.1.* & latissimè
omnibus in hac re cumulatis, defendit *Præs.*
Merlin.controuers.forens.centur.2.cap.90. &
Thor. qui bis ita refert decisum, *in compend.*
decis.tom.3.par.2. in verbo, *Pecunia peruenta*
ex negotiatione f.257. post *Nicol.Maricond. ad*
consuetud.si aliquis moriens, in apostilla incipiente *Pone quod ex pecunia fol.mihi* 162.
60 Sed videatur in contrarium *tex. in l.fideicommissa ff.de legat.3. & in l.qui filium ff. cod.*
Giurb.decis.111.n.21.Peregr.decis.2.num. 10.
Molfes.in addit.par.2.tit.de bon.quæst.5.Vrsill.
ad Afflict.decis.369 n.10.Georgi, allegat. 4. &
latè *Ricc.in collect.decis. par. 5. collect.* 1850.
qui passim referunt grauissimas decisiones
prò hac parte; Ideò benè cogitandum est cũ
casus contingerit, proptèr hanc varietatem,
& contrarietatem decisionum, latè *Didac.*
61 *Mari, ad Gizzarell.decis.29.* vbi etiam ponit,
quod bona permutata cum bonis antiquis,
sunt subiecta consuetudini, & successio in illis regulatur, sicut successio in bonis antiquis, vt ipse ait, *n.15.*
62 An autem bona mobilia sint subiecta *Consuetud.* affirmatiuè *Franch. decis.93. & Molfes, ad* Consuetud.*tit.de bonis, quæst.*11. sequitur
Thor.loc.cit circà medium.
63 Sicùt etiam, an bona empta, ex fructibus
bonorum antiquorum sint antiqua, & per
consequens subiecta *Cõsuetud.* negatiuè *Reg.*
de Pont.de potest Proreg. *tit. 9. de success. mulier.in Regno, n.17. & cit. Thor. in compend.*
lib.3.part.2. verbo, *pecunia peruenta, &c.circà medium, fol.255.col.1.*
64 Item cum pro indubitato apud nos transeat, annuos introitus; atq; nomina debitorum comprehendi etiam sub *Consuetud.* cum
65 tamen intrà districtum existunt; Ideò inuestigandum modò est quomodo, & quando
de districtu censeantur; ad quod notandum
est, hoc diuersimodè fieri; & signantèr si solutio facienda esset in hac Ciuitate, ad *tex.in*
l.3 ff.de bon.author.Iudic.possid. & in l.contraxisse, ff.de actio, & obligat.Franch.decis.93.in
fine, & Consil.*Pronenzal. ad* Consuetud.*si quis,*
66 *vel si qua; obseruat.19.num.37.* qui subdit *nu.*
38. quod si nullus foret præscriptus solutionis locus, quando contractus fuit celebratus ad fauorem alicuius Neapolitani, actio
illa, seu nomen illud, adhuc de districtu huius
Ciuitatis censeri deberet, & ita refert sempèr practicatum, contrà *Reg.Salernit. & Præsid.Camill.de Curt.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM.

SVMMARIVM.

Pecunia posteriori Creditori soluta, & ab eo bona fide consumpta non potest auocari per anteriores Creditores; etiam de rigore iuris, num. 1.

Limita si mala fide esset consumpta, n. 2. & mala fides quomodo arguatur, & probetur, n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 10. vbi referuntur quamplura exempla.

Itē limita si pecunia esset soluta à debitore decocto, num. 9.

Item limita si pecunia extaret, n. 11.

Pecunia quando dicatur extare, ad finem vt possit à posterioribus Creditoribus auocari per anteriores, latè n. 12. 13. 14. & 15. vbi multa Ampliationes pluraq; exempla plenissimè referuntur.

Solemnitas quæ est de stylo, si omittatur, non præiudicet eis ad quorum fauorem apponi consueuerat, n. 16.

Pecunia posterioribus Creditoribus soluta, potest indifferentèr ab eis auocari per anteriores Creditores priuilegiatos, vt fiscus, vel dos, n. 17.

Fiscus an possit auocare pecuniam consumptam, & bona fide solutam Creditoribus posterioribus ex causa onerosa, Negatiuè, n. 18. Sed affirmatiua opinio est verior, n. 19.

Creditor anterior ex causa onerosa, indifferentèr auocat pecuniam solutam posterioribus habentibus causam lucratiuam, n. 20.

Creditores etiam in actione personali, possunt auocare pecuniam solutam legatarijs, n. 21.


Creditores anteriores hypothecarij, sempèr possunt auocare pecuniam solutam Creditoribus posterioribus chyrographarijs, n. 22.

Pecunia ad hoc vt auocari possit à posterioribus, debet priùs discuti patrimoniū principalis debitoris, n. 23. Amplia in Fisco, n. 24. Sed limita si Creditor anterior haberet clausulam constituti, num. 25.

Creditor anterior volens auocare pecuniam solutā posterioribus potest contrà quemcumq; agere, nec tenetur priùs conuenire nouissimos Creditores, deindè superiores, n. 26. vbi decis. S. C.

AD CAPVT LXXI.

Additio.



1 EX illa *Afflict. decis.* 190. communissima inoleuit opinio, non licere Creditori anteriori auocare pecuniam posteriori Creditori solutam, atq; ab eo bona fide consumptam, nè mundus totus litibus inuolueretur, *Ioseph Ludouic. decis. Perus.* 45. *nu.* 4. *Carthar. decis.* 19. Hieronym. *de Laurent. decis. Auen.* 96. *Francisc. Stefan. decis. Aquens.* 31. *nu* 4. *Surd. decis* 60. *nu.* 9. *Fontanell. decis.* 223. *nu.* 3. *Thor. vot. decis.* 6. *n.* 24. *Capyc. Latr. decis.* 24. *n.* 23. *Cardin. Seraphin. decis. Rot. Rom.* 174. *Ioseph Sess. decis. Aragon.* 206. *Capyc. decis.* 78. *Reg. Carol. Tapp. decis. Ital.* 19. *n.* 9. & 10. *Reg. de Pont. decis.* 34. *n.* 20. *Idem in tract. de potest. Proreg. tit.* 7. §. 9. *n.* 8. & *cons.* 83. *n.* 4. *vol.* 2. *Gramm. post decis. quæst.* 1. *Ann. singul.* 538. *Matth. Brun. de cession. bono. quæst.* 24. *Couar. prac quæst. cap.* 29. *n.* 2. *Georgi. alleg.* 39. *n.* 11. *Gaill. obseruat.* 25. *n.* 15. *lib.* 2. *Tartagl. in prax. Ciuil. cap.* 7. *in fine Molfes. ad consuetud. par.* 4 *quæst.* 26. *n.* 16. *Mart. vot.* 42. *n.* 4. & *vot.* 48. *Alfan. collect.* 1258. *cit. Mart. de clausul. par.* 1. *claus.* 165. *n.* 15. *Marescot. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 36. *Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *quæ.* 16. *n* 3. *Crass. commun. opin. tit. qui potior. in pignor. habean. n.* 16. *Phanucc. de inuentar. pact.* 5. *n.* 174. *Peregr. de iur. fis. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 18. *versic. in hoc* Dom. Cardin. *Tusch. practic. conclus. lit.* C. *conclus.* 1066. *n.* 3. *Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 304. *n.* 2. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst* 11. *n.* 1297. *cum seqq. Cancer. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 177. & 178. & *Consiliar. Ari. de mes. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 42. Et licèt super puncto isto, horum plerique dicant, præfatam *Afflict. decis.* de æquitate dumtaxàt procedere, & quod secùs esset de rigore, inspectis in hoc terminis *tex. in l. pecunia* 5. *C. de priuileg. fis.* vt prætèr alios tenuerunt etiam *Carthar. d. decis.* 19. *n.* 3. *Strac. de decoctor. par. vltim. n.* 31. *Cost de remed. subsidiar. illat.* 2. *n.* 2. *Facchin. contr. iur. lib* 12. *cap.* 53. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 29. *nu.* 16. & *Barbos. in l.* 1. *par.* 6. *n.* 20. *in fine ff. solut. matrim.* cum aliis quos allegando sequitur *Cas. Manent. decis.* 45. *n* 8. & 9. tamen non desunt alii innumeri ex suprà allegatis, qui cōtrarium audactèr affirment, & fortassè maiores numero, & qualitate, vt patet legenti, & apud nos hoc ōni prorsùs caret dubitatione, stante dicta *decis.* Regia authoritate firmata; & legatur *Fontanell.* infrà allegandus *à n.* 58. *vsque ad* 62.

2 Dixi bona fide, nam vt notabilitèr ait *gl. in l. si filius familias* 14. *versic. conditionem ff. si cert. peta.* sempèr auocari potest pecunia mala fide consumpta, & vt subdunt *DD.* proptèr illa malam fidem, quamuis pecunia per commixtionē sit consumpta, dicitur tamen extare, quia is qui illam recepit, dicitur dolo desijsse possidere, *Aret. in* §. *constituuntur, n.* 2. *versic. permutatione, instit. de vsufruct. Surd. consil.* 4. *n.* 44. cum alijs latè cumulatis pèr *Nouar quæst forens. lib.* 1. *quæst.* 139. *n.* 6. & 7. qui omnia ibi posita furtim sibi mutuauit à *Fontanell. de pact. nupt. to.* 2. *claus.* 5. *glos* 8. *par.* 7. *n.* 1. *cum seqq. fol.* 148. addo *Peregrin. dicto tract. de iur. fis. dicto lib.* 6. *tit.* 6. *sub n.* 8. *versic.* & *si quidem* itaque mala fides in hac materia plu-

3 pluribus modis præsumitur,& probatur; & primò si secundus creditor,sciens adesse creditores anteriores,sibi solui curasset, & maliciosè solutam sibi pecuniam consumpsisset,vt patet ex *tex.in l.deferre 18.§.Papinianus ff.de iur.fis.Surd.consil.4.n.43.44. & 45. Thesaur. quæst.forens. lib. 2. quæst. 16. sub n.16. Marc. vot 48.n.4.Fontanell.loco cit.n.22.Nouar. di-cta sua fortiua quæst.139 n.11.Cæsar.Mauent. decis.45.n.4.* allegantes *Ioseph Ludouic. decis. Perus.45.n.20.* qui dicit ad propositum nostrum, quod præsumeretur scientia ad effe-
4 ctum prædictum ex familiaritate, siuè simultanea conuersatione intèr Creditorem anteriorem,& posteriorem,cui pecunia data fuit, secundò,si Creditori posteriori, ab anterio-
5 re fuisset eius creditum denunciatum, & authenticis documentis probatum, aliàs secus; ex his enim diceretur in mala fide constitutus,& propterea, solutionem recipiendo, se restitutionis periculo subijre videtur *Cost. de remed.subsidiar.remed.37.illat. 2.n. 6. Thesaur.dicta quæst.16.sub n. 13.Fontanell.loc.cit. n.26.cum seqq.& Nouar.n.13.* Tertiò si cum esset factus Creditorum concursus contrà
6 eundem,& vnicum debitorem, ij qui posterioribus, & minùs antiquis instrumentis potiebantur,solutionem recepissent, vel procurassent, hi enim omni iure vrgeri possunt ad exactam pecuniam restituendam, tanquam in mala fide, vti conscij, & informati iuris alieni potioris, notabilitèr *Paul. de Castr. consil.446.Respondeo,& dico,sub n.3.lib.1.in* illis verbis. *Vel quando omnes instabant, & debitor vni gratificauit*, & ita fuit decisum in vna *Romana pecuniaria, die 13. Nouembris* 1572. *Coram Clemente VIII.* eo tempore R.A. vt refert *Peni.decis.eiusdem Rot. 503. n. 3.*& vltrà prædictos *Cost. loco cit. n. 5. Stafil. Pacif.de Saluta. interdic. inspect. 3. cap.2.n.* 100.*Camill.la Rath.consil.64.*& ità refert notabilitèr decisum in Senat.Pedam. *Thesaur. dicta quæst.16.n. 14.* latè *Fontanell. loco cit. à n.28.*Quartò, si post debitoris decoctionem,
7 aliquis posteriorum Creditorum solutione dimissus reperiretur, quia ex illa celeri solutione,præsumitur in vtroque,tam scilicèt in soluente,quam in recipiente animus fandandi, & excludendi anteriores creditores, ac proindè pecunia illa ita soluta transit restitutioni obnoxia,de qua re sunt binæ *dec. Sacræ Rot.Rom.* prima in vna *Romana pecuniaria lunæ 29.Nouembris* 1593. Secunda etiam in *Romana pecuniaria de Bertolatijs, Veneris 24.Octob.*1597. quas registrat *cit. Peni. decis.*
8 262.& 503.& iterum ita fuit Romæ decisum, contrà quendam posteriorem Creditorem, qui præsentiens proximam decoctionem debitoris,sibi de eius credito satisfieri curauit,sicut in effectu fuit satisfactus,de pecunia, tamen mutuò debitori data à quodam suo amico, vt refert *Thesaur. dicta quæst. 16. n.* 15.videndus *Marescott.variar.resol.lib.2.cap. 36.n.3.& 4.& Surd.dicto consil.4.lib.1.* quorum memor est *Fontanell. vbi sup. n. 32.&*
9 *n. 38.*vbi pro regula constituit, quod pecunia à decocto soluta,indifferentèr auocari potest,quotiès alia bona non remanent, quibus anteriorum creditorum indenditati consuli valeat,ex *Caphal. consil 86 n.8. & 12.* & ex
10 *Seraphin.decis.*1074.Et postremò alijs omissis notabilis est ad propositum nostrum, id quod dicit *Capye.Latr.decis.24.n 24.* quod si aliquis Creditor sibi satisfecisset retinendo pecuniam debitoris,poterit illa ab eo auocari ab anterioribus Creditoribus, quia dicta solutio sibi ipsi ignorante, & absente debitore facta, non operatur quod pecunia dicatur translata in eius dominium, proptèr deficientiam consensus debitoris, & ideo minimè ei opitulatur prætensa consumptio,tanquam clandestinè, & fraudulentèr facta, ex *Farinae.decis.516.n.4.tom.2.*in posthumis.

11 Dixi etiam *consumpta*, quia quando pecunia extat, sempèr auocationis iudicio obnoxia est,siuè bona fide,siuè mala soluta, atque recepta sit,& hoc actione hypothecaria, quæ supèr debitoris pecunia, cum pœnès eũ esset radicata fuit ex latè traditis per *Cost. de remed.subsid.remed.37.illat.2.n.7. Merlin. de pignor.lib.4.tit.1.quæst.29.n.21.versic.infertur secundò,* & pèr *Nouar. dicta quæst. 139. n. 1.*
13 *lib.1.*referens *n.15.* notabilem casum in quo diceretur extare pecunia; si nempè soluta fuisset procuratori Creditoris, à quo non adhùc suo principali; siuè Domino illius reddita esset,ex *Surd.dicto consil.4.n.48.& Guttier.*
14 *pract.quæst.cap.101.n.13.*Quorum authoritate reijcienda est opinio eorum qui dixerunt pecuniam cessam,sed non dum exactam, itẽque in banco existentem censeri debere consumptam, ad finem ne possit auocari à Creditoribus anterioribus,vt tenent *Carthar. loco cit.*quem refert *Ricc. in collect. decis. lib. 1. collect.63.versic. Item num anterior, Stafile. Pacif,de Salui.interdict.inspect.3.cap.2.n. 253. & decis.204.n 2 & cit.Nouar. quæst. forens. lib.1.quæst.166.*nam licèt in casibus prædictis pecuniæ dominium translatum dicatur in Creditorem accipientem, quia tamen illa extat,nullaque consumptionis ratio in ea cõsiderari potest,intrat necessariò regula posita suprà *n.11.*quæ aliàs inutilis esset,& inefficax. Sed principalitèr dicitur extare pecunia, si
14 Creditor qui solutionem recepit fideiussores prestitisset in casu molestiæ fortè inferendæ ab aliquo superueniente Creditore anteriore; & hodiè secundum communem praxim,& stylum omnium Tribunalium,signantèr huius inclitæ,& fidelissimæ Ciuitatis; sempèr quod fiunt liberationes Creditoribus, apponitur clausula in decretis; *Præstita tamen Cautione de restituendo cui, quibus,& quando,ad omnem ordinem,&c.* & sic sempèr quã-
tati-

citates illæ sub hac lege liberatæ, dicuntur extare ad fauorem Creditorum anteriorum, contrà quos pœnitùs de consumptione sub bona fide facta opponi potest, quæ praxis fundatur euidentèr, *in l. procuratoris 5. §. fin. ff. de tribut. act.* in illis verbis, ibi; *Sed quoniam fieri potest, vt alius quoque vel alij existere possint mercis peculiaris Creditores, cauere debet Creditor iste pro rata se refusurum, si fortè alij emerserint Creditores*, & in effectu ita obseruari, patet ex *Franch. decis. 75. n. 9. & decis. 272.* circà finem, *versic. hic punctus*, *Reg. de Pont. decis. 34. sub n. 20. versic. Hinc voluit pract. Ann. singul. 537. Muscatell. de fideiuss. par. 1. modo 16 n. 3. Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 38. n. 31. Fontanell. dicta claus. 5. glos. 8. par. 7. n. 37. idem decis. 223. n. 4. Ioseph Ludouic. dicta decis. 45. n. 20. & 21. Staffile. Pacif. decis. 133. n. 11. post tract. de Salui. interd. Giurb. decis. 4. n. 40. Maurit. Apicell alle. 20. n. 31. Reg. Lanar. consil. 56. n. 4. Marc. Antonin. variar. resol. lib. 2. resol. 60. casu 15. Nonar. loco cit. n. 16. Cæsar Manent. dicta decis. 45. n. 10. & Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 701.*
15 *n. 1.* Estque hodiè adeo (dicam) naturalis praxis hæc, & stylus, vt quamuis non reperiretur data cautio præstari solita, neque in decreto ordinata, adhùc tamen cum ita simplicitèr à Iudice liberatur alicui Creditori pecunia, poterit ab eo auocari, tanquam extans, & tanquam liberata sub illa consueta restitutionis lege; & ita fuit decisum in anno 1608. die 20. Decembris, referente Regio tùc Consiliario Valdiuiesco, ad fauorem Marini Piscaria Creditoris anterioris, contrà Gubernatores Sacri Montis Pietatis; quæ decisio in gradu reclamationis fuit confirmata die 26. Aprilis 1610. vt in processu Creditorum Io: Thomæ de Magnanis, in Banca tunc *de Mondellis* hodiè Magnifici *Lelij Clauelli*
16 est ratio, quia stylus, & solemnitas consueta, & quotidiana, si omittatur, non ideò præiudicare is, ad quorum fauorem apponi solet, àtque consueuit, ac proindè censendum est, non fuisse omissam solemnitatem illam consultò, sed potiùs actum fuisse celebratum sub tacita lege stylus quotidiani *l. fin. §. si enim pactis C. de fideiuss. & mandat.* & hanc credo esse rationem illius decisionis, non illasquas refert *Thor.* eiusdem decisionis memor, in *Comp. tom. 3. verbo Creditor primus, fol. 246. col. 1. in fine*.

17 Item etiam concedenda est auocatio pecuniæ quamuis bona fide consumptæ, ac sine cautione solutæ, si Creditor anterior qui pro restitutione instat, esset persona priuilegiata, vt puta fiscus, vel dos, & alij, latè *Gattier. pract. lib. 3. quæst. 101. & Conar, cap. 29. Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. C. conclus. 1066. n. 4. Consiliar. Ari. de Mes. variar. resolut. lib. 1. cap 39. n. 39. & 41. Reg. de Pont. dicta decis. 34. sub n. 20. Capyc. decis. 78. n. 5.* vbi *Masull. n. 2. Io. Koppen. decis. 68. quæst. 62. n. 10. versic. verum contrarium, Ann. singul. 578. Ann. filiu consil. 123. vol. 2. Capiblanc singul. 63.* & alij quamplures relati pèr *Ioseph. Mel. ad Gizzarell. decis. 1. n. 87. & 88.*

18 Quæstionis tamen est, an hæc firmata conclusio ad fauorem Creditoris anterioris priuilegiati, procedat tantùm, quando Creditor posterior esset talis ex causa lucratiua, an etiã si ex causa onerosa? *Io. Fab. in §. si quis in fraudem, n. 23. inst. de act.* loquens in fisco, tenet eius priuilegium non extendi contrà Creditorem ex causa onerosa, sequitur *Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 304. n. 3.* allegans *Menoch. dicto consil. 25. n. 23. lib. 1. Caphal. consil. 86. n. 17. Grammat. dicta qu. 1. nu. 7. cum seqq.* & in hac opinione videtur residere *Peregrin. de iur. fis. dicto lib 6. tit. 6. n. 8. circa finem*.

19 Mihi magis placet opinio contraria, vt nimirum priuilegium fisci, & pèr consequens, & dotis, vigore *l. pecunia C. de priuileg. fis. & l. deferre, § fin. ff. de iur. fis.* habeat locum nõ dũ contrà posteriores Creditores habentes causam lucratiuam, verum etiam, aduersùs habẽtes causam onerosam, vt pèr *Conar. pract. dicto cap. 29* & *Valenzuol. consil. 64. n. 23.* de qua re latè *Dom Reg. Ferdin. Brãnc.* intèr *allegat. diuers. Spect. Dom. mei, allegat. 54. & Mel. dicta decis. 1. n. 88.* Id quod patet ratione; nam aliàs equale esset priuilegium priuati, cum priuilegio fisci, & aliarum personarum, quæ à iure priuilegijs decoratæ reperiuntur.

20 Priuatus siquidem Creditor, dummodò anterior, & ex causa onerosa, indifferentèr auocat à Creditore posteriore ex causa lucratiua, siue bona fide exegerit, & consumpserit, siuè non *Cæsar Manent. decis. 45. n. 4. & 5. Georgi. allegat. 39. n. 11. & Peregr. dicto n. 8. in versic. Nisi Creditor secundus esset ex causa lucratiua*, & probatur ex *tex. in l. fin. §. licen-*
21 *tiam C. de iur. d. liber.* vbi Creditor ex causa onerosa, sempèr auocat pecuniam solutam legatarijs, qui pro lucro certant; idque etiam si Creditor ille haberèt simplicem actionem personalem, *Bar. in d. l. fin. §. & si præfatam,*
22 *n. 4.* Sicùt in simili, Creditores anteriores hypothecarij, indifferentèr auocant pecuniam solutam Creditoribus posterioribus chyrographarijs, solùm personalem habentibus, intèr quos magna est disparitatis ratio, *Frãch. decis. 82. n. 7. Gaill. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 25. n. 15. & Ambrosi. decis Perus. 2. n. 16. & 17.* quos sequitur cit. *Cæsar Manent. dict. decis. 45. n. 2.* cui addo *Paul. de Castr.* qui hoc dicit notabilitèr *dicto consil. 446. n. 3. vol. 1.* vbi breuitèr dicit. *Nam illa reuocatio debet fieri, quando sub fiet aliquis de inscriptis casibus, videlicèt quando ille cui satisfactum est, non habebat hypothecam alij sic*, de qua re latè etiam *Azeuedo variar. resolut. lib. 2. resolut. 51.*

In hoc tantum verùm est, fiscum priuati

iure

iure vti; Sicut enim quilibet qui pecuniam à
23 posterioribus Creditoribus auocare intendit, tenetur priùs principalis debitoris patrimonium discutere, vt probatur ex *tex. in l. 2. C. de renoc. his qua in fraud. Credit.* in illis verbis ibi. *Nisi bonis debitoris non sufficientibus, & Barbos. in l. 1. par. 6. n. 22. ff. solut. ma-*
24 *trim.* Ita etiam fiscus, *Couar. dicto cap. 29.* & alij quamplures relati pèr *Peregr. dicto tract. de iur. fis. lib. 6. tit. 6. n. 8. in fine, versic. Intellige,* & per cit. *Dom. Reg. Branci.* pœnès *Spectab. Dom. meum, dicta allegat. 54. n. 3.*
25 Sed huic sententiæ nunquam potui ita simpliciter acquiescere, Ideò eam limitandam esse iudico, si Creditor anterior, & fortius fiscus, haberent in eorum instrumentis clausulam constitui, ex traditis pèr nos suprà *cap. 20. n. 16.* maximè si pecunia fuit posterioribus Creditoribus sub cautione liberata; nam cum eo casu consideretur vti extans, & vti conditionaliter acquisita ijs quibus tradita fuit, vt fundauimus, non video quare affirmandum sit esse ligatas, & restrictas actiones Creditorum anteriorum, quibus nullum præiudi-
26 cium generari potuit; Et hùc pertinet id quod alìàs determinauit S.C. in causa Creditorum Ill. Ducis Sancti Nicantri, non teneri Creditorem anteriorem, qui pro auocatione instabat priùs conuenire, & agere aduersus nouissimos Creditores, deindèque contrà superiores, à quibus hoc opponebatur, forte ad euitandum circuitum inutilem, vt doctè tradit *Dom. Gizzi. ad Capy. c. Latr. dicta decis. 24. n. 16.* itaque sententia comprobatur firmissimè pèr *Maneut. dicta decis. 45. à n. 17. versic. Non obstat,* vsque ad finem, & pèr *Amend. ad Franch. decis. 53. n. 5. & 6.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Creditores duo habentes instrumenta eodem die confecta, equalitèr super bonis communis debitoris concurrunt, nisi alter eorum haberet instrumentum cum certitudine hora, n. 1.

Testamenta duo si fuerint eodem die ab eodem testatore ad beneficium diuersorum confecta, non valent, quia vnum aliud confundit, & ideò neutri haredi est danda immissio, n. 2. Limita si in altero illorum adesset hora sub qua fuit stipulatum, n. 3.

Reuocatio alienationis feudi vigore Const. Constitutionem Diua memoria, facta eadem die in qua fuit expeditus assensus, præsumitur quod præcesserit, si contineat horam sub qua reuocatio illa fuit facta, n. 4. Author dicit, quod semper præsumitur reuocationem præcessisse, n. 5. Præcessisse præsumitur actum illum, qui faciliùs expeditur, n. 6.

Sententia præsumitur quod fuerit emanata ante inhibitionem expeditam eadem die, n. 7. Limita si inhibitio contineat horam in qua fuit emanata, n. 8.

Possidens præfertur non possidenti, licèt sint in pari conditione n. 9.

Creditor qui obtinuit possessionem bonorum debitoris, præfertur alio Creditori habenti instrumentum stipulatum eadem die, n. 10.

Testamenta duo confecta eodem die non confunduntur, si alter hæres in vno illorum scriptus, fuerit in possessionem missus, quia ipse alteri præfertur, n. 11. Sed vide, n. 41.

Beneficium idem si duo obtinuerint, ille præfertur, qui priùs illius possessionem cepit, n. 12.

Habens pro se scripturam cum certificatione horæ præfertur habenti scripturam equalem cum possessione, sine tamen certificatione horæ, n. 13. Sed contrà n. 14. & 15.

Obtinens beneficium à Pontifice, præfertur obtinenti idem beneficium eadem die ab ordinario, n. 16. Limita si in collatione ordinarij sit apposita hora, n. 17.

Mulier fauore dotis, si concurrat cum alio Creditore habente instrumentum crediti stipulatum eodem die cum instrumento suo, ei præfertur, n. 18. Amplia etiam contrà fiscum, n. 20. Sed limita si priuatus, vel fiscus haberent instrumentum crediti cum certificatione horæ, n. 19. & 21.

Fiscus si habent instrumentū eodem die stipulatum cum instrumento priuati, quis præferatur? prò priuato, n. 22. Sed respondetur n. 26. & 27.

Quod sit remittendum arbitrio Iudicis, n. 23. Sed hoc nulla ratione fundatur, n. 28.

Quod concurrant equalitèr, n. 24. Sed rejicitur hæc opinio, n. 29. & 30.

Author tenet quod fiscus debeat præferri, n. 25. & dicit fiscum in hoc esse expressè priuilegiatum, num. 30.

Tex. in l. non puto ff. de iur. fis. explicatur, n. 26.

In ambiguis quæstionibus, quod debeat contrà fiscum iudicari, quomodo intelligatur, n. 27.

Fiscus quando non reperitur expressè priuilegiatus vtitur iure priuati, n. 29.

Priuatus habens instrumentum cum appositione horæ stipulatum eadem die cum instrumento fisci, ei præfertur, n. 31.

Hora appositio reddit contractum suspectum, & quare, n. 32. Sed author non tenet hoc, n. 33.

Horæ appositio operatur effectum contrarium, si fuerit vltima hora diei, n. 34. cum ampliatione, num. 35.

Horæ appositio non operatur anterioritatem contrà aliud instrumentum eadem die stipulatum, si priùs reperiatur in prothocollo registratum, n. 36. & de ratione, n. 37.

Amplia hoc etiam contrà dotem, n. 38.

Item contrà fiscum, n. 39.

Ordo scripturæ quod non sit attendendus, quomodò intelligatur, n. 40.

AD

AD CAPVT LXXII.

Additio.

1 
NOTABILIS, & curiosa quæstio proponitur hic; Quid nimirùm dicendum fit, quando reperiũtur celebrata duo instrumenta eadem die, ad beneficium diuersarum personarum; Et sic, q nã illorum anterius præsumendum sit: DD. dicunt communitèr, vtrumque parem vim obtinere: Ideoque alterum altero anteriùs non esse, nisi tamen in vno hora in qua fuit celebratum apposita reperiretur, in alio non, quia tunc instrumentum illud horæ certificationem cõtinens, prius fuisse stipulatum præsumeretur DD. in l. 1. ff. solut. matrim. glos. in l. si ex pluribus, §. Lucius, verbo, Die obligatum, ff de solut. Bald. in l. Imperator in 1. letur. n. 24 ff. de stat. homin. Gomes. ad leg. Taur. 50. n. 40, in versic. Secundò limita, Anib. Troisf. in tit. M. C. rit. 2. num. 5. Card. Put. decis. Rot. Rom. 372. n. 3. vol. 3. Brunor. à Sol. in compen. Resolut. tur. verbo Hora, & verbo, Instrumentum priuati, Mascard. de probat. conclus. 1229.
2 n. 27. & Graff de except. except. 19. n. 21. Indè infertur primò, quòd quamuis quando concurrunt duo testamenta eadem die, ab eodem testatore cõfecta ad fauorem diuersorũ nõ tri heredi sit concedenda immissio, cum vnum alterum confundat gl. in l. fin. in verbo, Missus, vers. sed quid si talia testam. C. de edict. D. Adri. tollen. dicens quæstionem hanc esse sabbatinam, latiùs idem tenet alia glos. in l. 1. in verbo Veteres, versic. sed quid si duo testamenta, ff. de bono possess. secund. tabul. vbi dicit hoc esse verum, non quidem iure deficiente, sed probatione; Et etiam quia vnum alterum impedit pèr concursum, & in hanc sententiã inclinat etiam glos. in cap. duobus 14. versic. & facit. de rescript. in 6. Dum se remittit ad
3 glos in d. l. fin. Tamen si in altero prædictorum testamentorum adesset certificatio horæ, in qua conditum fuit, certè pro validitate illius foret iudicandum, quia propter dictam maiorem certitudinem non confunditur cum alio, vt ex Sebast. Sapi & Guliel. de Benedict. tenet Pute. decis. Rot. Rom. 321. n. 1. lib. 1. & ex Curt. iun. & Zuccard. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n. 792. Infertur secundò, quòd si ea-
4 dem die reperiretur impetratus assensus sup pèr feudi venditione, & etiam factã reuocatio illius ex dispositione Const. Cõstit. Diuæ memoriæ, præsumeretur vtiq; præcessisse reuocationẽ, si horæ certitudinẽ contineret; ita Ann. in repet. d. Const. suprà num. 165. versic. Sed sciendum, & Thor. in Compend. decis. tom. 2. verbo, Reuocatio alienationis feudi, in fine, vers. Nisi vẽditor, fol. 610. col. 1. & 611. col. 1. circa fin.
5 Sed ego dicerem indifferentèr, semper præsumẽdum esse præcessisse reuocationem, quæ faciliùs, quam assensus expeditur, iuxtà Ann. sententiam loco cit. signantèr, n. 268. addu-
6 cens opinionem DD. in l. Gallus, §. ille casus ff. de liber. & posth. qui dicunt, quod de iure præsumitur præcessisse illum actum, qui faci-
7 liùs perficitur. Tertiò infero, ad decisionem Achill. de Graff. 263. aliàs 36. de appellat, dicẽtis, quod si reperiretur eadem die expedita inhibitio, & lata sententia, hæc præsumeretur ante inhibitionem illam lata, quia in dubio semper pro validitate sententiæ est respondendum, & in exclusionem vitij attentati, sicut in effectu ipse ibi refert decisum:
8 Tamen, si inhibitio cõtineret certitudinẽ horæ, in quafuit expedita, isto casu esset cõtrariũ, & sic præsumeretur præcessisse ipsam inhibitionem, vt optimè Fontanell. de pact. nupt. tom.
9 1. clausul. 1. n. 16. fol. 4. Infero quartò, quod & si intèr duos, qui eandem rem obtinuerũt ille sit præferendus, qui prius eiusdem rei possessionem habuit, argum. tex. in l. quoties,
10 C. de rei vindicat. Vndè quando duo sunt Creditores vnius, cum instrumentis vno, eodemque die confectis, si alter eorum in possessione bonorum debitoris reperiatur, ipse alteri preferetur, proptèr meliorem conditionem ex possessione acquisitam, Franch. decis.
11 260. n. 4. Quemàdmodum etiam, quando reperiuntur duo testamenta ab eodem testatore, eodem die confecta ad fauorem diuersorum, si alter hæredum possessionem hæreditatis vigore testamenti ad sui fauorem ordinati fuerit adeptus, alter non, possidens præferri debet, gl. in d. l. fin. verf. Nisi habeat, C. de edict. D. Adri. tollen. & Menoch. qui quamplures allegat d remed. 4. n. 793. addo Pute. d. dec.
12 376. sub n. 3. vbi dicit quod intèr obtinentes idem beneficium eadem die, ille debet præferri, qui priùs einsdem beneficij possessionẽ cepit, ex tex. in c. si à Sede de praben. in 6. quæ õnia latè probat Ias. In d. l. 1. n. 7. ff. sol. matr.
13 Nihilominùs prædicta omnia limitantur, si alter qui non reperitur in possessione, produceret instrumentum crediti, testamentum, itemque gratiam ad sui fauorem expeditam, cum certificatione, & appositione horæ, in qua instrumentum, vel testamentum fuit confectum, vel in qua gratia fuit expedita, & ità voluit dicere Bald. in l. de rebus, C. de donat ant. nupt. in illis verbis. Sed si probant de eadem die, melior est conditio rei, nisi probetur, per actorem prioritas horæ. Quem sequitur Mohed. decis. Rot. Rom. 149. alias 12. n. 2. de restit.
14 Spoliat. Sed certè hoc non dicit Bald. cuius sẽsus est, vt præfaratur antetior per horam, & sic qui vult obtinere contrà possidentem,

S debet

debet probare effectiuam prioritatẽ prr ho-
ram, v. g. ego contraxi hora decima quin-
ta, tu verò hora decima sexta, non autem
sufficit, quod probetur simplex certitudo ho-
15 ræ; Vndè fuit decisum per maiorem partem
Dominorum de Rota, quod inter duos hære-
des eodem die ab eodem testatore in diuer-
sis testamentis, institutos, ille potior est, qui
priùs immissionem habuit, non obstante, quod
alter hæres produxisset pro se testamentum
habens certitudinem horæ, cit. *Put. d. decis.*
321. *lib.* 1. & generalitèr *Fontanell. d. clauf.* 1.
16 *n.* 18. Quintò infero, quod quamuis quando
eodem die duo obtinuerunt idem benefi-
cium, sed vnus à Pontifice, alter verò ab or-
dinario: prouisus à Pontifice debeat præfer-
ri, vt in *d. cap. si à Sede, de præbend. in. 6.* ta-
17 men si in collatione ordinarij sit apposita
hora certa collationis factæ, & in collatione
Pōtificis nō, pferri deberet collatio ordinarij
collationi Papæ, notabilitèr *Socc. in d. l. 1. in 2.
col. ff. sol. matrim.* quẽ sequitur *Dec. consil.* 169.
Diligẽtèr, sub n. 6. vers. & sic probaretur cũ alijs
quos refert *Hippolit. de Marsil. singul.* 319. vi-
dendus etiam *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2.
centur. 1. *casu* 48. *n.* 25. *&* 26. *& in d. tract. de
adipiscen. poss. d. remed.* 4. *n.* 742. *& in tract. de*
18 *præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 13. *n.* 5. Sextò infe-
ro, quod & si mulier habens instrumentum
dotis, præferatur super bonis debitoris ha-
benti aliud instrumentum crediti, eadem die
cum instrumento dotis contracti, vt commu-
nitèr concludunt *DD. in d. l.* 1. *ff. solut. matrim.*
19 hoc tamen fallit si ille priuatus Creditor ha-
beret in instrumento certitudinem horæ, in
qua fuit stipulatum, & sic eo casu præferre-
tur doti, vt ex quampluribus docet *Fonta-*
20 *nell. loc. sup. cit. n.* 15. Infero septimò, quod li-
cèt dos, eiusq; instrumentum præsumatur an-
terius, & antiquius instrumento fisci, quam-
uis illud sit eadem die cum dote stipulatum
Bald. in l. dotis tuæ, n. 1. *C. de iur. dot. Rip. in
d. l.* 1. *n.* 10. *ff solut. matrim.* Couar. *Variar Resol.
lib.* 1. *d. cap.* 16. *n.* 6. *Menoch. d. tract. de præsũpt.
lib.* 2. *præsumpt.* 72. *vsque ad finem. Alciat. in
eodem tract. præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 41 *ad
finem, Facchin. controu. iur. lib.* 10. *cap.* 33. *Pe-
regrin. de iur. Fisc. lib.* 6 *tit.* 6. *nu.* 3. *Surd. decis.*
293 *nu.* 6. *Gaill. pract. obseruat. lib.* 2. *obseruat.*
86. *Rodri in tract. de priuileg. Credit. part.* 1. *ar-
tic.* 2. *n.* 3. *&* 4. *versic. Nihilominus, Ann. in d.
Const. Diuæ Memoriæ, n.* 266. & nouissimè do-
ctè de more *D. Consil. Staib. Resolut forens. lib.*
1. *Resolut.* 3. *n.* 16. & latiùs ex innumeris *Reso-
lut.* 69. *n.* 38 39. *&* 40. Nihilominus contrariũ
21 esset si Fiscus haberet instrumentum conti-
neus certitudinem horæ, sub qua fuit celebra-
tum, vt iidem mox allegati concludunt.

22 Sed quid dicendum si supèr bonis alicuius
debitoris concurrent Fiscus, & priuatus cum
instrumentis eadem die stipulatis, quis eoru
præferri debeat? Hec est magna quæstio: si-

quidem *Bar. in l. non puto* 10. *ff. de iur. Fis.* di-
cit priuatum Fisco præferri deberi, hæc sunt
eius verba. *Non puto: Dyn. ponit exemplum,
reperiuntur instrumenta eodem die cõfecta, cer-
tè erit præsumendum priuatum priùs contra-
xisse.* Eiusque sententiam amplectitur etiam
Alex. in d. l. 1. *sub n.* 4. *in fine, vers. Nec placet
mihi, cit. tit. solut. matrim. & Matthesil. no-
tab.* 71.

23 Ab hac tamen opinione recedunt *Soccin.
sen. & iun. in d. l.* 1. dicentes *tex. in d. l. non puto,*
diuersum recipere intellectum: Quare in pro-
posita quęstione concludunt, Iudicis arbitrio
remittendum esse, pro quo velit in iudican-
do præsumere, si pro Fisco, an potiùs pro
priuato, sequitur *Menoch. de præsump. lib.* 2.
præsumpt. 72. *n.* 17.

24 Recedit etiam ab hac sententia subtilissi-
mus *Facchin. contr. iur. lib.* 10. *cap.* 32. qui re-
latis omnium opinionibus largo calamo, &
eleganti methodo, demum concludit, neu-
trum instrumentum esse iudicãdum anterius,
ex *tex. in l. si fundus, §. si duo, ff. de pignor.* ac
per consequens dicit non esse in proposita
controuersia, nec Fiscum, nec priuatum me-
liorandum, ideò eos æqualitèr concurrere.

25 Mihi placet opinio prorsùs contraria; Fi-
scum nempè in hac facti specie priuato esse
pręferendum in concursu cum duobus instru-
mentis eadem die confectis *Bald. in l. si debi-
tor, C. de priuileg. Fisc. Ias. in d. l.* 1, *n.* 37. *ff. so-
lut. matr.* latissimè tutatur Couar. *Variar. Re-
solut. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 2. Cardin. *Mantic. tract.
de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 25. *nu.* 19.
vsq; ad finem, Peregrin. d. tract. de iur. Fisc. lib.
6. *tit.* 6. *n.* 21. *cum multis seqq. Ann. in d. Const.
Diuæ Memoriæ, n.* 266. *& Reg. Lanar. consil.* 27.
26 *n.* 26. Neque obstat opinio *Bar.* illa siquidem
duplici fundamento nititur; scilicèt super
tex. in d. l. non puto 10. *ff. de iur. Fisc.* qui habet
locum quando Fiscus est creditor proptèr
delictum, & sic ratione pęnæ, secùs autem si
esset creditor ex contractu, & iure proprio,
vt benè declarant cit. *Ias. in d. l.* 1. *n.* 37. ibiq;
etiam *Caman. n.* 11. *& Rip. n.* 4. *versic. non ob-
stat:* & etiam supèr adagio illo, quod in du-
27 bijs, & ambiguis quæstionibus contrà Fiscũ
sit iudicandum, quæ conclusio procedit quã-
do ambiguitas, vel dubietas prouenit pro-
ptèr diuersitatem probationum: vel quando
esset quæstio intèr fiscum, & priuatum supèr
interpretatione aliquorum verborum, quod
non concurrit in casu nostro, nam Fiscus prę-
sentando instrumentum, quod habet, reddit
iura sua clara, & liquida, ita notabilitèr *Pe-*
28 *regr. loco cit. n.* 23. *cum seqq.* Secundò non ob-
stat opinio *Soccin. sen. & iun.* quia illa nullibi
29 probatur. Et tandem non mouet sententia
Facchin. Illa enim supèr ea ratione funda-
tur, quod nimirùm quando Fiscus non repe-
ritur expresè priuilegiatus vtatur iure priua-
ti, *l. quod placuit* 37. & ibi *glos. ff. de iur. Fisc.*

Litem

l.item veniunt,§.ait Senatus versic. in priuato-
rum,cum glos. in verbo, *Publica,ff de petit.hæ-*
redit.& l.1.cum glos.ibi. in verbo *Pertinet,C.*
eod. tit. Hæc namque regula quamuis in se
verissima sit, contrà nostram tamen senten-
tiam est; inapplicabilis, quia Fiscus in pro-
30 posito puncto satis reperitur à iure priuile-
giatus,vt aduertit Dom. *Cardin. Mantic. loco*
cit.n.21.versic. non obstat, nam vt habetur ex
tex.in l.1.C.de priuileg.Fis.lib. 10. tunc pri-
uatus excludit Fiscum, quando producit in-
strumenta anteriora,vt in illis verbis ibi in
princip. *Si priùs*. Ergò si priuatus hostendat
instrumentum suum celebratum eadem die,
qua fuit stipulatum instrumentum Fisci, cum
non ostendat se priùs contraxisse,debet suc-
cumbere.

31 Sed nè octauam,& postremam illationem
omittam, dico breuiter, quod licèt pèr præ-
dicta, Fiscus præferatur priuato in cõcursu
cum paribus instrumentis,hoc tamen limita-
tur si in instrumento priuati certitudo horæ
sub qua fuit stipulatum,adesset ita notabilitèr
Peregr.d.lib.6.tit.6.n.35.

32 Verum notandum est, quod prædicta om-
nia, quæ de effectibus inscriptionis horæ di-
ximus conturbantur ex traditis pèr *Bartho-*
lom.Bertaz.tract.de claus.clausul.1.glos.5.nu.
44.versic. Prædicta tamen conclusio,dum dicit,
quod ex illa nimia,atque insolita cautela ap-
positionis horæ,in actibus, in quibus non est
solitum hoc fieri, actus ille magis suspectus
redditur, quam fortificatur; Ego respondeo
33 cum *Fontanell.*loco suprà cit.*n.17.* hoc non
esse verum, ac ideò esse præsumendum, No-
tarium stipulantem fuisse à partibus monitũ
pro appositione horæ, eò fortiùs, quia ferè
contractus omnes stipulantur ad consilium
sapientis, quem non est dicendum ignorare
effectus appositionis horæ, & quam ea pro-
desse possit, ideoq; consultò cautelam illam
fuisse adhibitam, & sic inquit. *Et ego si con-*
traherem eam apponi vellem, Vndè non est iu-
stum, quod proindè scriptura reddatur suspecta.
34 Hoc tantùm verum est,quod si in instrumẽ-
to apposita fortè reperiretur vltima hora
diei, hoc casu si alius cõcurreret cum instru-
mento eodem die stipulato, hic præfertetur,
nam non præsumitur cõtractum illum noctur-
no tempore conditum fuisse, & sic post illud
aliud instrumentum, si nulla in eo de tribus
luminibus fiat mentio,iuxtà *tex. in l.1. §.tria*
lumina,ff. ventr.inspic.& videtur esse de mẽte
Rip in d.l.1.n.8.ff.solut.matrim & Soccin.ibi-
35 *dem,n.57.* Dicentis hoc verum, esse etiam
si habens in instrumento suo certudinem ho-
ræ possideret.

36 Item nec minùs operatur horæ appositio,
si aliud instrumentum eodem die, ab eodem
Notario stipulatum,priùs in prothocolio re-
gistratum reperiretur, ita probat *Fontanell.*
37 *vbi sup n.20.* prior enim, & antecedens regi-
stratio, prioritatem tribuit scripturæ, vt in
terminis Bart.*in l.1.n.19.C.de nou.Codi. con-*
fic.Ias.in d.l.1.n.4.Felin. in cap. cum dilecti,
22.sub n.4.vers.per istam regulam,de rescript.
Cassador.decis.9.tit.de præbend.Francis.Marc.
quæst.923.num.4.par.2.& doctè *Dom. Consil.*
Paul.Staiban.Resolut.forens.lib.1 d. resolut.3.
38 *num.15.* & est adeò vehemens hæc anteriori-
tatis præsumptio, resultans ex antecedenti
registratione, vt habeat locum etiam contrà
dotem,vt tenet *Napod.ad Consuetud. Quartã*
autem, n.55.fol.mihi 260.& fuit decisum;teste
Thor.in compend.decis.tom.3. verbo *Creditor*
39 *anterior fol.255.col.2.* Itemq;contrà,Fiscum,
Peregrin. dicto tract. de iur. Fisc. lib.6. tit.6.
num.38.

40 Sed vrget contrà prædicta *tex.in l.nec enim*
6.ff.de solut. cuius verba sunt hæc. *Nec enim*
ordo scripturæ spectatur,sed potius iure sumitur
id quod agi videtur. Respondeo, *tex.* hunc
intelligi quando agitur de diuersis particulis,
in eadem scriptura appositis, tunc enim ma-
gis essentia verborum, quam situs, & ordo il-
lorum inspicitur; Non sic in casu nostro,in
quo supponimus duas distinctas scripturas,
ex quarum registratione, ocularis, atque pal-
pabilis anterioritas elicitur.

41 Demum ad pleniorem resolutionem arti-
culi, quod nam testamentum, intèr plura ex-
dem die confecta præferri debeat, si diuersi
hæredes instituti sint, videndi sunt *Ann.in*
in d.Const.Diuæ Memoriæ, nu.165.Tiraquell.
de priuileg.piæ causæ, priuileg. 35.& latè *Me-*
noch. de præsumpt. lib.4.præsumpt.13. per to-
tam.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

Obligationes, & pollicitationes sine causa facta non obligant, vt latè iuribus probatur n.1.Item authoritate Doctorum, *n.2.& rationibus,n.3.*

Audientia deneganda est ei, qui aliquid petit, non expressa causa petendi,n.4.

Instrumentum quarentigiatum cõtinens debitum sine causa, potest etiam liquidari, & præsentari vigore rit.num.5. Author tenet contrarium, num.6.

Apochæ Banco *directæ, quamuis verificatæ non habent exequtionem paratam, si in eis debiti causa non exprimatur, num.7. vbi referuntur decisiones.*

Decretum Iudicis prohibens alienandi facultatem, non expressa causa prohibitionis non tenet, num.8.

Prohibitio *alienationis nuda, & absque causa*

à testatore facta, non tenet. num. 9. Sed limita, num 10.

Cessio sine causa facta non tenet, num. 11. Sed limita, num. 12.

Contractus. & obligationes absq; causa, quod non obligent. limitatur si promittens cap esset implere contenta. n. 13 Item si contractus esset liberatorius, num. 14. Item si fuisset appositum iuramentum, n. 15. Item si stipulatio esset conditionalis nu. 16. Item si p aruisset aliqua causa, ad quam sequens stipulatio referri posset, n. 17. Item in obligationibus Iudicialibus, num. 18. & demum si cõtractus vel promissio esset ad fauorem alicuius coniuncta persona. num. 19.



AD CAPVT LXXIII.

Additio.



PRæsens conclusio, quod promissio, seù obligatio non obliget, si promissionis, vel obligationis causa non fuerit expressa, atq; non probetur, siuè simus in contractu donationis, siuè transactionis, fideiussionis, & similium, iuribus, Doctoribus, & rationibus firmissimè probatur. Iuribus ex *tex. in l. 1 per totam, ff. de pollicit.* signantèr in illis verbis ibi. *Non semper autem obligari eum qui pollicitus est sciendum est, sed siquidem ad honorem promiserit, decretum sibi, vel decernendum vel ob aliam iustam causam teneb itur ex pollicitatione, si verò sine causa promiserit, non erit obligatus*; & inferiùs in *§ denique* habetur. *Qui non ex causa pecuniam Reip. pollicentur liberalitatem perficere non coguntur.* Item ex *tex. in l. stipula tionum 5. § conuentionales, ff. de verb. oblig.* ibi. *& pendent ex negotio contracto.* Item ex *l. nunquam 31 ff de acquir. rerum Domi.* ibi. *Aut aliqua iusta causa.* Item ex *l. hoc iure 19. ff. de donat.* ibi. *Illud solum spectatur, vtrum ob causam aliquam iustam Reip promittat quis*, Item ex *tex in l. 2. § circa. versic si quis ff de dol. mal. & met. except.* ibi *Si quis sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, deindè ex ea stipulatione experiatur, exceptio vtiq; doli mali ei nocebit.* Item ex *l. huiusmodi 13 ff. quand. dies legat. ced.* ibi. *Quoniam causa ex qua debeatur, precedere semper debet.* Item ex *l. si conuenerit 57 ff de pact.* ibi. *Et iusta causa conuentionis fuerit.* Item ex *l. cum h 8. § vult igitur ff. de transact.* ibi. *In causa hoc erit requirendum, qua causa sit transigendi, sine causa enim neminem transigentem audiet Prætor.* Item ex *tex. in l. cum de indebito 25. § fin ff. de probat.* ibi. *cautas explorauit.* Itẽ ex *l. Creditorsuo 5. C de pact.* ibi. *Ob causas.* Et demum omissis alijs ex *tex. in cap. si cautio 14. extrà de fid. instrum.* qui est sinodalis in hac materia.

2 Corroboratur Doctorum authoritate; nam omisiss antiquioribus, hoc tradit *Francisc. de Amic consil. 129. Paris. consil. 76. Soccin. iun. cons. 106 vol. 3. Hippolit. de Marsil. in rub. de fideiussor. n 318.* latissimè *Luc. de Penn. in l. 1. col. 2. in princ. C. de his, qui non implet. stipend. lib. 10 Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 94. n. 7. versic. Et generalitèr Peni. decis. Rot. Rom. 573. n. 15. Cæsar Manent. decis. 70. Gomes. Variar. Resolut. lib. 2. tit. de rest. minor. n 24. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent tom. 2. lib. 14 tit. 12 R. P. Afflict. contr. iur cap. 24. num. 1. & Maceras Variar. Resolut lib. 2. Resolut. 60. casu 33. in princ.*

3 Et postremò rationum efficacia probatur, nam causa dicitur principiam proptèr quod vnum quodque fit, atque initiatur, & dicitur à verbo *chao*, quod fuit omnium principium; Illud enim erat, quando mundus non erat. Et sic; quando contractus est sine causa, redditur inualidus, quia ineptus, quoniam nullum habet fundamentale obiectum, nullamque finalem vel impulsiuam rationem quare fiat; Præterea causa est impulsus animi ad aliquid agendum, Ergo cum fit, & abest causa fiendi, abest paritèr intentio, & voluntas facientis *Gomes loc. cit.* Vndè dicebat *Pol. lib. 1 Rethor. sine causa, & principio impossibile est aliquid esse vel fieri.* Et melius *Tull. 1. de offi* inquiebat *Nec agere quicquam debes, cuius non possis causam probabilem reddere nam & temeraria est siue causa quid agere velle.* Latè etiam *Luc. de Penn loc. cit* Et tandem, quia cum causa contractus possit esse licita, & illicita, ideo, quando nõ exprimitur, cum potuerit esse illicita, & pèr consequens non obligatoria, fit vt illi nulla fit dand. exceptio, vt patet euidẽtissimè ex
4 *tex. in cap si de libell oblat* vbi audientia deneganda est ei, qui petit, non expressa causa petendi, nec tenetur reus respondere eius libello, vt etiam annuunt *glossa* in iuribus sup. cit.

5 Hinc licèt dixerint quamplures, instrumẽtum quarentigiatum, ac habens promptam paratamque exequtionem vigore *rit. M. C. V. 166.* eandem vim obtinere, quamuis debiti causam nõ contineat, vt benè *Alex. cons. 4. circà primum n. 11. vol. 1. Marant. in spec. part. 6. act. 8 rubr. & producuntur scripturæ n. 17 fol 419. Grauin. in suo oper. part. 3 declarat. 14. n. 29. 32. & 33.* & videtur inclinare in hanc sententiam *Rouit. in rub. de instrum. li-*
6 *quid. n. 17.* Tamen pèr prædicta non est à cõtraria sententia recedendum, vt nimirum nõ

posfit

posfit liquidari instrumentum, & produci
via exequtiua, quando causam debiti non
continet, vt tenet *Alex.* sibi euidenter con-
trarius *consil. 3. in causa & lite, n. 2. Apostill. ad
eundem Alex. d. consil. 4 sub lit.* CC. *Aun. singul.*
250. post *Roman. consil. 292. in fine Petr. Iacob.
Aurelian. in pract. libell. rub. 44. n. 6.* exquisitè
P. Afflict. contr. iur. cap. 30 num. 37. cum seqq.
7 & in simili vidimus iudicandi, vsu receptum,
quod apocæ banco directæ, ac verificatæ
(quæ aliàs instrumentis liquidis equiparan-
tur) si non continent causam debiti, non me-
rentur exequtionem, prout fuit decisum per
M. C. V. referente D. Iudice Antonio Goli-
no, in causa inter Gratiā d' Aniello credi-
tricem vigore apocæ testibus verificatæ, con-
trà Carolum Sauastanum, non obstante quod
iam fuisset facta exequtio, & hoc quia in apo-
ca nulla exprimebatur causa debiti, vt ex in-
frascripto decreto, cuius tenor est.

Die 24. Ianuarij 1661. Neap.

Per M. C. visis actis omnib. causę predictę, factoq. verbo fuit prouisum, & decretum, quod in biduo audiantur partes super omnibus hinc, indè pretensis, & interim restituatur exequtio, hoc suum. Golinus. Processus est in Banca Alesij de Alexio, ad præsens Z:li.

Et iterum ita fuit decisum in causa inter me Io. Leonardum, vti giratarium Magnifici Francisci de Maijo Doctoris physici egregij, cum Magnifico Antonio Castello, nam post quam verificauerim apocham mihi giratam ducat. centum contrà dictum Magnificum Antonium, atq; fuisset domi ordinatum per doctissimum, ac nunquam satis laudatū Dom. D. Stephanum Padillam Iudicem, quod *in biduo andiantur partes super omnibus hinc indè pretensis non impedita expeditione literarum exequtorialium ad faciendum depositum*; Tamen facta relatione per eundem Dom. Padillam in S. C. in aula Ill. Marchionis Olineti, fuit dictum.

Remissa est eidem M. C. quò ad terminum tātum. Processus est in Banca Hieronymi Catanzarij.

8 Est enim adeò vehemens causę defectus, vt
nec decretum iudicius, per quod mandatur
alicui nè alienet, substineri posit, si prohibi-
tionis causam non contineat, *Reg. Sanfelic. de-
cis. 105. n. 10.* vbi testatur ità omnes Doctores
tenere.

9 Sicùt nec alienandi prohibitio per testato-
rem facta tenet, si causam prohibitionis non
exprimat, ac ideò eius præceptum tanquam
nudum est nullum, & inualidum, ad tex. *in l.
filiusfamilias, §. diui ff. de legat. 2. glos. in l. quo-
ties 11. versic. omnibus C. de fideicomm.* vbi
dicit. *Et notu quod si tulis prohibitio, vel pre-
ceptum nudum est, non valet, quia non expri-
mit causam quare hoc faciat,* idem tenēt *Dec.
consil. 635. num. 12. Rip. in d. l. filius familias, §.
Diui, n. 120.* vbi concludit, Doctores in hoc
esse concordes, *Roland consil. 23. à n. 4.* cum
multis seqq. *vol 4.* idem *cons. 56. n. 8. & 9 Ca-
pyc. decis. 108. n. 5. Facchin. contr. iur. lib. 4. cap.
49. in 2. col. versic. Secundę opinionis Camill.
de Medic. consil. 19. num. 11. & 12.* & latissimè
10 *Censal. ad Peregrin. artic. 14.* Nisi tamen in
casu alienationis vocaretur aliquis, quia tūc
illa vocatio succederet loco causæ *Ruin. cons.
128. n. 11. lib. 2.* idē *cōs. 117. vol. 5. & cons. 76.
n. 6. lib. 6. cons. 110. n. 7. & cons. 113. n. 1.* cum
seq. *vol. 7.*

11 Itemque nec cessio sine causa facta de ali-
qua re, vel actione ad beneficiū alterius sub-
stineri potest *Gozad. consil. 3. n. 24.* quem sequi-
tur *Seraph. d. tract. de priuileg. iuram. priuileg.
94. n 7.* cit *Camill. de Medic. cons. 137. n. 8.* nā
præsumitur simulata *Consil. Arias de Mes. Va-
riar. Resolut. lib. 1. cap 19 n 10. in fine, vers. &
deficiente,* & latè ad materiam cit *R. P. Afflict.*
12 *d. cap. 24. & cap. 25.* Nisi cessio fieret pro ali-
quo pretio, quia tunc demonstratur, quod
causa emptionis, & venditionis cessio facta
fuit, *Addit. ad Rot. decis. 1. tit. alienat. Iudic.
mutan. caus. fact. in nouis, vers. Vndè si No-
tarius.*

13 Verum limitari prædicta omnia dicebam
in vna facti contingentia in quampluribus
casibus. Et primò valet pollicitatio, & obli-
gatio quamuis sine causa, si promittens cæ-
pisset explere, & facere contenta in contra-
ctu, *d. l. 1. §. Item, ff. de pollicit* ibi. *Item si sine
causa promiserit, cæperit tamen facere, obliga-
tus est qui cæperit.*

14 Secundò si contractus non esset obligato-
rius, sed liberatorius, quia tunc non requi-
ritur in illo expressio causæ, quare fiat *Ias. in
d. l. Creditori suo, n. 2. C. de pact.*

15 Tertiò si fuisset appositum iuramentum;
illud enim supplet defectum causæ, vt eui-
dentissimè probatur ex *tex. in l. non erit 5. §.
dato ff. de iur. iuran.* ibi. *Dato iureiurando nō
aliud quæritur, quam an iuratum sit, remissa
quæstione an debeatur, quasi satis probatum
sit iureiurando.* Et istam sententiam tenent
*Soccin. iun. d. cons. 106. n. 26 Roman. cons. 373.
cit. Io. de Amic. consil. 34. n. 3. Barbat. consil. 25.
col. 7. vol. 1.* idem *cons. 69. vol. 2. Hippolit. de
Marsil. d. tract. de fideiuss. n. 321. & in rub. C. de
probat. n. 79. Seraphin. d. priuil. 94. n. 8. Dec.
consil. 682. nu. 8. Gratian. discept. forens. tom 2.
cap. 348. num. 30. & 31. Cācer. Variar. Resoluti
part. 2. cap. 8. tit. de iuram. n. 99. cum seqq. &
Gramm decis. 34. n. 59.*

16 Quartò limitātur pēr doctrinam *Alex. in
l. à Titio ita stipulatus 108. n. 6. & 7 ff. de verb.
obligat.* in alijs infrascriptis casibus, si nem-
pè promitto, siuè obligatio esset conditiona-
lis, vt etiam tradit exquisitè *Puppon. lib. 10.*
17 *tit. 2. arrest. 2. versic. hanc ad rem.* Item si
præcessisset aliqua causa, ad quam seque n
stipulatio referri posset, ad quod vidend u
Frece. de præsent. instrum. part. 7 quæst 7 num.

21.

12.Item si stipulatio esset iudicialis, proptèr
18 calorem Iudicij *Hippolit. d. rubr. de fideiuss. sub n.319.versic.Secundò verò*; Et postremò
19 si promissio, seù stipulatio esset facta ad fauorem coniunctæ personæ, vt per *Alex.* qui omnia cumulat, *loco cit.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

TEx. in l.si eo tempore, C.de remiss.pignor. *Limitatur per* Boer n.1.

Creditor posterior, an sit audiendus aduersùs venditionem bonorum, n.2.

Hypothecæ Creditorum posteriorum an dissoluantur ex venditione facta instantibus alijs Creditoribus posterioribus, si pretium fuit solutum Creditori anteriori.n.3. Affirmatiuè, n.4. Sed contrarium concluditur, & respondetur contrarijs, n.4.

Emens sub hasta statim efficitur securus, nec potest ampliùs molestari, n.6. & efficitur Dominus sine reali traditione rei, n.7.



AD CAPVT LXXIV.

Additio.

1 AD materiam huius *Capit.* legendus celebris ille *tex. in l. si eo tempore 6.C. de remiss pignor* & pro eius limitatione, obseruandus est *Boer. decis.*141. pèr totã, ac etiam *Fontanell. dec.*223.pèr discur-
2 vbi plenè tractat, quando Creditor posterior audiri possit aduersùs venditionem sub hasta factam de re sibi hypothecata.
3 Sed de eo fui aliàs interrogatus; an sicut quando venduntur bona debitoris ad instantiam Creditoris anterioris soluuntur hypothecæ Creditorum posteriorum, ad *tex. in l. 3.ff.de distract pignor.* eodem modo dissoluatur, si fiat venditio instante aliquo Creditore posteriore, si tamè pretium anteriori fuisset solutum? Dicebam, quod prima facie
4 affirmatiuè esset respondendum, ex *tex. in l. quidam ex parte 13.ff. de euict.* vbi quando soluitur alicui pretium rei venditæ, dicitur ab eo venditionem principalitèr processisse; & sic in casu proposito videtur quod verè venditio illa facta dicatur instante Creditore an-
5 teriore: Tamen meliùs considerato articulo, tam ipse, quam ille qui me interrogauit, acquieuimus, in opinione prorsùs contraria, *ex tex.in d.l.3.* vbi habetur, quod quando debitor bona sua vendit, & dat pretium Creditori anteriori, eo casu hypothecę posteriorum Creditorum non soluuntur; & potest hoc suaderi (respondendo etiam contrariis) quia Creditor anterior recipiendo pretium rei venditę, videtur tantum venditioni consensisse, non tamen dici potest venditionem fuisse factam ipso instante, *tex. est in l. aliud est 121.ff. de reg. iur.* cum traditis pèr *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tom.1.lib.4.tit.2.n.10.* & his paucis hęc quęstio resoluitur.
6 *Et* in quantum tractatur hic de efficacia alienationis sub hasta factæ, Noto quod hoc modo emens, soluto pretio, illicò efficitur securus, nec ampliùs supèr re illa molestari potest, *l fin. C.de fid.instrum.& iur.hastæ fiscal.*
7 *lib.10.Pappon.lib.18 tit.9.arrest.1.& 9.* & hoc est adeò verum, vt etiam absque traditione emens sub hasta efficiatur dominus, dicit *Guid.Pap.decis.22.n.2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

REfertur *dispositio* tex. in l. quicumque, C. de *Apoch.* public. lib. 10. num. 1. & *impugnatur* Franch. decis. 137. *vt* num. 2. & 3.

Tex. in d. l. quicumque *non habet locum si producerentur tres solutiones, vnica vice factæ num.4.*

Habet tamen locum, *etiamsi producerentur solutiones trium continuarum tertiarum, n. 5. vbi refertur decisio Regiæ Cameræ.*

D*ebitum præsumitur remissum ex diuturnitate temporis, sanguinis coniunctione, & sepè calculata ratione, n.6.& reprobatur opinio illorum, qui dicunt illud tertium requisitum calculatæ rationis, non esse necessarium, num. 7. & 8.Sed intellige,n.9.*

Tex.in l.procula, ff.de probat. *Non habet locum contrà hæredem creditoris, & ignorantem ius suum, num.10.Item nec procedit in rebus magni momenti, n.11.*

Requisita d.legis procula, *quomodo intelligantur, tam circà coniunctionem sanguinis, quam circà lapsum temporis, itemque sepè calculatæ rationis, n.12.13.& 14.*

AD

AD CAPVT LXXV.

Additio.



PRincipaliores præsumptiones ex quibus debiti solutio præsumitur, duo à iure cautæ sunt, earumque vna fundatur ex *tex. in l. quicumque C. de apoch. public. lib.* 10. altera verò ex dispositione *tex. in l. procula ff de probat.*

1 Quod attinet ad *tex. in dicta l. quicumque noto legendum Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 139. per totam, vbi omnia ad eius ornatum cumulat; Vtcumque tamen sit, eius conclusio talis est. Debitor producens apochas solutionum trium continuorum annorum, præsumitur quod pro præterito soluerit, de qua re *Paris. de reintegr. feud. cap. incipiente, & circà materiam, n. 1. & 2. cum seqq. fol. mihi* 111. *cit. Menoch. dicto tract. lib. 1. quæst.* 24. *n.* 5. & latè *Franch. decis.* 137. vbi dicit,
2 quod illa continuata triennalis solutio non sufficit quod appareat quandocumque facta, sed requiri quod apochæ sint, & loquantur de illis tribus immediatis annis, decursis priùs quam debitor in ius vocatus fuisset, &
3 ita refert decisum; sed certè cauendum est ab hac sententia, quæ vndique falsa detegitur ex latissimè traditis pèr *Menoch. dicta præsumpt.* 139. *à n.* 14. cum multis seqq. quò loci firmissime fundat, illas continuatas triênales solutiones sufficere quod fuerint quandocumque factæ, ad finem, vt *tex. in d. l. quicumque* locum sibi vindicet, quò ad tertias prò præterito decursas, nec opus esse quod immediatè præcesserint iudicium à Creditore intentatum; cumque quamplura proponat ineuitabilia fundamenta, idcircò me ei remitto; eundemque sequitur *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4 glos. 18. par. 4. n. 39. fol.* 477.

4 *Item* notandum est quod *tex. in d. l. quicumque* non habet locum si produceretur vnica apocha de recepto, continens solutionem vnica vice factam trium annatarum, nam vt dicit *Bald.* ibi in hoc attenditur illa distincta & separata triennalis solutio, sequitur *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 4. de regal. impo-*
5 *sit. §. 2. num. 4.* Subdens in hac materia notabilitèr *n.* 5. fuisse decisum in Regia Camera ad fauorem Vniuersitatis Vallis Viculani, quæ conueniebatur ad solutionem functionum fiscalium pro præterito, ei sufficere quod per annum vnum soluerit tres consequtiuas, & continuatas tertias dictarum functionum ad finem vt diceretur prò præterito soluisse; Et quamuis cit. *Reg. de Pont.* non se subscribat huic sententiæ, quia in illa causa vti Aduocatus tuebatur contrarium; tamen dicta decisio iustissima detegitur ex latè traditis pèr *Menoch. dicta præsumpt.* 139. *n.* 13. *lib.* 3. ad quem in hac materia, tanquam ad fontem recurre.

6 Deuenio nunc ad *tex. in d. l. procula ff. de probat.* per quem disponitur, quod ex temporis diuturnitate, sanguinis coniunctione, & calculata sepè ratione, intèr creditorem, & debitorem, præsumitur solutum debitum, Indè fit, quod cum in *tex.* ibi tria requirantur copulatiuè ad præsumendam debiti solutio-
7 nem, siuè remissionem, reprobanda omninò sit opinio illorum qui sensere, tertium illud requisitum, sepè calculatæ rationis, non esse necessarium ad effectum prædictum, sed sufficere temporis diuturnitatem, & sanguinis coniunctionem, vt post alios dicebat *Aym. Crauett. consil.* 159. vbi latè *Grammat. dec.* 103. *n.* 39. circà medium, *Consiliar. Theodor. allegat.* 78. *n.* 18. & *Noaar. quæst. forens. par. 1. qu.*
8 8. *n. 2. cum seqq.* horum inquam sententiæ dum est côtrà côinunem, cuius author est *Bar.* ibidem, ex *glos. in l libertis §. 1. de alim. & cibar legat.* verum diuinationi proxima est, inspecto quod illa tria debent necessariò côcurrere copulatiuè, *Ias. in l. qua dotis, n.* 18. *ff solut. matrim. Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1, præsumpt. 32. Alex. consil. 46. Visis, & accuratè consideratis, n. 12 vol. 1. Afflict. decis. 13. n. 12. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu* 88. *n.* 16. *Macerat.* loco infrà allegandus, *versic. Secundo, & Munoz. de Escob. tract. de ratiocia.*
9 *administr. cap. 37. n. 6.* nisi dicamus requisitum illud calculatæ rationis posse expleri per equipollens, & hoc puto verum, ex traditis latè pèr *Censal. ad Peregr. de fideicommiss. artic. 52. fol. 538. col. 1 versic. Quarta sit conclusio, & col. 2. & Menoch. de arbitr. d. casu* 88. *n.* 19. vbi subdit in versic. *Declaratur primo,*
10 quod dispositio dictæ *l. procula*, non procedit in eo qui probabilitèr ius suum ignorare poterat, vt hæres, & similes, ex *glos. in l. si seruus communis, versic. si id sciuisset ff. de donat. int. vir. & vxor. Afflict. dicta decis. 13. n. 13. Sforz. Odd. de rest. in integr. quæst. 51. n. 23. Fusar. de fideicommiss. subst. quæst. 592. n. 4.* optimè *Macerat. variar. resol. lib. 2. resol. 60. casu* 25. versic. *Primò quia, & Censal. loco citato* versic.
11 *Declaratur verò*; Sicut nec minùs procedit in rebus magnis, nam non præsumitur quod voluerit quis remittere magnum debitum, ac tam grauitèr sibi præiudicare, vt elicitur singularitèr ex *Andr. in cap. primo, hac edictali, n. 46.* in fine, versic. *Sed quia intèr Patrem, tit. de pact. iuram firm.*

12 Non omittendo pro vberiori materię explicatione, quod sanguinis coniunctio, quæ est primum, & principalius requisitum, sufficit qualis qualis sit, vt ex *Dec.* tradit *Vrsill. ad Afflict. dicta decis. 13. n.* 18.

13 Circà secundum requisitum lapsus temporis noto, quod sufficiens reputatur ad effe-

ctum

ctum prędictum spatium 20. annorum intèr absentes, & 10. intèr presentes *Consil. Theod. dicta allegat.* 78. *n.* 10. cum aliis allegatis pèr *Reg. Marlin. Coatron. forens. centur.* 1. *cap.* 87. *n.* 3. & 4.

14 Et circà tertium sepè calculatę rationis, noto quod licèt precit. *Merlin.* dicat id verificari in tribus, aut quatuor vicibus, mihi tamen videtur verius sic esse quod bis, vel ad summum tèr intèr creditorem, & debitorem fuerint composita ratiocinia, absque quod debiti mentio fuerit facta, ad quod notanda est *glos. in* §. *quia verò multi, in versic. sapè, auth. de testi.*

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

Creditor anterior pro sorte est etiam anterior pro interesse, n. 1.

Assensus super sorte praestitus extenditur etiam ad interesse, n. 2.

Creditor dās ad rem emendam, vel ad refectionem, sicut est potior pro sorte, ita etiam pro interesse, n. 3.

Interesse tertiarum est anterius sicut sors, & tertie, n. 4.

Interesse decursum post rescissionem contractus potitur anterioritate sortis, n. 5.

Tex. in l. lucius ff. qui potior. in pignor. habean. procedit tantum in interesse conuenato, n. 6. Limita si in contractu adesset clausula, pro quibus omnibus obseruandis, &c. quia tunc extenditur etiam ad interesse debitum ex mora, n. 7.

Creditor ex causa mutui, si faciat deinde contractum venditionis annuorum introituum, cum reseruatione primeua actionis, ex illa reseruatione fit anterior tantum prò sorte, non autē pro tertijs decurrēdis, qua trahunt antiquitatem ex secundo contractu, n. 8.

Interesse legatorum non habet anterioritatem, n. 9. neque hypothecam, n. 10. Sed limita, n. 11.

Cessionarius iuris luendi si reemat, habita à Creditore iurium cessione, an sit anterior tam pro sorte, quam pro tertijs. Resoluitur affirmatiuè, n. 12. Et transcribitur super hoc puncto singularis allegatio D. Ascanij Ractani, qui defendit hanc sententiam ab impugnationibus Moatan. & aliorum.



AD CAPVT LXXVI.

Additio.



1 EX dispositione *tex. in l. lucius* 19. *ff. qui potior. in pignor. habean.* Creditor ātetior pro sorte, eadem potitur anterioritate pro tertiis, seù interesse; id quod sine scrupulo admittunt omnes, vt patet ex traditis pèr *Negusan. de pignor. par* 5. *membr.* 2. *n.* 10. *Osas. decis. Pedam.* 129. *n.* 11. *Cæsar. Barzi. decis.* 108. *n.* 5. *Pras. de Franch. decision.* 374. *num.* 5. *Paschal. de viri. Patr. potest. par.* 2. *cap.* 7. *n.* 49. & 66. *Dominus Reg. de Pont. decis.* 34. *n.* 45. *Gait. de Credit. cap.* 4. *quast.* 10. *n.* 176. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 16. *n.* 1. *lib.* 1. *Reg. Merlin. contr. forens. centur.* 1. *cap.* 26. *n.* 2. *Cenci. de censi. quast.* 98. *n.* 44. & 45. & *Consiliar. Theodor. allegat.* 7. *n.* 13. vbi subdit

2 n 19. quod assensus pro sorte præstitus, operatur nè dum respectu illius, verum etiam respectu interesse, & tertiarum ex eadem sorte proficiscentium, prout etiam affirmat *allegat.* 54. *n.* 16. addo *Camerar. ial. Imperialem fol.* 51. *col.* 4. *tit.* 5. & *Surd. de alim. tit.* 9. *quast.* 31. *n.* 38.

3 Sed redeundo ad *tex. in dicta l. lucius*, ampliandam pnto eius dispositionem in Creditore, qui ad rem reficiendam, vel emendam dedit; is namque quemadmodum cæteris Creditoris etiam anterioribus præfertur pro sorte mutuata super re empta vel refecta, (vt latè patebit Deo dante ex traditis per nos infrà *cap.* 260) ita etiam pro tertiis, vt pèr *addent. ad Anton. Fabr. in tit. qui potior. in pignor. habean. desiait.* 8. latissimè *Reg. de Pont. decis.* 34. à *n.* 30. *vsq; ad finem Antonin. Amat. resolut.* 3. *n.* 50. *Castill. decis.* 17. *n.* 46. *lib.* 1. & *decis.* 204. *n.* 10. *lib.* 3. *Paschal. dicto tract. de viri. patr. potest. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 66. in fine, versic. & *ex his*, & alij quamplures relati pèr *Merlin. dicto cap.* 26. *n.* 2. & *Thor. in compen. decis. tom.* 1. verbo, *Creditor qui pecuniam fol.* 110. & seqq. vbi ita refert decisum die 14 Martii 1622. referente Consiliario Didaco Salinas, ad fauorem Iudictæ Salinas, in Banca Scacciauentj. Sed videnda, & ponderanda sunt quæ latissimè scribit *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr.* 21. *cum appendic. ibidem lib.* 1. & *Reg. Sanfelic. decis* 112.

4 Ampliatur secundò, vt nè dum pro tertijs competat Creditori anterioritas, verum etiā pro interesse tertiarum, *Reg. de Pont. dicta decis.* 34. *num.* 44. & 45. & ita refert decisum cit. *Thor. tom.* 3. *verbo Creditores anteriores fol.* 261. *col.* 2. in fine, versic. *benè verum.*

5 Ter:

5 Tertiò ampliatur, vt prioritas hæc extendatur etiam ad interesse maturatum post cõtractus rescissionem, *Thor. loco præcit. & Consil. Theodor. dicta allegat*, 54. in fine, versic. *Si verò*.

6 Declaratur tamen, vt procedat *tex. in dicta l. lucius*, quando interesse fuit à principio taxatum præuia partium conuentione, secùs autem si Iudicis officio fuisset liquidatum propter moram debitoris *Cannet. in cap. volentes n. 12. fol. 43.* quem sequitur *Camill. de Medic. consil.* 112. n. 8. addo *Mastrill. decis. Si-*
7 *cil. 26. lib. 1.* Sed limita declarationem si instrumento mutui fuisset apposita illa solita clausula, *Pro quibus omnibus obseruandis, &c.* ex rationibus hic positis per *Spect. Dominũ meum*, cui addo *Mart. de clauf. lib. 1. clauf. 108. n. 3.*

8 *Item* limitanda est memorata regula in casu relato per *Carleual. de iudic. tom. 2. n. 50.* in fine operis, vbi dicit quod si ego, v.g. receptis pignoribus mutuo dedi Titio centum, & deinde eisdem pignoribus repetitis, primæuaque actione reseruata faciam cum eo venditionem solemnem annuorum redditum, isti annui redditus non potiuntur anterioritate primęui contractus, quia hæc obligatio ad dictos redditus trahit sibi originem ex hoc secundo actu, non autem ex priori, & sic sors tantùm anterior iudicabitur, quia originem recognoscit ex illo antecedenti contractu mutui, cuius pignora, & hypothecæ in hoc secundo sunt repetitæ, & reseruatæ; pro qua re alia euidens assignari potest ratio, nã Creditor nouans contractum mutui, in contractum venditionis annuorum introituum, reseruando sibi antiqua, ac primæua iura, nõ potuit per illam reseruationem plus acquirere, quam habebat; ac ideò cum ex primo contractu nihil aliud haburit quam simplicem hypothecam pro sorte, pro ea tantum sequitur, quod debeat anterioritate potiri, vigore reseruationis.

9 Prætereà *Carleual. vbi sup. n. 51.* iterum limitat dictam *l. lucius*, vt non procedat in interesse legatorum, pro quo nullam competere legatario prioritatem attento tempore cõditi testamenti ipse concludit, ex *Soccin. consil. 41. n. 19. vol. 4. Præsid. de Franch. decis. 374. n. 12. & decis. 613. n. 13. versic. & in propria materia, Surd. decis. 271.* vbi latè Dominus meus *Consil. Hodiern. in addit. &* Reg. Sa-
10 *lernit. decis. 16. cum addit.* ibidem, qui pariter concludunt vnanimi consensu, legatario non competere actionem hypothecariam pro in-
11 teresse legati; Sed ipse conclusionem hanc limitandam dicebam in vna facti contingentia, si relinquerentur, v.g. centum Titio, & pro eis annui ducati tot; eo enim casu videtur non esse hæsitandum quin competat legatario anterioritas, atque hypotheca nedum pro sorte legati, verum etiam pro annua illa præstatione, quia vt habetur ex *l. Senatus 35. §. fin. ff. de donat. cauf. mort.* in annuis præstationibus tot sunt legata quot sunt anni, & *DD.* suprà cit. loquuntur in interesse legati debito ex mora hæredis post legatarij interpellationem, & sic officio Iudicis.

12 Transio nunc ad celebrem illum articulũ, an cessionarius iuris luendi, qui reemit habita cessione iurium, factaque ad maiorem cautelam noua venditione annuorum introituum, preferatur ex anterioritate prioris contractus, tam pro sorte, quam pro tertiis, iuxtà *tex. in l. 1. C. de his qui in prior. credit. loc. & in d. l. lucius?* Hic articulus decursis temporibus fuit maximoperè agitatus, preualuit tamen in consulendo, & iudicando affirmatiua opinio, vt patet ex celebri quodam *Consil.* emanato per *Fabritium Brancacium* famigeratissimum causarum oratorem, pro Io: Baptista Pisiello, & ita pro eo fuisse decisum testis est elegans illa *decis.* Regen. *Reuert. 37. lib. 7.* & iterum in alia causa hanc eandem affirmatiuam sententiam preualuisse post latissimum allegationum cumulum, nos certos reddit *Reg Capyc Latr. decis. 16.* vbi tam allegata per cit. *Brancace.* quam dictam *Reuert. decis.* ad verbum refert.

Verùm quia non desunt intèr modernos qui in contrariam inerint sententiam, & precipuè subtilissimus *Orat. Montan.* infrà allegandus, qui conatur singulis fundamentis precitatorum *DD.* satisfacere; ideò vt dicta affirmatiua omni in futurum careat dubitandi ratione, vtile censui omnium notioni peruenire debere infrascriptam allegationem *Dom. Ascanij Raetani* olim causarum patronimemini secundi, deindeque M. C. V. in ciuilibus Iudicis, postcàque pro meritis Regij Consiliarij, & postremò Regię Camerę Summariæ Præsidentis, in quo cum esset munere, non multis ab hinc mensibus, vniuersę carnis viam ingressus est, Scripsit is pro monte triginta familiarum, contrà Ill. Marchionem Rotundorum, aliosque Creditores Ill. Principis Auetranę, satisfaciendo firmissimè fundamentis *Monta.* contradictoris, estque tenoris sequentis, v.3.

Iesus Maria *Antonius.*

ITerum Domini inter incudinem, & malleum castiganda traditur quæstio illa in supremis huius Regni prætorijs examinata, discussa & decisa, nempè an creditor, qui præuia cessione iuris luendi reemit annuos introitus cũ iurium cessione ad sui beneficium, sortiatur cedentis, & retrouendentis locum, nedùm pro sorte, sed pro tertijs decursis, quasi videatur istæ debitæ ex primo venditionis, non ex secundo contractu; partes creditoris reementis tutatus olim fuit celeberrimus ille Aduocatus *Fabritius Brancacius*, qui pro voto ad

fauorem Ioannis Baptistæ Piscicelli sententiam reportauit, teste *Reg. Reuerter. in decis. 39. part. 7. in manuscrip.* & nostris fermè temporibus pro Regio tunc Consiliario, postmodum dignissimo Sacri Cōsilij Præde Andrea Marchesio, & D. Anna coniuge Sac. Cons. iudicauit, vt legimus apud *Regent. Capyc. Latr. in decis. 16.* qui papinianeo calamo: magno legum, rationum, & authoritatum præsidio, præfatas *Fabritij allegationes, & Reuertera decisionem* obuallauit, cuius tantum authoritati (quæ mihi fatum est) non minùs, quam rerum iudicatarum exemplis, & si acquiescere animus debuisset, tamen non defuere, contradictores; quandoquidem contrarias anteà emanasse decisiones refert *Thor. in Compend. par. 2. verb. cessionarius iuris luendi, & Montan. in sua controuerf. 35.* contrà *Fabritium Brancacium, & decisionem Reg. Capyc. Latro* inuehit, ac *Reg. Consiliar. Carleual. tom. 2. lib. 1 tit. 3. disput. 35. num. 36. & seqq.* nonnulla in contrarium etiam adduxit, quibus quia iustitia Montis Triginta, qui præuia cessione iuris luendi habita à Principissa Auetranæ balia, ac tutrice *Ioannis* Antonij Albritij Principis Auetranæ, reemit annuos ducatos septingentum quinquaginta à quondam Iacobo *Iustiniano*, in dubium reuocari pullet, cogor inuitus aliorum dicta decantare, dùm nihil habeam, quod illis addere valeam, etenim decreueram arcere manum à calamo, nè aliorum scriptis abuti, vel si addere illis conarer, detrahere viderer. Præualuit tamē obtemperandi necessitas.

Dico propterea ad confirmationem primæ cōclusionis firmatę à *Fabritio Brācacio*, retrouenditionem ex antecedenti pacto de retrouendendo non esse prioris contractus resolutiuam, quia pactum illud est nouæ obligationis inductiuum, nō resolutiuum, quod vt pateat, meminerint quæso contractus dissolui, quandò partes ità volūnt à contractu discedere, quasi nullus præcesserit, remq; in eo statu ponere, vt contractus nullus vnquam initus videatur, quod duplici modo fieri potest purè nimirùm, vel conditionalitèr.

Purè quandò re integra contractu cōsensu ab emptione disceditur, vt *Neratio* placuit in *l. ab emptione de pact. & Pompon. in l. 2. ff. de resind. vend.* quibus se confirmauit *Gordianus Cæsar in l. 1. C. quandò liceat ab emption. disced.* etiam re non integra, si actus retrosimilis, retroagens venditionem intercedat, secundùm *Aristonis* sententiam traditam à *Neratio vbi supra*, cum nihil intersit vtrum integris omnibus, iu quæ obligati essemus conueniret, vt ab eo negotio discedatur, an in integrum restitutis omnibus, quæ ego tibi præstitissem consentiremus, nè quod mihi eo nomine præstes.

Conditionalitèr fit resolutio contractus per pactum legis commissoriæ, nempè cum venditor fundi *ita cauerit*, si ad diem pecunia soluta non erit, fundus inemptus sit, vt ex eodem *Pomponio* habemus in *l. 2. C. de lege commissor. ex Vlpian. in l. fundus 4. ex Neratio in l. fundo 5. C. eod.* quo pacto si fundus venierit magis est, vt sub conditione resolui emptio, quam sub conditione contrahi videatur, teste *Vlpian. in l. 1. C. eod.*

Resoluitur etiam conditionalitèr ex pacto adiectionis in diem, nempè ille fundus centū esto tibi venditus, nisi intrà Kalendas *Ianuarij* proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à domino habet, *Paul. in l. 1. ff. de in diem adiect.* quod tunc euenire *Vlpian.* placuit in *l. 2. ff. eod.* quandò hoc actum est, vt meliore conditione allata, ab emptione discedatur, secùs si vt perficiatur emptio, nisi melior conditio offeratur, tunc enim erit emptio conditionalis.

Et hæc quidem pacta etiam posteà facta, adeò in bonæ fidei contractibus inesse videntur, vt constet in emptione re non dùm sequuta posse abiri ab illa, siuè in totum, siuè pro parte, *l. iurisgentium, §. adeò, ff. de pactis, & Paul.* notauit in *l. pacta 72. in fine, ff. de contrah. empt.*

At pactum de retrouendendo, non eam continet formam, quæ ad contractus resolutionem directa videatur, cùm contineat, vt quod ego tibi præstiti, contrà præstare mihi cogaris, quo contrahendi modo non tàm agitur, vt à pristino negotio discedamus, quam vt nouæ quædā obligationes inter nos constituantur, vt habemus ex *Aristonis* sententia in *d. l. ab emptione, de pact.* nisi in casu *l. si à te, C. de pact. inter empt.* vbi verba tēdunt ad resolutionem.

Quod etiam clarissimè percipitur ex *Cæsar.* responsis in *l. 1. 2. & 3. C. de pact. inter emptor. & venend.* qui in huiusmodi pacto, vt seruetur fides actionem præscriptis verbis, vel ex vendito non vendicationem dederunt, quę conceditur resoluto contractu modis iàm dictis *l. commissoria 4. C. de lege commissor. l. si quis hac, ff. de rei vendicat. & l. ea lege, ff. de condit. ob caus. glos. in l. 3. in ver. tradidit, C de pact. inter empt.*

Hinc *Accurs.* differentiam adnotauit in *l. 1. C. quandò liceat ab emption. disceder. in verb. si non actus*, dixit enim, contractus resolutionem resultantem ex discessu à venditione cōtrario consensu re integra, vel re non integra, si actus priori retrosimilis, retroagens venditionem intercedat, satis differre à casu, quo vigore pacti de retrouendendo emptor tenetur reuendere venditori, quod ab eo primo emerat, isto enim casu dicit duos esse contractus, nec secundam emptionem soluere primam, argumento *l. si ei, ff. de euiction. (licet quidā dicant quoad effectū tantùm)* cuius est sensus, vt sicut re integra solus consensus ad dissoluendum sufficiat re non integra cum

con

consensu actum priori retrosimilem interce-dere debere cum vterque de per se ad Gordiani sensum non sufficiat, quandoquidem per retrotraditionem, retroagitur venditio idest ponitur in statu rei integræ, consensu tamen resoluitur, vt apposite more suo declarat *Anton. Faber de error. pragmat. decad. 96. error. 3.* at quando de retrouendendo agitur non resoluitur primus, sed duo sunt contractus, & reuenditio non facit, quò minus prior facta esse intelligatur, quam è contrario subsistere, & pro facta haberi necesse sit, vt retrouenditio vtilis sequi possit, vt optimè idem *Anton. Faber* declarat *decad. 22. error.*

Et confirmatur alia euidentissima ratione; nempè quia cum venditio purè facta resoluitur, siuè purè, siuè conditionaliter fructus omnes medij temporis sunt restituendi, *leg. 2. §. vltimo, l. 4. §. primo, & §. idem Iulianus il secondo, l. item quod dictum 6. ff. de in diem adiect.* fructus enim tanquã naturales accessiones, dominij cauam perpetuò sequuntur, & cõsequentèr ad vẽditorẽ à quo cõtractu resoluto dominium non abscessit recurrunt, atcũ res pacto de retrouendendo reacquiritur nullatenus fructus, quos emptor effectus dominus antè reemptionem percepit restituere cogitur, quia titulus non est redactus ad non titulum, immò permansit sufficiens ad trãsferendum dominium in reemptorem, quod clarè percipitur ex *l. 2. C. de pact. inter emptorem, & venditorem, ibi habita ratione eorum, quæ post oblatam ex pacto quantitatem ex fundo ad aduersarium peruenerunt.*

Hæc omnia, quia tergiuersari nõ possunt in confesso fuere apud *Montan. d. controuers. 35. à num. 3. vers. quæ conclusio*, verum quia à priori, propositionem à *Brancatio* firmatam elidere non poterat, conatus fuit à posteriori destruere, coniungendo primam, & vltimã *Fabritij* conclusionem, dixitque continere repugnantiam in subiecto, dùm non potest dari resolutio hypothecarum facta retrouenditione, nisi supponatur resolutio prioris cõtractus, ex *l. lex vectigali, ff. de pignoribus, l. 4. § sed & Marcellus, ff. de in diem adiect. l. si res distracta, ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluit. l. si debitor ff. eod. l. facta, ff. de edil. edict. l. si prædium, C. eod.* Nec iuuari authoritate *gloss. in l. 1. C. quando liceat ab emptione discedere. in verb: si non actus*, quasi verbum illud, *quoad effectum tantum*, non referatur ad casum, quo fierer secunda venditio, sed ad casum, quo resoluitur per retrotraditionem.

Sed pace sua vtraq; conclusio *Brancatij* vera est, siquidèm modus reemendi præuia cessione iuris luendi excogitatus fuit ab antiquis Aduocatis ad finem, vt soluerentur hypothecæ creditorum primi emptoris, sine resolutione illius annui census empti, super quo erant radicatæ hypothecæ creditorum, & iure meritò, non quia effectus resolutionis hypothecarum resultaret ex resolutione contractus per reemptionem, sed ex eo, quia pactum de retrouendendo initium à principio in contractu venditionis, causabat necessitatem in emptorem ad reetrouendendum cum obligatione omnium bonorum, & iuramento, ex qua non resoluitur contractus antecedens, sed finitur in personam primi emptoris, & transfertur in personam reementis, & quia ius quæsitum venditori in primo contractu venditionis præcedebat ius illorum, qui cum emptore contraxerunt, potior erit causa reementis cum cessione iusluendi, ad quod fundandum ea propter adduxit *Fabrit. Brancac. tex. in l. licet, C. qui potior. in pig. hab.* agnoscens fortassis veriorem esse opinionem illorum, qui asseuerarunt, tem retrouenditam non liberã transire in dominium reementis, sed cum hypothecis contractis ad beneficiũ creditorum primi emptoris, ex eo, quia non resoluitur ius illius, vt plenè per *Anton. Faber. decad. 23. erro. 1.* & alios, quos adduxit *Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. n. 10. Carlenal. vbi sup.* nec alio remedio tutari reemẽtem posse aduersus creditores reuendentis, nisi beneficio, *d. l. licet*, ex eo, quia dominium transiuit in primum emptorem affectum in actu acquisitionis hypothecæ, nedum generali ad beneficium venditoris pro reuenditione liberè facienda, sed speciali, quæ causatur ex ipso pacto de reuendendo, vt est casus *in l. creditor, 3. §. post diuisionem, ff. qui potior. in pignor. hab.* & ibi *Bart. & Bald.* qui in *l. creditores in fin. C. de pign.* extollit tex. illũ ad mareriã, de qua agitur, & satis ad casũ dixit *Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. n 9. & 10 & seq.*

Hinc videmus aberrasse *Montan.* dicendo hoc pactum non esse ius *Reale*, sed personalis obligatio producens actionem personalem ad cogendum illum emptorem reuendere, quæ in concursu cum hypotheca creditorum reuendentis omni iure post habenda est, ex *tex. in l. eos qui, C. qui potior. in pignor.* Nam vera non est hæc propositio, & stante hypotheca ad beneficium primi venditoris ex *d. l. licet* confunditur.

Et licet *Bart. in l. in diem, ff. de acqu. plur. artend. & in l. 4. §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect.* tribuat resolutionis hypothecarum reuendentis effectum necessitati pacti de reuedendò, quem sequuti fuere DD ferè omnes qui in argumentum vsi fuur brocardico illo, quod resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris, ex *l. lex vectigali. cum concord. ff. de pignor.* non propterea affirmauit resolui dominium vel contractum, sed terminum resolutum, vsurparunt ad significandum abdicationem dominij à primo emptore, & traslationem necessariã in reementè, quę abdicatio affinitatem habet quoad effectum cum resolutione, quæ causatur ex conditionibus resolutiuis, ad quod probandum adduxit *Fabritius, gloss. in d. l. 1. C. quando liceat ab emption.*

T 2 di-

*disced.in verb.si non actus, in fin.*siuè verbum illud *alij dicunt, quoad effectum*, referatur ad casum, quo contrahentes post contractum, & traditionem consentiunt de recedendo à contractu non per modum secundæ venditionis, siuè ad casum, quo duo considerantur contractus, quia sensus Accursij licet fuerit diuersus à sensu illorum, qui hoc asseuerarũt, nempè quia tenuit ipse resolui contractum ex partium consensu, etiam re non integra, restitutis tamen, & retrotraditis acceptis, tamen alij hoc negarunt fieri ipso iure, sed quoad effectum, eo modo, quo euenit, quando duo sunt contractus.

Hinc, siuè ex hac resolutione quoad effectum, siuè ex prioritate iuris hypothecæ acquisitæ ad beneficium primi venditoris, etiã specialitèr ex pacto de retrouendendo ad ipsius pacti obseruantiam excludantur creditores reuendentis vterque effectus ex cautela inuenta ab antiquis *Aduocatis*, vt præfati fuimus, resultat nempè translationis iurium primi contractus in reementem, & resolutionis hypothecarum, siuè exclusionis creditorum reuendentis, & propterea vindicata remanet doctrina *Fabritij* ab impugnationibus *Montan.*

Et quod per reuenditionem annui census præuia cessione iuris luendi ad beneficium tertij non videatur resolutus, sed translatus annuus cẽsus constitutus in primo contractu, plurium Doctorum authoritate confirmauit *Reg.Capye-Latr.* vbi suprà, nempè *Camill. de Medic.in cons.*165.*nu.* 44.*versic. quintus effectus* vbi dixit, quod cessionarius iuris luendi habet dominium à primo, ex tunc *Antonin. de Amat.resolut.*7.*n.*37. qui dixit, quòd quãdo debitor census vendidit ius luendi sibi seruatum in contractu redituali, & iste tertius creditore cõsentiente redimit ex dicta facultate à debitore cessione translata non extinguendi animo, sed iura experiendi, & faciendi fructus suos, & interuiontia exigendi, haud dubio in vniuersum ius creditoris succedere, ex *Farinac.in decis.*293 *Rodriq.de ann.reddit. lib.*2.*q.*16.*n.*48. *&* 49. qui dicit, quod quando creditor redditus coactus cedit, cessionarius succedit in locum cedentis, & subrogatur in ius prioris creditoris eodem modo, quo succederet per cessionem voluntariam, quandoquidèm firmauerat *à num.*27. creditorem reditualem ex vi contractus, vel obligationis remansisse obligatum non solum ad meram reemptionem, nudamque resolutionem patiendam, sed etiam ad cedendum, & transferendum iura, si petatur, & petentis interesit.

*Cencius de censibus par.*3.*cap.*1. *quæst.*3.*art.* 1.*num.*17. dixit, quod non semper venditio census operatur illius extinctionem, sed opus est, vt illa fiat animo, & intentione illum extinguendi, & ad fauorem debitoris census, & non alterius personæ; si enim census vendatur alicui non animo extinguendi illum, sed sibi censum ipsum acquirendi, non diceretur extinctus, sed de vna persona ad alium translatus allegat *Rot. coram Reu. P.* D. *Vbaldo* 26. *Nouembr.*1612. impressa post *tract.decis.*275. *num.*6. Nec dicatur loqui in venditione, non autem in reuenditione, quia reuenditio venditio est, quando fit ad beneficium tertij, quo casu non operatur effectum extinctionis, qui caulatur ex eo, quia in debitorem primumq; venditorem non potest transferri dominium annuorum introituum percipiendorum supèr propria re, in qua non datur sibi, neque vsusfructus, neque seruitus, *l.vti frui, ff.qui vsusfruct.petat l.quicquid.ff.commun.prædior.* operatur tamen effectus translationis, quia vt *Brancacius* firmauit, hic tertius licet sit cessionarius primi venditoris, succedit tantummodo in ius passiuum, & propterea reuenditio in eum operatur translatiuè, ad quod conferunt adducta per *Casinate in consil.*10.*à numer.*75. & probauit *Brancacius in* 2. *&* 3. *conclusion.*

Mastrill. ad.Petr.de Gregor. de cens. quæst. 5.*n.*141. *&* 147. idem testatur, & annuos introitus à tertio reemptos transire in istum, cum anterioritate primi contractus, idem sẽtit *Giurba in decis.*87.*n.*21. *& n.*34.

Nec obicem facit, quod in ipsa cessione iurisluendi per debitorem cedentem facta, sit noua venditio ex nunc pro tunc sequuta retrouenditione ad beneficium cessionarij reemere debentis, cum noua promissine de proprio soluẽdi, quia hæc noua venditio, & permissio videtur apposita tantummodò ad finem liquidandi instrumentum absque interuentu cedentis, non autem vt ex hac noua vẽditione contractu primo forsan resoluto cẽcensus perdatur, quandoquidem non solum repugnat partium voluntati, & intentioni primariæ subingrediẽdi in locum primi creditoris, sed repugnat etiam regulis iuris, siquidem si verum est, prout verissimum esse demonstrauimus ex cessione, & reuenditione facta ad beneficium cessionarij iurisluendi translata fuisse iura cedentis, & ius illud, dominiumque percipiendi annuum censum ex illo titulo acquirere reemptorem voluisse, quo pacto ex noua hac venditione potest nouum dominium habere à debitore, qui illud non habet, vel aliam dominij causam, contra *tex.in l.*3.§ *ex pluribus,* 2.*respons.* vbi *Bart ff. de acquir.poss.ff.* dominium enim quæsitum aliquo titulo non potest duplicato titulo acquiri, *l.cum.res,*4. *& l.mater, C.de contrahen. emption.l.suæ rei, ff. eodem titul l.si mandauero* 22. §. *ij quorum, in fin.ff.mandat.l.debitor.ff. de pignorat.action.* & multò minus potest videri ex secunda promissione, debitor obligatus, quia videtur bis idem promisisse, ex *tex.in l.qui bis, ff.de verbor.obligat.* nisi ad effectum

fectum prædictum nempè liquidandi, quasi interfit creditoris, vberiorem habere obligationem *l. si dari, ff. eodem titul. & l. hæres a debitore §. 1. ff. de fideiussor. Bar. in d. l. qui bis idem*, non enim hæc promissio videtur facta animo nouandi, sed potius cumulandi vtiliorem actionem, & procedit etiam si ad minorem rationem fuisset facta noua venditio, vt satis ad casum dixit *Duard. de censib. §. 1. quæstion. 23. conclusion. 2. num. 32. Rodriqu. lib. 2. quæstion 16. num. 13.*

Parum etiam obstat, si dicatur, ex contractu reuenditionis non solui laudemium forsan, ex eo, quod iudicetur distractus non contractus, nam hæc opinio non est communis, vt est videre ex adductis per *Alberic. Castrens.* & alios in *l. ab emptione, de pactis, Francisc. Marc. in decision. 571. Rota Aueniou. decision. 222. Const. de retract. cap.* 8. *cas. 1. num. 20.* & plenius examinato articulo per *Anton. Fabr. de error pragmatic. decad. 96.* quasi *per totam*, & præcisè *error. 3.* & ea admissa procederet ex alio, nempè quia consensus Domini à principio confirmauit contractum eū ipso pacto de retrouendendo, & sic permisit, vt quandocunque distrahi posset, vt per *Laffart. de decima capit. 10. numer. 10. in fine*, vel quia eadem res videtur transferri ex eodem primo contractu.

Quibus ex omnibus breuitati studens credo satisfactum cōtrarijs, & iudicabitis quanti ponderis sint, quæ in contrarium fuerunt adducta. Reliqua supplebitis pro more peritissimi Domini Iudicantes.

Ascanius Raitanus.

SVMMARIVM.

Saluianum interdictum competit quando constat de credito, & possessione rei conuenti, num. 1.
Ciues particulares, se obligantes pro debito Vniuersitatis, non tenentur ad solutionem, n. 2. Sed limita, & intellige, vt n. 4.
Testes nulliter examinati non probant, n. 3.
Contractus particularium Ciuium pro Vniuersitate sine assensu non tenet, nu. 5. Sed intellige, vt n. 6.
Prag. 12. de administr. Vniuers. limitatur in contractu iurato, n 7.
Clausula sine præiudicio iurium excludit nouationem, n. 8.
Obligatio aliorum intelligitur facta cumulatiuè, ideò ex ea non inducitur nouatio, n. 9.
Nouatio non inducitur ex interuentu noua personæ, n. 10.
Nouatio contractus non inducitur ex minoratione annua quantitatis, n. 11.
Nouatio non inducitur ex fructuum perceptionibus ab alio factis, n. 12.
Creditor cogitur solutionem recipere à quocumque, n. 13.
Particulares Ciues se obligantes pro credito spectante ad Vniuersitatem, quando dicantur validè obligati, quando non, distinguuntur tres casus, n. 14. 15. & 16. & refertur decis. M. C. & S. C. num. 17.
Pragmatica 12. de administr. Vniuers. limitatur si recipiatur pecunia prò exoluendo debito eiusdem Vniuersitatis, legitimè per priùs contracto, num. 18.
Item pro manutenenda vbertate tempore penuriæ, n. 19.



AD CAPVT LXXVII.

Additio.



1 AD confirmationem eorum, quæ in præsēti notabiliter scribuntur, addo notabilem *decis. Sacræ Rot. Rom. in vna Brundusina census Veneris 1. Aprelis 1661. corā R. P. D. Prioso, prò Theresia Theophilata* tenoris sequentis, vz.

Pro credito census scutorum mille impositi ad fauorem Prosperi Theophilacti, pēr Claudium, & alios de Petrucijs fuit resolutū sub die 18. Iunij præteriti dandam esse Immissionem Theresiæ nepoti, & hæredi super bonis olim pēr ipsos possessis, & nunc pēr Leccisium, aliosque reos conuentos detentis, & causa iterum proposita Domini steterunt in decisis.

1 Quia cum constet de credito, cum hypotheca ex instrumento publico, & de possessione reorum ex depositionibus testium, concedenda venit immissio, ex interdicto Saluiani, iuxtà tradita pēr *Cene. de censib. quæst. 98. n. 15. Pacific. de Saluia. interdict. inspect. 3. cap. 1. n. 3. Rot. decis. 1. n. 5* post eundem coram *Seraphin. decis. 935. n. 3 in Mediolan. cens. 27. Iunij 1646. coram Reuerēdiss. Papiens & in Aueniou. Saluia. 8. Iunij 1648. coram bon. mamor. Biebio.*

2 Non obstat, quod census licèt initus appareat sub nomine illorum de Petrucijs, tamen pecuniæ verè fuerunt in vtilitatem, & cōmodum

dum communitatis etiam sciente eodem
Prospero creditore, ideoq; non ipsi, sed com-
munitas compelli debeat ad solutionem, ad
3 *tex. in l. Ciuitas, ff. si cert. petat.* Quoniã omis-
so quod testes ad probandã Creditoris sciẽ-
tiam adducti, fuerunt nullitèr examinati, &
proindè non merentur attendi *Roland. consil.*
3. n. 48. & seqq. vol. 3. Menoch. de arbitr. Iudic.
casu 99. num. 7. Rot. decis. 38. n. 2. part. 4. diuers.
4 Dum ex instrumento desumitur, quod Cre-
ditor noluit sequi fidem communitatis, sed
tantum particularium, qui simplicitèr con-
traxerunt, & se obligauerunt nominibus
proprijs, ipsi non secùs, ac communitas va-
lidè remanserunt obligati, vt declarat *Bar.*
in rad. l. Ciuitas n. 9. Bald. n. 10. Alex. n. 7. & 8.
ff. si cert. petat. Coltr. de process. executi. part. 2.
cap. 3. num. 372. Copper. decis. German. 60. num.
10. & tradunt *Mandell. Alb. consil. 470. nu. fin.*
Dom. Donat. Antonius de Marin. Quotid. Re-
solut. lib. 1. cap. 77. num. 5. Nouar. ad pragmat.
Regni 9. de administr. Vniuers. num. 11. cum
alys in præterita decisione relatis.
5 Nec releuat quod ex *Pragm.* Regni con-
tractus huiusmodi particularium, nisi pro
Communitate sine assensu Regio, prout hic,
non substinetur, vt notat idem *Dom. Donat.*
Anton. de Marin. d. cap. 77. num. 3. & 5. lib. 1.
6 Nam vltrà quod hoc procedit dumtaxat, vbi
fraus, vel dolus dedit causam contractui, sicùt
explicat *Capoblanc. super pragm. 12. cap. 73.*
num. 20 cessat obiectum, ex quo defectus as-
sensus Regij Sanatus fuit per decretum in-
terpositum super instrumento census prædi-
cti à Dom. Prorege prò maiori cautela, &
7 securitate Creditoris exponentis, vt in Sum-
mario partis, num. 20. & deinde *Pragm.* illa
tanquam à Principe laico sancita non habet
locum in contractu iurato, qualis est iste, de
quo agitur, ex defectu potestatis Bar. *in l. om-*
nes populi, num. 21. ff. de iust. & iur. & in simi-
li dixit *Rot. in recens. decis. 338. n. 3. part. 3.*
coram Burатt. decis. 44. num. 4. in Barensi, seù
nullitatis pecuniaria 1. Iulij 1644. coram Reuerẽ.
diss. Dom. meo Cerro Decano.
8 Neq; ex eo quod ipsemet creditor impe-
trauerit assensum potest dici inducta nouatio;
quia cum tam in impetratione, quam in in-
strumento, in illius executionem denuò ce-
lebrato, sit adiecta clausula, *sine præiudicio*
Iurium contra obligatos in primo instrumento,
talis præseruatio prætensam nouationem ex-
cludit, *Gabriel. de nouat. conclus. 1. n. 18. Ma-*
strill. decis. 40. num. 6. Rot. coram Merlin. decis.
2. num. 9. & 413. num. 7. coram Eminentiss.
Dom. *Card. Ottobono. decis. 131. num. 10. &*
seqq. cum alijs in *Vrbinaten. Salniani 18. Iu-*
nij 1660. coram R. P. D. meo Celso.
9 Minùs illa potest deduci ex obligatione
postmodum facta à communitate in secun-
dò instrumento. Quia cum non sit incompa-
tibilis, cum præcedenti obligatione particu-
larium, intelligitur facta comulatiuè, præser-
tim attenta dicta clausola *Sine præiudicio;*
Gozzad. cons. 18. num. 2. Grat. consil. 126. nu. 8.
lib. 1. Rot decis. 150. num. 21 part. 5. cum alijs
pèr *Gratian. discept. forens. cap. 240. num. 25.*
10 *& 26.* Regulare enim est, quod ex interuen-
tu nouæ personę non inducitur nouatio, nisi
de ea expressè actum sit *Honded. consil. 40. n.*
10. & 15. lib. 2. Merlin. de pignor. lib. 5. quæst.
30. num. 8. Altograd. consil. 4. num. 32. & 37.
lib. 1.
11 Nihil suffragante, quod census reductus
fuerit ad minorem summam, quia minora-
tio, & diminutio summæ, non inducit noua-
tionem *Surd. consil. 385. num. 21. Honded. d.*
consil. 40. num. 22. lib. 2. Altograd. alios refe-
rens *d. consil. 4. num. 35. & 36. lib. 2.*
12 Fructus verò successiuè ab eadem commu-
nitate exacti nullum, potuerunt inferre præ-
iudicium creditori census, tum quia solutio-
nes receptæ noscũtur à communitate, & par-
ticularibus, vt in *Summario*, num. 7. tum ex
13 quo creditor à quocumq; solutionem recipe-
re compellitur, *l. solutionem, ff. de solut. Surd.*
decis. 174. n. 27.
Demum quod medietas census prædicti
fuerit cessa, & assignata à Turrice Theresiæ
pro erectione Cappellaniæ, de mandato vt
prætenditur à Theophilato in eius testamen-
to; Prætèr quòd non constat ipsam fuisse cu-
tricem, nec docetur de testamento; Obiectum
visum fuit sufficientèr sublatum in præterita.
Et ità persistendum esse in decisis, vtraq; par-
te informante.

PRædictæ notabili, & singulari *decis. Sacræ*
Rot. Rom. addi possunt tradita pèr *Thor. in*
compend. decis. tom. 1. verbo, Instrumentum
certorum annuorum introituum fol. 278. col. 1. &
tom. 3. verbo, debitores Ciues *fol. 279. col. 2. in*
fine; Itemq; nouitèr exarata pèr R. *P. Afflict.*
contr. iur. cap. 12. per totum, qui loquutur in
terminis *Pragm.* in præcedenti *decis.* allegatę,
quæ est 11. *vel.* 12. iuxtà diuersas impressio-
nes, *§. Comandamo, tit. de administr. Vniuer.*
& ex eis ad infrascriptos casus, accomoda-
tissimè infertur.
14 Primus casus est, quandò alicuius Vniuer-
sitatis Ciues mutuam accipiunt pecuniã, seq;
mutuanti obligant, & tunc remanẽt obstricti,
quamuis pecuniam illam ad beneficium *V*ni-
uersitatis, proptèr aliquam eius vrgentẽ ne-
cessitatem erogent, neq; assensus est neces-
sarius ad obligationis validitatem, quia fa-
ctum illorum particularium dantium pecuniã
Vniuersitati, non officit creditori, vti distin-
ctum, & separatum à priori contractu.
15 Secundus casus est, si Creditor cum Vni-
uersitate tractatum habuisset, eique realitèr
pecuniam mutuasset, cum obligatione tamẽ
particularium, nulla facta mentione in con-
tractu de Vniuersitate; hoc .n. cum in fraudem
Prag.

Pragmatica actum videatur, meritò sine assensu non substinetur, respectu illorum particularium, sed tantùm Ciuitas, seu Vniuersitas obligata remanet, quatenus pro ea vtile negotium gestum reperitur; & hoc in vim praecedentis tractatus, qui tacitè inesse videtur contractui, ac in eo repetitus.

16 Tertius casus est, quandò nempè creditor, qui ab Vniuersitate per prius requisitus fuit, eius petitioni indulgere recusauit, nolens illius fidem sequi; ob quod aliqui particulares proprio, priuato, ac principali nomine, volentes eorum patriae prodesse, ab beneficium illius se pro recepta ab eo pecunia obligauerunt; Hoc enim casu non erit paenitus de validitate huiusmodi obligationis haesitandum, inspecto quod nunquam creditor ille voluit cum Vniuersitate, vel cum particularibus sub nomine illius contrahere, sed dumtaxat cù personis priuatis, in quarum obligatione nulla prohibitiua lex consideratur, & ità est intelligenda praecedens *Rot. Rom. decis.* signantèr, *n. 4.* & ita in effectu concludit *Spectab. Dom. meus hic*, addo *Thor. & Afflict.* suprà allegatos.

17 Ex quibus authoritatibus ponderatis in hoc tertio casu (vt credo) M. C. V. in anno 1650. die 15. Februarij, in causa intèr mag. Martiam Marotta, cessionariam haeredum quond. D. Hieronymi Marotta, cum haeredibus quond. Angelilli de Alexādro, & Marci Castaldo, condemnauit dictos haeredes ad soluendum dictae mag. Martiae tertias decursas, non obstante quod pro parte dictorum debitorum fuisset oppositum, solutionem illius debiti spectare Vniuersitati Afragolae, in cuius beneficium cessit capitale duc. 300. vt constabat ex conclusione eiusdem Vniuersitatis; ac non obstante quod probauerint aliqualem scientiam dicti quòd. D. Hieronymi, quod pecunia praedicta debebat cedere, & impendi pro quibusdam vrgentibus illius necessitatibus.

Imò commissa causa in S. C. datoque termino ad non posita ponenendum, quamuis dicti debitores conati fuissent totis viribus vt fortiùs, ac validius probarent tractatum, & scientiam dicti quond. D. Hieronymi creditoris, tamen vt dixit mihi vnus ex Dom. votantibus, quia non fuit probata immediata pecuniae traditio Vniuersitati, vt considerauimus in secundo casu, ideoq; fuit habitum pro vero, quod dictus creditor nunquam voluit sequi fidem Vniuersitatis, nec vnquam cum ea contrahere, & sic applicando ponderata in tertio casu, Referente Dom. Consiliario Io Baptista Hodierna, in aula Ill. Marchionis Larettiae, fuit dictum.

Die 11. mensis Martij 1662.

Benè iudicatum per nostram M. C. & malè appellatum pro parte haeredum q. Angelilli de Alexandro, verum condendetur Vniuersitas Afragola ad reficiendum dictis haeredibus omne totum, & quidquid fuerit exequtum ad instantiam Martia Marotta contra dictos haeredes.

Productaque supplicatione restitutionis in integrum referente eodem Dom Commissario, Die 24. Decembris eiusdem anni, fuit dictum *Non esse deferendum petita restitutioni.* Et demum rescisso contractu die 24. Nouembris dicti anni 1662. fuit praestita assistentia dictae magnificae Martiae supèr bonis haereditarijs dicti quondam Angelilli, pro capitali, & tertijs. Processus est in Banca Capilis, pro Lombardo.

18 Non desinam postremò notare duos singulares casus, in quibus cessat suprà *cit. prag.* ac validè possunt Vniuersitates, & fortiùs eius particulares Ciues absque assensu obligari. Primus cum recipiunt pecuniā pro solutione, & satisfactione alterius debiti, legitimè, & solemnitèr per priùs contracti, *l. 1. §. si communis, & l. si fundus §. fin. ff. de reb. eorum.* Se-
19 cundus si tempore penuriae administratores alicuius cōmunitatis, volentes publicae vbertati prouidere, se Vniuersitatis nomine obligarent, nempè pro emendo frumento, oleo, alijsque victualis, vt ex *Felin. Gratian.* & alijs, fundat, & decisum refert *Dom. Consiliar. Staiban. resolut. forens. cap. 10.* & vtrumque casum latè comprobat cit *Pat. Afflict. dicto cap. 12. à n. 42.* vsque ad finem, vbi latissimè.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Decennalis praestatio, non inducit obligationem in futurum, n. 1. Limita si petens allegaret efficacem titulum, n. 8. Item si solutiones reperirentur facta pro aliqua causa, n. 9. Item fauore dotis, n. 10. Item fauore pia causa, numer. 12.

Animus se obligandi non praesumitur, n. 2.

Praestationes ex liberalitate facta, non obligant in futurum, n. 3.

Obligatio non oritur ex erronea diuturna solutione, n. 4.

Solutum indebitè per errorem, repetitur, n. 5.

Error est manifestus, cum probatur rē alitèr se haberi, n. 6.

Error in facto proprio quando praesumatur, num. 7.

Dotis causa dicitur pia, n. 11.

Tempus quod non sit modus inducendae obligationis, limitatur fauore piae causa, n. 13.

Legatum annuum piae causa relictum in testamento nullo, debetur in futurum si fuerit solutum per triennium, n. 14.

Amplia vt idem sit in legato alimentorum, n. 15.

AD CAPVT LXXVIII.

Additio



SATIS esset ad materiã
istam addere nouissi-
mè tradita per *Dom.
Iul.Capon.in tract. de
pact. quæst.34.* vbi do-
ctè omnia cumulat, tã
theoricè ad Catredas,
quàm practicè in foris
occurrentia: Nè tamẽ
videar rem hanc pau-
1 cis gustasse, ideò præmitto generalem illam
regulam, quæ se habet; quod ex diuturna de-
cennali præstatione, non oritur obligatio in
futurum *l.si certis annis 28.C. de pact. & l. si
Creditor C.de vsur. Hippolit.de Marsil.singul.
191.post Bald.in l.fin.versic. Sed ex longi tem-
poris cursu C.nè de stat.defunct. Alex.cons.190.
sub n.24.versic.ad vltimum vol.2.*maximè cũ
tractatur de magno preiudicio idem *Alex.*
2 *consil.179.In causa,& lite,n.5.vol.6.* quia in
dubio non præsumitur quod quis voluerit se
obligare, vt iuribus, & argumentis, probat
Bar.quæst.10.n.7.& 8. & etiam corroboratur
3 ex ineuitabili dilegma; Vel enim qui anno
singulo aliquid soluit scit se non teneri, & eo
hoc casu præsumatur solutionem ex animi
munificentia, meraque liberalitate processis-
se *l. cuius per errorem 54. ff.de reg. iur.* meri-
tò non potest dici in futurum obligatus, quia
quæ gratiosè fiunt, non debent ad necessita-
tem reduci *l. solet C. de offic. Proconsul.* Vel
4 soluens, erroneè se teneri existimabat, eum
tamen ad annuam illam solutionem non te-
neretur, & ex ea pœnitus dici potest inducta
in futurum obligatio, ex regula *tex. in l.si per
errorem ff.de iurisdict.omni.iudic.l. mater 19.
ff.de inoffic.testam. glos. in l. in repudianda 23.*
in verbo, *repudiat,ff.de acquir. hared.* & in
proprijs terminis *Menoch.de præsumpt.lib.2.*
5 *præsumpt.19.n.9. cum seqq.* Adeò quod inde-
bitè solutum per errorem repetitur, *d.l. cu-
ius per errorem,ff.de reg.iur.l. 1. ff de condict.
indeb. & l.si aurum 50 ff.de solut.*quam rem
exornat late *Alex.in l si quis iniquum, §.fin.*
6 *n.2.ff.quod quis iur.* Error autem dicitur ma-
nifestus, cum probatur rem alitèr se haberi
*l.de ætate §.penult.ff. de interrog. action. l. post
diuisionem,vbi Bar.n.2 C.de iur.& fact.ignor.
Aym. Cranet. consil. 157. n. 8. Menoch. dicto
tract.de præsumpt.lib.6.præsumpt 22.n. 8. &
Macerat.Vatiar. Resolut.lib.3. Resolut. 21.nu.*
7 *3.& 5.* Imò etiam in facto proprio præsumi-
tur error, si agatur de graui, vel qualiqualit
præiudicio vitando *glos. in l. cum de indebito
ff de probat.Bart. in d. l. post diuisionem, in 2.
notab.C.de iur.& fact.ignor.& Grattan.discep.
forens. tom. 2. cap. 289. numer. 5.*
8 Benè verum prædicta principalis conclu-
sio restringitur, si petens manuteneri in pos-
sessione exigendi, allegaret efficacem stipu-
lationem, siue titulum; qui diceretur pro-
batus, probata illa diuturna præstatione, iux-
tà *tex.in l. cum de in rem verso 6. ff. de vsur.
& fruct.*vbi *Papinianus* ex placito *Imperato-
ris Antonini* soluẽdas vsuras dicit, ex eo quod
longo in præteritum tempore præstitæ fue-
rant; & hoc quia, vt ex eodem *tex.*elicitur; is
qui eas petebat mutui contractum allegabat
in illis verbis ibi in principio. *Cum de in rẽ
verso, &c.* quam opinionem præter *Classicos*
qui eam communiter tenent, exornat latè
Io. Guttierez in l.nemo potest, sub num. 199. in
versic. *Aut verò, ff.de leg.1.*vbi præcæteris po-
nit hęc notabilia verba. *Quia hoc casu tẽpus nõ
inducit obligationem, sed probat esse inductam.*
Non omittendò ad hunc propositum, quæ
aliàs determinauit *Rot. in vna Pampiloæns.
Tributat. de la Garda, Mercurij 13. Nouem-
9 bris 1591.* Quod scilicet ex diuturna decen-
nali præstatione, seu solutione, oriatur effi-
cax obligatio in futurum, si in illo solutionis
actu exprimatur causa quare fiat; Eo enim
casu (sicut dictum) quod satis diceretur pro-
batus titulus, vt testatur *Pem.decis.Rot.143.n.
2.3.& 4.*allegans vltrà *Ruin. consil.104. num.
16.vol.5.Verall.decis.166.lib.3.* & alios nota-
bilem doctrinam *Conar.in reg. malæ fidei, §.
4.num.2.fol.mihi 465.*legendus in hac mate-
ria.
10 Secundò non habet locum *tex.in d.l. si cer-
tis annis*, fauore dotis, ad beneficium cuius
ex diutina decennali præstatione inducitur
obligatio, ad *tex.in d.l.cum de in rem verso.§.
Imperator. cit.tit.de vsur.*ibi.*Imperator quoq;
noster sæncrus filiæ Athenagoræ, cuius bona fue-
rant publicata, ideò numerari decies centena
dotis nomine iussit, quòd ea Patrem præstitisse
dotis vsuras allegasset.*
11 Comprobatur hæc restrictio, quia dotis
causa dicitur pia, *Dec. in l.captatorias in prin-
cip.ff de testam. milit.idem consil.66.n.5.& cõ-
sil.120.num. 4. Corn.consil.50.num. 4. in fi-
ne vol.1.Caphal. consil.216.num.3.Afflict.dec.
371.n.2.Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.con-
uent.lib.7.tit.23.sub num. 55.Menoch. de præ-
sumpt.lib.4.præsumpt.189.num.102. Surd.dec.
298.num.9.Calcan.consil.31. Io. Anan. consil.
57.in princip.Boer.decis.94.nu. Cæsar Ma-
nent consil 147.num.27 Grattan discept.forens.
tom.4.cap.666.num.5. & 6.& cap. 700.num.
11. Tiraquell de priuileg. piæ caus.priuileg.
158.Nouar.quæst.forens lib.1.quæst.47.num.7.
& quæst.55.num 10.Reg.Rouit. decis.57.num.
22.*& *Roman.penès Canaler.decis. 27. num.4.*
12 Et fauore piæ causæ decennalis præstatio
obligat in futurum, vt deducunt communi-
tèr Canonistæ ex tex. in *cap.ad Apostolicam,
42.de Simoni.* in illis verbis ibi. *Et pias Con-
sue-*

suetudines pracipimus obseruari optimè *Felin. ibi Hippolit. de Marsil. d. singul. 192. Paul. de Leazar. in cap. in literis, num. 24. de rest. spoliat. Verall. decis. 192. part. 1. & decis. 271. par. 2. cit. Peut. d. decis. 143. num. 5.* Borgui. Caualc. *decis. 45. num. 87. lib. 1. de contract. fol. mihi 416. col. 2. & Episc. Ricc. in prax. Eccles. lib. 3.* 23 *Resolut. 366. nu. 6. & 7.* vbi subdit, quod fauore piæ causæ non habet locũ regula illa, quod tempus non sit modus inducendæ obligationis, ad *tex. in l. obligationum ferè, §. placet, ff. de action. & obligat.* idem ait *Tiraquell. de* 24 *priuileg. pia causa priuileg. 60.* dicens, quod si in testamento nullo relinqueretur legatum annuum ad pias causas, & illud fuisset per annos tres solutum, diceretur in futurum inducta præstandi necessitas, idem tenet *Guid. Pap. decis. 576. sub num. 3. vers. Quia legatum,* 25 & allegat *tex. in l. 1. C. de fideicomm.* vbi legatum alimentorum, præstitum per tres annos debetur in futurum, etiam si testamẽtum sit minùs solemne, videndus *Guid. Pap. loc. cit. & decis. 200. n. 6.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Creditor non tenetur liberare fideiussorem semel sibi datum, licèt alius equè idoneus ei offeratur, n. 1.

Debitor carceratus ad instantiam creditoris, non euitat intrusionem, licèt fideiussores, & cautiones offerat n. 2.

Author tamẽ contrarium monet, & consulit, vt scilicèt accipiantur nouę cautiones, & de ratione, num. 3.

Debitor qui fideiussori promisit se eum à vinculo fideiussionis intrà certũ tempus liberaturũ si hoc non potest exequi, puta quia creditor recusat nouos fideiussores accipere, quid sit agendum, n. 4.

Debitor qui promisit dare creditori certam personam pro fideiussore, liberatur prestando aliam eque idoneam, si ille talis recuset fideiubere. num. 5.



AD CAPVT LXXIX.

Additio.

1 

HABETVR in presẽti, quod Creditor cui pro vberiori securitate fuit datus fideiussor, non cogitur illum liberare, quãnis à debitore alius equè idoneus offeratur, ex *tex. in l. si mandatu meo, §. 1. ff. mandat.* in illis verbis ibi, *Aut si nolit Creditor.* Addo *Bald. Castrens. Alex. Dec* & alios *in l. si Pater, C. de collat. Ias. in l. 2. ff. solut. matrim. & in l. qui Romæ in princ. num. 19. ff. de verb. obligat. & in l. 2. §. Mutui* Datio, *nu. 4. vers. Duodecimò fallit, ff. de rebus Credit. & consil. 203. nu. 2. lib. 3. Purpurat. in l. si pater, n. 6 & 8. C. de collat.* Cagnol. *in l. plus cautionis, num. 7. ff. de reg. iur.* & ibi etiam *Dec. num. 4.* latissimè *Gaball. Resolut. Crim. centur. 2. casu 131. Asin. tract. de exequt. §. 7. cap. 168 Carpan ad Sta. Mediolan. part. 1 cap. 4. num. 64* & *cap. 413. num. 35.* Carocc. *decis. 4. num. 5. Eman. Suarez in lib. commun. opin. lit. F. num 155. & 156. Monter. decis. Aragon. 2. nu. 53. Franch decis. 202.* quos passim sequuntur, & referunt intèr modernos *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clausula 4. glos. 18. part. 3. num. 24. & 25. fol. 458. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 6. tit. 20. num. 3. Cancer. Variar. Resolut. part. 2. cap. 5. tit de fideiuss. nu. 159 Reg. Rouit. decis. 28. num. 11. & Nigr. de* 2 *laudem. tom 2 quæst. 28. num. 38. fol. 344.* Indè si debitor, creditore instante fuerit carceribus mancipatus, isq; pecuniam promptam non habeat, quamuis cautiones, vel fideiussores offerat, non tamen detrusionem euitat, quia Creditor non tenetur sequi fidem aliorum, ac ad nouos contractus deuenire, *glos. in l. fin. in fin,* & ibi *Bald. ff. si cert. petat.* Rebuff. 3 *de liter. obligator. artic. 11. glos. 3. num. 3.* Sed quãuis hoc verũ sit, ipse tamen clienti consulerem contrarium, vt nimirùm nouos fideiussores idoneos capiat, & debitorem aliàs decoctum à carceribus liberet, quia meliùs est cautioni incumbere, quam inutili perfidiæ; debitores enim inopes cum carceribus mancipantur, depauperantur magis, & frustrà macerantur; Creditores vero plus damni sẽtiunt, quam lucri, dum ad alimenta ministrãda sepè condemnantur, vt exquisitè *Color. de process. exequti. part. 1. cap. 6. à num. 123. cum seqq.*

4 Neq; omittam, quod quando debitor fideiussori promisit, se eum intrà certum tempus à vinculo, & periculo fideiussionis liberaturum, si hoc implere non potuit, puta quia

Creditor noluit eum dimittere, nouumque fideiussorem recipere; tenetur saltim illi fideiussores præstare, cauentes eum indemnẽ, illesumq; ab obligatione conseruaturus, ad tex. in d. l. si Mandatu meo, in illis verbis. *Aut si nolit Creditor obligationem mutare, cauere tibi debeo defensurum iri te*. De qua re latissimè *Gaball. Fontanell.* & alij suprà allegati, quibus addo *Mascatell. in pract. fideiuss. part. 2. quæst. 6. num. 5.* & sic quod non potest fieri per modum liberationis, fit per modum cautionis, vt dicit *Bald. in d. l. Pater, sub nu. 3. versic. Et dic. C. de collat.*

Item nec sub silentio linquã, quod supradicta principalis conclusio, intelligitur quãdo fideiussores iam dati, & accepti sunt. Cæ-
5 terum tamen, si quis se obligasset certam personam in sui fideiussorem præstare, postea; ille talis fideiubere recuset, præstando, vel offerendo alium eque idoneum liberatur, ad tex. in l. qui: antè 14. §. si quis, ff de const. pecun. facit tex. in l. si quis domum. ff. locat. & in l. 2. §. penult. ff. de relig. & sumpt. funer. optimè *Marsil. in rub. de fideiuss. num. 113. versic. Et pro hac parte*, latissimè *Anton. Heringi. de fideiuss. cap. 20. §. 27. per totum*, videndus omninò in hac materia.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

CReditor acceptans literas cambij sibi à debitore traditas, solutione non sequta potest contrà eum redire, n. 1.

Ampliа etiam si non fuisset sequta solutio, propter negligentiam, & moram eiusdem Creditoris, num. 2.

Sed contrarium tenet Author, n. 3.

Creditor cui literæ cambij consignatæ fuerunt, si eas exigere non potest, tenetur illas scribenti mittere cum protestatione, ad finem vt deindè possit contrà eum agere, n. 4.

Creditor cui fuerunt traditæ literæ cambij, non potest contrà scribentem agere, prius quam debitorem cui literæ dirigebantur, conueniat, atque excutiat, n. 5. & de ratione, n. 6.

Creditor non potest contrà scribentem literas cambij agere, etiam solutione ob decoctionem non sequta, si scribentem quietauit, atq; liberauit. num. 7

AD CAPVT LXXX.

Additio.

1 CRIBENS literas cambij ad beneficium alicuius, nõ liberatur quousque effectualis solutio sequatur, etiam data acceptatione illarum, eam ab eo, ad cuius fauorem literæ scribebãtur, quam ab eo cui dirigebãtur, adeò quod si acceptatione sequta, sequatur eius decoctio, potest iterum creditor ad scribentem redire, eumque ad solutionem vrgere, h. d. Addo *Rot. Gen. decis. 1. num. 3. Præterea decis. 126. Anton. Fabr. in suo Cod. lib. 4. tit. 5. defin. 1. Mastrill. decis. 131. Ludouis. decis. 117. Surd. decis. 23. num. 10. Melch. Phab. decis. 207. part. 2. Farinac. decis. 445. lib. 2. Amat. decis. Ferrariens. 2. num. 11. Amat. Variar. Resolut. lib. 1. Resolut. 47. Monac. allegat. 70. num. 46. cum seqq. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 64. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. num. 75. & 77. Gabriel. de nouat. conclus. 1. nu. 18. Thor. vot. decis. 80. à num. 22. cum seqq. & Nonar. Quæst. forens. lib. 1. quæst. 33. à num. 3.*
2 *cum seqq.* Vbi dicit hoc verum esse, etiam si is ad cuius fauorem scriptæ reperiuntur literæ, negligens, atque morosus fuisset in exigendo, ita quod decoctio eius, cui literæ mittebantur, sequta sit post quam potuerit exigere, vt testatur ipse fuisse per Rot. terminatum, *in vna Romana pecuniaria 24. Nouembris 1555. coram Mellino, & in alia Rauennatensi pecuniaria, coram Buratto*, ego addo iterum ita terminasse eandem *Rot. in vna Bononiens. fideiuss. veneris 27. Maij 1611. coram Canaler.* vt ipse testatur, *decis. 155. vers. Nec visum fuit*, & confert *Ludouis. d. decis. 217. nu. 6. & 7.*

3 Sed ego existimo cauendum esse ab hac opinione, vbi mora, & negligentia creditoris fuit magna, atque notabilis; ita quod possit ei euidentèr imputari, quare non exegit cum potuisset, pura etiam quia dedit debitori dilationem; aliàs autem sequeretur q̃ scribens, cuius animus fuit soluendi Creditori suo esset in damno, Creditor autem etiã negligens, & morosus semper tutus, in perniciem scribentis, quam sententiã tenet *Scacc. de commerc. & camb. §. 2. glos. 5. num. 325.* cui addo *Melch. Peb. & Peryer. loco cit.* quos sequitur *Fontanell. decis. 125. num. 17. & 18.*
4 Id quod adeò verum est, vt teneatur Creditor ad cuius fauorem fuerunt scriptæ literæ, scribentem certiorare, eique literas cum protestatione remittere, si non potuit scriptam quantitatem exigere; & hoc ad effectum vt dein.

deindè possit scribentem ad solutionem vrgere *Io. Baptist. Lup. in cap. Naviganti, §.2. sub num. 20. de vsur.* quem sequitur *Scacc. d. §.2. glos. 5. num. 246. & 326. Beltramin. ad Ludouis. d. decis. 217. in fine* quem sequitur *Nouar. d. quæst. 33. n. 7. lib. 2.*

5 Ex quibus etiam liquet manifestè, vt non
possit creditor cui literæ cambij datæ fuerũt, scribentem ad solutionem conuenire, priùs quam eũm cui literæ dirigebantur conueniat, atque excutiat, vt refert decisum *Fontanell. d. decis. 124. & 125.* authoritate *Benintend. decis. 58. & Catelli. Cott. in suis notabilibus,*
6 verbo. *Cambij literas,* dicentiũ quod accipiẽs
literas non potest pænitere redeundo contrà debitorem scribentem, quia cum simus in contractibus innominatis, non est locus pæ-
7 nitentiæ; Neq; omittam, quod si factis lite-
ris cambii, illisque consignatis, Creditor recipiens liberaret pèr instrumentum publicum debitorem scribentem, eumque quietaret, isto casu quamuis non sequatur solutio, proptèr superuenientem decoctionem eius cui dirigebantur, post quam tamen illas acceptauerit, nullo tamen modo potest de cætero inquietari scribens, & hoc proptèr antecedentem quietationem, iuxtà illud celebre votum *Afflict. decis. 353.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

LAici non possunt præscribere ius decimandi, vel exemptionem à solutione decimarum, nu. 1. & num. 4. Sed limita vt n. 11.

Decimarum solutio à iure Diuino ordinatur, num. 2.

Decimarum definitio refertur, n. 3

Tributi solutio non potest præscribi, n. 5.

Religiosi possunt præscribere decimas, n. 6.

Episcopus vnius diæcesis potest præscribere exactionem decimarum pro fructibus nascentibus in aliena diæcesi, & quomodo, n. 7.

Item, & Parrochus, nu. 8.

Decimarum fructus possunt Laicis concedi ad vitam, n. 9.

Decimarum fructus possunt obligari, vendi, atque locari, n. 10.

Laici possunt præscribere decimas in quota, scilicèt vt certa quantitas soluatur, n. 12.


Sed hoc intellige, quando diuturna solutio fuit vniformis, secùs autem, si difformis, vt latè nu. 15. & vid. n. 16.

Laici possunt præscribere modum, locum, atque tempus soluendi decimas, num. 13.

Consuetudo attenditur, in materia decimarum, num. 14.

Consuetudo ad hoc vt inducatur, requiritur continuata actuum vniformitas, num. 17.

Decimarum materiam, qui latè tractent, n. 18.



AD CAPVT LXXXI.

Additio.



1 LAICI regularitèr nõ possunt ius decimãdi, vel exemptionem ab integra decimarum solutione, præscribere ad *tex. in c. causã, 7. de præscript. & in cap. quamuis 17. de decim & Abb. ibidem,* latissimè *Put. decis. 4. num. 55. Lessi. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 6. tit. de præscript. dubit. 16. fol. 59. col. 1.* Et sic decimæ non cadunt sub lege præscriptionis, quæ cum sit à iure ciuili adinuenta, non potest operari contrà ius
2 Diuinum; Decimarum enim solutio à iure
Diuino ordinatur, vt patet euidentèr ex *Genes. cap. 14.* Itemque ex *Leuit. cap. fin.* & ex Sacris Canonibus à Pontificibus, vel eorũ iussu passim emanatis, vt ex *Canon. decimas 16. quæst. 1.* ibi. *Diuina legis sanxit authoritas;* cum cõcordantibus allegatis pèr *glos.* ibi, & pèr *Cardin. Bellarmin. de* Cleric. *lib. 1. cap. 25.* iuncto *Galgenet. de iur. public. lib. 3. tit. 54. num. 1.* Vn-
3 dè DD. definiendo decimas dicunt. *Deci-
mæ sunt bonorum mobilium licitè quæsitorum pars Deo debita constitutione Diuina,* ità *Hostiens. in Summ. de decimis, Cardin. consil. 26.*
4 *& Rebuff. de decim. quæst. 4.* & pèr consequens
vti Spirituales, ac Diuina Constitutione debitæ, sunt extrà commercium Laicorum, ac ideò ab eis impræscriptibiles, *cap. 2. de Iudic.*
5 *Roman. consil. 299. num. 9.* Sicùt nec tributi so-
lutio, præscribi potest, *l. comperit 6. C. de præscript. 30. vel 40. anno, in fine, versic. Functiones autem.*
6 Sed meliùs explicando materiam hanc,
capio verba in princip. huius *Capit.* posita. Dixi enim, *Laici,* ad differentiam Regligiosorum, qui possunt decimas præscribere *Paris. cons. 73. num. 9 vol. 4. Monet. de decim. cap. 5. n. 57. cum seqq* quorum obitèr mentionem facit *Maceraten. Variar.* Resolut *lib. 1. Resolut.*
7 *77. sub num. 3. vers. Quidquid sit* Itemq; Epi-
scopus vnius Diæcesis potest præscribere ius decimandi fructus bonorum alterius Diæcesis, & hoc pèr spatium 40. annorum cum titulo, & pèr immemorabile tempus, cuius initij memoria non extet sine titulo, tex. est in

cap.1.de præscript.in 6. & Lessi. d. dubit. 15.
8 *versic. Simili modo*, & in simili licèt Parro-
chus non possit exigere decimas fructuũ
bonorũ, quæ Parrochiani in territorio alte-
rius Parrochi possident, *glos. Innoc. & Abb.
in cap.cum homines, de decim.* hoc tamen non
procedit si aliter consuetudine, vel præscri-
ptione seruaretur, vt fuit decisum, teste *Pute.
decis.*154.*part.*1. & iterum notabilitèr penès
Canaler.*decis.*356. Sed legendus omninò ad
uberiorem prædictorum resolutionem, *Viui.
d.decis.4.d n.57.cum seqq.*
9 Dixi, *Ius decimandi*, quia vt dicit *glos. in d.
cap. quamuis versic. Fructus verò de decim.*
fructus decimarum benè possunt concedi
laicis, non quidem in feudum, sed ad vitam,
& ex iusta causa, quia ius decimarum perci-
piendarum tantum est de iure Diuino, fru-
ctus verò ex iure illo obuenientes, conside-
rantur vti quid merè temporale, ac à Spiri-
tualitate extraneum, de qua re latissimè *Ce-
nall.pract.quæst.commun.contr.commun.quæst.*
822,*num.77.cum seqq.* hoc probans ex alia
notabili *glos.in Can.peruenit, vers. Laicalibus
1.quæst.* 3. & authoritate *Garzi. de expens.*
10 *& melior.cap.9.num.91.& 92.* Vndè fructus
ex decimis obuenturi, possunt obligati, ven-
di, atq; locari Laicis, quia nihil penitùs ha-
bent spiritualitatis, *Alberi. in l. si vsusfru-
ctus, n.3.ff.de iur. dot. Redoan. de rebus Eccles.
non alien.quæst.3.num.*3.cum alijs penès *Viui.*
11 *d.decis.4.num.*74.non omittendo singularem
illam *Rot.decis.2.de Iudic.in nou.* per quam
fuit dictum, quòd Laici non possunt posside-
re, neque præscribere ius decimandi tantum,
benè tamen possunt præscribere fructus ex
decimis prouenturos, vt aliquo modo eis de-
beantur.
12 Dixi tandem, *in totum*, quia Laici licèt nõ
possint præscribere immunitatem à solutio-
ne decimarum, possunt tamen præscribere
eas in quota, scilicèt vt certam quantitatem,
quamuis non ascendentem ad decimam, sol-
uant, & sic quantitas potest præscriptione, ac
consuetudine diminui, de qua re latè *Mace-
rat.Var.Resolut lib.1.d. Resolut.* 77.*num* 3.*&*
9.vbi quamplures allegat, & aliqua pèt Ce-
13 *nall loc.cit.* Quemadmodum quoque potest à
Laicis præscribi modus, locus, atque tẽpus soluẽ-
di decimas, vt notabilitèr *Bald. in d. l.compe-
rit, versic.Item tractat, C. de præscript.* 30.*vel*
40.*anno, & Viui.d.decis* 4.*num.*43.*&* 44.quia
14 in hac materia soluendi decimas, attenditur
stylus, atque consuetudo, quæ curriculo 30.
annorum inducitur, *Abb in cap.cum sint, num.
6.in fin de decim.* Couar. *variar. resol.lib.*1 *cap.*
17.*sub num.*8. *versic. Quartò fortiori ratione,
Franch.decis.*103 *num* 4. *&* Cardin.*Caualer.
d decis.*356.*per discursum.*
15 Sed intelligenda sunt prædicta, quando de-
cimarum solutio fuit vniformis, atque fieri
consueuit sempèr ad rationem certæ quanti-
tatis. Cæterum tamen, si solutiones, atque
præstationes fuissent difformes, vt puta si vno
anno decem soluti essent, sex alio, & alio etiã
quinque, & ità difformitèr ex inueterato
stylo fuisset continuatum, non vtique ex hac
difformi præstatione dici posset inducta con-
suetudo, *Francis. March.decis.*205.*part.*1.con-
fert doctrina *Bar.in l.*2 *num.*22.*ff.solut. matr.*
idem *Bart. & Bald.in l.solent,§. non verò, ff.
de offic .proconsul. Misinger. obseru.* 42. *cent.*
6.*Caualc.dec.*11.*n.*79.*lib.*3.*Garc.de expens. &
meliorat.c.9.n.*26. *Hieronym.Gabriel.cõs.*197.
7.*&* 8,*vol.*2. *Auend.de exeeut.mandat. part.*2.
*cap.4.num.*17.*vers. Quod præmaximè* ex ex-
quisitè *Foller.in const. Quantò, num.*30, vbi la-
tè tractat articulum hunc, & tandem conclu-
dit p hæc verba. *Adde quod licèt quota decima
possit præscribi, maximè quando Superior tole-
rat, iuxtà prædicta, attamen verũ est, & id pro-
cedit, vbi vniformitèr facta esset solutio, & ad
eandem rationem; Secùs si. difformitèr, quia
vno anno consueuit quis soluere plùs, & altero
minùs.* Idem etiam tenent *Pappon. lib.*1.*tit.*
12. *arrest* 3.vbi ita refert decisum, *Ricc.in col-
lect.decis part.*7.*collect.*2953.*vers.Nec non*, &
latissimè *Fontanell.de pact.nupt.tom.*1. *clausf.*
4.*glos;*18.*part.*1.*num.*168. *per totum nn.* 182.
16 vbi etiam acritèr pugnat contrà sententiam
illorum, qui senserunt, tunc ex difformi,
præstatione non induci consuetudinem, quã-
do pro decimis fuissent exolutæ diuersæ spe-
cies, vt puta vno anno par caponum, & alio
par pullorum, vel aliæ res diuersæ speciei, se-
cùs verò si esset soluta quantitas, difformis,
quasi tunc cũ sempèr sub maiori summa insit
minor, videatur continuò soluta saltim illa
minor summa. Hanc inquam sententiam ip-
se *Fontanell.* reprobat, cumque authoritates,
atque firmissimas rationes cumulet, proban-
do nec minùs induci consuetudinem, ex dif-
formi pecuniaria solutione, ideò ad eum me
17 remitto. Hoc tantum noto, quod ad hoc
vt consuetudo inducatur, est necessaria con-
tinuatio, & vniformitas actuum, *l. quæsitum,
§.si quis eadem, ff.de fund. instruct. Misinger.d.
obseruat.*42.*centur.*6.*Mascard.de probat. con-
clus.*424.*Vasquez.quæst.*97.*art.*3.*disput.* 177.
*cap.*5.*Surd.cons.*454.*num.* 29.*vol.*2.*Rot. Anen.
decis.*20.*n.*9.*Suarez.de leg.c.* 11. *lib.*7.*Caualc.
decis.*11.*num.*51.*lib.*1.*& d.decis.*11. *num.* 79.
80.81.*&* 82.*lib.*3.*Rot.Roman. in vna Fauent.
seu Imolens.bonor.*16.*Maij* 1594.*vt post Nigr.
de subhast.decis.*46.*Cene.de cens.quæst.* 47. *nu.*
93 *& Macerat.variar.Resolut.lib.* 1. *resolut.*
46.*num.*4.
18 Quamplura alia scribere decreueram in
hac decimarum materia, verum quia occur-
rit mihi cit. *Fontanell.d.tract.de pact.nupt.tom.*
1.*clausul.*4.*glos.*19 *cum duabus gloss.* sequent.
ac etiam *Viui.d.decis.*4.itemque *Galganett. de
iur.publ.lib.*3.*tit.*54. cum alijs duobus seqq.
qui latissimè, & copiosissimè tractant punctũ
hunc

hunc, ideò fisto, & cum de aliquo circa illũ disputari contingeret, recurre ad eos.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

Clericus degradatus traditur Iudici Laico condendandus, non condendatus, n. 1.
Clericus degradatus habet priuilegium Canonis, num. 2.
Conficit Sacramentum Eucharistiæ, n. 3.
Nec potest matrimonium contrahere, n. 4.



AD CAPVT LXXXII.

Additio.

1 
LERICVS facinorosus à Iudice Ecclesiastico degradatus, traditur Iudici Laico, non quidem condẽdatus sed condendãdus, *tex. est in c. cũ non ab homine,* 10. *extrà de Iudic.* in illis verbis ibi in fine. *Per secularem comprimendas est potestatem', ità quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur*. Hoc idem probatur ex *Bald. in l. 1. nu. 8. C. an Seruu. ex suo fact. & Alex. consil. 8. sub num. 3. versic. & tamen, vol. 1.*

2 Item in quantum dicitur hic *num. 9. & 10.* quod Clericum degradatum percutiẽs incidit in *Canonem, si quis suadente diabolo 17. quæst. 4.* Et quod conficiat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, addo notabilem *glos.*
3
4 *in cap. 2, in* verbo, *Priuilegio de pan. in 6.* Nec potest contrahere matrimonium, quia continentię votum non est deletum, *Imol. in eod. cap. 2.* quem sequitur *Baiar. ad Clar. in §. fin. quæst. 74. in princip. lit. B. versic. degradationis.*

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

Delinquens si confiteatur delictũ cum qualitate, potest puniri ordinariè, si non probet illã qualitatem secundum opinionem Bar. num. 1. *& referuntur rationes super quibus fundatur. n. 11. Contrarium secundum opinionem* Abb. nu. 8. *Author tenet primam sententiam, num. 13.*
Lex præsumit contrà delinquentes n. 2.
Cautela ad euitandam pœnam delicti non est danda dalinquentibus, num. 3.
Allegans qualitatem facti debet illam probare, aliàs succumbit, quia factum remanet nudum, num. 4. Sinè allegans sit actor, siuè reus, num. 5.
Allegare nil refert, si allegatum non probetur, num. 6.
Paria sunt non esse, ac esse, sed non apparere, num. 7.
Confitens recepisse pecuniam, sed tamen fuisse sibi debitam, non tenetur probare causam debiti, num. 9.
Confessiones sunt indiuiduæ, ideò non possunt pro parte recipi, & pro parte reijci n. 10. Sed limita, & intellige, vt n. 14. & 15.
Probationes claræ, & liquidæ requiruntur in condemnandis reis, n. 12.
Sed declara, vt sufficiant probationes orientes ex præsumptionibus iuris, n. 16.



AD CAPVT LXXXIII.

Additio.

1 
Ræsens quæstio Cæsarea decisione indiget, pugnant n. inter se *Bar & Abb.* ille *in l. Aurelius, §. idem quæsijt, num. 2. ff. de liberat. legat.* hic autem, *in cap. Auditis, num. 32. de præscript.*

2 Inquit siquidem Bar. quod si delinquens confiteatur delictum cum qualitate illud diminuente, potest nihilominùs capitali pœna puniri (si crimen graue sit) dato quod illam additam qualitatem non probet, idem tenet *Hippolit. de Marsil. consil 41. Diuini Numinis, & c. num 11. vol. 1. Andre. in cap. quoniam Diuina, n. 6. de pac. tenen. Balb. dec. 380. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 892. num. 9. Boer. decis. 164. num. 10. Foller. in sua prax. part. 1. 2. part rubr. & si confitebuntur, num. 47.* & latè *Facchin. contr. iur. lib. 1. cap. 27.* Hoc dicens vetũ si reus esset malæ conditionis, & famæ, videndua

dus etiam *Gaball.* Resolut. Crim. *centur.* 1. *cas.* *su* 17. *&* *centur.* 3. *casu* 154. Itemq; *Macerat. Variar.* Resolut. *lib.* 3. *resolut.* 35. *n.* 16.

2 Huius sententiæ quamplures assignantur, rationes; Prima quia lex præsumit contrà delinquentem, *l.* 1. *C. de sicar. & cap. prim. de præsumpt.* & pèr consequens non est capienda præsumptio ad fauorem rei confitentis delictum, cum qualitate tamen quod illud commiserit, vel in sui defensam, item pro vindicando honore; Itemq; casualitèr, vel pèr iracundiam.

3 Secunda quia si contraria opinio admitteretur, tutissima, ac facilis cautela delinquentibus præberetur, ad vitandam dignam criminis pænam, contrà *tex. in l per omnes* 6. *C. de defens. Ciuit.* ac fieret fraus Reip. cuius interest delicta puniri, vulgat. *l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. glos. in l. si longius*, 18. *ff. de Iudic.*

4 Et tertia, atque postræma ratio est, quia allegans qualitatem facti, illam probare tenetur, aliàs autem factum remanebit simplex, & purum, perindè si unquam ei qualitas illa accessisset, ac confitens debet succumbere, *glos. in l. Titia* 35. *in fine, ff. solut. matrim.* alia *glos. in l. cum de indebito, in addit. versic. ista glos facit. ff. de probat.* Bald. *in l. in delictis,* §. *de tracta, num.* 1. *ff. de noxal. action. Idem in l. non ignorat, num.* 1. *C. de his qui accusar. non possūt Alex. in l. non solum,* §. *sciendum, num.* 2. *ff. de non. oper. nunciat.* Idem *Alex. consil.* 121. *Viso Processu, num.* 12. *versic. Quod vltimum, vol.* 1. *Paul de Castr. consil.* 228. *num.* 3. *in fine, vol.*

5 1. Idque, sicè allegans qualitatem sit actor, siuè reus *Zasi. de feud. part.* 11. *num.* 32.

6 quoniam nihil refert allegare, sed allegata non probare, *l. magis puto,* §. *si pupillus, in versic. Nec tamen, ff. de reb. eor. glos. in l.* 1. *in princip. ff. si quadrup. pauper. fecis. dicat.* cum concordantibus allegatis pèr *Burg. in cap. cū dilecti, num.* 35. *de emption. & vendit.* ac paria

7 sunt, non esse, & esse, sed non apparere, vt per *Vini. decis.* 34. *in princip. lib.* 1.

Hæc sunt fundamenta *Bar.*

8 Contrà quem insurgit *Abb. in d. cap. auditis,* dicens nullo prorsus modo condendari posse delinquentem ex sua qualificata confessione ad pænam ordinariam, sed dumtaxàt ad extraordinariam, etiam dato quòd allegatā qualitatem non probet, quam sententiam præter alios allegatos *à Spec.* *Dom. meo hic,* tenent etiam *Hippolit. de Marsil. singul.* 185. *confessio inquisiti, versic. Teneas tamen menti, Capyc. decis.* 155. *n.* 11. *Grammat. decis.* 5. *n.* 13. *Thom. Ferrat. in tract. de caut. cap.* 410. *aliàs caut.* 5. *num.* 1. *cum seqq. Facebin. contr. iur. lib.* 13. *cap.* 42. *Vini. decis.* 394. *num.* 4. & alijs omissis *Giazzz. discept. Criminal. ad de-*

9 *fens. reor. tit. de reo, num.* 434. *fol.* 105. & pro hac parte inuehitur primò punctualis *tex. in l. cum de indebito,* §. *sin. verò, ff. de probat,* vbi confitens recepisse pecunias, sed tamen illas fuisse ei debitas non est ad restitutionem condendādus, quãuis qua ratione ei fuisse debitas nō probet *tex.* verba sūt hæc. *Sin verò ab initio quidem confiteatur suscepisse pecunias, dicat autē nō indebitas ei fuisse solutas, præsumptionē videlicèt pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat.*

10 Secundò quia regularitèr reorum confessiones, cum sint indiuiduæ, non possunt pro parte recipi, & pro parte reijci, & sic non possunt scindi, ad *tex. in l. publica,* §. *fin. ff. deposit. vbi* DD. *Treuis. decis.* 46. *n.* 10. & 32. *lib.* 2. *Turret. consil.* 45. *nu.* 16. *vol.* 2. *Vulpell. consil.* 94. *n.* 10. *Paris. consil.* 52. *num.* 39. *vol.* 3. *Natt. consil.* 365. *n.* 2. *Iul. Clar. in.* §. *fin. quæst.* 55. *& Peni. decis. Rot. Rom.* 76. *n.* 24.

11 Et randem (respondendo etiam contrariis) quia *Bar.* opinio in eo fundatur, quod nimirùm lex præsumat contrà delinquentem, Item quod de facili euitarentur pænæ criminum, & etiam quia, quando allegatur qualitas, si non probatur non præsumitur vera; pèr consequens sùpèr præsumptionibus fun-

12 datur: Et tamen in condendandis reis requiruntur probationes luce meridiana clariores, nec in obscuro per præsumptiones est ambulandum, *l. sciant* C. *de probat.* cuius verba Canonizātur pèr *tex. in Can. sciant cuncti.* 2. *quæst.* 8. & confert *tex. in cap.* 1. *de homicid. in* 6.

13 In hac contrarietate mihi placet prior *Bar.* opinio, vt nimirùm confitens delictum cum qualitate, possit ordinariè puniri, non probata per eum qualitate, illa, ex supr. ponderatis rationibus, fundamentis *Abb.* & sequacium nihil refragantibus, & primò non obstat, *tex. in d. l. cum de indebito,* quia ibi agitur de causa ciuili, in qua præsumptio vrget

14 pro reo, vt ibi. Secundò non obstat, quod confessiones reorum non possunt scindi, & sic pro parte recipi, pro alia verò parte reiici, quia hoc non procedit, quando præsumptio est contrà confitentem, vt scilicèt qualitas pèr eum allegata non sit vera (vt in casu nostro) pròut in confesso est apud eundem *Abbat. in cap. cum venissent, num.* 7. *de instit.* quem alios allegando sequitur *Camill. de Medic. consil.* 139. *num.* 42. post *Alex. consil.* 39. *num.* 3.

15 *vol.* 7. Sicùt nec minùs procedit, quando cōfessio continet plura capita, atque factum separatum, sicut concedit idem *Abb. in cap. bona il* 2. *de postulat. Prælat. Treuis. d. decis.* 46. *num.* 29. *cum seqq. Farinacc. de carcer. & carcerat. quæst.* 32. *num.* 60. *& quæst.* 81. *num.* 7. quos sequitur *Macerat Variar. Resolut d. cap.* 35. *num.* 16. *lib.* 3. *& Camill. de Medic. loco. cit.*

16 *num.* 43. Et finalitèr non obstat, quod condēnationes reorum non debent fieri ex præsumptionibus, sed ex probationibus liquidis, & manifestis, quia hoc procedit quando vrgent præsumptiones extrinsecæ; Secùs autē si præsumptiones essent iuris (vt in casu nostro

stro fundauimus *sup. n. 2.*) notabilitèr *Angel. in l. 2. sub num. 2. versic. ex hoc dico*, C. *de petit. hæredit.* vbi ponit hæc verba. *Ex hoc dico, quod si lex, vel statutum in aliquo casu requirit liquidam probationem, quod intelligatur probatio esse liquida, quæ inducitur ex præsumptione iuris in causa Criminali*, & *tamen in Criminalibus requiruntur probationes luce clariores.* Istamq; *Angel.* Sententiam amplectitur etiam *Alex. in l. 1. num. 4. C. de testam. milit.* & *in l. duobus, num. 11. in fine, ff. de iur. iur.* addo *Gomes. ad leg. Taur. 80. num. 18. in fine, versic. Item quod.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SUMMARIUM.

Dominium superueniens authori prodest singulari successori, num 1.
Emens à non domino, præfertur ementi ab eodem, post dominij superuenientiam, num. 2.
Regula, quæ ab initio non valent, &c. Limitatur, num. 3.
Dominium superueniens, quod prosit etiam in feudis, num. 4. Sed contrà num 5. Prima opinio est verior, & quare, num. 6.
Inuestitura facta à Domino de feudo viuentis vassalli, conualidatur feudo ad dominum deuoluto, num. 7.
Venditio de feudo alieno cum assensu Domini, validatur, ob superuenientiam Dominij, num. 8.
Census constitutus super re aliena, an validetur ob superueniens dominium in personam constituentis, num. 9.



AD CAPUT LXXXIV.

Additio.

1 

Ominium superueniés authori, quod prosit singulari successori sunt inter manifesta, & indubitata, in *l. si quis alienã 47. ff. de act. empt. in l. cum vir, 42 ff. de vsucap.* & *in l. fin. ff. de Cu-*
2 *stren. pecul.* Adeò quod emens fundum à Titio tempore quo fundus ille non erat in dominio venditoris, præfertur ementi eundem fundum post dominij superuenientiam *l. si à*
3 *Titio 72. ff. de rei vindicat.* cum *glos.* ibi. Et regula illa, vt quæ ab initio non valuerunt, non possint tractu temporis conualescere, limitatur quãdo noua superuenit causa, vt cõsiderãt *Bar.* & cæteri *DD.* *in d. l. cum vir.*
4 Ampliatur conclusio de dominio superueniente, vt procedat etiam in feudis, *Franc. de Amic. in rubr. de his qui feud. dar. poss. cap.* incipiente, *Expeditis, fol.* 107. latè *Consiliar. Georg allegat. 3. n. 3.* & *4. Ioseph Mel. ad Gizzarell. decis* 65. *num.* 16. Et omnium meliùs *Consiliar. Theodor.* qui loquitur quasi in specie casus hic propositi *allegat. 93. à num. 11. vsque ad 20.*
5 Sed contrariam sententiam tenet *Franch. decis.* 540. *num.* 14. concludens expresse, iura loquentia de dominio superueniente, non obtinere locum in feudis, cuius opinionis fuit etiam *Reg. de Pont. consil. 36. nu. 11. Consiliar. de Aan. consil. 39. num. 66.* & *Reg. Rouit. consil. 3. c. n. 1. vol. 1.*
6 Prior sententia tenenda est, tum quia prædictorum plerique nituntur authoritati *Andre. in cap. 1. §. si quis fecerit, tit. quo tempor. miles* &c. cuius authoritas in eo loco, non meretur ab eis allegari, quia potiùs firmat nostram primam sententiam, vt patet ex relatis pèr *Francisc. de Amic. loc. cit.* vbi latè interpretatur sensum *Andre.* pro parte affirmatiua, prout etiam videre est apud cit. *Theod. d. allegat. 93. à nu. 18.* cuius dicta omnem tollunt difficultatem super hoc puncto.
7 Tum etiam, quia hoc videtur expressè probari, ex *tex. in cap. 1. §. Motib. tit. si de feud. defunct. milit.* &c. vbi Inuestitura alicui à Domino facta, de feudo vassalli viuentis, validatur defuncto vassallo illo, feudoque ad Dominum deuoluto; & sic illud vtile dominium superueniens, conualidat præcedentem inuestituram, quæ tamen fieri nõ poterat absq; consensu viuentis vassalli feudatarii, vt pèr
8 *Andre. in d. §. si quis fecerit*; Et magis in terminis, ait *Bammacur. in rep. d. cap. prim. §. moribus*, quod venditio facta de feudo alieno cum assensu Domini, ex superuenientia dominii in personam venditoris conualidatur, & sic in feudis habet locum regula, de dominio superueniente ex prædictis.
9 Sed de alio posset hic opportunè indagari, an constitutio census facta super re aliena, validetur si dominium illius rei superueniat imponenti? concludunt negatiuè, *Giurb. decis. Sicil. 24. nu. 1.* & alij relati pèr *Cenc. de censi. quæst. 14. sub n. 5. versic. Quod adeò.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.

Donatio facta filio contemplatione matrimonij, non est in legitimam imputanda, num. 1. Item nec donatio ad suscipiendos ordines, num. 2.


Donata ex sola liberalitate, non sunt computanda in debitum legale, n. 3.

Legitima dicitur debitum legale, & naturale, num 4.

Donata filio contemplatione matrimonij, debent computari in legitimã, si Pater vsus fuisset, verbo, tradidit, num. 5.

Item si fieret donatio pro certo matrimonio contrahendo, num. 6.

Vel demum si alitèr absque illa donatione, matrimonium non fuisset sequutum, n. 7.



A D CAPVT LXXXV.

Additio.

1 DDO *Gratian. disceпt. forensf. tom. 2. cap. 297. num. 1. cum seq.* vbi ex quampluribus defendit, donationem à Patre, filio *Matrimonij* cõtemplatione factã, non deberi in legitimam imputari, atq; conferri; Idem tenet *Spin. in spec. testam. glos. 18. principal. à num.*
2 *65. vsq; ad 69.* concludens etiam, nec minùs imputanda esse filio in quantitatem legitimæ ei tangentẽ, bona eidẽ à Patre donata ad titulum patrimonij, & pro Sacris ordinibus suscipiendis, sicut paritèr latè probat cit. *Gratian. disceпt. tom. 1. cap. 158. à num. 31.* & latiùs *Mercurial. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 23. per totam* vbi cumulatis omnibus authoribus prò, & contrà, hanc tandem tutatur sententiam; Et mihi prædictorum potissima ratio illa videtur (omnisfis alijs)
3 quia donationes quæ intèr viuos ex sola liberalitate procedunt, non debent computari in extinctionem, seù compensationem legalis debiti, vt iuribus probat *Conar.* (qui pro cõtraria parte allegari solet) *in repet. cap. officij, nũm. 9. de testam. fol. mihi 67. col. 1.* nisi fuisset expresfè sub pacto conferendi donatum *l. si quando 35. §. & generalitèr, C. de inoffic.*
4 *testam.* Legitima autem filiorũ, nèdum debitũ legale est ad *tex. in l. fin. ff. de bon. damnat.* verũ etiam naturale, vt ibidem, & tradit *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 19. n. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 33. num. 2. & præsumpt. 101. n. 64. & Fontanell. decis. 92. num. 3.* Ergò &c.

5 Verum limitanda sunt prædicta, si alitèr ex verbis eliceretur. Quod fingunt DD. quando pater non verbo, *donauit*, vsus fuisset, sed verbo, *tradidit, ex tex. in l. cum quo 56. §. fin. ff. ad l. Falcid.* quia tunc ita tradita filio, sinè contemplatione matrimonii, siuè vt Sacris initietur Ordinibus, vel quauis alia de causa, in eius legitimam portionem imputanda essent *Bar. in l. 1. §. si Parens num. 1. ff. si quis à parent. fuer. manumis. Ias. in d. l. si quando, §. & generalitèr, sub num. 3. versic. Secundò notabilitèr, C. de inoff. test. Alex. consil. 142. num. 22. versic. Tamen secùs, vol. 2. Corne. consil. 64. n. 8. lib. 2. &* confert *Aym. Cranett. consil. 136. circà finem.*

6 Limitatur secundò, in bonis filio donatis contemplatione, & intuitù certi matrimonii, cum certa persona contrahendi, ea enim omninò in legitimę portionem computanda esse, tradunt *Pisus, & Rusn. in l. in quartam, ff. cit. tit. ad leg. Falcid.* ille *num. 152.* hic verò *num. 42. Becc. consil. 20: Roland. consil. 44. num. 25. vol. 4. Peregrin. de fideicommiss. artic. 36. nu. 134. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clausul. 4. glos. 1. num. 16. Castill. decis. 106. num. 9. & dec. 322. à nu. 84. Monter. decis. 10. Mut. decis. 25. Cutell. tom. 2. tit. de donat. contemplat. matrim. tract. 2 discur. 1. speculat. 5. num. 23. & 24. & Petr. Anton. Amat. in sua allegat. inserta per Spectab. Dom. meum tom. 3. allegat. 97. num. 11.* allegaus præcæteris *Molfes. ad Cõsuetud. part. 4. quæst. 25. num. 6. & 7. & tom. 2. in addit. ibidem, num. 6. & seqq.* vbi sententiam hanc duplici firmissimo fundamento, obuallat, vtraque tamen refert *Amat. loco cit.* & videndus *Crass. in §. legitima, quæst. 23. num. 2.*

7 Tertiò omisfis alijs limitantur, si sine donatione illa, matrimonium non fuisset sequutum, ex traditis pèr *Cizzarell. decis. 22. à nu. 14. cum seqq.* & plenisfimè *Thor. in Compend. decis. tom. 2.* verbo, *Donatio facta contemplatione matrimonij, fol. 162. col. 2. in fine, cum seqq.* & etiam *Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. artic. 37. fol. 385. col. 1. versic. Vigesimò septimò,* cum pluribus colum. seqq.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

HAEredes contrahentium sẽper, & in quocunque contractu comprehenduntur, n. 1.

Contractus conditionalis, vel modalis, qui non

ha-

habuit effectum in persona defuncti, transmittitur ad eius haeredes, n. 2.
Notarius stipulando vti persona publica, acquirit actionem omnibus quorum interest, n. 3.
Pactum intèr contrahentes in contractu appositum ad beneficium tertij absentis, tribuit ei vtilem actionem absque quod alius pro illo absente acceptet, num. 4. Nec potest amplius in eius praeiudicium renocari, contrà Bar. opinionem, num. 5.
Iuramentum in contractu appositum, operatur actionis acquisitionem ad beneficium absentis, absq; Notarij stipulatione, num. 6. & 9. quia iuramentum supplet partis absentiam, num. 7. ac etiam Notarij stipulationem, n. 8.
Et hoc procedit etiam de iure Ciuili, num. 10.



AD CAPVT LXXXVI.

Additio



NOTO breuitèr in praesenti, quod in contractibus intèr viuos celebratis, sempèr veniunt haeredes contrahentium, siuè simus in dando, siuè in faciendo, ac etiam siuè heredes sint expresse vocati, siuè non l. veteris, 13. C. de contrab. & commit. stipulat. ibi. Veteris iuris alterationes decidentes, generalitèr sancimus, omnem stipulationē, siuè in dando, siuè in faciendo, siuè mixta ex dādo, & faciēdo inueniatur, & ad haeredes, & contrà haeredes transmitti, siuè specialis haeredum fiat mentio, siuè non. Concordant alia iura, in l. si pactum 9 ff. de probat. in l. si necessarias 8. §. penult. ff. de pignorat. action. & in l. si precario, 21 ff de precar. Indè est, quod defuncto eo cui stipulatum fuit, prius quam extitisset in eius persona conditio, non caducatur contractus, nec conuentio in eo inita; sed ad haeredes transmittitur, d. l. veteris, §. cur enim ibi. Cur enim quod in principalibus personis iustum non est, non ad heredes, & aduersus eos transmittatur? Quod maximè procedit hodiè, dum in omnibus contractibus indifferentèr apponitur clausula, Prò se suis haeredibus, & successoribus, videndi Ann consil. 32. & cōs. 52. num. 5. & Dom. Marot. discept. forens. cap. 12. num 131. & 132.

2

In quantum autem tractatur hic de stipulatione Notarij ad fauorem absentis, Addo
3 notabilem doctrinam Bar. in l. 2. num. 4. ff. rē pupill. saln. for. vbi dicit, quod Notarius sti-pulando vti persona publica, quaerit actio nem omnibus in contractu nominatis, & quibuscumque quorum interest, etiam absque expressa acceptatione, sicùt paritèr latè prosequitur Alex. consil. 185. in causa, & lite, num. 7. vol. 6.

4 Item addo, quod quando intèr contrahentes fit pactū ad beneficium tertij absentis, tūc acquiritur ei vtilis actio, absque expressa illius pacti acceptatione nomine absentis; quoniam post quam contrahentibus sub pacto contrahere placuit, satis videtur pactum illud acceptatum nomine eius, cuius intererat; tex. est in l. quoties 3. vbi glos. in verbo, admiserint C. de donat. quae sub mod. Ias. in l. qui Romae, §. Flauius; sub num. 22. versic. verum tunc tale pactum, & versic. Quitex. ff. de verb. oblígat. latè Couar. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 14. num. 11. & Cancer. Variar. Resolut. lib. 1. tit. de do-
5 nat. aliàs cap. 8. num. 52. Adeò quod pactum illud, siuè modus, non potest ampliùs in praeiudicium illius tertij (cui vtilis actio iam fuit quaesita) à contrahentibus reuocari, quid quid in contrarium dicat Bar. in d. §. Flauius; Eius enim, & sequacium fundamentis, occurrit, & satisfacit firmissimè Facchin. contr. iur. lib. 8. cap. 89.

6 Addo tertiò, quod quando in contractu ad fauorem absentis celebrato, est appositū Iuramentum, tunc ei quaeritur inreuocabilis, & vtilis actio, etiam absque acceptatione Notarij, vel alterius; Quia cum ius iurandū dirigatur Deo, qui praesens, & vbique est, fit vt absens ille corporalitèr, siuè realitèr, moralitèr praesens dicatur, glos. in Can. quoties cordis, 1. quaest. 7. Alex. d. consil. 185. num. 8. Decian. consil. 31. num. 74 lib. 1. Roland. consil. 30. num. 29 cum seqq. lib. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 24. num. 2. & Gratian. discept. forens. lib. 3. cap 531 num. 66. Et sic iuramentū
7 supplet partis absentiam, vt ex praecit glos. dicit Afflict. decis. 135. sub num. 5. versic. Item non obstat, Rot. diuers. decis. 687. lib. 1. Surd. decis. 10. num. 15. Thesaur. decis. 70. num. 8. vers. Sed contrarium, Roland. consil. 19. num. 39. vol. 1. Canalc. decis. 42. num. 14. part. 1. Maugon. decis. Florent. 39. num. 12. Riec. in collect. decis. part. 6. collect. 2170 col. 8. in princip. versic. Ita operatur iuramentum. Nec non supplet Nota-
8 rii stipulationem; quia Deus pro absente recipit, Cardin. Mantic. de tacit. & ambign. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 7. nu. 21. Cancer. Variar. Resolut. part. 3. cap. 7. de pact. num. 266. Gait. de Credit. cap. 4. quaest. 7. num. 824. & Reg. Ca-
9 pyc. Latr. decis. 67. num. 16. & postremò operatur actionis acquisitionem ad beneficium absentis. ex Praedictis; quibus addo Galganet. de iur. public. lib. 3. tit. 99. nu. 62. & in suo Respons. post d. tit. 99. num. 29 & Calter. in prax. instrum. part. 1. 2. part. rubric. & Cuius nomine agat, num. 18 fol. mihi 176.
10 Quod si replicaretur, praedicta procedere de

de iure Canonico dūtaxat. Respōdeo hoc nō esse verum, quia nullibi reperitur hoc Cæsareis legibus implicare; Imò illæ mec. quamplura circa effectum iuramenti faoxere, vt in toto *tit. ff. de iur. iur.* ac ideò etiam de iure ciuili fatendum est procedere, quæ supra firmauimus, vt latè *Roland. d. consil. 30. à num. 29. vsq. ad 34. lib. 1.* vltrà quod cum simus in materia iuramenti, sunt spectandi, ac obseruandi Canones.

Videndus latissimè, ad punctum hunc de quærenda actione absenti ex stipulatione Notarij *cit. Dom. Marot. cap. 4.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Donatio matrimonij contemplatione facta, non reuocatur, matrimonio non sequuto, nu. 1. Limita si esset facta pro matrimonio cum certa persona contrahendo, num. 2. Sublimita limitationem si illa persona, recusaret cum donatario contrahere n. 3

Donatio euanescit non obseruatis promissis, num. 3. item cessante causa finali illius, n. 4.

Donatio sub conditione alimentorum, reuocatur si donatarius illa non præstaret, vel præstare recusaret, num. 5.

Donatarius non est spoliandus bonis donatis, si non potuit adimplere promissa, & conditiones, num. 6.

Item si Donatarius esset minor, vel furiosus, nu. 7.

Item nec hæres donatarij, n. 8.

Donatarius qui non fuit interpellatus, vt subueniret egestatibus donantis, non debet carere bonis donatis, n. 9.

Legatum puellæ relictum, vt in certo Monasterio monachetur, debetur etiam si monasterium, illud recuset puellam illam in monialem recipere, num. 11

AD CAPVT LXXXVII.

Additio.

1 

X decisionibus *Sacræ Rot. Rom.* hic depromptis, patet euidenter non reuocari, nec annullari donationes, quę contēplatione matrimonii fiunt, quāuis donatarius indè non nubat, addo *Alex. consil. 14. circà primum sub. num. 1. vers. Nec obstat, vol. 1. Camill de Medic. consil. 107.*

2 *n. 15. & 16. & Nouar decis 239. per totam*, vbi hoc limitat *n. 17.* ex authoritate quamplurium, in bonis donatis contemplatione matrimonii cum certa persona contrahendi, quia cum conditio illa nubendi fuerit causa finalis donationis, sic vt ea effectum suum nō sortiente, cesset donatio sub ea lege celebrata. Neque obstat, quòd timore lucri amittendi quis inuitus cogeretur cum certa persona contrahere, ob quod restringeretur libertas matrimonii, quia huic motiuo sufficientissimè occurrimus infrà *cap. 234.* vide ibi.

3 Et hic pertinet regula illa, nempè donationem euanescere non obseruatis a donatario promissis *l. cedere diem 213. ff. de verbor signif. l. qui hæredi 44. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Surd. consil. 332. num. 6. vol. 3. Bertrand. consil. 333. Quamuis donationes, vol. 8. Nauar. consil. 1. num. 8. de pact. Molfes. consil. 1. nu. 19.*

4 *& Viu. decis. 67. n. 4.* Itemque cessare, cessante causa finali donationis, vt ex quamplurībus docet *Gratian. discept. foreas. tom. 5. cap. 924. num. 35.*

5 Hinc si donaretur cum onere alimentorum ad beneficium donantis, illis non præstitis, siuè denegatis, annullatur donatio, ac reuocatur vtili rei vendicatione *l. 1. C. de donat. quæ sub. mod.* confert tex. in *l. 2. C. de donat. ob caus. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 61. num. 29.* post *glos. Bar.* & alios *in d. l. 1.* sequitur *Bald. consil. 250. vol 3. Roman. consil. 284. num. 3. Alex. cōs. 93. visis, & ponderatis, num. 5. vol. 2. Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libell. rubr. 2. num. 24.* latissimè *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 44. per totum*, signanter *nu. 5. & Camill. de Medic. consil. 120. num. 4.* iuncto *tex. in l. fin. C. de reuoc. donat.* ibi. *Vel quasdam conuentiones, siuè in scriptis donationi impositas, siuè in scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minimè implere voluerit.*

6 Sed ex his finalibus verbis ibi. *Minimè implere voluerit.* Limitanda veniunt prædicta in eo casu, quo donatarius iusto detentus impedimento conuenta non expleuit, & sic nō debet donatis rebus spoliari, quem *tex.* ita perpendit *Corne. consil. 252. num. 9. verfic. non militat lib. 3.* & probatur in simili *ex glos. in cap. 1. §. Item, qui dominium, in verba certiorare, tit. quasit prim. caus. benefic. amit.* Indè

7 principalitèr notandum est, quod si donatarius esset minor, furore captus, vel simili defectu detentus, cum non possit ei imputari negligentia, vel defectus, quare pacta conuēta non impleuit, minimè danda est contrà eum donanti vtilis rei vendicatio, ad auocanda donata; ad quod est notabilis *tex. in l si is cui 5. §. cessatum, ff. vt in poss. ff. legat. Corne. d.*

8 *consil. 252. num. 2. lib. 3.* Sicut nec datur donanti reuocatoria donatorum actio, aduersus

donatorum actio aduersùs donatarij hæredem, qui promissa non impleuit propter ignorantiam, quam lex in eo præsumit *l. qui in alterius, ff. de reg. iur. cap. cum quid co di. tit. in 6. & l. fin. in fin. ff. pro suo*; Et in terminis *Rip. in l. fin. num. 108. in fine; C. cit. tit. de reuoc. donat. & cit. Corne. consil. 110. num. 14. cum seqq. lib. 1.*

9 A qua re non valdè etiam differt, quod licèt reuocetur donatio, si donatarius egestatibus donantis non occurrerit; hoc tamen non procedit, si is minimè interpellatus fuit, quod subueniat, quia potuit carentiã ignorare, *Dec. in d. l. qui in alterius, n. 2. in fin. Rip. in d. l. fin n. 108. in princip. Bald. consil. 212. num. 2. in fine, lib. 2. Alciat. consil. 13. nu. 14. & seqq. lib. 8. cit. Corne. consil. 15. num. 26. & consil. 120. nu. 3. & seqq. lib. 1. & cons. 102. nu. 5. lib. 3. & Conat. Variar. Resolut. lib. 1 cap. 14. sub nu. 6. versic. Quin immò.*

10 Postremò notandum est ad ornatum (vt principium fini copulemus) quod si fieret alicui donatio, vel relinqueretur legatum, vt certe personæ nubat, talis largitio, vel relictũ non reuocatur, nec caducatur si persona destinata recuset cum donatario, vel donataria contrahere, ad *tex. in l. 1. C. de instit. & substit. sub condit. fact. l. Titio centum. 70. §. Titio genero, versic. ante nuptias ff. quand. dies*

11 *legat. ced.* per quæ iura dicebam in currenti anno, legatum ducat. 300 relictum à quond. R. D. Francisco de Magistris in suo postremo solemni testamento, Angelę Garanso eius ex sorore nepti, sub. conditione; quod deberet monachari Intùs Monasterium monialium ab ipso designatum, non caducari (vt credebat Ioseph de Magistris hæres) ex eo quia Monasterium illud, pro ea tam modica dote, recusabat recipere dictam Angelam; & ideò dicebam ei deberi legatum, stante quod non stabat per eam adimplere; tantò magis, quia offerebat se velle monachari in alio Monasterio, in quo potisset cum dote prædicta. Et ita obtinui absque vlla hæsitatione, vt in actis M. C. in Banca Ioacchini Comi.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

DOnans qui reseruauit sibi aliquam summam de qua posses disponere, vel facultatem disponendi de certa summa, si ab intestato decedat, videtur in venientes ab intestato disposuisse, num. 1.

Sed declara istam materiam vt benè procedat quãdo reseruatio fit à domino, quia secùs si concederetur, non Domino, n. 2.

Et quid si quis donauit omnia bona sua præsentia, & futura, cum facultate disponendi de aliqua quantitate, num. 8.

Grauatus restituere cum facultate disponendi de aliqua summa, si non disponat, quantitas illa est fideicommissarij, contrà Bald. Neuell. *& alios num. 3 & 4.*

Agnatus si non disponat de medietate bonorum antiquorum, illa medietas, vna cum alia medietate cedit tota ad beneficium agnatorum vndè bona obuenerunt, n. 5.

Habens facultatem nominandi sibi successorem in officio, si decedat, nominatione non facta, videtur nominasse hæredem venientem ab intestato, num. 6. Sed declara, & limita n. 7.

Habens facultatem disponendi, an possit alienare inter viuos, n. 9.

Et an habens facultatem alienandi, possit disponere, remissiuè, num. 10.



AD CAPVT LXXXVIII.

Addition.

1 

IN præsenti articulo, nullo pacto recedẽdum cẽseo ab opinione *D. de Franch. decis. 45. & 600.* vt nimirùm, siuè donãs reseruauerit sibi facultatem disponendi de certa summa, siuè sibi reseruauerit summam aliquam de qua disponere possit, vtroque casu eo intestatus defuncto, venientes ab intestato, in quantitate illa succedere debeant, nullo dato discrimine intèr vnum, & alium casum, vt putat *Thesaur. decis. 99.* quia sempèr ex dispositione iuris resultat præsumptio, quod voluerit in eos disponere, ac quantitatem illam eis fore peruenturam, quibus lex successionem ab intestato tribuit, *l. si quis cum testamentum nullum, & l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.* iuncto *tex. in l. cum quidam 24 in l. vnum ex familia 69 §. Rogo, & in l. codicillis 91. §. Matre, ff de legat. 2.* & in expresso tenent hanc sententiam, reiecta dicta distinctione *Mart. de clausul. part. 1. claus. 349. num. 5. Dom. meus Hodier. ad Sard. decis. 272. Amat Resolut. 76. num. 18. & Surd. consil. 357. num. 8.* Eò magis quia in contractibus in quibus fiunt hæ reseruationes, inconsideratè exponitur, vel vnum, vel aliud, & ignorantur differentia (si quæ considerari potest) intèr vnam, & aliam reseruationis speciem, cũ tamen contrahentium voluntas fuerit quanti-

citatem reseruare, non facultatem, vt latè ratiocinatur *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4 glos. 23. à num. 9. vsque ad num. 14. fol. 548.* vbi *DD.* omnes, Senatuum placita pro vera iure patre cumulat.

2 Ex alio tamen ipse censeo posse memoratam *Franch. decis. 45.* reiici, atque impugnari, nempè ex traditis per cit. *Fontanell. d. tract. de pact. nupt. tom. 2. claus. fol. 5. glos. 10. par. 1. nu. 68. & 70. fol. 236.* qui singulariter declarando præcedentem punctum, dicit, quod tunc demum venientes ab intestato admittuntur ad quantitatem, de qua cum quis disponere potuisset, nõ disposuit, quando nempè reseruatio facultatis disponẽdi fuit facta à Domino, v.g. ego dono mille, reseruando mihi centũ de quibus testari valeam, uel reseruando mihi simplicem disponendi facultatem de centum; & habent locum, quæ mox diximus. Cæterum tamen, si facultas disponendi de certa summa, fuisset alicui non Domino cõcessa; v.g. ego dono tibi mille, quæ tamen post mortem tuam sine filiis ad Sempronium peruenire debeant, verum possis de illis disponere de certũ (iuxtà quod supponit *Franch. cit. decis.*) isto casu dispositione non facta, uel etiam facta, sed generalitèr de bonis suis tantum, nullo modo ipsius donatarij hæredes possunt quantitatem prædictam petere, quasi quod de illa in eos facta fuerit dispositio, vt latè patet ex traditis per *Fontanell. loc. cit.* adducens iuxtà prædictam distinctionem, intèr reseruationem factam à Domino, & intèr reseruationem non Domino concessam, fuisse indiuidualitèr decisum per illum amplissimũ Cataloniæ Senatum; Nec non inuehit punctuales doctrinas quamplurium grauissimorũ *DD.* nempè *Gabriel. consil. 143. num. 6. lib. 1. Grat. discept. forens. tom. 1. cap. 50. num. 21. & 22. Surd. consil. 357. num. 30. lib. 3. Hieronym. de Leon. decis. Senat. Valent. 58. nu. 18. & Anton. Monach. post decis. 71. punct. 7. num. 113. & punct. 12. num. 132.* Addo *Anat. d. Resolut. 76. num. 9. cum seqq.* quem sequitur *R. P. Afflict.* nouissimus summæ eruditionis, & eloquentiæ author, *Contr. iur. cap. 10. num. 5.* Id quod etiam ratione obuallatur, nam quantitas illa de qua quis ex aliena largitione disponere poterat, nunquam fuit in, & de bonis suis, nisi tantùm quatenùs de ea disposuisset: Ergò intestatus decedendo, nullaque facta dispositione, nullo modo considerari potest in patrimonio defuncti: Ex quo etiam fit, vt nec minùs prosit generalis suorum bonorum dispositio, quia illa non est apta comprehendere eam summam, quam nunquam in bonis suis habuit, nisi tantùm facultatiuè, quatenùs specialitèr de ea disposuisset: Et si attendatur ad iura superiùs allegata, quibus cauetur, ut aliquo ab intestato decedente, censeatur tacitè in suos proximiores testasse; quia omnia tractant de dispositione, & hæreditate propria, ac immediata ipsius defuncti, loquntur manifestè de facultate non Domino reseruata.

Siquidẽ tex. in *d. l. si quis cum testamentũ nullum. ff. de iur. codicill.* hæc ponit verba: *Perindè haberi debet, ac si omnes hæredes eius essent, ad quos legitima eius hæreditas, vel bonorum possessio peruentura est.*

Tex. in d. l. conficiuntur, eod. tit. hæc dicit: *Quoniam creditur, Pater familias spontè suis relinquere legitimam hæreditatem.*

Iura *sub tit. de legat. 2.* quæ suprà allegauimus, nihil probant pro decisione articuli.

Addo *tex. in l. Secundum responsum 4. ff. de contrah. & commit. stipulat.* per quem meliùs quam alibi opinio nostra succingitur, dum ibi hæredibus ab intestato deberi reseruatam quantitatem, inquit Imperat. quia is qui sibi eã reseruauit, vt testari, ac disponere valeret, erat Dñs ibi. *Ea quæ stipulata est, cũ moreretur partem dimidiam dotis, cui vellet relinquere, reddi sibi cum moreretur, eam partem dotis, stipulata videtur.*

3 Quibus etiam fit, vt aberrauerit *Bald. Nouell. in l. cum filio familias, num. 4. ff. de legat. 1.* dum originalitèr dixit, quod hæres grauatus restituere hæreditatem, ita tamen quod possit de certa quantitate disponere, si intestatus decesserit, quantitas illa non quidem fideicommissario, sed ab intestato grauati hæredibus peruenire debeat, quasi in eos tacitè disposuisse videatur, sequitur *Cels. Hugo consil. 97. n. 4. Curt. iun. consil. 4. n. 4. Natt. cons. 216. n. 10.* latè *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 14. Menoch. consil. 210. n. 50. lib. 3.* & latè idem *in tract. præsumpt.*
4 *lib. 4. presumpt. 27. n. 10.* Hæc inquam sententia per supradictas rationes, nullo modo suaderi potest, ac sub tineri, nam sequeretur, illam disponendi licentiam, inutilem esse, atque inefficacem, quia sempèr diceretur quantitas illa alienata, ac facta de ea dispositio, tã scilicèt expresè per testamentum, quam tacitè decedendo ab intestato, & tamen testatoris intentio fuit, vt ex dicta licentia possit grauatus disponere si velit, sed non disponẽdo, quod quantitas illa remaneat ad beneficium fideicommissarij, ità latè prosequitur
5 *Pusf. de fideicomm. substit. quæst. 550.* Pro quare capio notabile argumentum, desumptum ex *Consuetudinibus* huius inclitæ Neapolitanæ Ciuitatis; Siquidem licèt agnatus possit de medietate bonorum antiquorum liberè ad beneficium cuiuslis testamento disponere, alia medietate reseruata agnatis vnde bona ipsa obuenerunt, vt in *Consuet. & si testator, tit. de success. morient. sine filijs ex testam.* Tamen si is nullo condito testamento decedat, ac pèr consequens nulla facta de medietate illa dispositione, non vtique eius proximiores ab intestato succedentes in illa admittuntur, quasi quod tacitè in eos fuerit facta dispo-

spositio; Sed succedunt in omnibus illis bonis, agnati, vel cognati: Vndè bona obuenerunt, quamuis remotiores, vt est expresse dispositum per aliam *Consuetudinem* incipientem, *Si quis, vel si qua, tit. de success. ab intest.* Ergò vel Consuetudines implicant inter se, vel corrigunt ius commune; Neutrum dici debet, Igitur.

6 Neq; omittam, id quod tradit *Ann. singul. 391.* vbi ex quampluribus docet, quod emens officium, cum potestate nominandi sibi successorem In illo, si decedat, priùs quam aliquem nominauerit, succedet in officio illo, eiusque exercitio suus ab intestato hæres, tanquam ab eo præsumptiuè vocatus, ex iuribus suprà allegatis, & in terminis ita quoq; sentiere *Franch. vbi sup. Garf. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 28 nu. 53. Dom. Consiliar. Staib. resolut forens. lib. 1. cap. 68. num. 1.* & notabilis *decis. Sacræ Rot. Rom. in vna Romana officij Iannizeratus, Lunæ 6. Iunij 1622.* vt penès *Cardin. Canaler. decis. 603.*

7 Verùm hæc tradito, qua nuis communis, & indubitata declaranda est, secundum quod aliàs determinauit eadem *Rot. in vna Romana Scriptoria veneris 5. Iunij 1609. coram* R. P. *D. Montio*, vt nimirùm procedat, quando facultas nominandi simplex est, & absoluta, secùs autem, si fuisset conuentum, quod in casu non factæ nominationis, officium debeat remanere ad beneficium alterius, quia tunc etiã dato quod ille talis faciat testamentum, ac generalitèr de bonis suis ad beneficium alterius disponat, non tamen hæres ille habebit officium, tanquam præsumptiuè nominatus, quia ad excludendum eum, qui fuit destinatus casu quo non fieret nominatio, requiritur specifica officij dispositio, nec sufficit generalis bonorum, latissimè *Rot. loco cit.* quam ad verbum curauit imprimi *Gratian.* eiusdem sententiæ author, *discept. forens. tom. 2. cap. 221. à num. 7. vers. Ista tamen*, vsque ad finem, & antea idem *Grat. tom. 1. cap. 50. n. 23. vers. Et minùs.*

8 Posset etiam de alio dubitari, an quantitas reseruata in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, ad finem vt illa valeat, debeat cedere ad beneficium donatarij, an verò hæredis donantis, qui nullam de ea fecit dispositionem, vid. latissimè *R. P. Afflict. d. cap. 10.* post *Franch. decis. 168. per totam.*

9 Item an habẽs facultatem disponendi, possit intèr viuos alienare, vid. *Negusant. alleg. 19. sub nu. 115. cum seqq. Amat. d. Resolut. 76. nu. 52. cum seqq. Caner. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 2. num. 116.* post *Soccin se n. cons. 49. nu. 9 vol. 4. Rot. Rom.* penès *Farinacc. decis. 879. Surd. consil. 265. num. 32. & consil. 380. nu. 33. idem d. decis. 272. num. 12.* & ibi *Dom. Holier. num. 6. ex Galeot. contr. iur. lib. 1. cap. 10 num. 2. cum seqq. Nat. consil. 118. num. 5. & consil. 270. num. 6. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quæst. 13. num. 17. & Fontanell. d. lib. 2. claus. 5. glos. 10. part. 1. num. 71.*

10 Et demum, an habens facultatem alienandi, possit per vltimas voluntates disponere hæredem sibi instituendo, vid. *tex. in l. si quis prioris* 8. *S. certum. C. de secund. nupt. in l. peto, §. fratre*, & ibi *glos.* in verbo, *extero, ff. de leg. 2. Bar. consil. 76. Peregrin. de fideicomm. art. 40. sub num. 57. & 62. Boer. dec. 204. Thesaur. dec. 209. Francisc. de Petr. consil. 38. Osasc. decis. Pedam. 85. num. 3. & Fusar. d. quæst. 550. nu. 12.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

Filij in bonis donatis Patri contemplatione matrimonij ab eorum auo, an succedant ex propria persona, an vti Patris hæredes, n. 1. & distinguntur nonnulli casus, n. 5. 6. & 7. & vid. n. 8 9. & 10.

Pater stipulando pro filijs, censetur stipulasse pro filijs vti hæredibus, n. 2. & de ratione, num. 3. cum seqq.

Non præsumitur, quod voluerit quis arctare sibi liberam disponendi facultatem, num. 4.

Affectio non cadit in non dum natis, n. 11.



AD CAPVT LXXXIX.

Additio.



1 DEBVISSEM in præsenti acquiescere, & transire dumtaxàt cum traditis p *Spect. Dom. meum*, qui quæstionem hanc (an donatarij filii succedant in bonis donatis Patri ab eorum auo contemplatione matrimonii ex propria persona, an potiùs vti Patris hæredes,)ad metã veritatis reduxit, nec profectò quidquam, pænitùs omisit, quod eam, vel indecisam, vel dubiam reddat. Verùm quia in vna facti cõtingentia oportuit mihi in præterito anno 1662. eundem punctum examinare pro Constantino Alifa, creditore quondam Marcelli Cerusi, contrà eius filios, prætendentes eis ex propria persona spectare quanda n domũ

Pa

Palatiatam, dicto quond. Marcello à Cæsare Patre donatam contemplatione matrimonii; Ideò quæ breuitèr ponderaui in exclusioné prætentionis filiorum, subnectam.

Iesus Maria Ioseph.

EX tenore instrumenti donationis ad me transmissi, inanis prorsùs, & futilis redditur petitio filiorum quond. Marcelli Cerusii, ac proindè omni iure censeo, domum in actis deductam deberi, vel adiudicari pro concurrenti quantitate Dom. Constãtino Alifa Creditori dicti quond. Marcelli, vel vendi, ac ex pretio dimitti; Siquidem ne-
1 minem latet, quod in bonis contemplatione matrimonii filio donatis, quamuis donatarius ipse pro se, & filijs recipiat, non tamen filii ipsi ex propria persona censendi sunt vocati, in exclusionem paternorum Creditorum, sed vti patris hæredes, & sic titulo hæreditario, vt prætèr antiquos, quos consultò omitto, latissimè tradit *Surd.decis.*322.& elegantissimè ibi *Dom. Hodier. Reg. Capyc. Latr. decis.* 40.*num.*17. *& Dom. Consiliar. Staib. Resolut. forens.lib.*1.*resolut.*45. Adducentes pro ratione, indubitatam illam conclusionem, quod
2 Pater pro se, & filiis stipulando, præsumatur stipulasse pro filiis vti hæredibus, quando qualitas rei aliud non importat, atque suadet *glos.in l.si tibi decem*,18.§ *si pactus sim*, *in verbo proderit, versic. & quid si dubitetur, ff. de pact.* vbi hoc etiam affirmant *Bar.nu* 8.*Bald. num.*4 *Angel.num.*2.& cæteri, *Menoch.de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*48. vbi latissimè, *Peregr. de fideicommiss.artic.*32.*num.*15. *Reg. Lanar. co(n)sil.*89.*num.*1. *& Nouar.quæst.forens.lib.*2. *quæst.*30.*num* 3.post eundem cit. *Bar.in l.quod dicitur pat*(r)*em* 130.*sub num.* 5. *versic. si verò*
3 *est dub*(i)*um, ff. de verb.obligat.* Et huius præsumptionis ratio est, quia si diceretur patrem voluisse stipulari pro filiis vti filiis, & ex propria persona, sequeretur etiam, quòd voluerit sibi adimere, ac restringere liberam facultatem alienandi, & hypothecandi bona talitèr acquisita, proptèr existentiam filiorum, qui post eius mortem, futuri erant Domini ex propria persona illorum bonorum, citrà titulum hæreditariæ qualitatis; Hoc non est
4 dicendum, quia non potest præsumi, quod voluntariè quis voluerit se ligare, & sibi arctare liberum arbitrium contrahendi, & disponendi, Ergò, &c.

Prætereà fortiùs stringendo, considerandos præmitto casus in quibus filij non vti patris hæredes, sed ex propria persona admittuntur ad bona donata eorum patri contemplatione matrimonij, vt ita palpabilitèr videatur, dictos fratres nullum ius fouere,
5 Primus casus est, quando Pater donatarius stipulatur expressè pro filiis vti filiis, & ex propria persona, iuxtà cautelam adinuentã in exclusionem creditorum, *Reg. de Ponte consil.*80.*num.*16. *Molfes.consil.*2 *num.*16. *cit. Capyc. Latr. d. decis.* 40. *num.*18.*& cit.Dom. Consiliar. Staiban.Resolut.forens. lib.*1.*Resol.* 22. Hoc in casu nostro non concurrit, quia nullibi legitur quod dictus Marcellus ita fuerit stipulatus, Ergò.
6 Secundus casus est, si Pater reciperet pro se, & filijs masculis, quia tunc ex cõmuni omnium interpetratione illa adiectio masculinæ qualitatis operaretur ad beneficium ipsorũ filiorum, vt vocati censeantur ex propria persona, ac citrà titulum hæreditariæ qualitatis, vt ex *Bald.Paul.de Castr. & Dec.* probat *cit. Lanar.d.consil.*89.*n.*5.*&* 11. maximè si fuit contemplata ratio conseruandæ familiæ, *Bertrand.consil.*176.*col.*2.*vol.*3. notabilitèr *Dec. consil.*239. *Primò non videtur dubitandum n.*4. signantèr in versic. *Sed prædictis non obstantibus* cit. *Reg.de Pont. consil* 25 *sub.nu.*6.*&* 7. *vol* 2.*& Censal.* qui alios fere innumeros cumulat, *in addit. ad Peregrin. de fideicommiss. artic.*32.*ve*(r)*sic. Sed limita supradictam conclusionem fol.*323.*col.*1.*& fol* 324 *col.*2.*in princ. versic. Sed prima.* Hoc nec minùs reperitur expressum in dicto instrumento donationis, igitur.
7 Tertius casus est, si filij ipsius donatarij, nominati reperirentur in instrumento, non tantum à Patre recipiente, verum à donante ipso, v.g. si fuisset dictum. *Qui quidem Cesar donauit domum prædictam dict. Marcello, & filys suis.* Quasi quod tunc non possit dici filios ipsos acquisiisse ius ex facto Patris (qui vt diximus, sempèr præsumitur stipulari filijs vt hæredibus) sed ex promissione concedentis, siuè donantis, qui eos principalitèr considerauit, atque vocauit, vt notabilitèr probat *Surd.decis.*324.*à n.* 6. *Fontan. ll. de pact.nuptial.tom* 1 *claus.* 4 *glos.* 9. *part.* 1.*n.* 10 *fol.*131.& doctè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr.iur.lib.* 1.*contr.*57.*à n.*18. addo *Lanar.d. consil.*89.*n.* 6. In currenti autem casu nullibi legitur hoc dixisse Auum donantem, sed dũtaxàt leguntur in dicta donatione hæc verba. *Qui quidem Marcellus domum prædictam sibi vt supra donatam pro se, & filijs suis acceptauit.* Et sic nullo iure possunt prætendere dicti fratres domum prædictam, quæ solo Marcello fuit donata, vt patet ex illo verbo *sibi*, qui deindè quamuis pro filijs etiam stipuletur, & acceptet, filij tamen dicuntur causam habere à Patre recipiente, non à donante, *Surd.lo.c cit.*& alii.

Si igitur nulla concurrit specialis ratio, super qua possit petitio dictorum fratrum iu-
8 stificari, sunt necessariò condemnandi. Et quatenùs vellent nostrum principale fundamentum reiicere, allegantes non esse veram conclusionem quam in principio fundauimus, ac proindè filios quibus ab eorum Patre fi-

stipulatum fuit, ex propria persona succedere in bonis ei donatis contemplatione matrimonij, vt prætèr alios antiquos, tenet *Decian.* qnamplures adducens, *consil.* 8. *num.* 20. & 21. *vol.* 4. quem sequitur *Dom. Consiliar. Marcian. consil.* 33. *sub num.* 9. *in versic. Secundò, vol.* 1. & latissimè nouitèr *Mar. Cutell. de donat. tom.* 2. *tit. de donat. contemplat. matrim. tract.* 2. *discur.* 1. *inspect.* 25. *per totam.* Respondeo, concedendo scoteotiam hanc quamplures alios habere fautores, tamen considerandnm est, nullam in iure opinionem, quantũuis vera sit, & iusta, contradictoribus carere; Ac proindè nè res dubia remaneat, quamuis decreuissem punctum hunc suoditus examinare, vt ij qui Iudicare habent videant quanti ponderis sit secunda hæc sententia, tamen nè videar verbositate duci, legenda, atque ponderãda rogo tradita per *Spect. Dom. meum Regent. Donat. Anton. de Marin. Quotid. Resolut. lib.* 1. *cap.* 89. Quo loci quæstionem hanc proponit, sententiam suam contrà filios firmat, rationes firmisimas inuehit, & tandè fundamenta contraria radicitùs euellit, atque diluit, eum pro congrua responsione adduco considerandum. Saltim non poterit negari ratio opinionis nostræ, quam multis obuallauimus suprà, vt nimirum Pater pro filiis stipulaodo, semper censeatur filijs vti hæredibus stipulasse. Quinimmò, nec *Reg. Lanar. d. cons.* 89. coi contrarium defendere contingit, eam negauit, sed dumtaxàt conatus fuit pro filijs respondere, subterfugiis tamen, & declarationibus, quæ vel nõ prosunt patti contrà oos, vt ponderauimus in tribus pcedentibus, cãsibus, vel cõfundũtur.

9 Sed audio dictos fratres figere pedes super distinctione illa oouitèr pondetata à cic. *Dom. Reg. Capyc. Galeot. d. contr.* 57. *num.* 17. *lib.* 1. vbi volens concordare præfatas binas dissidentes sententias, dicit, quod vel donatur patri ab extraneo, & isto casu quia oulla potest in eo considerari affectio in filios donatarii, tanquam paritèr extraneos, quamuis pater stipuletur pro se, & filiis, ipsi tamen nõ possunt censeri vocati, nisi vt hæredes ex *Andre. in cap.* 1. *de alienat. feud. pater num.* 14. Secùs autem si donaretur à coniuncto, vt ab Auo cuius affectio præsumitur, quod æqualis fuerit ergà suos oepotes (sicut in casu nostro) nam tuoc pater pro se, & filijs stipulando, censerentur ex propria persona considerati, & citrà titulum hæreditariæ qualitatis, vt signanter ipse probat authoritate *Paris. cons.* 4. *num.* 10. *vol.* 2.

10 Nos autem distinctionem istam penitùs oõ negamus, nam in prima parte vera est, in secunda etiam verissima, quatenùs tamen voiformatur traditis suprà in tertio casu, scillicèt si Aus, siuè Pater respectiuè donauisset filio, & filijs (quod non est in præsẽti causa, vt diximus) quia eo casu tantum patet, quod donator habuerit affectionem filiis, donatarij; Atqui si Auus donans nullam de oepotibus fecisset mentionem, sed taotum donatarius, stipularetur pro se, & filiis, distinctio non posset habere locum, quia cessat

11 ratio affectionis super qua fundatur. Vltrà quod subnecti posse, & rectisimè, nullam in nepotibus non dum natis cadere affectionem, ex *tex. in l. qui filiabus* 17. *ff. de legat.* 1. & confert *D. Gregor. in suis moral.* dicens, *Quis enim amare valet, quod ignorat.*

Ex quibus breuitèr vt credo absolutus remanet præsens articulus, & secundum allegata spero fore Iudicaodum, sub censura melius sentieotis.

Io: Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

DAta à Sponso sponsæ, an censeantur ei donata, latè, num. 1. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.

Et quid in anulo Sponsæ dato tempore benedictionis, num. 6.

Et etiam quid in donatis Sponsæ à consanguineis sponsi, latè, num. 16. 17. 19. 20. & 21.

Donandi animus non præsumitur, quando alia capi potest coniectura, quam donationis, n. 2.

Verecundia, & pudore astringimur, num. 7.

Liberalis nemo existit in necessitatibus, num. 8.

Donatio est simplex actus munificentiæ, & habet pro obiecto liberalitatem, num. 15.

Quod mei contemplatione datur, mihi acquiritur, num. 18.

AD CAPVT XC.

Additio.



1 DECISIO præsentis Controuersiæ, an vestes pretiosę, gemmæ, margaritæ, aliaque ornamenta à Sponso Sponsæ missa, siuè tradita, donata censeaotur, cõiecturalis est; Ideoque in dubio, cum de contrario sponsi animo non constat, concludunt DD. noo præsumi donata, ac proindè potest vir vxore mortua, ea tanquã pro-

propria retinere ; *Afflict. decis.* 315: *Cap-*
*pell.Tholos decis.*337.*Clar. in* §. *donatio, quæst.*
10.*Cardin. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.*
*lib.*21.*tit.*6 *tom.*2.*Consiliar.Georg. allegat.*45.
*num.*5.*Dom.meus Consiliar.Hodiern.ad Surd.*
*decis.*166.*Billot.consult.*3.*num.*13, & latissimè
eandem rem firmat *Spect. Dom. meus, lib.* 2.
*cap.*71.ex notabili *decis Sacr.Rot.Rom. in vna*
Roman. Iocalium, 11. *Decemb.*1641. *coram R.*
P.D. Merlino, quam ipse ad commune bonũ
(cui sempèr studiosissimè incumbuit) cura-
uit imprimi.
2 Potissima huius conclusionis ratio est, quia
in dubio, nec donatio, nec animus donandi
præsumitur, maximè cum alia coniectura,
quam donationis capi potest, *l. cum de inde-*
bito, ff.de probat.l.cuius per errorem 53.*ff. de*
*reg.iur.l.*1.*ff.de condit.indeb.l. si enim aurum*
ff. de solut.l si campanus, ff.de oper. libert. glos.
in l.cum quid, in fin.ff de si cert.pet.& ibi *Bar.*
*num.*11.*& Ias.num.*19.*Anton.*de *Butr. consil.*
65.*Primo aspectu videtur, num.*1 *Iacob.Man-*
*dell. Albens.consil.*20.*nu.*17 *Hippolit.de Mars.*
*singul.*57.*Afflict.decis.*44. *nu.*24.Cancer. *Va-*
*riar Resolut.lib.*3.*cap* 7. *num.*98. *Maceratens.*
*Variar.Resol.lib.*2.*resol.*23.*sub n.*10.*&* 11.&
nouitèr hoc latè exornat *D. Francisc. Maria*
Prat. nupèr præ meritis eius singularibus, &
doctrina, quæ per Orbem volitat, ad Consi-
liariatus dignitatem euectus, *discept. forens.*
*tom.*3.*cap.*3.*à num.*12. In proposito autem
3 articulo, quandò sponsus sponsæ dat, vel
mittit aurea ornamenta, margaritas, atque
iocalia (siuè vt alii dicunt Xenia) videtur
potiùs ornamenti causa dedisse, quam animo
donandi, vt ad viuum exprimit *Alex.* omni-
nò legendus, *consil.*155. *viso titulo, num.* 11.
*vol.*7. addo *Corn.consil.*65. *lib.* 3. *Bero. consil.*
62.*lib.*1, *Iul. Clar.d.quæst.* 10. & alios quam-
4 plures ex sup. allegatis. Imò etiam prædicto-
rum plerique, signantèr cit. *Alex.* fuerunt in
opinione (& quidem rectissimè) vt prædicta
procedant, quamuis nuncius à sponso sponsæ
missus cum gemmis, & ornamentis, dixisset
v.g *Il Signor N. manda à V.S. in dono, &c.*
& hoc quia, cum non constet de mandato, &
animo Domini, quod voluerit donare, non
potest dici facta donatio, ita *Nunc. Pellic. ad*
5 *Consuetud. Auer. cap.* 4. *num.*133. qui subdit
hoc esse verum, etiam si constaret de man-
dato, & commissione donandi, si ea quæ mis-
sa fuere essent magnæ æstimationis. Hæc sunt
eius verba. *Nisi constet aliundè de mandato, &*
commissione donandi, per sponsum dato, tunc
enim non repetuntur ab hærede viri, si sunt par-
6 *ui valoris, secùs si magni*. Sic paritèr anulus
sponsalitius, qui sponsæ digito bendictionis
tempore accomodatur, licèt voluerint com-
munitèr, quod ei donatus censeatur; hoc ta-
men procedit si is esset exigui valoris, scilicèt
absque lapide, vt fuit decisum, per *Rot.* penès
*Spectab. Dom. meum loco suprà cit num.*21. Se-
cùs autem si esset magni valoris, prout serua-
tur hodiè, post quam nè dum anuli aurei sũt,
verum quoque alligantur illis lapides pretio-
sissimi, & sic nunquam censendi sunt donati;
maximè quia hæc fiunt à viris, non quidem
vt liberales existant, sed vt eorum consulant
7 honori, & consequentèr coacti ; Nam vt di-
cit *Papin. in l. pecuniæ* 6. *in fin. ff. de alim. & ci-*
bar. legat. verecundia, & pudore astringimur,
quam rem exornat latè *Ias. in l. si pœnam, sub*
8 *num.*4. *ff. de verbor. obligat.* & in necessitati-
bus nemo liberalis existit *l. cum legatam* 18. *ff.*
de adim. legat. Sed non omittam, tradita per
Dom. *Consiliar. Marcian. consil* 59. *vol.*2. vbi
9 prædicta in duobus casibus restringit. Pri-
mò nempè quando sponsa cui tradita, vel
missa fuerunt donatiua esset persona Illustris,
& Nobilissima, cui sempèr, id est nè dum fe-
stiuis, verum, & quotidianis diebus conue-
niunt vestes pretiosæ, anuli, & gemmæ quæ
tunc ei censentur donatæ, quod quidem præ-
tèr *Loffred. Surd. Sanch. Castill. Tiraquell. Bar-*
bos. Gratian. & Fõtanell quos ipse *Dom. Mar-*
cian. allegat, tenent etiam *Bald. in l. in his re-*
bus, §. *Seruus, sub num.* 4. *versic. Item prædi-*
ctis adde ff solut. matrim. Afflict. d. decis. 215.
num 3. *Natt. consil.*147. *num.*11. *in fin. Cardin.*
Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 21. *tit.*
6. *num* 13. *Consiliar. Georg. d. allegat* 45. *sub nu.*
31. *versic Secundò, quia Bilot. d. consult.* 3. *num.*
14. *&* D *Consiliar. Staib. Resolut forens. lib.* 1.
10 *Resolut.* 24. *num.*73. Sicut etiam præsumeren-
tur donata iocalia illa, si sponsus dans, vel
mittens esset nobilis, vel diues *Menoch. de*
*præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 24. *num.* 3. *&* 4.
11 Secundus casus, si in eo loco vbi fuit con-
tractum matrimonium vrgeret consuetudo
mittendi sponsæ vestes, & alia ornamenta
aurea, quia tunc inquit *Dom. Marcian. loco*
cit. versic hoc autem. quod irreuocabilitèr do-
12 nata censerentur. Sed profectò si vera esset
hæc opinio, vana redderetur præsens contro-
uersia in Ciuitate illa, in qua adeò creuit me-
morata consuetudo, vt seruetur plus quam
si esset lex scripta. Ac proindè dicimus, quod
vbicumque talis viget, eadem de causa
non debent iocalia illa censeri donata, ex
traditis per *Afflict. d. decis.*315. *num.*9. *& Car-*
din. Mantic. qui multos cumular pro hac sen-
tentia *d. lib.* 21. *tit.* 6. *num.* 10. est ratio; quia
eo casu viri dicuntur coactè tradere, nè vi-
deantur à communi obseruantia recedere, ac
nè eis auaritiæ vitium adscribatur; & per cõ-
sequens receditur à terminis donationis, quæ
de se non est aliud, quam simplex actus mu-
13 nificentiæ, & habet prò obiecto puram li-
beralitatem, non verò coactam traditionem,
l. donari 85 *ff. de reg. iur. l.* 1. *ff. de donat. l. si Ser-*
uo 84. *ff. de hæred. instit. & l. vnũ ex familia* 69.
§. *si Falcidia, ff. de leg.* 2.
14 Item dicerentur donata iocalia, si sponsus
qui misit, vel dedit illa, esset plebeus, & igno-
bi-

bil's, sponsa autem nobilis, *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor.* § 9. *nu.* 19 *versic. Addc,* & § 10. quem sequitur *Menoch. loco cit. nu.* 5. qui licèt subdat ibi hoc esse verum in rebus exigui valoris, non autem in rebus magnæ æstimationis; tamen restrictio hæc non est
15 vera, quia vestes quotidianæ, & aliæ res exigui valoris semper, & indifferenter cedunt lucro vxoris, nullaque in illis cadit controuersia, vt ex quampluribus *Cappell. Tholos. d. decis.* 337.

16 Postremò etiam limitatiuè notandum est, quod iocalia, & gemmæ traditæ sponsæ à consanguineis sponsi censentur ei donatæ, & plenè, ac irreuocabiliter ei acquiruntur, ita quod trasmittat eas ad hæredes suos, iuxtà doctrinam *Bald.* quam latè prosequuntur *Pianucc. de inuentor. part.* 6. *num.* 107. *Aluar. de coniectur. ment. defunt. lib* 3. *cap.* 1. *num* 12. *Seraphin. decis.* 1308. *n.* 6. *Farinac. decis.* 548. *in nouis. Afflict. d. decis.* 315. *n.* 7. *Franch. dec.* 503. *Giorg. d. liegat.* 45. *num.* 31. *Borrell. in summ. decis. lib.* 4. *tit. de donat. int. vir. & vxor. num.* 110. *Pellegrin. ad d. Consuetud. Auers. cap* 4. *num.* 232 *Anni.* *singul* 157. & ita practicari, ac passim iudicari testatur *Reg. Rouit. dec.* 12 *n.* 14.

17 Sed contrariū tenet *Bar. in l. sed si plures* § *in Arrogato, n.* 14. *ff. de vulgar. & pupi ll.* dicens, quod donata sponsæ à consanguineis sponsi, eius contemplatione data præsumuntur, ac per consequens viro, eiusque hæredibus acquiri concludit, & sectatores huius sententiæ innumeros vsque ad nauseam congerit *Thor. in compend. decis tom.* 2. *verbo, Dono lua, vel*
18 *iocalia fol.* 313. *col.* 2. quia quod mei contemplatione datur, mihi acquiritur, nam mihi dari videtur, *l. dedit, ff. de collat. bono. & d l. sed si plures,* § *in arrogato, ff. de vulg.* videndus *Annæ.* Robert. *rerum iudic. lib.* 2, *cap.* 13.

19 Prior *Bald* sententia verior est, ac magis vsu recepta, iuxtà quam in effectu decisum fert *Thor. loco cit.* cuius authores quamplures etiam doctè cumulat cit. *Domin. Consil. Hodiern. ad Surd. decis.* 118. *num.* 8. vbi refert rationem opinionis *Bald.* subdens no-
20 tabiliter, *num.* 9. tunc demum non acquiri sponsæ, quæ ei à consanguineis viri fuerunt donata, si scilicèt iam fuisset traducta ad domum viri, prout sentiunt quoque *Rouit.* & alij sup. allegati, addo *Tasson. in pragmat. de antefat. versic.* 5. *obseruat.* 2. *num.* 9. & ita potest intelligi doctrina *Bar.* dum loquitur de donatis vxori, quæ secundum communem loquendi vsū, ita appellatur postquā fuerit solemniter contractum matrimonium in faciē Ecclesiæ, ac ad domum viri traducta.

21 Rursùs procedit doctrina *Bar.* si constaret de animo consanguineorum, quod voluerint donare intuitū, & contemplatione sponsi cōsanguinei, vt per *Aufrer. ad* Cappell. *Tholos. d. decis.* 337. *sub num.* 2. *versic. Quod debemus.* & hoc posset exemplificari, si consanguinei in actu traditionis dixissent, *V. S. si godi queste galanterie per amor del Signor N. nostro parente.* nam eo casu verè potest applicari, regula supr adducta, vt quæ mei contemplatione dantur, &c.

Io: Leonardus Rodoerius

S V M M A R I V M

Dotis æstimatæ dominium, plenè transit in virum, qui potest eam alienare, & omne superueniens incrementum, & decrementum ipsius est, num. 1.

Dotis inestimata incrementum, & decrementum, est mulieris, n. 2.

Bona mobilia in dotem data inestimata, sunt restituenda soluto matrimonio talia qualia reperiuntur, num. 3. *Sin autem sint data prauia æstimatione, sunt restituenda iuxtà eorum valorem in pecunia, etiam quod sint consumpta vsu mulieris, num.* 4.

Æstimatio bonorum dotalium transfundit stipulationē in emptionis, & venditionis contractum, num. 5. *& quomodo hoc fiat, num.* 6.

Bona quæ consistunt in pondere, numero; & mensura, si in dotem dentur censentur data æstimata num. 7. *Item nomina debitorum, num.* 8.

Maritus recipiens dotem æstimatam, soluto matrimonio cogitur illam in pecunia restituere, num. 9. *Sed limita. si ei fuerit data electio restituendi, vel corpora dotalia, vel pecuniam num.* 10.


Æstimatio bonorum in dotem datorum, non transfunditur in contractum emptionis, & venditionis, in octo notabilibus casibus hic relatis, num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.

Mulier dans dotem æstimatam, soluto matrimonio, si non habeat vndè sibi possit satisfacere potest actione rei vindicationis, recuperare corpora dotalia à quibuscumque possessoribus; & præfertur super illis omnibus viri creditoribus anterioribus cum expressa hypotheca, num. 19.

Ius congrui an locum habeat in bonis in dotem datis prauia æstimatione, num. 20.

Laudemium est soluendum, si detur in dotem res emphyteutica, prauia æstimatione, num. 21.

Census ad formam Bullæ constitui potest à viro super fundo sibi in dotem dato prauia æstimatione, num. 22.



AD CAPVT XCI.

Additio.



1 REGVLARITER æstimatæ dotis dominiũ
plenè transit in virũ,
adeò quòd potest il-
lam ad libitum alie-
nare, & omne super-
ueniens augumẽtum
eius lucro, sicùt & di-
minutio, atq; decre-
mentum eius damno cedit *l.æstimatis* 51. *&*
l.æstimatæ 52. *ff.solut.matrim. l. cum post* 70. §.
in domum, in fine, versic. in dotem, ff. de iur.
dot. l.quoties 5. *& l.cum dotem* 10. *C.eod.tit.l. &*
cum lex. post *auth.Sed quamuis, C.de rei vxor.*
action. latè *Vrsill. ad Afflict. decis.*270. *Putr.*
*decis.*376.*lib.*3. *& Castill. Quotid. iur. Contr.*
*tract. de vsufruct.cap.*4.*num.*7. vbi innumeros
allegat, & deducitur etiam arguendo à con-
trario sensu ex *Vulpian.in l. plerumque* 11. *ff.*
3 *cit.tit.de iur.dot.* vbi tunc diminutionem, &
incrementum dotis, mulieris esse respondet,
cum dos inæstimata tradita fuit, ibi. *Quo-*
ties igitur non æstimata res in dotem dantur, &
meliores, & deteriores mulieris fiunt. De qua
re videndus *Napod.in Consuetud. si quis, vel*
*si qua, sub num.*233.*versic.si verò fuerint data,*
tit.de success.ab intest.

*S*ic pariter, licèt bona mobilia in dotem
data nulla facta eorum æstimatione, sint re-
stituenda talia qualia reperiuntur, inuetera-
ta, & vsu consumpta, *d.l.plerumque in princip.*
Napol.loco cit.Bald.in l.de his, C.de donat.int.
vir & vxor. Angel. in l. in hac C.de pact.con-
uent. & in l.maritus vxori, ff. ad leg. falcid.
Quesada diuers. iur. quæst.cap. 28. *in princip.*
versic. Quid autem statuendum est & Cancer.
4 *Variar.Resolut. lib.*1.*tit.de dot.& donat. prop.*
*nupt.alias cap.*9. *num.*100. Tamen si fuerunt
tradita viro præuia æstimatione, eo casu op-
positum concludendum est, diminutionem
scilicèt, & consumptionem, eiusdem viri de-
trimento cedere, etiam quod consumpta fue-
rint vsu, & exercitio mulieris, & sic erunt
restituenda à viro, eiusque hæredibus in pe-
cunia prò æstimatione, & valore taxato tem-
pore consignationis, *d.l æstimata* 52. *ff solut.*
matrim ibi. *æstimata res vsu etiam mulieris,*
periculo mariti efficiuntur. Soccin. consil. 289.
Difficultas non parua, vol. 2. *Roland. consil.*
92.*num.*10.*&* 11.*vol.*2.*Barbos. in d.l.æstima-*
tis, num 5. *& Napod. loco sup. cit.* AEstima-
5 tio enim bonorum in dotem datorum,
transfundit contractum dotalem in con-
tractum emptionis, & venditionis, *d.*
l cum dotem, cum glos. & in l.si inter virum,
versi. Quod autem, C.de iur.dot. Alex. consil.
79.*Eleganter, & subtiliter, num.* 2. *vol.* 5. *&*
consil 156. *viso instrumento, nu.*1. *vol.*6. & *Fac-*
*chin.contr.iur.lib.*12.*cap* 74 *col.* 2. *versic. Ter-*
tiò quia.
6 *I*d quod ita in themate nostro declaratur,
quod licèt emptionis, & venditionis contra-
ctus occultetur, exprimendo solum contra-
ctum dotalem, tamen celeri, breuique manu,
ex vi, & virtute æstimationis, fit transitus de
vna specie in aliam *d.l. plerumque, vers. Si*
matrimonium, Soccin.consil. 56. *Rationibus, lib.*
1.*vers.Septimus casus,* & elegantissimè de mo-
re explicat *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contron.*
iur. lib. 2. *contr.* 40. *num.* 1. *&* 2. Imò in-
7 terdum, etiam absque æstimatione, res quæ
in dotem dantur censentur datæ æstimatæ
(ità quod resultent omnes effectus ob æsti-
mationem à iure introducti) nempè quando
consistunt in certo pondere, numero, & men-
sura, *l.res in dotem, ff.de iur.dot Couar.Guttier.*
& Spin. quos laudat *Castill.d.tract. de vsufr.*
*cap.*4.*num.*14 concordant *Bald. Imol.& Ia-*
cob de Are.in l.Mæuia, ff. solut. matrim. di-
8 cẽtes, quòd si detur in dotem nomen debito-
ris certæ quantitatis, videtur fuisse datum
præuia æstimatione, sequitur *Pellice.ad Con-*
*suetud. Auers.cap.*10.*num.*53.
9 His fit, vt maritus cui æstimata dos data
fuit, soluto matrimonio, teneatur ipse, vel
eius hæres dotem illã in pecunia restituere,
iuxtà æstimationem, quia vti emptor corporũ
dotalium, effectus fuit pretij debitor, ita
quòd non liberatur retrotradendo corpora
sibi assignata, *d.l quoties* 5. *& l.cum dotem* 10.
*C.de iur.dot.Borgn.Canalc.decis.*16. *num.*4.*fol.*
231.*lib.*1. cum alijs quampluribus allegatis
per *Castil.loc.cit.num.* 10. subdens indè *num.*
11. Hoc non procedere, si viro data esset op-
10 tio in casu dissoluti matrimonij, restituendi
vel dotem, vel æstimationem, quo casu quã-
uis dos æstimata data fuisset, nihilominùs
posset restituere dotem in corporibus, nec
cogeretur restituere valorem in pecunia,
ex *Caphal. consil.*532. *lib.* 4. *Iacob. Mandell.*
*Albens.consil.*136. *& consil.* 178. *num.* 11. &
ita est intelligenda *glos.in d.l.quoties, versic.*
offerat.
11 Neque omittam quamplures alios dari ca-
sus, ex quibus etiam data dote præuia æstima-
tione, non tamen dicitur celebratus contra-
ctus emptionis, & venditionis, ita quod non
teneatur vir dotem in pecunia restituere.
Primus est, si maritus tempore quo dotem
æstimatam recepit fuisset egenus, & non sol-
uendo, ità quod non habuerit eo tempore
emendi modum *Sylu.nupt.lib.*2. *num.* 69. *&*
*seqq.fol.*167.*Natt.consil.*650.*vol.*4; *Soccin.iun.*
*cons.*141.*num.*11.*&* 12.*vol.*1.*Anton.Trigon.*
*singul.*62. *& Cremens. singul.* 19. & quamuis
contradicant *Caphal.consil.*532.*num.*9. *lib.*4.
*Roland.consil.*92.*num.* 8. ex doctrina *Couar.*
*pract.quæst.cap.*28. tamen non est recedẽdum
a prio-

à priori sententia, quæ malè à prædictis re-
probatur, nam si in facto supponimus, quod
ille talis non habuerit pecuniam pro effectu
emptionis, nec minùs potest suaderi, quod
voluerit emere, *Bald. in l. interesse. C. de vsu-
fruct.* nam illa fictio, quam lex facit, quod ex
datione dotis æstimatæ, resultet contractus
emptionis, & venditionis debet habere ima-
ginem veritatis, quod nimirùm potuerit vir
emere, nam fictio præsupponit potentiam,
quæ cum cesset in casu nostro, debet, & illa
paritèr cessare, sicùt in effectu tenet etiam
Rubin. decis. 29. quem sequitur *Ricc. collect.*
12 *819. versic. Limita tertiò.* Secundus casus est,
si res data in dotem præuia æstimatione, ex-
cederet pretium æstimatum, vel si pretium
excederet valorem rei æstimatæ, vt conclu-
dunt DD. allegandi infrà in quarto casu, vl-
trà quos sunt videndi *Bal. in l. ex conuentione
sub nu. 1. C. de pact. Afflict. decis. 270. n. 3. & 5.*
13 *Magon. decis. Lucens. 76.* Tertius casus est, si
mulier esset prohibita alienare dotem, eadem
qua supra ratione, quia scilicèt cum casu isto
nulla adsit veritatis imago, post quam mulier
illa non poterat in effectu alienare, meritò
debet cessare fictio, præsumptæ emptionis, &
venditionis, vt tradunt mox infrà allegandi.
14 Quartus casus est, si in datione dotis æsti-
matę non interuenissent solemnitates neces-
sariæ in alienatione rerum dotalium, ita *Hip-
polit. de Marsil. Tobi. Noni. Bero. Soccin. iun.
Anton. Trigon. Afflict. Ioseph Ludouic.* & alij
quos allegat, & sequitur *Borgni Caualcan. in
repert. decis. verbo Maritus, & eius hæres, fol.
2085. col. 2. vers. Quartò quandò.* Quintus
15 casus est, nempè quando ęstimatio bono-
rum dotalium, fuit facta ad sciendum iustum
rei valorem, & sic non ad inducendam em-
ptionem, & venditionem, ob quod tunc om-
ne superueniens augumentum, & decremen-
tum, mulieris est, non viri, qui bona illa nõ
potest alienare, ad instar, quando dantur
simplicitèr nulla facta ęstimatione, ad quod
est notabilis *glos.* per illum *tex. in l. si intèr vi-
rum,* in verbo, *æstimata, C. de iur. dot. Afflict.
decis. 270. sub num. 4. vers. Et si fuisset data in
dotē Rot. diuers. dec. 136. par. 2. Ioseph Ludouic.
decis. 10 & 89. Gratian. discept. forens. tom. 4.
cap. 745. num. 90. & tom. 5. cap. 932. num. 8.
Gaball. mill. loq. 537. Borgni. Caualc. d. decis.
16. lib. 1. & Boer. decis. 227.* Sextus casus est, si
16 fuisset conuentum, quod res in dotem data
pręuia ęstimatione, sempèr remanere debeat
in fundum dotis *Rot. Rom.* penès *Caualer. de-
cis. 646. num. 2. Anton. Fab. d. tit. de iur. dot. de-*
17 *fin. 44.* Septimus casus est, si ęstimatio rerũ
dotalium nõ fuisset facta tempore traditionis,
sed ex interuallo post, quia tunc non prodest
ad inducendam emptionem, & venditionem,
sed videtur magis facta ad sciendum valorē,
*Bald. in d. l. ex conuentione, sub num. 1. versic.
Sed tu dic, C. de pact.* cuius verba sunt hæc.
*Sed tu dic, quod glos. dicit verum, quando æsti-
matio fit in ipsa rei traditione à principio, Sed
si fit ex interuallo, non præsumitur fieri causa
nouationis.* Quę opinio vera mihi videtur,
quidquid dicat in cõtrarium *Ioseph Ludouic.
d. decis. 89.* quem non sequitur *Ricc. d. collect.
829. in fine, versic. Limita quintò.* Octaus, &
18 postremus casus est; vt ęstimatio non indu-
cat emptionem, & venditionem in odium
mulieris, sed tantum in eius fauorem, quate-
nùs potest dotem in corporibus traditam, in
pecunia repetere, ex supradictis, hinc si solu-
to matrimonio non potest sibi satisfacere in
19 pecunia, benè potest actione rei vendicationis
reuocare fundum in dotem datum pręuia
æstimatione à quocũque possessore, in quem
vir alienauit, ipsa quoque muliere cõsentiēte,
& pręfertur super eo quibuscumque viri cre-
ditoribus, etiam anterioribus, cum expressa
hypotheca, *Facchin. contr. iur. lib. 12. cap. 74.
col. 3. in fine, vers. Item dotalis erit fundus. Ca-
still. d. tract. de vsufruct. cap. 4. num. 54. Gait. de
credit. cap. 4. quæst. 11. nu. 1653. Anton. Fab. d.
tit. de iur. dot. definit. 43.* latè *Consiliar. Grzza-
rell. decis. 1. num. 42.* cum multis seqq. *& Rot.
Rom.* penès *cit. Caualer. d. decis. 646. num. 3. 4.
& 5.*
20 Extrà autem istos, & similes casus, sempèr
quod dos æstimata traditur, videtur vir reci-
piens fecisse contractum emptionis verę, &
realis, adeò quod conueniri potest à vicino
iure congrui, per *tex. in l. Sancimus, de iur.
prot. homis.* per quem licèt excludatur tale ius
à translationibus, & alienationibus, quę fiunt
per contractus dotales, non tamen videntur
excludi eæ alienationes, quamuis ex causa
dotis, quando tamen pręcessit ęstimatio, vt
dicit in terminis *Afflict. in d. l. notab. 5. versic.
Item quæro.* Sed videnda sunt, & ponderan-
da, quę ibi addunt in contrarium *Rendell. &
Rumm.* quorum opinioni nouitèr quoque an-
nuit eruditissimus *Dom. Io. Baptist. Mucc. va-
riar. quæst. cap. 18.*
21 Item etiam, tenetur vir qui rem emphy-
teuticā in dotem recepit pręuia ęstimatione,
ac directi Dominj consensu, ei soluere lau-
demium, non minùs, ac solui debet de qua-
cunque alia vera, & reali venditione, *Nigr. de
laudem. tom. 2. quæst. 34. n. 6. fol. 374.*
22 Et omissis aliis potest vir, qui fundum ęsti-
matum in dotem habuit, constituere super eo
annuum censum ad formam *Bullæ,* tanquam
super re verè, & realitèr propria ipsius con-
stituentis, *Cenc. de censi. quæst. 18. num. 6. cum
seqq.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Dos semel à Patre data, non potest ampliùs minui, n. 1. Benè tamen potest dos promissa tantum, num. 2. Sed autha. reijcit hanc declarationem, & concludit, vt nec dos promissa tantum possit minui, n. 3. quia.

Dos promissa habetur pro constituta, n. 4.

Renunciatio promissa habetur pro facta, n. 5.

Promissio obligandi, habet vim veræ obligationis, num. 6.

Promissio de donando habetur pro vera donatione, n. 7.

Dos à Patre promissa pro certo matrimonio, non potest amplius minui, etiam matrimonio illo non sequuto, n. 8. Limita in extraneo promittente, num. 9.

Dos filiæ relicta in testamento nullo, non potest ampliùs minui, & de ratione, n. 10.

Dotis legatum in testamento valido à Patre relictum, non censetur reuocatum, reuocato testamento, & de ratione, num. 11.

Filia volens secundò nubere, potest cogere Patrem, ad dandum tantam dotem, quantam primo viro dedit, sine diminutione, n. 12. Sed limita diminuta paterna substantia, n. 13.

Et quomodo intelligatur Boer. decis. 62. *dicens. non posse Patrem diminuta sua substantia, dotē filiæ diminuere, n. 14.*

Pater qui dedit dotem filiæ, excedentem quantitatē legitimę, si pauper efficiatur, potest illam cogere ad alimenta, n. 15.

Donatarius tenetur ad alimenta donanti, aliàs si interpellatus nolit illa exibere, subest l. fin. C. de reuoc. donat. *quæ hoc expressè dicit, n. 16.*

Alimenta denegans videtur necare, n. 17.

Pater dans dotem filiæ excedentem quantitatem legitimæ, pro excessu videtur fecisse puram, & simplicem donationem, adeò quod quantitas illa excessiua, potest renocari vitio ingratitudinis, num. 18.

Dos inofficiosa potest minui, & reuocari, num. 19.



A D CAPVT XCII.

Additio.

1 Egulariter Pater post quā dotem filię suę cōstituit, non potest eam ampliùs minuere, *auth. sed quamuis*, C. *de rei vxor. acti. Bar. consil.* 55. Dominus *Amat. num. 1. versic. Præterea hoc videmus, & consil. 60. Quæstio ista, sub n. 2. versic. Præterea videmus, vol. 1.* & idē *Spec. Dom. meus cap. 156. n. 8. & 9. lib. 2.*

2 Et licet *glos. in d. auth. sed quamuis, C. de rei vxor. action. in versic. Diminuere* declarando regulam hanc, dicat illam procedere dumtaxàt in dote iam data, & constituta, secùs autem in dote promissa tantum, quam minui posse affirmat, quam sententiam amplectitur etiam *Cæsar. Manent. decis. Senat. Mantuan.* 43. *num.* 24. quia valdè differt actus realis dationis, & consignationis, ab actu simplicis promissionis, vt latè *Hippolit. de Marsil. singul.* 469. Tamen opinio hæc non est vera, ac 3 ideò concludēdum est oppositum, vt nec dos promissa tantum, licèt adhùc non tradita, diminui possit, ex innumeris quos sequitur *Tiraquell. de retract. conuent. ad fin. tit. nu.* 35. & ita fuisse decisum, testatur *Afflict. decis.* 61.
4 Quia promissio constituendi dotem, habet vim realis constitutionis *Calcan. consil.* 31. *n.* 17. *Curt. iun. consil.* 129. *nu.* 13 *Roland à Valle. tract. de lucr. dot. quæst.* 5. *nu.* 4. *cum seqq. Afflict. loco cit. Viui. commun. opin. lib. 2. opin.* 96. *Grāmat. decis.* 103. *sub. n.* 19. & quamplures alij penès *Nouar. quæst. forens. lib. 2. quæst.* 24. *n.* 4. addo latissimè tradita per *Nigr. de laudem. tom. 2. quæst. 13. à num.* 13. cum pluribus seqq. & vltrà quod contrarijs satisfacit latè *Vrsill. ad Afflict. vbi sup.* succincitur fortiùs opinio nostra, *ex tex. in l. fin. C. de dot. promiss.* vbi idem in vtroque casu disponitur, tam in datione, quam in promissione dotis, ibi. *Dederit, vel promiserit.* meliùs *ex tex. in l. ex morte* 9. *§. Similique modo*, C. *de pact. conuent.* ibi. Dotem *dederit, seù promiserit.* Et ex *l. si quis incesti* 6. C. *de incest. nupt.* ibi. *Dos si qua fortè solemnitèr, aut data, aut promissa fuerit.*

Nec mouent quæ scribit *Hippol. de Marsil. d. singul.* 469. Nam nos in contrarium inuehi-
5 mus primò, quod renunciatio fieri promissa à muliere dotata, ad beneficium Patris, vel fratrum dotantium, habetur pro facta, vt intèr nostrates annuunt *Reg. Merlin. controu. forens. centur. 1. cap. 4. & Reg. Capyc. Latr. decis.*
6 3. *n.* 29. *Adducimus* secundò, quod promissio ab aliquo facta de se obligando, habet candē vim, ac ipsa obligatio, quæ paritèr pro facta habetur *Soccin. in l. eum fundus, §. seruum, sub num. 2.* vbi *Ias. n. 5. Curt. iun. n. 6. & Purpurat. num. 14. in fin. ff. si cert. petat. Ruin. consil.* 12. *n.* 32. *lib. 3. & consil. 19. n. 14. lib. 4. Roland. consil.* 69. *num. 26. lib. 3. & Gabriel. consil.* 58. *nu.* 11. *lib. 1.* quidqoid dicat in contrarium *Camill. de Medic. consil. 77. nu. 22. & 23.* quia tanquā innixus *tex. in Clement. vnic. de renunc.* non meretur allegari, inspecto quod *tex.* ille nē dum non dicit id ad quod allegatur, sed ma-
7 gis fauet nostræ opinioni. Et tertiò omissis alijs, noto quod promissio de donando, habet effectum veræ donationis, quæ etiam pro celebrata habetur, vt ex quamploribus probat *Casp. Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 60. num. 5.*

8 Sed

8 Sed redeundo ad rem nostram, ac fortiùs
ſtringendo, notanda eſt, communis illa DD.
traditio, quod ſi Pater dotem filiæ promit-
tat pro matrimonio cum certa perſona con-
trahendo, quamuis matrimonium illud non
ſequatur, non tamen poteſt promiſſam illam
quantitatem ampliùs minuere, tum quia fuit
ius quæſitum filiæ, tum etiam, quia poſt quã
Pater ſemel declarauit animum ſuum, &
quantitatem quam intendit dare in dotem
filiæ, prohibetur indè à declaratione illa re-
cedere, vt ex quampluribus concludit hic
Spect. Dom. meus cui addo *Dom. Conſiliar.*
Marcian. conſil. 46. nu. 11. vol. 2. alius multos
cumulantem, & probatur expreſsè ex *tex. in*
l. ſi extraneus, 6. in fin. verſic. Sed & ſi Pater.
ff. de condit. cauſ. dat. & non ſequt. ex quo *tex.*
9 infertur etiam ſecùs eſſe, ſi extraneus dotem
promiſiſſet, vel conſtituiſſet ſub expreſſa con-
ditione nuptiarum, & matrimonij, quia tunc
matrimonio non ſequto, non tenetur ad do-
tem, & ſi illam iam dedit, reuocat eam con-
ditione ex cauſa data, concordat alius *tex.*
in l. quod ſeruias, §. cit. tit. & in l. 1. C. de condic.
ob cauſ. Deci conſil. 35. ſub num. 10. in fine, &
cit. Tiraquell. de retract. conuent. gloſ. vai. ſita.
num. 55. in fine, verſic. Et hac omnia.

10 Rurſus corroborãtur ſupradicta ex traditis
pèr *Io. Crot. in l. ſi conſtante, in 2. lectur. n. 19.*
cum ſeqq ff. ſolut. matrim. vbi ſcribit duo no-
tabilia ad propoſitum noſtrum. Primum,
quod ſi Pater relinqueret filiæ in teſtamento
nullo certam dotis quantitatem, non tamen
poterit ampliùs quantitatem illam minuere,
& recedere ab animi declaratione ſemel fa-
cta, ſubdens vtilitèr, quod intentio &, ani-
mus ſufficit, quod conſtet ex actu nullo,
ſequitur *Paſchal.* mox allegandus. Et ſecun-
11 dum, quod ſi Pater relinquit ſuæ filiæ dotem
in teſtamento, licèt deindè illud reuocet, &
annullet, non tamen videtur reuocaſſe illud
dotis legatũ, vt latè proſequitur *cit. Paſchal.*
de patr. poteſt. part. 1. cap. 4. num. 94. Quæ no-
tanda ſunt benè.

12 Neque ſub ſilentio omittam, quod filia ſe-
mel cum certa dote nupta, ſi matrimonium
ob mortem viri ſolui contingerit, velitq; ad
ſecunda vota tranſire, poteſt patrem cogere,
vt eandem ſecundo viro conſtituat dotem,
quam primo dedit, omni prorsùs diminutio-
ne excluſa, *tex. eſt in §. Quia verò, auth. de*
Æqualit. dot. Rom ſingul. 788. & Ariſm. Te-
pat. var. iur. ſentent. tit. 429. de ſecũd. nupt. cap.
6. verſic. 1. & alius *tex. in d. auth. Sed quamuis,*
C. de rei vxor. action. ibi. *Non tamen liceat*
filia denuò nubente, diminuere priorem dotis
menſuram.

13 Verum ſubdit idem *tex. Niſi fortè ſubſtan-*
tia ſua decreſcat aliqua fortuita clade. Et ſic li-
mitando prædicta omnia dicimus, poſſe Pa-
trem, cuius ſubſtantia fortuitò diminuta eſt,
minorem dare dotem filiæ ſecundò nubenti,
ea quam primo viro aſſignauit, concordat
tex. in d. §. Quia verò, verſic. hoc autem auth.
de æqualit. dot. Alciat. conſil. 4. lib. 8. Paul. de Ca-
ſtr. in l. in ratione, ff. ad leg. falcid. & Socin cõ-
14 *ſil. 100. lib. 3.* Contraria autem opinio, quam
proſequitur *Boer. deciſ. 62.* ſignantèr *nu. 9. 11.*
& 16. procedit quando dos eſt penès filiam,
durante adhùc matrimonio, quia tunc non
licet Patri diminuta ſubſtantia ſua, dotis iã
traditæ quantitatem diminuere, ſequitur *Pe-*
ni. deciſ. Rot. Rom. 376. n. 5. poſt *Anton. Fabr.*
de error. pragm. decad. 13. error. 4 à num. 15.
ad finem, qui hoc dicit verum, etiam ſi dos
illa excederet quantitatem legitimæ, ſequi-
tur *Ceaſal. ad Peregrin. de fideicõmiſſ. artic. 36.*
fol. 368. col. 1. in princip.

15 Ipſe tamen hanc *Fabr.* authoritatem re-
ſtringendam, ac limitandam puto, ſi Pater
ad tantam carentiam deueniſſet, vt nequeat
ſibi de alimentis prouidere ex propria ſub-
ſtantia, quia tunc quatenùs dos ab eo data
excedit legitimam, poteſt filia; intuitu exce-
dentis quantitatis vrgeri ad alimenta, & ita
non fieret diminutio quantitatis, ſed fructuũ,
ad vitam Patris egeni; Id quod vt clarè pa-
16 teat duo ſupponimus. Primum quod do-
natarius tenetur præſtare alimenta donanti
ad egeſtatem peruento, præuia ipſius donã-
tis interpellatione, aliàs poſſet ex capite in-
gratitudinis priuari donatis, vt indiuidualì-
tèr tenet *gloſ. in l. fin. verſic. voluerit, C. de re-*
uoc. donat. & profectò fallunt ij Qui hoc ne-
gant, eò quia cauſa hæc pro reuocandis do-
nationibus non reperiatur iure expreſſa, dum
in *tex. in d. l. fin.* intèr alias cauſas, connumera-
tur ſequens. *Vel vita periculum aliquod ei in-*
17 *tulerit.* Et tamen necare videtur is, qui ali-
cui alimenta denegat *l. necare, ff. de liber.*
agnoſ. & cap. paſce 86. diſtinct. Surd. de alim. tit.
1. quæſt. 48.

18 Secundum verò, quod ſupponimus eſt; Pa-
trem, qui aſſignauit filiæ ſuæ in dotem ma-
iorem quantitatem ea, quam importare po-
terat debitum legitimæ, cenſeri quoad illam
feciſſe cõtractũ donationis, puræ, & ſimplicis,
adeò quod quantitas illa in dotem data, qua-
tenùs legitimam portionem excedit, ſubeſt
dictæ *l. fin.* & ſic poteſt nè dum minui, ſed re-
uocari vitio ingratitudinis, vt ſingularitèr in-
quit *Bacc. tract. de non melior. dot. cap. 32. num.*
8. quem ſequitur, referens eius verba *Fonta-*
nell. de pact. nupt. tom. 1. clauſul. 4. gloſ. 28. num.
9. fol. 588. conferunt notata per *Dom. Conſil.*
Staib. Variar. Reſolut. lib. 1. Reſolut. 88. num. 5.
19 Imò etiam in quantum dos excedit in ma-
gna quãtitate ſummam legitimæ, poteſt benè
minui, & reuocari, inſtantibus alijs filijs Pa-
tris dotantis, ex cauſa inofficioſitatis, *Bacc.*
& Fontanell. locis cit. addo *Grinell. dec. Senat.*
Dolan. 48. quem refert *Spect. Dom. meus d.*
cap. 156. num. 9. lib. 2.

Quibus ita ſuppoſitis, patet veritas opi-
nio-

nionis quam firmauimus *sup. num.* 15. Sub correctione,&c.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Filia cui fuerunt mille pro eius dote à Patre legata, si fuerit ab eodem Patre nupta cum dote duc. 800. *an possit mortuo Patre alia biscentum petere, num.* 1.

*Dos vt congrua dicatur, quid sit inspiciendum, num.*2.Remittitur *arbitrio Iudicis,n.*3 *& quid arbitrabitur* Index*.num.*4.

*Paragium quantum esse debeat distinguitur inter maritatam, & maritandum, & ponuntur, atq; considerantur quamplures alij casus, latè, n.*5. 6.7.8. 9.*&* 10.

*Dotis supplementum non potest petere filia congruè maritata, auctis paternis facultatibus, num.*11. *&* 13.

Dos *vt congrua dicatur attenditur, patrimonium* Patris *tempore mortis, num.* 12. *Sed hac opinio non est vera, dicto n.*13.

*In liquidatione legitimæ attenditur patrimonium Patris tempore mortis, num.*14. *Verum si filius viuente Patre habuit iustum legitimam,licèt deindè Paternum patrimonium augeatur, non tamen potest petere sibi augeri legitimam, nec est attendendum patrimonium Patris tempore mortis,num.*15.



AD CAPVT XCIII.

Additio.

1 
Otabilitèr in præsenti concluditur, quod filia cui Pater mille pro dote testamento reliquit, si fuerit ab eodem Patre cum in humanis esset nupta cum dote ducatorum octingentum, non potest reliquos ducatos biscentum petere vigore legati, sed debet esse contenta, dato quod fuerit congruè dotata cum illis 800.

Addo legendum in contrarium *Io. Baptis. Ciarlin.contr forens.lib.*2.*cap.*232. vbi latissimè multa inuehit hinc indè, & tandē concludit posse filiam reliquam legati quantitatem petere, & pro corroboratione conferunt nō mediocritèr notata pèr *Io.Crot.in l. si constante, in* 2.*lectur.num.* 19. *ff. solut. matrim.* quē refert,& sequitur *Paschal.de vir. patr. potest. lib.*1.*cap.*4.*num.*94.& vtrosque retuli in præcedenti *cap.n.*10.*&* 11.

2 In quantum etiam tractatur hic de congruitate, & incongruitate dotis; noto congruitatem dotis discerni ex qualitate dotantis, & viri, ex consuetudine Regionis, dignitate familiæ, quantitate bonorum, & quantitate filiorum, vt constat ex *l.quaro* 61. *ff. de iur.dot.* cum *l.si filia* 41.*ff.de legat.*3.*l. tam demētis, C.de Episc. Audien.Io Baptist.Lup.tract.de illegit.tom.*2. §. 1. *num.*45.*vers.Vel quatenus, Soccin.iun.consil.*83.*num.*9.*lib.*3. *Ruin. consil.* 52.*num.*13.*in fin.lib.*2.*Honnede. consil.*64.*num.* 26.*lib.*2.*Caphal.decis* 668.*num.*1.*cum seqq.Lāderch.consil.*127.*num.*1. *versic. & generalitèr. Mungil.de imput.quæst.*161.*num.*4. *Mātic. de tacit & ambig.conuent.tom.*1.*lib.*12.*tit.*4. idē *decis* 329.*nu.*5.*versic. Num dos Franch. decis.* 283.*num.*18.*Farinac.decis.*131.*num.*11.*litur.* 2.*& Giurb.ad Consuetud. Messan. part.*1. *cap.*
3 3.*glos* 7. *num.* 23. Quibus indè perpensis, arbitrio Iudicis (ac vt alij dicunt) arbitrio boni viri remittitur indagare, an mulier fuerit congruè dotata, vt *d.l. filia*, Dec. *consil.*26.*n.* 4.*& consil.*505.*num.*1.*& Iacob. Menoch. Albens.cōs.*23.*n.*4. Dicens multum prodesse in
4 his contingentijs habere Iudicem fauorabilem; Imò vt alii subdunt, non debet *Iudex* arbitrari dotem esse congruam, si fuerit minor legitima, quo casu concludunt posse mulierem petere supplementum *Alex.consil.*7.*visis, diligentèr,num.*5. *&* 6.*vol.*2.*cit.* Dec. *cons.* 181.*num.*5.*& consil.*611.*num.*8.*Surd tract.de alim.ti*.3.*quæst.*1.*num.*61. & ita pluries fuisse decisum, testatur *Reg.Capyc.Latr. decis.*99.*n.* 24.& latè *Amat consil.*59.

Sed ego arbitror, non esse simplicitèr, ac indifferenter taxandam dotem ad quantitatem legitimæ, ac proindè attendendum esse, an mulier fuerit à Patre dotata, an à fratribus, inspiciendamque quantitatem liberorum, & qualitatem patrimonij, & personarum, nam cum hodiè de iure *Constit.* Regni, *& Cōsuetud.* nulla debeatur sororibus legitima, sed
5 dumtaxàt paragium, in cuius taxatione vario modo practicatur in Regno,& Ciuitate, & plures, variæque sunt Sacri Consilij decisiones, iuxtà varias contingentias, & circumstantias, vt latissimè pèr *Dom.Reg.Capyc.Ga-*
6 *leot.contr.iur.lib.*2.*contr.* 16. per totam, Ideò pro veritate dico bræuitèr, quod in maritata ab extraneo, vel à quouis alio, paragium in bonis paternis, & maternis, debet ascendere ad quantitatem legitimę, nec potest esse minus, vt pluries vidisse obseruatum refert *Afflict.decis.*160.*num.*3. sequitur *Grammat. dec.* 57 *num.*19.*& Capyc. Latr. decis.* 59. *num.*14.
7 Pariterque mulieri dotatæ a viro ipso, proptèr eius pulcritudinem, vel nobilitatem,

debe-

debetur paragium in bonis paternis, & maternis, ascendens ad summã legitimæ, *Franc. decis. 119.* Et in his casibus sunt intelligendi qui dixerunt, dotem, ac paragium non debere esse minus legitima, vt prætere allegatos suprà, tenent etiam idem *cit. Dec. consil. 276. Proponitur, num. 5. vol. 1.* & alij quos sequitur *Consiliar. Paschal. de viri patr. potest. lib. 2. cap. 4. num 181. in versic. Qua de re.*

8 In maritanda verò, distinguo itá; Vel Soror potest nubere pari cum patua dote, & hoc casu potest paragium esse minus legitima, quia sufficiens videtur, cum valeat se digno viro copulare, vt magistraliter in terminis *Constit. Regni in aliquibus* consultus dicebat *Dec. consil. 25. diligentèr, num 5. vol. 1.* vbi eleganter ponderat illud verbum, *paragi. m.* concludens sufficientissimè dici Sororem dotatam de paragio, si fuerit digno viro cupulata, eumque sequitur *Visill. ad Afflict. d. decis. 160. sub num. 1. cit. Gramm. decis. 101. num. 76. Camill. de Medic. consil. 75. num. 6.* & exquisitè de more *Dom. meus Consiliar. Hodiern.* in celebri *repet. l. hac adictali, quæst. 26. num. 20. C. de secund. nupt.* Et videmus in simili,

9 quod dotes ingressatum possũt esse minus legitima, quia ad effectum vt dicantur dotatæ de paragio, satis reputatur, quod tantum habeant, quantum habere solent cæteræ clusdem Monasterij moniales, nec tunc est locus petitioni supplementi, iuxta decis. S. C. relatam per *Franch. decis. 44. Capyc. Latr. decis. 31. num. 10. & 11.* & latè *Reg. Rouit. consil. 42.*

10 *vol. 1.* Aut cum dote de paragio, ascendente ad quantitatem legitimæ, non potest Soror nubere pari, & hoc casu, paragium potest excedere portionem legitimæ, & ascendere vsque ad virilem, *Dec. loco cit. Afflict. d. decis. 160. Galeot. d. contr. 16. nu. 9. lib. 2. Capyc. Latr. d. decis. 59. num. 15.* vbi multos allegat. *Tapp. d. decis. 14. nu. 31. Camill. de Medic. loco cit.* & *Paschal. d. tract. de patr. potest. lib. 2. cap. 4. nu. 183.*

11 Sed pone; Pater dotauit filiam suam, & dos quam ei dedit est congrua inspecto patrimonio ipsius tempore dotationis, sed tamen est incongrua, inspecto eius patrimonio, & facultatibus tempore mortis, puta quia auctæ reperiantur in magna quantitate; Quæro an filia prædicta possit petere supplementum; & sic debeat dos augeri? Conclusiuè procedendo respondeo negatiuè, vt làtè probat cit. *Carlin. controu. forens. lib. 1. cap. 97. per totum Consil. ad Peregrin. de fideicomm. ∬ artic. 36. fol. 366. col. 2. versic. Secunda fit conclusio, cum duabus column. seqq.* post *Caualc. decis. 5. num. 101. cum seqq. lib. 3.* & ita determinauit *Rot. Rom.* teste *Peui. dec. 376.* quia licèt nõ de-

12 sint qui dicant, ad inspiciendam dotem cõgruam, esse attendendum patrimonium Patris dotantis tempore mortis, non tempore dotationis, vt præcipuè dixit *Luc. de Penn. in l. in his, col. 3. in fin. versic. Ita pone, C. de prædi. & omn. rebus, Nauic. lib. 11.* & refert decisũ *Gramm. decis. 101. num. 27.* post *Deci. consil. 276. num. 5. vol. 1.* & latè etiam *Camill. de Medic. consil. 25. num. 9. vsque ad finem,* Tamen

13 contraria sententia de iure verior est, ac melioribus fulcita rationibus, & longè maioribus roborata authoritatibus, vt latè per infrascriptos, dicentes non esse concedendum supplementum, neque augendam dotem, nẽpè *Peregrin. de fideicomm. artic. 42. num. 40. Gramm* sibi contrarius, *decis. 57. num. 30.* latiùs assignando rationes *Cæsar. Manent. consil. 120. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 149. nu. 17. Dom. Reg. Capyc. Galeot. d. contr. 16. nu 14. lib. 2. Reg. Rouit. consil. 36. vol. 2. Dom. Hodiern. in d. l. hac adictali, quæst. 26. num 17. & 18.* & ita iudicasse S. C. testis est *Camill. Salern. in Consuetud. si moriatur. in Apostill.* incipiente, *Paragium, versic. At in isto casu fol. 96.*

14 Id quod etiam corroboratur paritate legitimæ, in cuius liquidatione, licèt debeat attendi patrimonium Patris tempore mortis

15 *l. cum quæritur 6. C. de inoffic. testam.* Tamen si Pater in humanis agens, assignauerit filio congruam, & iustam legitimam, hæc non debet augeri, auctis eius facultatibus, nec est inspiciendum patrimonium tempore mortis *Alex. consil. 180. visis duobus instrumentis, & consil. 181. Perspectis instrumentis, num 5. vol. 5.* & est opinio originalis *Iacob. Butrigar. in l. pactum, versic. modò quæro, C. de collat.* cuius sententiam, cõmunem ibi dicit *Roman. col. 2. Suarez. in l. quoniam in prioribus, ad 4. limit. ad l. regi. num. 4. C. de inoffic. testam. fol. 152.* quem sequitur *Couar. in cap. quamuis pactum in 3. part. §. 1. num. 2. de pact. in 6. Anton. Gomes. in l. 22. Taur. num. 4.* & ibi *Tell. Fernand. num. 16. Io. Crot. in l. frater à fratre, num. 17. ff de cõdit. indeb. & Praes. de Franch. decis. 133. num. 8.*

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

PAter, qui solus recepit dotem pro matrimonio eius filij, solus tenetur, num. 1. Et quid si ambo, scilicèt tam pater, quam filius confiteantur recepisse dotem, & in effectu vtrique sit soluta, quis eorum teneatur, latè, n. 2. 3. & 4. Et quid si dos fuit soluta solo filio, cum consensu tñ Patris, n. 7. & 8. Et quid si Pater consensijt solo matrimonio filij, an censeatur consensisse numerationi dotis quoque, num. 9. 10. 12. & 14. & quid si consensijt matrimonio, verum expressè dixit se nolle teneri pro dote, num. 11. Et quid tandem sit de iure Consuetudinario super

pæ.

prædictis omnibus; num. 17. & 19.
Dos filij quæ peruenit ad Patrem tantum, eo mortuo est detrahenda ab eius patrimonio ante omnia tanquam æs alienum,nu.5.& quid si fuisset soluta filio consentiente,Patre,n. 6.
Antefatum nurus an debeatur super bonis Soceri; qui consensijt quod filius reciperet dotem, & obligaret sua bona pro restitutione illius n.13.
Pater cogi potest ad se obligandum pro dote nurus, eius filio data, num. 15. Sed contrà de iure cõsuetudinàrio,n.16.
Dictio, &,quid importet, n.18.
Filius an possit cogere Patrem, vt ei restituat dotem vxoris suæ, quam ipse pater recepit, distinguntur quamplures casus,n.20.
Pater qui recepit dotem suæ nurus, seq. obligauit, an liberetur illam filio restituendo n.21.
Assecuratio an sit concedenda mulieri habenti plures obligatos pro securitate dotis, si alter eorum ad inopiam vergat, alter verò sit dites, & moderatus,n.22.



AD CAPVT XCIV.

Additio.



1 N hac vtili, & vsufrequenti materia distinguẽdos arbitror tres casus; Primus est, quando dos pro matrimonio alicuius filij familias fuit soluta eius patri tantum, & isto casu filius ipse nullo modo ad restitutionem vrgeri potest soluto matrimonio, nec eius bona censentur obligata, sed dumtaxàt bona Patris recipiẽtis, qui solus debitor illius per receptionem effectus fuit ad tex. in l si cum dotem. §. *transgrediamur. ff.solut.matrim.*ibi. *Sed si filius familias maritus sit, & dos socero data sit, aduersus socerum agetur.& in eod. §.in fin.* ibi. *Sin autem socero dotem dederit, cum marito non poterit experiri, nisi patri hæres extiterit*, latè *Barbos* ibi,n.8 dicens hoc esse verum, etiam si dos præsente & consentiente filio fuisset soluta eius patri, latiùs *Surd.decis.47.Consiliar. Pascbal.de patr.potest.lib.2 c.7 n. 89. Molfesi. ad Cõsuetud.tom.1.part.6.tit.de iur. dot.quæst. 7.n.17.& Fontanell.de pact.nupt.tom.2. claus. 7.glos.2.part 2.n.73.fol.415* & potest applicari, *tex. in l. si in rem 13. ff. de in rem vers.*

2 Secundus casus est, quando dos filio nubenti, eiusque patri soluta est, & ambo receptionem confitentur,& tunc cum dos præsumatur peruenisse solum penès patrem, vt ex innumeris probat *Mastrill. decis 26.*Ideircò concludunt socerum tantùm remanere obligatum, ac debere ad restitutionem conueniri *Crot.in l si constante,col. 2.in fine, ff. solut. matrim Dec.cons. 58. Curt. sen. consil.53. Honded consil.45.num.12.lib.1. Ann. cons.93. num.22.lib.2.Crauett.cons.91.num. 3. Barbos. in d.§.transgrediamur,n.36.cum seqq. Francis. Marc.decis.407.Rot. Auenoniens.decis.45.tom. 3.intèr decis.diuers. Pappon.lib.15.tit.4.arrest. 14.& Paschal.d.cap.7.n 90.cum seqq.*

3 Sed *Surd decis.159 nu. 35.* authoritate *Cuman.*tenet, quod si pater, & filius simul confiteantur recepisse dotem, isto casu ambo tenentur pro rata ad virilem, sicut pariter idem tenet. *d.cis.346 n 2.*

4 Mihi tamen super puncto isto placent ponderationes, quas nobis causa indagandæ veritatis scriptas reliquerunt quamplures eorum, quos suprà allegauimus,dum inquiunt quod si lis est inter mulierem creditricem ex causa dotis, cum eius viro,& socero, qui confessi fuerunt ambo recepisse dotem, & hoc casu ambo tenentur in vim illius confessionis, quia mulier vtrique numerãdo, videtur quod expressè voluerit obligationem amborum, vt magis sibi cautum esset; Sin verò dissidiũ esset intèr ipsum patrem, & filium, ac alios eius fratres; & tunc vel filius. qui fuit nuptui traditus solus administrat & gerit peculium, & negotia domus, isto casu præsumitur, quod penès eum tantum peruenerit pecunia dotalis, & non penès patrem, qui vna secum illam recepisse confessus fuit; vel negotia, & peculium domus administratur à solo patre, & isto casu præsumitur quod dos penès eum tantùm peruenerit, ita quod filius ipse, qui pariter confessus fuit dotem recepisse, remanet creditor dotium, vna cum Vxore sua, sup patrimonio paterno; Vel demum patrimonium, & negotia domus, tam à Patre, quã à filio æqualitèr administrantur, a. geruntur, & isto casu præsumitur, quod dos penès vtrosq; æqualitèr peruenerit; Ita benè casus prædictos ponderant quamplures eorum quos retulimus suprà *n.2* & exquisitè omnium meliùs ad partes disputat *Menoch. de præsumpt. lib.3.præsumpt.14* post *Pellicc. ad Consuetud. Auers.cap.7.à num. 136,* cum pluribus seqq.

5 Verum vtcunque sit, notandum est, quod in casibus in quibus dos filio familias data ad patrem eius peruenit, & penès illum permansit,tunc eo defuncto,dos illa ante omnia deduci debet ab eius patrimonio, tanquam æs alienum, licèt non constet illam versam in vtilitatem omnium fratrum, ac in incrementum patrimonij Patris. *Petr. Gaball.cons.*

6 *fil.ciuil.62. per totum*, quem sequitur *Paschal. d.tract lib 2.cap. 7. n. 88.* Secùs autem si dos fuisset soluta filio consentiente Patre, quia tunc quantitas illa detrahenda est à portione ipsius tantùm, non à toto patrimonio, ni-

nisi quatenùs ipse probarct, dotem versam,
fuisse in communem omnium fratrum vtili-
tatem *Gaball. loco cit. num. 7. & 8.* & latissimè
Cæsar. Mancnt. in hac re benè legendus, *decis.
Senat. manu. 52.*

7 Tertius casus est, quando pater consensit
tantum numerationi dotis, & receptioni il-
lius, firmando se capitulis matrimonialibus,
& similes actus faciendo, ex quibus resultat
consensus eius, & tunc tenetur, & remanet
obligatus ad beneficium nurus, pro dote eius
filio numerata *Speculat. in tit. de dot. post di-
uort. restit. §. 2. n. 11. Hieronym. de Leon. decis.
Senat. Valent. 54. Guid Pap. singul. 880. Fonta-
nell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2 part. 2. à
n. 66. vsq; ad finem. fol. 415. & Cancer. Variar.
Resolution. lib. 1. tit. de dot. & donat. propt. nupt.*
aliàs *cap. 9. num. 217.* post *Boer. decis. 195. n. 1.*
8 *& Pellic. d. c. 7. n. 147.* intelligēdo tamen hoc
vt pater eo casu censeatur obligatus vti fi-
deiussor, ita quod in euentu restitutionis, po-
test instare vt suis expensis discutiantur bona
filii, *Cæsar. Mancnt. d. decis. 52.* signantèr,
n. 17.

9 Sed dubium in eo consistit, an Pater con-
sentiendo tantum matrimonio à filio contra-
cto, videatur paritèr consensisse solutioni, &
receptioni dotis, ità quod saltim vti fideius-
sor (vt diximus) conueniri possit tanquam
obligatus, facto casu restitutionis illius?
Fontanell. loc. cit. videtur tenere affirmatiuè,
dum nullam constituit differentiam, ad effe-
10 ctum inducendæ obligationis, intèr consen-
sum super solutione, & numeratione dotis,
& consensum super Matrimonio tātum. Imò
expressè, quod pater consentiendo matrimo-
nio à filio contracto, illicò censeatur obliga-
tus, pro restitutione dotis, ex vi tacitæ hypo-
11 thecæ, non obstante quod expressè protesta-
tus fuerit, nolle se teneri pro securitate, & re-
stitutione dotis, tenet *Paschal.* quem sequi-
tur *Reg. Sanfelic. decis. 162. n. 4.*

12 *Cancer.* tamen loco sup. cit. tenet opposi-
tum, vt scilicèt, ex simplici consensu patris
super matrimonio filij, non resultet effectus
tacitæ hypothecæ suorum bonorum pro re-
stitutione, & securitate dotium nurus, & sic
inquiequo non potest censeri obligatus pro
effectu prædicto, proptèr approbationem
matrimonij, hoc probās ex traditis per *Curt.
iun. consil. 133. n. 5.* dicentem aliud esse, quod
Pater consentiat filio ducēti vxorem, & aliud
quod consentiat filio capienti dotem, nam si
dos esset quid necessarium, & inseparabile à
matrimonio, posset benè procedere opinio
contraria, ex regula illa, quod approbans
aliquid, videatur id approbasse cum omnibus
suis qualitatibus annexis, & inseparabilibus,
quæ veniunt in consequentiam ex necessitate
actus, vt est casus contrarius, quia consen-
tiens doti, eiusq; numerationi, videtur con-
sensisse matrimonio, sine quo non potest esse
dos; At matrimonium potest esse sine dote.
Ergò Pater cōsentiendo matrimonio, nō pōt
etiam censeri consensisse numerationi dotis:
quæ non est de essentia matrimonij, & potest
esse, & abesse, ac consideratur tanquam quid
omninò separatū, & diuersum, nec est nouū
in hac materia, quod consensus super vno præ-
stitus, ad aliud diuersum non extendatur,
13 Nam vidcmus non multis ab hinc annis fuisse
iudicatum, antefatum mulieri viduæ non de-
beri super bonis Soceri sui, quamuis ipse cō-
senserit numerationi dotis, in eius præsentia
factæ filio suo, qui etiam pro restitutione bo-
na Patris, & Matris ipsis præsentibus, & non
contradicentibus hypothecauit, & hoc non
alia ratione, nisi quia illa tacita obligatio
patris ad restitutionem dotis, inducta ex ta-
cito consensu, non potest etiam trahi ad obli-
gationem pro antefato, tanquam quid omni-
nò diuersum, & separatum, ità refert *Thor.
in compend. decis tom. 2.* verbo *Antefatum, fol.
16. col. 2.*

14 Profectò rationes istæ primo aspectu vidē-
tur firmissimæ, sed tamen intrinsecùs consi-
derato articulò, nullum habent robur, ac
proindè nunquam recedendum censeo ab
opinione *Fontanell. Paschal.* & aliorum,
qui in hanc partem inclinant, quia alioquin
consensus patris super matrimonio filij, si nō
operaretur, atque induceret tacitam suorum
bonorum hypothecam, pro securitate, & re-
stitutione dotis suæ nurus, esset vacuus ab
aliquo effectu, & inutilis, quod nō est dicēdū;
Præterea ponderationes in contrarium addu-
ctæ sunt fallaces, & ideò non obstant, quia
licèt matrimonium possit esse sine dote, non
tamen est bona consequentia, ergò dos con-
sideratur, vti quid distinctum à matrimonio,
ad effectum vt vno approbato, aliud non
censeatur paritèr approbatum, quia hoc non
est verum in matrimonijs cum dote contra-
ctis, nam tunc dos consideratur vti quid
adcò annexum matrimonio, vt dicatur pars
illius, argumento *l. fin. § si à socero in fine, ff. de
his qua in fraud. credit.* & cōnumeratur intèr
solemnitates eiusdem matrimonij, *l. fin. C. de
donat. ant. nupt.* exquisitè *Boer. decis. 22. nu. 2.*
15 & prædicta tantò magis erunt vera, attenta
opinione *Bar. in d. §. transgrediamur*, qui
dicit, quod pater potest cogi ad se obligan-
dum pro securitate, & restitutione dotis, quā
filius suus recepit, dummodò tamen vxor
quam duxit, sit persona honesta, & condigna,
& dummodò donationem proptèr nuptias
non constituat filio, id quod adeò verum exi-
stimauit *Paul. de Castr. consil. 219. visis, & con-
sideratis, num. 3. vol. 1.* vt obligatio illa in ca-
sibus prædictis, ex quo necessariò est facien-
da, in omni euētu habeatur pro facta, ex *tex.
in l. si finita, § elegantèr, ff. de damn. infect.* &
aliqua per *Manent. d. decis. 52. sub n. 4. versic.
Non negamus.*

Sed nè videar iuris nostri municipalis penitùs ignarus capio binas *Consuetudines* quarum vna, *Filio ducente*, incipit, Altera verò, *si Pater*, exorditur, sub *tit. de Patr. recipit. dotes*, ex prima infero ad duo. Primò ad limi-
16 nem huius postremæ conclusionis, quam ex *Bar.* firmauimus vt nimirum ex dispositione dictæ *Consuetud. filio ducente*, nullo modo cogi possit pater ad se obligandum pro dote nurus, si matrimonium quod filius contraxit, eo inscio processit, quia lex prædicta municipalis, obligat bona parentum pro securitate, & restitutione dotis quam filius recepit, si tamen matrimonium, & dotatio ipsis consentientibus effectum habuere, & sic consensus apponitur ibi pro qualitate necessaria ad obligationem inducendam, iuxtà formam ab ea traditam.

17 Infero secundo ad limitationem, & declarationem quæstionis, & opinionis, quam suprà formauimus, & firmauimus, *à n. 9. vsque ad* 14. vt scilicèt pater consentiendo matrimonio filij, tantum, non censeatur consensisse numerationi, & dationi dotis, ad effectum inducendi obligationem suorum bonorum, pro securitate, & restitutione illius, nam per dictam *Consuetudinem* duo copulatiuè requiruntur ad finem prædictum, quod scilicèt cõsentiat pater matrimonio, & etiam numerationi dotis, vt in princip. ibi. *Filio ducente vxo-*
18 *rem, & dotem recipiente cum consensu patris*, &c. Siquidem illa dictio, &, coniunctiua est, & posita inter duas qualitates facie vt vtraq; sit necessaria ad actum *l. si hæredi* 5. *ff. de condit. inst.*

19 Ex secunda verò *Consuetudine*, exordiente, *si pater*, Infero ad declarationem eorum quę suprà diximus, *à n. 2.* per totum *n. 4.* vt nimirũ si pater confiteatur vna insimul cum filio sub potestate sua existente recepisse dotem nurus, isto casu per dictam *Consuetud.* solus pater ad restitutionem tenetur, quasi solus receperit, si tamen sit soluendo, nulla facta distinctione an ipse solus, an filius tantum, & an vterque administrent negotia, & peculium domus. Quæ omnia censeo nullam habere difficultatem per dictas *Consuetud.*

20 Sed quæro, an filius possit cogere patrem; ad restitutionem dotis vxoris suæ, quam ipse pater recepit? Respondeo, quod si filius est emãcipatus, & potest. Sin verò est adhùc sub potestate patris, & subdistinguo; *Vel* filius recessit à domo patris de consensu eius, & pariter potest. Vel recessit eo dissentiente, vel non consentiente, sed ob eius, vel nouercæ sæuitiam, itemque ob aliquam aliam iustã causam, & nec minùs prohibetur instare pro restitutione, nisi filius sit dissipator, & suspectus de dilapidatione, quo casu pater tenetur solum ad alimenta. Vel demum recessit à domo patris, absque iusta causa, & tunc pater non tenetur ei restituere dotem, nec penitus ad aliquid aliud; ita latè distinguendo prosequitur *Boer. decis.* 195. qua occasione
21 noto etiam, quod si pater qui recepit dotem filio datam, seque ad beneficium nurus pro restitutione, & securitate illius obligauit, eandem dotem filio restituat, liberatur ab obligatione, nec potest ampliùs à nuru molestari *Paul. de Castr. in d. §. transgrediamur sub n. 4.* & notabilitèr *Afflict.* ac ibi *Vrsill. decis.* 349. dummodò tamen restitutionem faciat de consensu nurus, vel eius patris *Boer. d. dec.* 395. *n.* 8.

22 Et in quantum tandem concluditur hic, vt sit concedenda mulieri assecuratio suarum dotium, licèt plures habeat obligatos, nempè socerum, & virum, si alter eorum dissipet, & malè vtatur substantia sua, quamuis altèr dites sit, & moderatus, addo quæ ego idem ex quampluribus tradidi *sup. cap.* 20. *n.* 5. & prætèr allegatos ibi, legendus omninò *Cæsar. Manent. decis.* 51. per totam, vbi plenissimè.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Educatio pupillorum, existente matre, ei est committenda, num. 1. *etiam si esset debitrix, vel creditrix filiorum, num.* 2. *limita si transiret ad secunda vota, num.* 4. *nec recuperat educationem filiorum, quam amisit, etiam quod iterum viduetur, n.* 5.

Mater binuba, præsumitur excoriare filio primi matrimonij, & dicitur adducere illis tyrannum, n. 3.

Pater binubus priuatur multoties educatione filiorum suorum, & quando, num. 6. *&* 8.

Nouercarum natura qualis sit, n. 7.

Educationis materia est Iudici arbitraria, n. 9.

Iudex in educandis pupillis, potest recedere à voluntate testatoris, latè, n. 10.

Iudex duo debet præ oculis habere in educandis pupillis, n. 11.

Pupilla debet auferri ab auia, quæ eam educabat, si eidem inequales, & immaturas nuptias procurauit, num. 12.

Educatio pupillorum non est danda proximè successuris, & quare, latè, n. 13.

Pupillus non debet educari à fratre adulto, & quare, num. 14.

Mater binuba in tribus casibus hic relatis, potest, habere educationem filiorum suorum, num. 15. 17. *&* 18.

Mater binuba quomodo succedat filijs primi matrimonij, n. 16.

AD

AD CAPVT XCV.

Additio.

1 Ducationem filiorũ, pupillorum, matre existente, nemini concedendam esse, quam ei, concludit *Imperat.in l. 1. C. vbi pupill.educ.debe. Reg. de Pont. de potest. Proreg.tit.10. de diuer.prouis. fieri solit. rub. de Bali. daud. feud.minor.* signãtèr *n. 3.fol.347.* quia nullibi cariùs, & cautiùs educari possunt filij, quam penes matrem, cuius ergà illos affectus pater-
2 num superat, atque vincit. Hinc quamuis mater pupillorum filiorum creditrix, vel debitrix sit, non tamen arcetur ab educatione, & tutela eorum, nec transit cum regula, vt
debitores, vel creditores pupillorum nequeat eorundem tutelam gerere, de *tex. in auth. vt sin. prob. b. matr. debitr. vel creditr. tutel.ger. minor. Grammat.decis.55.num.4. Menoch.de arbitr. Iudic.casu 168.num.3. & Dom.Reg.de Pont.decis.20.n.24.*
3 Hæc eadem legis fiducia ergà matres, prò educatione filiorum pupillorum in casum cessat, cum ea ad secundarum nuptiarum statum conuolant, & vbi aliàs de eis quamplurimum lex confidit, tantò magis per secundas nuptias de eisdem suspicatur; præsumitur enim, quod pessimum eo casu pro eis capiant consilium, & quod futuræ sint primi coniungij filiorum excoriatrices *l.lex quæ tutores 22.§.lex enim, C. de administr. tutor.* Ibi. *Contrà fæminas immoderatas, atque intẽperantes prospexit minoribus, quæ plerumque nouis maritis, non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt*, id quod exornat *Molfes ad Consuetud.Neap.tom.1.part.3.quæst.11.num. 9.* & elegantèr *Dom.meus Hodiern.* in suo singulari commentario, *ad l. hac edictali, quæst. 1.n.18.& quæst.49 n.52 versic. Nec obyci poterit. C.de secund.nupt.* addam *D. Hieronym. ad Furi.lib.2. epist. 19.* dicentem *Superducit Mater filijs, non nutricum, sed hostem non parentem, sed tyrannum, inflammata libidine obliuiscitur vteri sui, & inter paruulos suas miserias nescientes, lugens dudum noua nupta*
4 *componitur*. Quò fit (vt ad rem nostram redeamus) Matrem binubam illicò ab educatione liberorum suorum arceri, quia lex vitricum, quam ipsa duxit, iustè formidat, *d.l.1, ibique glos.Bar. Bald. & Salic.C.tit.tit. vbi pupill.educ. debe. Bald.* qui alias rationes cumulat, *consil.96.n.1.vol.4.Corne.consil.113. num.4. Augel. consil 154. & Boer. decis. 266.*
5 Imò educationem filiorum pupillorum non debere ad matrem reuerti, quæ semel ab illa ob secundas nuptias fuit expulsa, quamuis viduetur, quia licèt cesset causa, quare non debeat esse filiorum educatrix, nõ tamen cessat contrà eam suspicio, & præsumptio, quod tertio nuptura erit, & quod opera eius futura sint peiora prioribus, nam semel malus, nunquam desinit esse talis, maximè quando adsunt filij secundi coniongij, iam dissoluti, vt cumulatis omnibus authoribus, & rationibus benè probat *Consiliar. Ari de Mes.Variar. Resolut.lib. 2. cap.25.* vbi doctè tractat hanc educationis materiam.
6 His addam, Patrem quoque interdum solere filiorum educatione priuari, si se secundæ vxori copulauerit, concurrentibus tamẽ alijs admioiculis, nimirum prauis eiusdem patris moribus, atque sæuitia, vt iudicatum refert *Rouit.decis.8.n.15* & profectò æquissima est opinio hæc, nam negari, ac hæsitari haud poterit, filiorum vitam in maximo discrimine, periculoue constitutam dici, intèr sæuitiam paternam, ac insolentias nouercæ,
7 cui talis insita est natura, vt continuò priuignis suis mala det consilia, ac pessimè moliatur, latè *Riminald.iun.* qui multa contrà nouercas inuehit, *consil 418.n.9.cum seqq* Vndè versus. *Est mihi namque domi, loco matris*
8 *iniusta nouerca*. Et sic iuxtà superiorem sententiam, ponderatis prædictis, poterit Iudex (& quidem rectissimè) patrem binubum arcere ab educatione filiorum prioris matri-
9 monij: Constat enim præsentem educationis materiam esse arbitrariam, vt quod iudici vtile, & expediens videbitur pro pupillis, id exequatur, *d.l.1. C. vbi pupill.* &c. *l. si di-discrepetur.5.ff.eod.l.1.§.tria luminaria, ff.de ventr.inspic.l. tam dementis, C. de Episc. au-*
10 *dient.* & latè *Bald. caus.487 lib.5.* Adeò quod potest ipse ex iusta quæ ei videbitur causa, à testatorum voluntate recedere. eam enim nõ tenetur sequi, si sit nociua pupillo, & sic spreto præcepto testatoris, committentis alicui educationem, potest alium eligere, penès quẽ decètiùs, & cum maiori decore valeat pupillus educari, *Dec.consil.349.num.5. Grammat decis.7.n.5. & decis.55.nu.2 Vrsill. ad Afflict. decis.281.sub num.3. Fontanell.de pact.nuptial. tom.2.claus.5.glos 8.part 11.num. 17.fol.182. Reg.de Pont.d.decis.20.n.21.* cũ multis seqq. *Mastrill.decis.Sicil.230.n.6.15.16 24. & 28. Nouar.decis.130.n.24 & Cancer.Variar. Resolut.part.1.tit.de tutor.cap.7.n. 94* & in hoc
11 duobus potissimum incumbere, & prospicere debet Iudex, honestati nempè, & vitæ pupillorũ edocandorum: Honestati puta si age-
12 retur de educanda puella, quæ vt dicebat *Socin.sen.* debet auferri ab auia, à qua educabatur, & dari auunculo, si auia illa tractasset inequales, & immaturas nuptias nepti suę, sequitur *Aymon.Crauett.consil.18.n.11.lib.1.*
13 Et vitæ. Nam regularitèr educatio non est

committenda illis, qui post mortem pupillorum educandorum forent successuri, & sic, in quibus adest succedendi, spes, ex qua vehementissima oritur contrà eos suspictio, nè vt succederent, pupillos quos educandos receperunt, interficiant, ac morti tradant *Iaf. consil.53 Redemptoris Crucifixi, col. 6.* circà finem, *versic. Prætereà, & fortiùs, vol. 3. Ramon consil.4.nu. 26. Fontanell. de pact.nupt.d. tom.2.clauf.5.glof.8.part.11.n.16.fol.*18.*Christof.Mart.decis senens.62.nu.26. & Mastrill.d. decis.*230.*n.*23. concludentes, sinistram illam præsumptionem, resultantem ex spe succedendi, semper esse habendam præoculis Iudicis;

14 quà de causa dicebat *Ramon.loc.cit.n.*36. pupillum non deberi educari penès fratrem adultum, suppositâ in eo memorata spe succedendi, idem tenet *Reg. Valenz. consf.* 36.*n* 40. qui reprehendendum putauit *Menoch.* cōtrarium sentientem *tract. de arbitr.Iudic.casu* 168.*n.*11. vt refert *Consiliar. Ari. de Mes.d. cap.*25.*n.*40.*in fine, lib.*5.

15 Ex hac eadem ratione, arguendo à contrario dicimus, quod si mater quæ secundò nupsit non posset filijs succedere, vt euenit sepissimè in hac Neapolitana Ciuitate, in qua cōtrahuntur matrimonia ad vsum nobilium Plateatū Capuanę, & Nidi, quod aliud non importat, prætèr quod exclusionem parentum à successione filiorum, isto casu mater binuba nullo pacto arceri potest ab educatione filiorum, quasi cesset ratio malignæ suspictionis, & priuarionis, quæ est spes succedēdi, ex traditis per *Alberic.in d. l.* 1.*in fine,C. vbi pupill. educ. deb.* Curt.iun.conf.94. n.8. *& 9. & Fontanell d.tract.tom.* 2.*clauf.*5.*glof* 8. *part.*11.*n.*15.*fol.*182. Non obstat,ꝙ mater secundo nubēs excluditur ab educatione filiorum, vt diximus, & tamen non succedit eisdem filijs, proptèr transitum ad secunda vota, *l.fæmina, §.illud etiam, C.de secund.nupt.* quia hoc non est verum simplicitèr, nam mater secundo nubens, non succedit filijs in proprie-

16 tate bonorum, succedit tamen in vsufructu illorum, *d. §. illud etiam*, Item succedit filio vnico, vt ibidem, & demum succedit filiis in bonis vndequaque eis obuentis extrà patrimonium Patris, ad *tex.in l.mater, 5.C. ad Tertyll & in auth.de nupt.§.hinc nos alia, versic.Sed quanta, collat.* 4. Et sic adest etiam spes succedendi, ac per consequens causa exclusionis ab educatione.

17 Secundò, non est arcenda mater ab educatione filiorum pupillorum, si eorum patrimonium læue sit, & tenue. Attendatur pro comprobatione ad verba eruditissimi *Annai Robert.rerum Iudic.lib.*1.*cap.*8. circà finem *versic.successio hæc, fol.mihi* 142. vbi hæc dicit elegantissimè. *Successio hæc leuis est, & minimi momenti, vt nefas sit tam modicam ob spem, de maternis insidijs quidquam mali suspicari.*

18 Tertiò, & tandem non debet mater priuari educatione filiorum, quamuis ad secundas nuptias conuolet, si sit bonæ conditionis, & famæ, vt dici possit maternum amorem ergà filios primi matrimonij non cessasse ex iterato coniungio, omnia tamen Iudicis arbitrio remittendo, an qualitates prædictæ cōcurrant *Reg. de Pont.d.decis.*20.*n.*25. *Molfes. ad Consuetud.tom.*1.*part.*3.*quæst.*11.*n.*18 *Consiliar. Ari.de Mes d.cap.*25.*n.*4. *&* 5. vbi quàplures DD. multasq; decisiones latissimè cumulat, addo *Dom.Consiliar. Marcian. consil.* 64.*sub n.*10.*vol.*2.

Io: Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

Sindici, & electi pro Regimine Vniuersitatis, an ex eorum facto obligent Vniuersitatem, & Ciues, remissiuè, num. vnic.

AD CAPVT XCVI.

Additio.

1 
ADDO remissiuè, an Electi pro regimine Ciuitatis, vel Vniuersitatis, (quos Sindicos appellamus) obligent ex eorum facto Ciues, & Ciuitatem, videndos *Oldr.consil.* 315. *nu.* 4. *versic. Sed idè & Felin.consil.*16.*n.* 8. quem refert doctissimus *D. Consiliar.Staib.Resol.Forens.lib.*1.*Resolut.*10. *num.*1.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

*Illegitimi non succedunt in emphyteusi Ecclesiastica, n.*1. *Nec legitimati rescripto Principis, n.*2. *Item nec legitimi, & naturales, descendentes ex patre illegitimo, n.*3. *etiam quod concessio sit, pro se, & quibus dederit, n.*4. *cū ampliatione nu.*5. *Sed limita vt naturales succedant in emphy-*

phyteusi Ecclesiastica, si tempore concessionis erant iam nati, nec aderant alij filij legitimi, n. 9. Item si fuissent legitimati ab Imperatore expressè ad emphyteusim Ecclesiasticam, n. 10. & tertiò si fuissent legitimati per subsequens matrimonium, n. 11.

Clausula pro se, & quibus dederit, vel hæredibus quibuscunq; cuius natura sint, & quid importent, quidue operentur, n. 6. & 8.

Dictiones, & verba generalia quæ hic ponuntur, plerumq; restringuntur iuxtà subiectam materiam, n. 7.

Argumentum de feudo ad emphyteusim validum est, n. 12. quia inter vnum, & aliud magna est affinitas, n. 13. & dispositum in vno dicitur dispositum in alio, n. 14.

Naturales etiam legitimati non succedunt in feudis, n. 15. Sed limita in legitimatis per subsequens matrimonium, n. 16.

Verum sublimita limitationem, si inuestitura esset, pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, quia tunc nec legitimati per subsequens matrimonium succedunt, vt latè contrà Reg. de Pont. *n. 17. & 18.*



AD CAPVT XCVII.

Additio.

1 

ILII illegitimi regularitèr non succedunt in emphyteusi Ecclasiastica, quia cum nō possint sine peccato generari, videntur meritò eidem Ecclesię odiosi, ac ideò sub inuestitura, & concessione emphyteusis, non comprehensi *Bald. in l. generalitèr, §. cum autem, sub n. 2. vers. Item in emphyteusi, C. de inst. & subst. Io: Guttier. in repet. § sui, inst. de hæred. qualit. & different. n. 179. Macerat. Variar. Resolut. lib. 1. Resolut. 98. n. 2. & Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 6. n. 51. & 52.*

2 Ampliatur conclusio ista primò, vt nec legitimatus per rescriptum Principis succedat in emphyteusi Ecclesiastica, latissimè *Ciarlin. d. cap. 6. per totum, Macerat. & Guttier. loc. cit. Peregr. de nominat. emphyteut. qu. 1. sub n. 47.* quem sequitur *Censal. ad Peregri. de fideicomm. artic. 23. vers. Secundò ampliatur fol. 120. col. 2.* post *Ias. in d. l. generalitèr, §. cum autem, n. 9. C. de inst. & substit. Alex. consil. 94. consideratis his, n. 5. vol. 1. & consil. 60. visa legitimatione, vol. 2. Dec. cons. 284. n. 13. & cons. 365. n. 1.* & melliùs *Paris de reintegr. feud. cap. incipiente, An si successio n. 2. & 3. fol. mihi 79. col. 1.*

3 Secundò ampliatur, vt nec filius legitimus, & naturalis, descendens tamen à patre illegitimo, succedere possit in emphyteusi Ecclesiastica, tanquam originem habens ab arbore, & radice infecta, prout de iure esse dicit *Dec. cit. consil. 624. n. 4. ex tex. in l. fin. cum glos.* in verbo, *Aperimus, C. de natural. liber.*

4 Ampliatur tandem, vt censeantur exclusi
naturales tantū, ab emphyteusi Ecclesiastica,
etiam quod in inuestitura, seù concessione
fuisset apposita clausula illa, *pro se, & quibus
dederit*, vt ex *Gabriel.* notat *Macerat. d.* Resol.
98. sub n. 2. versic. Et insuper, vel etiam si fuis-
set dictum, *pro se, & hæredibus suis quibuscun-
que*, vt exquisitè fundat *Dec. consil. 171. In cau-
5 sa venerabilium, d. n. 2. vsq; ad finem*, probans
in fortioribus terminis, in *vers. Nam Primò*,
vt nec legitimatus rescripto Principis succe-
dat, non obstantibus clausulis prædictis, quæ
6 & si generales, & ampliatiuæ dispositionis in
qua apponuntur, tamen semper restringun-
tur ad personas habiles, vt in terminis, clausu-
læ, *pro se, & quibus dederit*, vel *pro se, & hæ-
redibus quibuscunque*, probat *Bald. consil. 207.
Quæstio est n. 3. vol. 2. Idem in cap. 1. §. donare,
vers. Sed dubitari potest, in fin. tit. qualit. olim.
feud. alien. poter. Rube. consil. 110. n. 6. Bero. cōs.
44. n. 20. & consil. 103. n. 19. & cons. 122. n. 22.
Bertazzol. cons. 73. n. 15.* & videndus *Caccher.
Osas. decis. Pedam. 164. per totam.* Plerumque
7 enim dictiones, & verba generalia, vt *quibus-
cunque, vnusquisque, quocunque, quicunque*,
omnes, & similia, restringuntur iuxtà subiectā
materiam, *glos in l. promittendo, versic. condi-
tionisque in fine, ff. de iur. dot. glos. in l. emanci-
pati, versic. loco, ff. de adopt. glos. in l. 2. versic.
Quocunq; C. vbi de ratiocin. agi oport. glos. in
l. 1. versic. Quibuscunq; C. de fid. instrum. & in
l. 1. versic. habeat vnusquisq; C. de Sacrosanct.
Eccles.* & doctè ex *Bald.* latè *Tiraquell. de re-
tract. lignag. §. 1. glos 7. n. 26.* neque omittam
8 ad hunc propositum, quæ scribit *Beltramin.
ad Ludouis. decis. 529. nu. 22.* vbi tenet, quod
clausula, *pro se, & hæredibus quibuscunq; & qui-
bus dederit*, operatur tantum in primo acqui-
rente, vt nimirum is dumtaxàt possit rem
concessam dare (dummodò accipiens non
sit inhabilis vt diximus) & sic alij vlterio-
res successores non possunt se iuuare ex illa
amplitudine concessionis, sequitur *Nigr. de
laudem. tom. 2. quæst 14 n. 47. fol. mihi 215.*

Hactenùs non inutilitèr digressi sumus ad
firmandum illegitimos esse inhabiles ad suc-
cessionem emphyteusis Ecclesiæ, id quod tri-
bus extensionibus ampliauimus: Notandæ
sunt modò totidem limitationes, quarum
prima elicitur ex *Cardin. Paleot. tract. de noth.
9 & spur. cap. 30.* vbi dicit, naturales filios suc-
cedere in emphyteusi Ecclesiastica, si tempo-

re

re concessionis alicui factæ *pro se, & filijs suis*, ipse cõcessionarius solos filios naturales habebat, quasi eo casu Prælatus, vel alius concedens de illis filijs intellexerit, qui iam nati erant, non de nascituris, quam sententiam prosequitur latè *Facchin. contr. iur. lib. 8. cap. 98.* qui per plura argumenta dicit opinionem istam verissimam esse.

10 Limitatur secundò, si naturales liberi, fuissent rescripto Imperatoris legitimati, paritérque habilitati ad feuda, & emphyteusim Ecclesiasticam, quoniam habito pro vero, quod potest hoc per Imperatorem fieri, iuxta tradita per *Landerch. consil. 19.* intrat necessariò, præfatam legitimationem iuuare ad effectum prædictum, ita sepè cit. *Dec. d. consil. 624. n. 4.* confert *Alex. consil. 5. n. 3. in fin. versic. Quia etiam legitimatus, vol. 7. & Reg. de Pont. in lect. feudal. 10. n. 29. in fin.*

11 Tertiò omissis aliis limitatur, in filiis naturalibus legitimatis per subsequens matrimonium, quos explosa omni hæsitatione dicimus succedere in emphyteusi Ecclesiastica, quia per subsequentem illam legitimationem, videtur purgata omnis macula, quæ reddebat filios illos odiosos Ecclesiæ *Anear. consil. 241. n. 5. Siluan. cons. 3. n. 24. Tiraquell. de iur. primog. quæst. 34. n. 54. Peregrin de fideicomm. art. 24. n. 10. Menoch. consil. 174. n. 15. lib. 2. & consil. 227. n. 19. lib. 3. Thesaur. decis. 84. n. 3. Gabriel. cons. 21. n. 19. lib. 1.* vbi testatur de verissima, & indubitata opinione, quam tenet etiam *Pras. Vrsin. de success. feud. part. 1. quæst. 3. artic. 1. n. 12.* per discursum. post *Gutier. in d. §. sui, sub n. 179. inst. de hared. qualit. & differ.*

12 Quæ opinio corroboratur arguendo de feudo ad emphyteusim, & è contrà, quod argumentum validum in iure reputatur, vt post alios docet *Marant. in spec. part. 3. principal.*
13 *n. 87. fol. mihi 29.* quia magna est affinitas intèr feudum, & emphyteusim *Zas. de feud.*
14 *par. 3. n. 5.* adeò quod dispositum in vno, in alio paritèr dispositum censetur, *Paris de reintegr. feud. cap. incipiente aliqua insupèr, n. 2. fol. 5. col. 1. & Grattan. discept. forens. tom. 5. cap. 818. num. 32.*

15 Nam licèt in feudo non succedat filius illegitimus, etiam legitimatus, *cap. naturales, tit. si de feud. fuer. cont. Bald. in d. l. generalitèr, §. cum autem, nu. 2. C. de inst. & subst. Facchin. contr. iur. lib. 7. cap. 49.* Nisi rescriptum legitimationis eum expressè ad successionem feudorum habilitauerit *Alex. & Reg. de Pont. loc.*
16 *sup. cit.* Tamen legitimatus pèr subsequens matrimonium sempèr, & indifferentèr succedit in feudis, cuiusuis naturæ, & qualitatis sint, argum. *tex. in auth. quib. mod. natural. effic. sui. §. reliqui, Luc. de Penn. in l. eos, col. 7. versic. Quartò quaro, C. de his qui spont. publ. muner. subc. & Reg. de Pont. in lection. feudal. lect. 1. n. 108. & 109. & lection. 10. n. 30.*

17 Verum hac sumptà occasione, cauendum censeo ab eod. *Reg. de Pont.* dum in loco mox allegato, ampliando præfatam conclusionẽ dicit, legitimatos per subsequens matrimonium succedere in feudis, etiam quod inuestitura sit, *pro se, & eius heredibus ex corpore*
18 *legitimè descendentibus*: Hæc inquam opinio nullo pacto tenenda est, inspecto quod ex tenore inuestituræ legitima qualitas requiritur conceptionis tempore, quia tunc filius dicitur descendere ex corpore patris; quam sententiam tenent *Bald. in d. cap. 1. §. naturales, n. 5. tit. si de feud. defunct. contr. fuer.* & ibi *Aluar. Barbat. in l. cum acutissimi, n. 40. C. de fideicommiss. Præpos. in cap. per venerabilem, §. quod autem, n. 60. versic. Vltimò dicas, tit. qui fili. sint legit. Luc. de Penn. in d. l. eos, col. 8 versic. Præterea Dominus qui locauit, C. de his qui public. mune. subc. Alex. cit. consil. 5. sub n. 3. versic. hoc etiam, vol 7. Curt. sen. cons. 35. n. 22. Ruin. cons. 92. n. 13. vol. 3. Natt. consil. 624. n. 21. Gozadin. cons. 25. n. 2. Roland. à Vall. consil. vltim. n. 39. vol. 2. & Curt. iun. de feud. in 2. part. 3. parc. principal. num. 41. versic. Secunda principalis regula*, dicentes, intantum legitimatos per subsequẽs matrimonium succedere in feudis, inquantum inuestitura sonaret simplicitèr, pro se, & filiis legitimis, & naturalibus, secùs autẽ si sonaret pro se, & filijs ex corpore legitimè descendentibus, quia tunc non comprehenduntur, immò videntur expressè exclusi filii legitimati per subsequens matrimonium, *Molin. de Hispanor. primog. lib. 3. cap. 3. nu. 9.* & meliùs, atque latiùs *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 22.* & pro comprobatione videnda, quæ tradit *Ceuall. pract. conclus. commun. contr. commun. quæst. 606. num. 26. cum seqq.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Bona Ecclesiæ non possunt in emphyteusim concedi vltrà tertiam generationem, n. 1.

Hinc si hoc non fuisset expressè conuentum, censeretur tacitè facta concessio vsque ad tertiam generationem. n. 2.

Emphyteusis concessa ad tertiam generationem an finiatur in nepotibus, an verò in pronepotibus, & sic an connumeretur primus acquirens, n. 3. Resoluitur non computari primum acquirẽtem, & ideò finiri in pronepotibus, n. 4. Sed contraria opinio est verior, n. 6. & reijciuntur argumenta contraria, num. 7. Sed intellige, amplia, & limita, vt n. 8. 9. & 10.

Persona loquentis non comprehenditur in generali sermone, n. 5.

Con-

Consuetudo attenditur in contractibus, & concessionibus emphyteuticarijs, n. 11.



AD CAPVT XCVIII.

Additio.



1 Vthenticorum iure non possunt bona Ecclesiæ in emphyteusim cōcedi vltrà tertiam generationem, vt *in §. dudum, auth. de nō alien. aut permut.* Adeò quod si de concessione nō constet, vel constet, sed tamen non sit in ea expressum, taxatumq; tempus, præsumitur ad tertiam generationē facta concessio, & non vltrà; nam censetur fuisse secundum formam iuris conuentum, *Bald. in l.* 3. *n.* 8. & ibidem *Ias. n.* 160. *versic. & respondeo, C. de iur. emphyt. Alex. in l. qui aliena, n.* 15. *ff. de acquir. hæred. Ias. in l. ait Prætor, §. Item si iurauero, ff. de iur. iurand.* idem *Ias. in l. certi conditio, §. si nummos, num.* 17. *ff. si cert. pet. Ruin. cons.* 3. *n.* 19. & *cons.* 160. *nu.* 10. *lib.* 4. *Francisc. Balb. tract. de præscript. in* 1. *particul* 3. *part. principal. quæst.* 10. *n.* 25. *Alciat. tract. de præsumpt. regul.* 2. *præsumpt. vltim. Crauett. tract. de antiq. tempor. in* 4. *part. principal. n.* 70. *Pancirol. cons.* 94. *n.* 7. *Bursat. cōs.* 23. *n.* 28. *Natt. consil.* 3. *in vltim. volunt. & Aluar. Valas. tract. de iur. emphyt. quæst.* 1. *n.* 12. *in fine.*

3 Ex quibus non modica oritur indignatio,
quā hic de more examinat *Spect. Dom. meus*;
an tertia generatio in nepotibus finiatur, an
potius in pronepotibus, & sic, an persona ac-
quirentis faciat, vel nè primam generationē,
ad cognoscendum, quando finita censenda
sit emphyteusis; *Consiliar. de Georg. al-*
4 *leg.* 10. *n.* 18. post multos quos ipse allegat
tenet, personam primi acquirentis non com-
prehendi, ac ideò finiri emphyteusim in per-
sonis pronepotum, nouitèr etiam *Ciarlin.*
contr. iur. lib. 1. *cap.* 105. *n.* 18. & 121. & *lib.* 2.
cap. 173. *n.* 14. fortè probatur opinio ista, tum
quia primus acquirens non potest dici sui ip-
sius genitor, ac ideò non facit primam gene-
5 rationem, tum secundò, quia in generali ser-
mone non comprehenditur persona loquen-
tis *l. inquisitio,* 18. *C. de solut. & l. qui insulam*
33. *§. fin.* vbi *glos. in verbo, extrariam, ff. locat.*
licèt contrà *tex.* manifestus *in l. Paulus respō-*
dit 29. *§. fin. cum glos.* ibi *in versic. ipsum quo-*
que, ff. de pignorat. action.

6 Contraria verò sententia, vt in nepotibus
emphyteusis finiatur, computata persona
primi acquirentis, indubitantèr suadetur ex
tex. in d. §. dudum, auth. de non alien. aut per-
mut. ibi. *Ideoque nos in quadam definitionum*
nostrarum definiuimus, vsque ad personas tres
emphyteusim fieri (quod indè clarius declarat
Imperat. per hæc verba) *accipientis, & duorū*
successorum aliorum. Idem tenet *Paris de Pu-*
te. de reintegrat feud. cap. incipiente, An si con-
cedatur, n. 3. *fol.* 73. *à terg. col.* 2. *Mart. de clauf.*
part. 2. *clauf.* 77. *n.* 5. ex *Verall decis* 18. *n.* 3. &
decis. 112. *num.* 3. *part.* 2. & alij multi relati per
Macerat. Variar. Resolut. lib. 1. *Resolut.* 112. *ca-*
7 *su* 46. *versic. quidquid dixerint*, Nec contraria
fundamenta obstant, siquidem primus acqui-
rens non comprehenditur quasi se ipsum ge-
nerauerit, sed tantum quatenùs est, secundæ,
& tertiæ generationis initium, ita *Paris loc.*
cit. Sicùt nec mouet regula, vt in generali ser-
mone non comprehendatur persona loquētis,
illa siquidem vltrà quod est dubia, vt diximus
tamen dato, quod sit verissima, redditur ta-
men inapplicabilis, quia persona loquentis
benè potest pacto sub sermone comprehendi,
prout in casu nostro, nam post quam quis re-
cepit ad tertiam generationem, videtur se
ipsum includere, quia censetur se vniformas-
se cū dispositione iuris, quod mandat cōpre-
hendi primum acquirentem, vt sup. non ob-
scurè demonstratum est.

8 Retenta igitur hac opinione, dicimus eam intelligi, quando simplicitèr concessa esset alicui emphyteusis, ad tertiam generationē; At qui tamen, si concessio esset, pro concedente vsque ad eius tertiam generationem, tunc primus acquirens nullo pacto veniret computandus, ac ideò extederetur emphyteusis nō tantum ad nepotes, verum etiam ad pronepotes recipientis, prout dicebat *Bar.* huius differentiæ author, quam pulcram appellat *Menoch. consil.* 883. *n.* 3. *lib.* 9. & *consil.* 1066. *n.* 10. & 11. *lib.* 11. *Verall. loc. cit. num.* 1. & 2. *Farinacc. decis.* 305. *n.* 1. *lib.* 1. & *decis.* 282. *n.* 1. 2. & 3. *lib.* 2. *Ludouis. decis.* 522. *n.* 1. & 2. post *Alex. cons.* 125. *Attentis verbis, n.* 6. & 7. *vol.* 5. cum alijs ferè innumeris cumulatis per *Ciarlin d. cap.* 183. *n.* 96. & 97. *lib.* 2. cui addo *Macerat. d. Resolut.* 112. *casu* 46. *lib.* 1. & ita refert decisum in *Rot. Rom. Peni. decis. eiusdem Rot.* 176. vbi latè, cumulando etiam rationes huius opinionis.

9 Item succederent pronepotes; non computata persona primi acquirentis, si ita practicari in aliis concessionibus consueuisset, & hoc non obstante, quod concessio esset simplex, nempè pro recipiente ad tertiam generationem, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 25. *n.* 28. & *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *clauf.* 4. *glos.* 11. *nu.* 29. *fol.* 282. post *Bald. in d. auth. quas Ruinas, n.* 4. *C. de Sacros. Eccles. Soccin. cons.* 25. *n.* 8. *lib.* 1. *Alex. d. consil.*

Zz 3

125 *n.6.lib.5.Gabriel.consil.68.n.1.& 7.lib.2.*
10 *& Verall.d.decis.18. lib.2.* Sicùt in casu contrario, licèt concessio sit pro recipiente, vsque ad eius tertiam generationem, illa nihilominùs ad solos nepotes extenderetur, non autẽ ad pronepotes (vt diximus suprà) si ita in similibus concessionibus consueuisset obseruari, cit. *Peni.decis.*220. vbi ex quo constabat de præfata obseruantia, seù consuetudine fuit reuocata sententia eiusdem *Rot.* de qua *cit.*
11 *Peni.d.decis.*176. Quia potissimum in his cõcessionibus in emphyteusim attenditur Consuetudo, vt aliàs diximus addo *Simon.de Petr.consil.*106.*n.* 68. cum alijs multis allegatis per *Gratian.discept.forens.tom.* 4. *cap.* 675. *num.*15.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

E*Mphiteuta Ecclesiæ non potest collectari à Laicis, num.1.*

Et huius opinionis referuntur octo argumenta, nu. 2. vsq; ad nu.9.

Referuntur authores contrariæ opinionis, nu. 10. quæ est verior, & vsu recepta, n.12. & eius potissimum fundamentum adducitur, n.11.

Nec non respondetur argumentis contrarijs, à nu. 13. vsque ad 21.

Sed tamen declaratur opinio, vt possit emphyteuta collectari, tribus modis, num. 22. 23. & 24.

Et ampliatur etiamsi solueret magnam pentionẽ, num. 25.



AD CAPVT XCIX.

Additio

1 OCTORVM turma in hoc articulo in duas se scissit principaliores sententias, ita quod vix, non dicam penitùs hactenùs discerni possit quæ sit verior, & magis cõmunis opinio, & profectò, quantò magis agitatur, eò dubior redditur, ac ideò procedẽdo ad dilucidationem pro viribus, opiniones cum argumentis referam, sensum meum apeciam, ac tandem solutiones proponam

1 Prima opinio est *Bar.in l.priuata.C. de excusat.muner.lib.*10. Dicentis expresse, emphyteutam Ecclesiæ, pro re quam ab ea recognoscit non teneri ad solutionem collectarum, aliorumq; onerum, sequitur *Io. de Plate. in d.l.priuata Bald.in l.1.C.de iur. emphyt.Ias.in in auth.quas actiones, n.* 42. *versic. vide etiam C.de Sacrosanct. Eccles. Parpal.in l.placet.nu.* 16. C.*eod.tit.Duen reg.*100.*ampliat.*3.*Laurẽt. Syluan.consil.*9. *n*.9.*versic.his tamen, & n.* 17. 23. *&* 24. *Cassan.ad Consuetud. Burgund. rub.* 4. *&* 6.*n.* 6. *versic. & intellige Tiraquell. de retr.lignag.§.p.glos.*13.*n.*10.*Eugen. consil.* 96. *n.*22.23.*&* 24.*lib.*1. *Homod.consil.*218.*n.*12. *Crilin.cons.*40 *n.*4.*&* 7. *cum seqq. Sforz. Odd. cons.*70.*n.*23.*vsque ad* 40.*Ruin.consil.* 111. *n.* 10.*versic.Item nota, vol.*5.*Petr.de Vbald.tract.* 2.*n.*4.*&* 5.*tom.*12.*tract.Menoch. consil.*444.*n.* 7.*lib.*5.*Boss.tit.de Princip. & priuileg. eius.nu.* 128. *Remig.tract.de charit.Subsidiar. quæst.*61. *nu.*19.*Scappuec.de iur.non script.tit. de Princ. cap.*28.*num.*10.*&* 11, *Felician. à Sole de cens. lib.*2.*in præfat.nu.*3.*versic. Vnde,* Rip. *de pest. num.*124.*versic.Nec obstat, Rip.lib.*2.*respons. cap.*22.*num.*14.*Thomat.de collect.§.Pauperes, num.*29. latissimè *Cenall.* qui prædictorum quamplures cumulat, *commun. contr. comm. quæst.*726.*Personal.de Gabell quæst.* 83. *Tamburr.de iur.Abbat.part.*1.*disput.*15. *quæst.* 20. *num.*5.*P.Dian.Resolut.moral.par.* 3.*tit.de Immun.Eccles.Resolut.*24.*versic.Sed contrarium, Boer. de iur. collect.cap.*14.*num.* 6. conferunt rationes *Molfes.ad Consuetud.tom.*1.*par.*2.*tit. de bon.quæst.*8.*num.*1. *&* 2. benè etiam *Sperell.decis.* 41. *num.* 25.*versic.Sed respondetur,* pluriesq; ita fuisse decisum in *Rot.*Rom. tradit *Tambur.loc.cit.* addo tandem post alios *Facchin. contr.iur.lib.*1.*num.*91. & latissimè *Macerat. Variar. Resolut.lib.*1.*cap.*111.

2 Huius opinionis potissimæ rationes sunt infrascriptæ. Prima nempè quam assignat *Bar.loc. cit.* quia scilicèt nemo debet duplici onere grauari, vlgae. iuribus; Ergò si emphyteuta Ecclesiæ teneretur ad collectas, duplici onere grauaretur, nimirum collectarũ, & annui Canonis.

3 Secunda ratio deducitur, ex *Molfes. loc.cit.* dum dicit, quod bona Ecclesiæ emphyteuticalia sunt extrà iurisdictionem laicorum, ergò non possunt à laicis collectari

4 Tertia deducitur ex *eod. cit. Molfes.* dum dicit, quod alioquin nulla daretur congrua differentia intèr emphyteusim priuatam, & Ecclesiasticam.

5 Quarta desumitur ex *Facchin.d.cap.*91. dũ dicit, quod si emphyteuta Fisci est exemptus ab oneribus fiscalibus, quia in emphyteusim recepit ab exempto, *ex tex.in d.l. priuata,* 11. *C.de excusat.Muner. lib.*10. eadem vel maiori ratione, censendus est exemptus emphyteu-

tenta Ecclesiæ, dum à persona paritèr exempta recepit.

6 Quinta itidem desumitur ex *eod. Facchin. ibi* dicente, quod possidens rem immunem non tenetur pro illa ad collectas *l. 1. C. de non. lucrat. descript. lib. 10.* sed bona Ecclesiæ sunt immunia *l. placet, C. de Sacrosanct. Eccles.* ergò, &c.

7 Sexta elicitur ex *Macerat.* & alijs quampluribus ex supra allegatis, quod scilicèt si collectari possent emphyteutæ Ecclesiæ, sequeretur quod saltim per indirectum ipsa Ecclesia grauaretur, siquidem vel colonos, & emphyteutas non inueniret, vel si inueniret modicum redditum recipere cogeretur, habito respectu ad onus collectarū, & sic tantò minus deberet emphyteuticare, quanti importaret collecta, & gabella, *Sforz. Odd. d. consil. 70. nu. 6. Natt d. consil. 114. nu. 19. Surd. consil. 301. nu. 74. & 79. Paris. consil. 26. nu. 10. cum seqq. & nu. 16. vol. 1. & Bursat. cons. 452 nu 16.*

8 Septima est, quia emphyteuta Ecclesiæ benè potest collectari à Principe Ecclesiastico, vt dicit notabilitèr *Vbald. d. cons. 2. nu. 4. versic. 1. Bursf. d. tract. de Princip. nu. 128. & Odd. d. consil. 70. nu. 4.* Ergò non potest collectari etiam à Principe laico, tum nè eadem res diuersos dominos insolidum dicatur recognoscere, tum etiam nè emphyteuta duplici onere grauetur *Vbald. loc. cit. nu. 5. & Odd. nu. 39.*

9 Octaua, atque postrema ratio est omissis alijs, quia supposito pro indubitato quod dominium directum bonorum in emphyteusim concessorum ab Ecclesia, penès eam remaneat, & resideat, & quod Ecclesia sit immunis à tali onere collectarum, sequitur vt vtile dominium paritèr immune censendum sit, inspecto quod regulari debet cum suo principali, & magis dignum trahit ad se minus dignum, vulgat. iuribus; & in effectu ita argumentantur quamplures eorum quos suprà allegauimus *nu. 1.*

Quibus pro hac parte ad saturitatem breuitèr exaratis deuenio ad secundam contra-

10 riam opinionem, quæ se habet vt benè possit emphyteuta Ecclesiæ, pro bonis quæ ab ea in emphyteusim tenet collectari, quam sententiam prætèr allegatos hic per *Spect. Dom. meum* authore *Andre. in cap. 1. verbo Plaustrorum nu 56. & 57. tit. quæ sint regal.* prosequuntur etiam *Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 99. de Const.* Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 6.* versic. *Tertiò nota, eod. tit. Bald. in l. placet num. 26* versic. *Sed quid, C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. 1. versic. sexto, C. de iur. emphyteut. Alex. consil. 101. nu. 11. lib. 1. Purpurat. cons. 322. n. 9.* versic. *Tertiò contingit Andr. Sicul. consil. 14. col. fin. lib. 1. Surd. consil. 338. nu. 13. Roland. cons. 61. nu. 14. & 15. lib. 4. Odd. d. consil. 70. à nu. 13. vsque ad 31. Vincent. Carocc. de locat. & conduct. tit. de collect. nu. 27. Festas. de collect. part. 1. cap. 2. limit. 10. num. 43. 46. 47. & 48.* doctè *Nicol. Anton. Marot. de collect. & bonis eccl. cap. 6. nu. 6.* vbi innumeros cumulat *Garz. de expens. cap. 12. nu. 69. & 70. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 180. nu 8. & casu 562. nu 22. & 31.* vbi latè *Calt. de iur. emphyt. lib. 2. de nominat. emphyt. quæst. 7. nu. 13. ad finem, versic. Qua ratione, Valasc. eod. tract. de iur. emphyt. quæst. 17. à nu. 11 vsque ad 15. Mascard. de statut. interpetr. conclus. 1. nu. 428. Aueri. de censur. disput 19 cap. 6. dubit. 6. Less. de Iusti. & iur. lib. 2. cap. 24. de locat. & conduct. dubit. 9. vers. Secundò sequitur, Bonacin. in censur. in can. Dom. disput 1. quæst. 19. punct. 3. proposit. 1. nu. 9. Caualc. decis. Finiz. 44. nu. 97 lib. 1. & Vrsil. ad Afflic. decis. 129. nu. 3.* addo nouitèr *Doctissimum Horat. Montan. in eius allegat. inserta per Spect. Dom. meum tom. 3. allegat. 122. nu. 9.*

11 Ratio potissima est, quia postquam bona Ecclesiæ transierunt in laicum per contractum emphyteuticum, non dicuntur ampliùs Ecclesiastica, sed laicalia, saltim quò ad vtile dominium, & sic mirum non est si talis emphyteuta pro bonis illis collectari potest, quoniam collecta naturalitèr soluitur ab habente vtile dominium, vt satis demonstrauimus *sup cap. 64.* & in terminis ita argumentatur *Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 15. num. 4. & 5.* nec Ecclesia concedens potuit transfundere in accipientem priuilegium immunitatis, cum sit personale, & ad alios non transitorium, vt in puncto ex *Bald. & Dec.* dicebat *Reg. Ferdin. Branc. in eius alleg.* paritèr inserta per *Spect. Dom. meum tom. 3. cap. 55. nu 8.*

Quid igitur dicendum?

12 Profectò præsens Doctorum, & rationum conflictus me terret, postrema tamen hæc opinio magis mihi suadet, siquidem fundamentum eius mox relatum est ineuitabile; quinimmò (addam) Bar. ipsum, contrariæ partis Aurigam in confessis esse hanc sentententiam esse vsu, & consuetudine receptam, *in d. l. priuatæ*, sicut etiam sentiunt *Ias. in d. l. 1. nu 31. C de iur. emphyt. Alex. d. cons. 101. lib. 1. Festas d. tract. de collect. cap. 2. num. 49. Surd. cons. 338. nu. 13 & Cardin. Tusch. lit. B. conclus. 557. num. 19.* nouitèrq; *Ciarlin.* qui quæstionem hanc examinat ad partes *Contr. forens. lib. 1. cap. 22. à nu. 41. cum multis seqq.* licèt sibi parum constans fuerit, dum priorem contrariam sententiam latiùs tutatus fuit *eod. lib. 1. cap. 17. à nu. 117.* cum quampluribus seqq. & latissimè *lib. 2. cap. 129.* per totum.

13 Fundamenta etiam in contrarium allegata nihil mouent, Primum siquidem nullā habet robur, tum quia benè potest quis duplici onere grauari, si illa considerentur di-

uersis respectibus, & causis, & si onera à di-
uersis personis imponantur *ad tex. in l. si pen-
dentes, §. si quid Cloacarij, ff. de vsufr.* & in
terminis *Alex. d. cons.* to 1. *lib. 1. & Natt. cons.*
t 14. *nu.* 18. tum etiam quia si argumentum
14 procederet, sequeretur quod nec emphyteu-
ta priuati teneretur ad collectas, propter
identitatem rationis, contrà *tex. in l. 2. C. de
iur. emphyt.*

15 *S*ecundum argumentum corruit distin-
guendo dominium directum ab vtili; quò
enim ad dominium directum quod durat
pænes Ecclesiã, non negamus illud esse extrà
16 iurisdictionem laicorum; Secùs verò quò ad
dominium vtile, quod est pænes secularem,
quia illud est de iurisdictione laicorum, vt
expressè dicunt *Ancbar. Alex. & Socein.*
quos notabilitèr sequitur *Iacob. Mandell.
Albens. cons. 28. num 6. Valas. de iur. emphyt.
quæst. 17. num. 12.* & authoritate *Rot.* probat
Cenei. de censib. quæst. 22. nu. 2.

17 Tertia ratio paritèr corruit, quia non
negamus emphyteusim priuatam, non dif-
ferre ab emphyteusi ecclesiastica ad effectũ
prædictum tantum, respectu vtilis dominij,
quod æqualitèr, & absque discrimine, ita
consideratur in emphyteuta Ecclesiæ, sicue
in emphyteuta priuati; quò ad iurisdictio-
nem laicorum ex sup. dictis.

18 Quarta ratio neque obstat, nam ibi, ideò
emphyteuta fisci non soluit collectas, tum
quia videtur expressè in priuilegium con-
cessa exemptio, vt in *tex. in d. l. priuatæ ij, C.
excusat. muner. lib.* 10. ibi. *priuilegijs perma-
nentibus*; tum etiam quia in huiusmodi
emphyteuta militat ratio nè duplici onere
grauetur ad beneficium eiusdem Principis,
pro eadem re; quæ tamen non est applicabi-
lis in emphyteuta Ecclesiæ, vt diximus.

19 Quintò non obstat aliud argumentum
Facchin nam distinguo minorem per cum
formatam; sunt enim immunia bona Ecclesiæ,
quamdiu pænès eam persistit plenum domi-
nium illorum, & concedo; Secùs verò si alijs
in emphyteusim concederentur; quoniam
tunc dominium vtile, quod consideratur vti
quid separatum, & distinctum à dominio di-
recto, totalitèr euellitur ab Ecclesia, & trans-
fertur in laicum, qui meritò collectari po-
test, vt probauimus *sup. nu.* 11. in fundamen-
to opinionis nostræ.

Neque obstat sextum argumentum, qui a
illud nos concedimus, quatenùs tamen vni-
formatur cum declaratione inferius posita,
num. 23.

20 Nec minùs mouet septima ratio, quod
scilicet possit emphyteuta Ecclesiæ colle-
ctari ab Ecclesiasticis, siquidem opinio hæc
non est vera, duobus suppositis; Primum
quod collecta solui debeat ab habente vtile
dominium, vt latè *sup. cap.* 64. & secundum
quod vtile dominium emphyteusis Ecclesia-
sticæ, sit sub iurisdictione laicorum, vt funda-
uimus *sup. nu.* 16.

21 Postrema tandem ratio est sofistica, quia
magis dignum, trahit ad se minùs dignum,
quando tamen minùs dignum, est conne-
xum, & inseparabile à magis digno; At
dominium vtile non est inseparabile à do-
minio directo, quia pænès vnum potest con-
sistere dominium vtile, pænès alium domi-
nium directum; Et si argumentum militaret,
sequeretur quod relicto alicui Clerico, vel
Ecclesiæ vsufructu alicuius fundi, laico verò
relicta proprietate, Clericus, vel Ecclesia
teneretur ad collectas, quia eorum dominiũ
vtile deberet regulari cum dominio directo,
quod est pænès laicum, tamquam magis di-
gnum, & tamen hoc est falsissimum, ex tra-
ditis per *Spec. Dom. meum d. cap. 64 per tot.*

Ex quibus igitur apparet contrariam sen-
tentiam, ac eius fundamenta nullam habere
subsistentiam, ac ideò firmata opinione
nostra, vt possit empeyteuta Ecclesiæ colle-
ctari à laicis.

22 Declaratur primò, vt id verissimum
sit, sed tamen prò fructibus tantum,
quatenùs res pænès emphyteutam perman-
sura est; Non tamen potest collectari res
ipsa, ac affici perpetuo, & inuariabili onere,
per allibrationem, & descriptionem illius
in catasto communi omnium prædiorum, &
bonorum stabilium Ciuitatis; aliàs autem
si ita collectaretur, deuoluta re ad Ecclesiã,
cuius est directum dominium, & hoc prop-
tèr caducitatem inductam ex non solutione
Canonis, vel ob lineam finitam, vel aliquam
aliam causam, extingueretur ipso iure onus
collectarum, vel tributi supèr ea impositi,
eo tẽpore quo possidebatur à laico emphy-
teuta, & libera rediret ad Ecclesiam pro vt
erat priùs quam in emphyteusim concede-
retur, ex traditis in simili per *Andre. in l.
Imperialem, sub nu.* 3 & ibi etiam *Capyc. fol.
6. col. 2 versic. quando verò de probib. feud.
alienat. per Federic.*

23 Secundò declaranda est vt non procedat
si illa collectarum impositio resultaret in
euidens, & manifestum Ecclesiæ detrimen-
tum, puta quia in concessione promisit in-
dennitatem recipienti ab omni onere colle-
ctarum, & tributi; ita quod in omni euentu
impositionis teneretur Ecclesia ipsa tantun-
dem emphyteutæ restituere, vel excompu-
tare cum solutione Canonis, isto casu impo-
sitio non tenet, quia directè, non dicam indi-
rectè, læderetur Ecclesia ipsa, quod non est
permittendum *Odd. d. cons. 70. nu. 6. Carol. de
Graff. ac eff. Cleric. effect. 3. n. 82. circa finem,*
& *Bonac. in Bull. Can. Dom. disput. 1. quæst.
19. par. 3. §. 1. nu. 9. versic. hoc tamen.*

24 Tertiò tenetur emphyteuta Ecclesiæ ad
collectas, sed tamen deducto Canone sol-
uendo Ecclesiæ, vel in pecunia, vel in rata
fruc-

fructuū eiusdem rei, & sic est soluēda collecta de lucro tantum emphyteutæ, & de fructibus Canonem transcendentibus *Andr. & Luc. de Penn.* quos sequitur *Reg. Rouit. in rubr. de apprat. seu bonor. æstim. nu.* 13. allegans etiam *Flor. de Men. lib. 1. quæst. iur. cap.* 21. *num.* 63. addo *Surd. d. conf.* 388. *num.* 13. & *Bellet in disq. Cleric. tit. de exemp. Cleric. à muner. public.* §. 8. *nu* 5. *in fine*, multosq; alios cumulat *Ciarlin. d. cap.* 22. *nu.* 43. *lib.* 1. & *d. cap.* 129. *à num.* 51. cum pluribus seqq. & in hoc DD. sunt concordes, quidquid dicat *Cauale. diff. decis.* 44. *nu.* 47. putans, nec canonem esse deducendum, nam in hoc deuiat à verò, per
25 ea quæ dicunt DD. mox allegati, quorum tamen opinione attenta, reijcienda omnino est sententia eorum qui dixerunt emphyteutam Ecclesiæ non teneri ad solutionem collectarum, si pensio esset excessiua; dicimus enim quod teneatur etiam si sit talis, vt ex quàmpluribus probat *Marott. d. tract. de collect. cap* 6. *nu.* 7. quia semper quod penso ante omnia deducitur, siuè modica sit, siuè magna, illud restans lucrum est subiectum solutioni collectarum, & ità, &c.

Io: Leonardus Rodoerius



SVMMARIVM

DEbitor census, qui rem illi suppositam alienauit inconsulto Creditore, potest ab eo cogi ad soluendum pro præterito, & in futurum, nu. 1.

Actio personalis oritur ex contractu censuali, n. 2.

Actio personalis cuius natura sit, nu. 3.

Debitor census an possit conueniri exequtiuè à fideicommissario, si fuit liberatus ab herede grauato, præuia reemptione, nu. 4.

AD CAPVT C.

Additio.



Ebitor annui census, quod possit actione personali conueniri à Creditore, & cogi ad solutionē census pro præterito, & in futurum, etiam quod rem illā cēsui soppositam alienauerit, probat latè *Cenci. de censi. quæst.* 96. *num.* 10. 11. & 12. nisi tamen (inquit ipse) alienatio de consensu Creditoris processisset; &
2 illius opinionis potissima ratio est, quia ex contractu censuali oritur præsertim contrà debitorem actio personalis, ex stipulatu pro solutione annui census *Cranett conf.* 342. *nu.* 10. *lib.* 3 *Gabriel. conf.* 142. *num.* 2. *lib.* 1. & *Mantic. decis* 7. *sub nu.* 2. cum alijs quamplurib allegatis per *Cenc. loc. cit. num.* 1. quæ
3 actio personalis eius naturæ est, vt debitoris personam sequatur, tanquam infixa inseparabiliter eius ossibus *glos. in l. quid ergò, in fine, ff. de pecul.* & in puncto *Felic. de censibi tom.* 2. *lib.* 3. *cap. vlt. nu.* 2.
4 Item dubitari potest, an debitor census, qui præuia reemptione fuit dimissus ab hærede grauato, inscio tamen fideicommissario, possit purificato fideicommisso ab eo conueniri, etiā via exequtiua, videndi *Mastrill. decis.* 47. & *Giurb. decis.* 79. cum latè cumulatis nouiter per *R. P. Afflic. contr. iur. cap.* 4. *nu.* 18. *cum seqq.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

EMphyteutica res potest hypothecari absque consensu Domini, nu. 1. etiam quod sit Ecclesiæ, num. 2. & vtraq; tam res empyteutica Secularis, quam Ecclesiastica, comprehenduntur sub generali obligatione bonorum, n. 3. & 4.

Seruitutes reales, & personales, possunt imponi super re emphyteutica, nu. 6.

Emphyteutica re ad Dominum deuoluta, resoluuntur omnes hypothecæ super ea contractæ ab emphyteuta, nu. 5. & etiam omnes seruitutes, nu. 7. sed intellige, & limita, vt num. 9. 13. & 14.

Seruitutes, & hypothecæ impositæ super re emphyteutica, si semel sint extinctæ ob deuolutionem illius rei ad Dominum directum non reuiuiscunt, quamuis res illa iterum priori emphyteutæ concedatur, nu. 8.

Hypothecæ contractæ super feudo resoluuntur eo ad Dominum deuoluto, nu. 10. sed intellige, vt nu. 11. & 12.

Census constitutus super re alienari prohibita, sustinetur pro quantitate, & æstimatione meliorationum super re illa factarum, nu. 15.

Meliorationes factæ ab emphyteuta, emphyteutica re ad Dominum deuoluta cuius sint nu. 16. 17. & 18. vbi distinguitur.

AD CAPVT CI.

Additio.



1 Emphyteutica res; concluditur in presenti, quod possit citrà Domini consensum hypotecari, ex glos. in l. fin. vers. alijs, C. de iur. emphyt. & alijs quampluribus, addo Pacif de Salnian. interdic. inspect. 3. cap. 2. nu. 25. cum seqq. Afflict. decis. 191. sub n. 3. Euerard. in Topic. cap. ab emphyt. ad feud. nu. 8. circà medium Surd. decis. 160. nu. 1. & decis. 173. nu. 12. & decis. 254. n. 4. Cenci. de censi quæst. 22. n. 3. Nigr. de laudem.
2 tom. 2. quæst. 19. n. 3. fol. 248. Peni. dec Rot. 632. num. 3. etiam quod sit emphyteusis Ecclesiæ Boer. decis. 181. nu. 2. & Surd. decis. 160. nu. 15.
3 Quò etiam fit, vt bona emphyteutica cõprehẽdãtur sub generali hypotheca bonorum Afflict. d. decis. 191. nu. 3. & ibi Vrsill. n. 5. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 4 sub num. 24. versic. sed contrariam, idem lib. 21. tit. 28. n. 53 Peni. d. decis. 632. Cardin. Caualc. decis. eiusdem Rot. 290. n. 2 & cit. Nigr. d. tract. de laudem. to. 1 quæst. 12. artic. 3.
4 nu. 41. & 43. fol. 167. cum eadem ampliatione de qua suprà, vt hoc procedat etiam in bonis emphyteuticis Ecclesiæ, vt ex Bart. Bald. Salic. & Negusan. probat Card. Mantic. loco cit. n. 25.
5 Et potissima horum ratio est, quia ex hypotheca nullum fit præiudicium Domino directo; Siquidem re emphyteutica ad eum deuoluta ob lineam finitam, vel ex caducitate oriente ob non solutum Canonem, resoluuntur hypothecæ omnes super re illa radicatæ, & libera reuertitur ad Dominum, tanquam ad sua principia attractiua, Bartbol. m Cepoll. tract. de seruit. Vrban præd. cap. 24. n. 4. Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libello rubr. 4. n. 24. Boer. d. dec. 181. n. 3. Cardin. Mantic. d. tit. 28. nu. 51. Nigr. d. tract. quæst. 19 sub n 3. & 4 tom. 2. & ibidem quæst. 20. n. 37 & 40 fol. 247. & quæst. 32. nu: 81. fol 367. ex regula, quod resoluto iure datoris, protinùs resoluatur ius acceptoris, l. lex vectigali ff. de pign. Peni. dec.
6 506. nu. 6. & 7. hinc est. quod licèt emphyteuta possit super re emphyteutica imponere quasuis seruitutes reales, & personales, vt ex quampluribus de communi testatur, Pe.
7 regr. de fideicommis. artic. 40. nu. 113. tamen si res illa iure directi dominij ad Dñum reuertatur, resoluuntur õnes seruitutes, & ad eum libera redit, Nigr. d quæst. 20. n. 37. & Cardin. Caualer. decis. 213 num. 3. vbi multos allegat;
8 Adeò quod, quamuis indè res eadem post caducitatem, vel reuersionem, eidem priori emphyteutæ iterum concedatur, non tamen reuiuiscunt seruitutes, & hypothecæ ab eo ante deuolutionem impositæ, cũ semel insanabilitèr sint extinctæ, Caribar. decis 87. nu. 9 cum seqq. & Milanes. decis. 17. nu. 3. & 9. lib. 2.
9 Intelligenda tamen sunt prædicta, si hypothecæ, & seruitutes fuerunt inscio directo Domino impositæ supèr re empytheutica; Cæterum tamen si is consensisset, nullo pacto resoluerentur, sed remanebunt in earum robore, & firmitate, vt in durioribus terminis fuit decisum in Rot. Rom. Veneris 9. Martij 1607 corã R. P. D. Iusto, vt post tract. Cenci. de censi. decis. 402. & tenet Dom. meus Hedier. ad Surd. d. decis. 160. nu 5. & in simili vi-
10 demus, quod licèt, hypothecæ, & seruitutes omnes supèr feudo radicatæ, resoluantur, & extinguantur, eo ad Dominum deuoluto, Andr. in l. Imperialem, sub nu. 3. vbi etiam Capyc. fol. 6. col. 2. versic. Quandò verò, de prohib.
11 feud. alienat. per Federic. id tamen intelligitur, si Dominus impositioni seruitutis, & hypothecæ non consensisset, idem Andr. in cap. 1. §. Quid ergò, nu. 5. de inuest. de re alien. fact. quem sequitur Consiliar. Theodor. alleg.
12 83. num. 20. At si intercessisset assensus Regis supèr hypotheca feudi, isto casu nullum cadit dubium, quin eodem feudo ad Regẽ deuoluto, is teneatur Creditoribus hypothecarijs, vsque ad illius valorem, Andr. d. n. 5 versic. Alij putant, Marin. Freoc. de subfeud. lib. 2. authorit. 29. nu. 8 fol 221. & Camill. de Medic. consil. 55. n. 6. post Boer. decis. 181. nu. 4. & 5.
Item nec resoluuntur hypothecæ supèr re
13 emphytheutica contractæ, quamuis ad Dominum directum deuoluatur, si deuolutio procedat, non quidem iure dominij, ob non solutionem Canonis, vel lineam finitam, sed alio particulari, & voluntario titulo, puta emptionis donationis, permutationis, legati, & similium, quia in omnibus istis casibus res transit cum onere suo, & per consequens affecta hypothecis, & seruitutibus, ab emphyteuta impositis, priùs quam eam directo Domino vendiderit, donauerit, vel legauerit, vt notabilitèr aduertit, Boer. cit. decis. 181. nu 7. Ant. Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 72. C. de bon. mater. in versic. vtilior limitatio, fol. mihi 353. vbi quamplures allegat, Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæst. 3. sub n. 7. versi. Quod sublimitaadam, Iatrigliol super Bulla de censi. quæst. 40. n. 12. & Seraphin. decis. 789. nu. 4. cum sequentibus, quos sequitur, Cenci. d. tract. de censi quæst. 22. nu. 9. cum alijs pænès cit. Nigr. d. quæst. 20. nu. 37. & 40.
Quibus tandem addendus est tertius casus
14 in quo deuoluta etiam re emphyteutica ad Dominũ iure directi dominij, non resoluuntur hypothecę super ea contractæ ab emphyteuta, quamuis quoq; sine consensu Domini; nimirum si emphyteuta rem emphyteuticã melioraslet, nam pro quantitate, & æstimatione

ne meliorationum factarum, hypothecæ remanent in earum robore, vt benè deducitur ex *Farinac. decis. 349. nu. 51. par. 1.* & notabiliter, *Cenci. d. q. ass. 122. nu. 17.* ad quod confert etiam non mediocritèr id quod intèr alia ponderauit, *Rot. Rom. in vna Romana census Lunæ 15. Ianuarij 1607. coram R.P.D. Penia.*

15 vt nimirum substineatur census, constitutus super re aliqua alienari prohibita, si tamen fuerit meliorata, nam pro quantitatè, & æstimatione meliorationum census validissimus iudicatur, hæc intèr alia sunt verba Rot. *Vnde constet esse locum restitutioni, & maximè in hoc casu, in quo aderat non modica suspicio iniustitiæ sententiæ Auditoris Cameræ, stantibus melioramentis factis in Palatio, super quibus saltem poterat substineri Census.*

16 Postremò, in quantũ tractatur hic celebris ille articulus, cuius nempè fine melioramenta facta in re emphyteutica ea ad Dominum directum deuoluta, notandæ sunt infrascriptæ distinctiones; Vel enim meliorãmenta sunt magni ponderis, & æstimationis, vt ædificia, & similia, & hæc sempèr sunt emphyteutæ, & hæredum eius, neque cedunt solo, vt concludit, *Spect. Dom. meus*, addo *Speculat. in tit. de emphyt. § vn. c. nu. 186. & Iuli. Clar. in §. emphyteusis quæst. 45. nu. 3.*

17 Vel melioramenta sunt modica, & in his procedit doctrina; *Bart. in l. colonus, nu. 5. ff. locat.* vbi dicit, quod si res emphyteutica est reuersa ad Dominum directum, ob lapsum temporis, vel ob lineam finitam, & sic citrà defectum emphyteutæ, & isto casu meliorationes sunt eiusdem emphyteutæ, eiusque hæredum; Sin verò deuolutio rei emphyteuticæ processit ex cessatione à solutione Canonis, ex alienatione inrequisito Domino, vel alia causa proueniente ex culpa ipsius emphyteutæ, & tunc meliorationes cedunt ad beneficium Domini directi, ad quem deuolutæ censentur vna insimul cum re ipsa; quam distinctionem sequuntur, *Abb. consil. 74. duo principalia, sub num. 1. versic. circà secundum, Deci. consil. 418. Viso instrumento, nu. 2. vol. 2.* pleniùs *Iul. Clar. in d. §. emphyteusis, quæst. 45. Franch. decis. 191. Andr. Gaill. obseruat. 191. n. 14. & 15 lib. 2. August. Bero. quæst. 19. Guid. Pap. decis. 431.* vbi testatur ità iudicari in Curia Parlamenti, *Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 23. n. 60. & 80. fol. 350. & 351.* & *Maceratens. Varia. Resolut. lib. 1. Resolut. 22. nu. 8.*

18 Vel demum meliorationes fuerunt factæ, non ab emphyteuta, sed à tertio, ac eius sũptibus, & hæc non lucratur dominus directus, re ad eum quomodolibet deuoluta, sed debẽt omninò refici illi tertio, vt per *Anton. de Amat. resolut. 3. num. 76. cum seqq.* quem alios allegando sequitur *cit. Dom. Consiliar. Hodiern ad Surd. d. decis. 160. n. 7.* vbi etiam ita refert singularitèr decisum per S.C.

Io: Leonardus Rodetrius.

SVMMARIVM.

Emens rem, quam venditor dixit esse subiectam annuo censui, an possit cogi ad solutionem, & an possit census quæstionem refricare, n. 1. Sed vid. n. 14.

Asserens bona sua esse reddititia alicui, an efficiatur eius debitor ex illa assertione, & an sibi præiudicauerit, n. 2. & 3.

Dominium ad beneficium alicuius Ecclesiæ, an probetur ex eo, quod venditor illius dixit rem illam esse Ecclesiæ, n. 4. & 5.

Actus requirens scripturam, non sufficit quod simpliciter enuncietur, n. 6.

Censualis contractus requirit scripturam, n. 7.

Verba enunciatiua, an probent, latissimè, num. 8. 10. & 12. Et quid si fuerint prolata in Iudicio, num. 11.

Liberatio fauorabilior est, quam obligatio, n. 9.

Instrumenti verba, quæ probent, & quæ non, num. 13.



AD CAPVT CII.

Additio.

1 Notabilitèr concluditur in præsenti, quod si in venditione alicuius rei, eam venditor annuo censui subiectam esse asserat ad beneficium Titij absentis, nõ proindè ex assertione illa actionem Titio fuisse acquisitam, quin minùs possit emptor, censum petenti quæstionem refricare, vt instrumentum exibeat, addo *Vrsill. ad Afflict. decis. 164. num. 2.* vbi hoc tenet notabilitèr, & probatur manifestè ex *tex. in Auth. si quis in aliquo, C. de edend.* præcipuè in illis verbis, in fine ibi. *Quod quantitas cuius memoria facta est, pro veritate debeatur.*

2 Probatur etiam ex notatis per *Alberic. de Rosat. in l. vnic. n. 29. C. de confess. & in 2. part. Statut. quæst. 148.* dum ait, quod si dum describebantur in æstimo bona mea, ad finem vt exonerarer malitiosè dixi illa esse reddititia ad beneficium alicuius pro certa quantitate; Talis assertio mihi non præiudicat, nec possum ex vi illius conueniri ab eo, cui bona mea esse reddititia confessus fui, idem prosequitur *Hippolit. de Marsil singul. 464. versic. Quod patet, & Reg. Rouit. in rubr. de appret.*

3 *& boner. æst. num. 20.* & generalitèr, quod ex hu-

huiusmodi assertione non quæratur actio ei,
cui quis se asserit esse debitorem, tenet *Ias.*
quem refert, *Vrsill. d. decis. 164. sub nu. 1.*
4 Neq; omittendus *Mascard. de probat. concl.*
541. nu. 14. vol. 1. vbi dicit, quod si quis ven-
dat domum, & asserat illam esse de domi-
nio alicuius Ecclesiæ, quod talis assertio non
probat dominium ad fauorem Ecclesiæ, sicut
etiam sentit nouiter, *Farinac. decis. Rot. Rom.*
5 *23 n. 3 centur. 7.* nisi tamen illa assertiua con-
fessio esset geminata, atque etiā iurata, quia
tunc probat dominium ad fauorem Ecclesiæ,
vt refert decisum, *Assict. decis. 164.* vbi latè.
6 Quæ tandem fortificantur etiam ex natura
enunciatorum, nam vt dicit, *Bald. consil. 496.*
nu. 3. versic. est tamen aduertendum, vol. 5. vbi
ad validitatem actus est necessaria scriptura,
tunc non sufficit, quod ille enūcietur tantum;
7 & census de necessitate requirit scripturam,
Felician. de censi. lib. 1. cap. 9. n. 8. in fine, versic.
Prima conditione, & Salaz. de vsu. & consuetud.
cap. 9. nu. 11. versic. Sed non puto cessare.
8 Rursus verba enunciatiua posita in instru-
mento, non probant, non disponunt, neque
afferunt præiudicium, *Riminald. iuni. consil.*
257. n. 76. vnde non sunt efficacia ad proban-
dum dominium, vt diximus sup. addo *Barbosi*
in repet. l. si alienam nu. 74. cum seqq. ff. solut.
matrim. Paris. consil. 104. nu 5. vol. 1 Mascard.
conclus. 54 & Farinacc. d. decis. 23. nu. 3. maxi-
mè, quando verba illa non sunt de substantia
contractus, quo casu, nec intèr easdem perso-
nas probant, *l. optimam C. de contrah. stipulat.*
secùs si essent de substantia contractus, quia
tunc habentur pro dispositiuis, & ideò pro-
bant, *Gozzadin. in l. edita, num. 12. C. de eden.*
quia nunquam verba simplicitèr enunciatiua,
sunt apta ad obligandum *l. publia, §. titius*
sempronio, ff. deposit. secùs ad liberandum, *l.*
9 *tale pactum, ff. de pact.* & hoc tum, quia fauo-
rabilior est liberatio, quam obligatio, *l. arria-*
nus, ff. de action. & obligat. l. fauorabiliores, ff. de
reg. iur. Peregr. de fideicom. art. 5. nu. 6. & Car-
din. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit.
10 *7. num.* 18. cum etiam quia obligationes
sunt odiosæ, & in odiosis præsertim, verba
enunciatiua non obligant, *cit. Mascard. de pro-*
bat. conclus. 394. nu. 25. hoc amplians, etiam
quod enunciatio esset geminata, ac in plu-
ribus instrumentis repetita, vel etiam si fuisset
appositum iuramentum, vt ex multis docet,
Verall. decis. 336. part. 3.

Non prætereundo, quod verba simplicitèr,
enunciatiuè prolata, nec inter easdem perso-
nas probant, *d. l. optimam, C. de contrah. stipu-*
lat. quia illa enunciatio simplex, & generalis
dicitur dubia, & incerta, *l. prætor edixit, ff. de*
iniur. & consequentèr nullam inducunt pro-
bationem, *Grauett. de antiq. tempor. part. 1.*
versic. Ampliatur, nu. 26 & consil. 29. nu. 3. &
Mascard. de probat. conclus. 106, num. 6. vol. 1.
& sic eò fortiùs non probant ad beneficium
absentis, ex regula, *l. 3. C. de inut. stipulat.* vbi
intèr absentes verborum stipulatio contrahi
non potest, *Riminald. seni. consil. 718. num 24.*
vol. 4. Decian consil. 52. num. 44. vol. 3. & facit
tex. in l. fin. ff. de interrogat. action.
11 Facit etiam doctrina, *Præsid. de Franch.*
decis. 60. nu. 17. dicentis, quod nec verba enun-
ciatiua in iudicio prolata, ante litis contexta-
tionem probant.
12 Item faciunt notata per *Aret. consil. 24. nu.*
4. vol. 1. dum ait, quod tunc magis verba
enunciatiuè prolata non probant, cum de
enunciato contingit disputari, idem tenet *Ca-*
rol. Bardellon. consil. 49. nu. 27. & 41.
13 Et adstipulatur tandem, quod regularitèr
verba instrumenti non probant, nisi loquan-
tur de actu, de quo Notarius fuit specificè
rogatus, et cui interfuit, *Innocen. in cap. cum*
in iure peritus, de offic. & potest. Iudic. delegat.
14 Videndus postremò ad proprium casum,
Spec. Dom. mei de quo suprà, nu. 1. Cenci. de
censi. quæst. 43. nu. 37. 38. & 39. Idem quæst. 96.
nu. 29. & quæst. 98. nu. 68. cum seqq.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Resignas beneficium purè, amittit possessionē illius, omneque dominium. n. 1.

Secùs in resignante sub conditione, vel ad fauorē, num. 2. & 7.

Resignans beneficium purè ante admissam resignationem potest ad illud redire, num. 3. ac etiam repetere ab eo, qui illud occupauit, num. 4.

Sicut etiam resignans ex causa permutationis, potest ad beneficium resignatum redire, si permutatio non sequatur, vel nulla declararetur, num. 5.

Sed declara prædicta, vt sit opus noua collatione in personam resignantis, qui vult redire ad beneficium resignatum, n. 6.

Resignans beneficium ad fauorem, potest pœnitere, & liberè ad illud redire absq; noua collatione, priùs tamen, quod resignatario fuerit collatum, num. 8.

Hinc si beneficium ad fauorem resignatum fuerit ab alio, quam à resignatario impetratum, potest resignans tanquam spoliatus instare pro manutentione, num. 9. Sed declara nisi ille tertius gratiosè obtinuerit suborogationem in locum resignatarij defuncti, n. 10.

Resignatio beneficij dicitur ad fauorem facta in casu hic relato, n. 11.

Resignatio ad fauorem non potest fieri in manibus ordinarij, sed debet fieri in manibus Pontificis num. 12. Et de ratione, num. 13. Author tamen

Di-

distinguit species resignationum, quæ ad fauorem fiunt, num. 14. & 15.

Resignatio beneficij ad fauorem dicitur Simoniaca, num. 13.



AD CAPVT CIII.

Additio.



1 Ræmitto breuitèr ad dilucidationem eorum, quæ in præsenti notabilitèr scribuntur, Differre intèr se an beneficiatus resignauerit beneficiū eiq; simpliciter renunciauerit, etiam ex causa pmutationis inualidæ; Et an quis resignauerit beneficium ad fauorem alterius; Nā in primo casu simplicis renunciationis, quāuis ex causa permutationis, vt sup. inualidæ per eam omne ius, omnisq; possessio abdicatur à resignante, qui remanet absque titulo, & beneficium tanquam vacans conferri, &
2 impetrari potest; In secundo verò casu, nempè cum resignatur beneficium conditionalitèr, & ad fauorem, tunc ius, & possessio remanet pænes resignantem, quousque conditiones purificentur, & beneficium collatum fuerit ei, ad cuius fauorem fuit resignatum, ita benè distinguebat *Rot. in vna Abulens. & Zemorens. beneficiorum Veneris 17. Iunij* 1594. vt patet plenè ex *Peni. R. A.* & eius distinctionis compilatore, *decis. 199. nu. 4. 5. & 6.* addo *Pute. decis. 523. lib. 2. & decis. 158. lib. 3.*
3 Ex hoc fit, quod licèt cum resignatur beneficium, eiq; simpliciter renunciatur, possit resignans, ante admissam renunciationem, ac prius quam alteri sit facta collatio, pænitere, & renunciationem reuocare per regressum ad beneficium illud renunciatum, vt latè *Boer decis. 350. n. 5.* latiùs attento vsu Romanæ Curiæ *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 191. per totum*, cuius verba integre transcri-
4 bit *Ricc. in prax. cur. Archiepisc. part. 3. Resol. 517. per totam* Adeo quod, si ante admissam resignationem, alius se intrudat beneficio, poteſt resignans repetere beneficium, nisi intrusionem illam approbauerit ordinarius *Cassador. decis. 2. num. 4. de rerum permut. fol.*
5 271. Sicut paritèr potest resignans beneficiū ex causa permutationis, ad idem beneficium redire (priùs tamen, quod alteri tanquam vacans conferatur) si permutatio illa nulla declaretur, vel alia ex causa effectum suum non sortiatur, *Rot. decis. 1. de fili. presbit. in non. versic. ad secundum*; Tamen, quia in vtro-
6 que casu, tam scilicèt simplicis renunciationis, quam etiam ex causa permutationis possessio, omneq; ius à resignante abdicatur, vt diximus; Idcircò in casu regressus, & pænitentiæ, opus est noua collatione, facienda per superiorem ordinarium habētem ad hoc potestatem, vt per *Rot.* loco mox allegato, versic. *Dicebam tamen, ead. Rot. decis. 4. tit. de renunciat. versic. Quod tamen sit, & decis. 3. de rerum permut. in nouis.*
7 Quando verò resignatio est conditionalis, vel ad fauorem, tunc quia quousque conditiones non impleantur, vel beneficium non conferatur ei, ad cuius fauorem fuit renunciatum, non videtur abdicatum ius à beneficiato resignante, sed imò remansit penès eum possessio, & titulus, quamuis non dixerit in supplicatione, *nec aliter, nec alio modo*, vt firmauimus *sup. num. 2.* quibus addo *Mohed. decis. 10. aliàs 2. circa finem, decis. 135. aliàs 22. versic. Quia licèt, & decis. 341. aliàs 36. sub tit. de renunciat. & decis. 326. aliàs 8. de iur patr.*
8 Ideò potest beneficiatus, qui ad fauorem, vel sub conditione resignauit, pænitere, ac liberè redire ad idem beneficium, priùs quam resignatario conferatur, & hoc absq; noua collatione, proptèr possessionem, & titulum ab eo non abdicatum, *Ias. consil. 86. vol. 3.* latissimè *Ceuall. pract. quæst. commun. contr. comm. quæst. 561. cit. Gratian. discept forens. tom. 4 cap.* 746 & latè *Peni. d. decis. 199.* Hinc si benefi-
9 cium, quod aliquis ad fauorem resignauit, ab alio, quam à resignatario impetretur, talis impetratio non tenet, nam videtur commissum spolium, dum resignans nunquam cogitauit ita beneficio renunciare, vt tanquam vacans impetrari potuisset, sed tantum ad fauorem certæ personæ; vndè si non sequatur collatio ad beneficiū eius, nullo pacto vacans appellari valet, ob quod resignans potest cōtra illum tertium, qui beneficium obtinuit instare pro manutentione, ita determinauit *Rot.* vt patet ex *Pute. d. dec. 158 num. 3. lib. 3.*
10 quæ tamen decisio per aliam *Rot.* determinationem fuit declarata, vt non procedat, si post obitum resignatarij, alius fuisset in eius locum, gratiosè subrogatus, vt per eundem *Pute. decis. 175. lib. 3.*
11 Nec desinam notare, quod resignatio diceretur ad fauorem facta, si vnica supplicatione beneficiatus resignaret, alter verò pro beneficio illo obtinendo supplicaret, nam illi duo actus videntur correspectiui, vt scilicèt ad eum finem dicatur facta renunciatio beneficii, vt illud idem, alteri in eodem actu supplicanti concedatur, vt fuit decisum per *Rot.* teste cit. *Pute. dict. decis. 523. num. 2. lib. 2.*
12 Sed quæstionis est, an beneficium possit renunciari ad fauorem in manibus ordinarij,

an

an verò talis resignatio debeat fieri in manibus Pontificis? Respõdeo breuitèr huiusmodi resignationes ad fauorem, fieri debere in manibus Summi Pontificis, & ideò nullitèr fieri in manibus ordinarij, qui resignationes puras, simplices, & liberas tantum recipere potest, *Peni.d.decis.299.num.1.2.& 3.* est ra-
13 tio, quia resignatio, quæ ad fauorem certæ personæ fit, est simoniaca, & inualida, *glos. in cap.ex parte, de offic. delegat.* & ideò debet fieri in manibus Pontificis, qui illam recipiendo, videtur, quod remiserit omnem simoniam, quam tamen potestatem non habet ordinarius.
14 Ego nihilominus in proposita quæstione distinguendas arbitror duas species resignationum, quæ ad fauorem fiunt, Prima quæ fit cum clausula præcisa, & conditionali, *dũmodò* scilicèt *beneficium conferatur N. nec alitèr, nec alio modo*, Et hæc non potest fieri in manibus ordinarij, proceditq; id, quod
15 mox dictum est. Secunda species resignationis est, q̃ pura, & simplex dicitur, & hæc potest fieri in manibus ordinarij, quamuis idẽ resignans in eadem supplicatione resignationis petierit beneficium illud prouideri, & cõferri in personam alicuius; quoniam isthæc petitio non continet, quod necessariò in personam illius prouideri debeat beneficium, sed videtur tantum porrecta supplicatio, non necessitans ordinarium ad conferendum beneficium personæ nominatæ, ita benè determinauit *Rot.* teste cit. *Cassador. decis. 2. de simon.fol.366.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Episcopus potest ordinare suum familiarem triennalem, licèt non subditum, dummodò ei conferat beneficium, n. 1.

Sed quando ad effectum prædictum quis dicatur familiaris, vel non, & quomodo tex. Sacr. Concil sit intelligendus, & in quibus casibus limitandus, latissimè, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.



AD CAPVT CIV.

Additio.

1 
Tilitèr explicatur in præsenti sensus *Sacr. Concil.Trident.cap.9. session. 23.de reform.* cuius dispositio est, vt possit Episcopus triennalem suum familiarem, quamuis sibi non subditum, ad Sacros ordines promouere; dummodò ei beneficium conferat, & hoc fortè pro declaratione, *cap 8.* eiusdem *Concil. ead. session. 23.& cap.nullus de tempor. ordin.* ex quibus prohibebatur Episcopis facultas conferendi ordines alijs, præter subditis suis.

Quod attinet ad præfatam conclusionem *Concil.cap.9* capio *Ricc. in prax. Eccles.part. 1.de Sacram.ordin.Resol.276.277. & 278.* qui plenè materiam hanc dilucidando, firmat infrascripta.

2 Primò, vt non possit ordinari aliquis vti familiaris, si absit à domo Episcopi, quamuis eius sumptibus viuat, & reddit rationem, quia Episcopus mores illius ignorat.

3 Secundò, vt Episcopus titularis tantum, scilicèt diæcesim non habens, minimè possit familiarẽ suum triennalem ad ordines promouere, tum ex *tex.Sacr.Concil.Trident.sess. 14.cap.2.* tum etiam quia, cum Episcopus ille non habeat diæcesim, & territorium, minùs etiam habet beneficia, cum quibus possit satisfacere intentioni *Concil.in cit. cap. 9.sess. 23.*

4 Tertiò, vt nec minùs possit Episcopus, cũ familiari suo triennali, super interstitijs temporum dispensare, ad quod etiam confert *Macerat.Variar.Resol.lib.2 Resolut. 112. casu 28.in fine.*

5 Quartò, vt nulla etiam sit Episcopi potestas dispensandi cum familiari suo illegitimo ad minores ordines, quia cum *Concil.* hoc nõ dicat, non debet meritò ad id extendi, nè videantur multiplicari specialia.

6 Quintò, non credi Episcopo asserenti, aliquem esse suum familiarem, ac ideò familiaritatem alitèr probandam esse.

7 Sextò, non dici quem triennalem familiarem alicuius Episcopi, si se ab eo aliquo tempore absentauit, quamuis indè reuersus sit, & ideò nõ potest, vti talis ab illo Episcopo ordinari; quia habitatio debet esse continua, non interrupta, vt in *tex.Concil.ibi, continuè,* quod verbum excludit omnem temporis interruptionem, & diuisionem, ad *tex. in cap. cum causam, 27. versic. quamuis autem, de elect. & elect. potest. ibi. Continuè vnus post alium.*

8 Se-

8 Septimò, & vltimò, vt non possit quis vti triennalis familiaris ordinari, si triennium non fuisset inchoatum, & expletum in Episcopatu, & sic non sufficere, quod quis inseruierit alicui vti Clerico per annum, & eidem per alios duos immediatos annos, vti episcopo: Sed hæc opinio non est vera, & contrarium fuit determinatum per *Sacr. Cõcregat. Cardin.* vt per *Fornar. de Sacram. ordin. cap. 5.*

Hæc omnia benè explicat, & exornat *Ricc.*
9 in dictis tribus suis Resolutionibus; Addam octauò ex eod. *Ricc. decis. 282. part. 2.* neque posse ordinari aliquẽ, tanquam triennalem familiarem, si sola obsequia Episcopo per triẽnium præstitisset; nam ille talis non dicitur verè familiaris, nec concurrunt in eo requisita ad inducendam familiaritatem, de quibus in *tex. in cap. fin. de verb. signif. & Sanfel. decis. 1.*

10 Et postremò notandum est, quod Episcopus, qui tenetur familiari suo triennali beneficium dare, ad cuius titulum possit eum ad ordines promouere, non sufficit, nec satisfacit intentioni *Concil.* si loco beneficij det pẽsionem, vt latissimè defendit *Ill. Carol. Maran.* Episcopus Iunanecensis, *Contron. iur. Respons. 83. lib. 4.* pro qua opinione conferunt notata per nos sup. *cap. 56. à num. 4.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

EPiscopus potest quemcumque absoluere ab irregularitate occulta, n. 1.

Amplia, vt possit hanc facultatem delegare, num. 2.

Item amplia, vt facultas prædicta transeat in capitulum Sede vacante n. 4.

Sed intellige, dummodò irregularitas non proueniat ex homicidio voluntario, n. 6. & dummodò delictum non sit deductum ad ad forum contentiosum, n. 13.

Episcopus irregularis, potest facultatem suam alteri committendo, ab eo absolutionis, & dispensationis beneficium obtinere, n. 3.

Vicarius defuncto Episcopo, potest dispensare super irregularitatibus occultis, non prouenientibus ex delicto voluntario, n. 5.

Episcopus potest dispensare super irregularitate proueniente ex voluntaria membri mutilatione, num. 7.

Irregularitas contracta ex homicidio in personam alienius commisso, ex errore, puta quia occidens intendebat alium interficere, potest absolui ab Episcopo, n. 8.

Mandans homicidium fieri in personam vnius, si committatur in personam alterius, non dicitur contraxisse irregularitatem prouenientem ex homicidio voluntario, n. 9.

Sicùt nec minùs illam contrahit, si mãdet aliquem verberari, & indè occidatur, n. 10.

Voluntarium homicidium, quod nam dicatur num. 11.


Voluntas distinguit peccatum à non peccato, num. 12.

Delictum quando dicatur deductum ad forum cõtentiosum, n. 14.

Pendente inquisitione, super delicto inducente irregularitatem, inquisitus non potest ad ordines promoueri, nisi ex dispensatione Pontificis, num. 15.

Delinquens si absoluatur, potest absolutionem ab irregularitate ex delicto illo prouenientẽ ab Episcopo impetrare, & quare, n. 16

Delinquens postquam fuit punitus, potest pro irregularitate ex delicto illo contracta, ab Episcopo absolui, n. 17. 18. & 19.



AD CAPVT CV.

Additio

1 

IN *Sacro Concil. Trident. session. 24. cap. 6. de refor.* ponitur regula, vt possit Episcopus absoluere subditos suæ diœcesis in foro conscientiæ, à quacunque irregularitate, & suspensione, ex delicto occulto proueniente, quantumuis irregularitates illæ, sint Sedi Apostolicæ reseruatæ, ad quod videndus *Viui. decis. 230. sub num. 7. versic. talitèr quod, & Nauar. in manual. latin. cap. 27. rub. de dispens. irregularit. num. 240.*

2 Ampliatur primò conclusio ista, vt possit Episcopus hanc dispensandi, absoluendique facultatem alijs delegare, vt in *tex. Concil.* ibidem, & tradit *Sayr. decis. 11. de priuileg.*
3 Adeò quod si Episcopus ipse incurrisset in aliquam irregularitatem, de enumeratis in *Concil.* benè posset ipse, delegando facultatẽ suam alicui, ab eo absolutionis, & dispensationis beneficium impetrare, *Ricc. in prax. Eccles. part. 1. Resolut. 455. & Nouar. in suo iure Pontif. tit. de absolut. à casibus occultis, conclus. vnic. n. 11.*

4 Secundò omissis alijs ampliatur, vt huiusmodi absoluendi, ac dispensandi facultas, transeat in Capitulum Sede vacante, iuxta

terminos, *tex. in cap. c. de maior. & obedien n.*
6. ibi. *Episcopali Sede vacante, potest Capitu-*
lum, seù is ad quem Episcopalis iurisdictio tunc
temporis noscitur pertinere, ijs quibus posset
Episcopus, si viueret, ab excommunicationis
sententia, siuè iuris, siuè hominis fuerit, absolu-
tionis beneficium impertiri, Hactenùs Boni-
5 fac. Pontif. & sic potest Vicarius, Episcopo
defuncto, authoritate Episcopali, irregulari-
tates occultas absoluere, ac supèr illis di-
spensare, vt in terminis, probat cit. *Sayr. de-*
cis. 31. de tempor. ordin.
6 Limitatur tamen primò, vt nulla sit Epi-
scopi authoritas, circa dispẽsationem, & ab-
solutionem ab irregularitate, prouenientem
ex homicidio voluntario, quamuis occulto,
vt in *tex. Concil. loco cit.* Verum aduertendum
est, ad binas declarationes huius limitatio-
7 nis. Prima est, vt possit Episcopus absoluere,
& dispensare super irregularitate prouenien-
te ex voluntaria membri mutilatione, quæ nõ
includitur sub irregularitate proueniente ex
voluntario homicidio, *Ricci. in d. 1. part. prax.*
Eccles. Resol. 457. n. 1. referẽs, ità determinasse
Sacr. Congregat. Concil. in d. cap. 6. his verbis.
Appellatione homicidij, non venit mutilatio
8 *membri.* Secunda declaratio ex eadem ratio-
ne deducitur, vt nimirùm possit Episcopus
dispensare supèr irregularitate proueniente
ex homicidio commisso in personàm alicuius
citrà voluntatem interficientis, qui cum vo-
luisset titium necare, ex errore, vel casuali-
tèr sempronium interfecit, vt itidem in simi-
libus duobus casibus declarauit, *Sacr. Congr.*
9 per hæc verba. *Mandans homicidium in per-*
sona vnius, si committatur in persona alterius,
non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur
ex homicidio voluntario, decisum in anno
1587.
10 *Secundò quærebatur, an is, qui mandauit, ali-*
quem baculo vulnerari, eo expresso, nè occidere-
tur, si mandatarius armis percusserit, & occi-
derit, intelligatur incidisse in hoc decretum Con-
cilij, vt omni ordinatione, & beneficio, & officio,
absque spè dispensationis, perpetuò carere de-
beat? Congregatio censuit negatiuè, & prædi-
cta comprobãtur, cum ex *tex. in* Cap. *significasti*
11 *de homicid. volunt. vel casual.* cũ secundò, quia
illud regularitèr voluntarium homicidium
nuncupatur, quod dolo malo, & animo deli-
berato committitur, *l. 1. & l. Diuus 14. ff. ad*
leg. Cornel. de Sicar. cap. 1. §. si quis hominem,
de pac. tenen. & benè *R. P. Ludouic. Beia. in lib.*
casuum Conscientiæ, cas. 13. de homicid. num. 2.
12 *fol. 639.* tum tandem, quia interdum, deli-
cta, & maleficia omnia, voluntate distinguun-
tur; voluntas enim delictum à non delicto di-
stinguit, & peccatum à non peccato discernit,
Cap. cum voluntate 54. de senten. excom. l. qui
iniuria. ff. de furt. l. verum in princip. ff. eod. & l.
quod Reipublicæ, ff. de iniur.
13 Secundò limitatur, vt nec minùs possit
Episcopus dispensare super irregularitatibus,
ortum habentibus ex delictis iam deductis ad
forum contensiosum, vt in *tex. Cõcil. d. cap. 6.*
& tradit, *Graff. in de is lib. 1. part. 1. cap. 13.*
14 *nu. 42.* diceretur autem deductum delictum
ad forum contentiosum, si supèr illo iam ex-
pedita, & sequuta esset citatio, *Ricci. in d. 1.*
part. prax. Eccles. Resolut. 459 num. 1. & ideò
15 pendente accusatione, & inquisitione super
delicto, inducente irregularitatem, non potest
delinquens ad ordines promoueri, absque di-
spensatione Summi Pontificis, cum illa Epi-
scopi non sufficiat, *Maiol de irregul. lib. 3. cap.*
17. nu. 8. Henriq. lib. 14. cap. 17. §. 17. & Sayr.
de censur. lib. 7. cap. 7. nu. 10. authoritate, *glos.*
in cap. omnipotens Deus super illum tex. de ac-
cusat. & speculat. in tit. de dispensat. §. iuxtà pro-
positionis ordinem, sub num. 14. versic. Item ac-
cusatus, & versic. Item denunciatus.
16 Verum quoad hoc paritèr notandum est,
quod si delictum inducens irregularitatem,
fuisset deductum ad forum contentiosum,
isque, qui de eo inquirebatur, absolueretur,
supposito tamen, quod verè delictum illud
perpatrauerit, sed quod ob defectum proba-
tionum, vel aliam causam innocens declara-
retur, posset ab Episcopo absolui ab irregu-
laritate contracta, quia per sententiam abso-
lutoriam, delictum remansit etiam occultum,
cit. *Sayr. de censur. lib. 4. cap. 17. nu. 23. & lib.*
7. cap. 7. nu. 12. Sanch. de matrim. lib. 2. disput.
37. nu. 12. & lib. 8. disput. 34. nu. 57. & Moral.
lib. 2. cap. 11. nu. 21. Molin. de iust. & iur. tract.
3. disput. 79 nu. 8. Auil. de censur. part. 2. cap. 7.
disput. 1. dubi. 11. conclus. 3. Soar. in eod. tract.
disput. 41. section. 2. num. 6. Barbos. ad Coucil.
Trident. session. 24. cap. 6. nu. 44. & 45. & Tam-
burr. de iur. Abbat. tom. 2. disput. 17. quæst. 6.
sub num. 4.
17 Item demum notandum est, posse etiam
Episcopum dispensare supèr irregularitate,
quamuis delictum fuisset deductum ad forum
contensiosum, si illud iudicio finito, fuerit
punitum, reusque delicti pœnam tolerauerit,
vt tenent quamplures Theologi relati per
18 *Guttier. Canonic. quæst. lib. 1. c. 3.* & quamuis
ipse indè recedat ab hac sentẽtia, ex eo, quod
delictum illud semel ad forum contensiosum
deductum, nunquam desinit esse tale, ac pro-
indè videtur, quod debeat esse locus, *Concil.*
eo casu hoc Episcopis prohibente, vt paritèr
tenent, *Suar. loco cit. nu. 5. Fr. Eman. in summ.*
part. 1. cap. 168. in fine, *Sayr. de censur. lib. 4. d.*
cap. 17. nu. 23. Barthol. de Vebc. in prax. nouit.
disput. 9. dub. 16. in fine, *Bonac. de censur. di-*
sput. 1. quæst. 3. part. 2. nu. 2. versic. *Vtrum verò*
Garz. de benefic. part. 7. cap. 11. nu. 50. Barbos.
de potest. Episc. part. 2. allegat. 39. n. 35. & Tam-
19 *burr. loco cit. sub nu. 4.* versic. *Quod si,* Tamen
non est à priori sententia recedendum, tum
quia postquam delictum fuit punitum, Iudex
videtur functus officio suo, nec quidquam

iu;

iurisdictioni eius videtur derogatum; tum etiam, quia videtur cessare ratio *Concil.* nè delictum publicum, & ad forum contentiosum deductum, tam faciliter in foro animæ deleatur, & sic cessat ratio publici scandali, propter pœnam illam impositam, ac patienter a reo toleratam, sicut in effectu tenent *Henriq.lib.14.de irregul cap.7.n.5. Auil. de censur.part.7.disput. 10. dubi. 7. Sanch. in lib. moral.d.lib.2.cap.11.num. 21.versic. Sed quid, Rodriq. par.1.cap. 168. circa finem, Reginald. tom.2 lib.30.tract.2.num.29.versic Et alij, & versic.Sextò.Hurtad.de irregularitat. disput.2. difficult.10.nu.28 Fr.Sigism.à Bonon. de elect. part.2.cap.4 dubit.71. num. 13. Dian. moral: part.3.tract.2.de irregularit.cap.97.versic.Sed ego puto, & Nouar.*latè *decis.187. per totam.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Episcopus super quibus votis possit, vel non dispensare, & quid de voto perpetuæ, vel temporalis castitatis remissiuè, num.unic.

AD CAPVT CVI.

Additio.



1 ADDO legendum ad totam præsentem materiam *P.Lessi de iust.& iur.lib.2.cap. 40.tit.de vot. dubit. 18.per totam, fol.* 465. vbi latissimè ostendit super quibus votis possit Episcopus dispensare, & quæ sint Pontifici reseruata, concluditq; votum Castitatis temporale, puta ad 10.vel 20.annos posse per Episcopum remitti, atque absolui, nec non enumerat octo casus, in quibus valet dispensare etiam super voto perpetuæ castitatis, recurre ad eum.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Episcopus non potest reuocare Clericos alibi degentes, eisq; facere præceptum, quod non habitent, extrà fines diæcesis. n.1.

Limita in Clericis habentibus curam animarum, vt Parrochi, & alij, num. 2. & de ratione, num. 3.

Item limita in Abbate, Patre, & Domino, qui possunt auocare Monacum, filium, ac seruum alibi habitantes, & vagabundos, n.4.

Tertiò limita in Barone, qui potest auocare Vassallos, qui alibi eorum domicilium transtulerũt, num 5.

Sed conclusio ista, quo ad Barones intelligenda, & limitanda est. pluribus modis,vt latè,num.6. 7 8.10.11.12.13.14.& 15.

Ad quem propositum Author imprimi Curauit integram, decis.Reg.Camer. 17.Spectab.Dom. Reg. Anib. Moles, vt à num. 16. vsque ad finem.

Vassalli Angarij, & perangarij, qui dicantur, num.9.

AD CAPVT CVII.

Additio.



1 QVod Episcopus non possit cogere Clericos alibi degentes, quod veniant ad habitãdum intrà fines diæcesis, vel quod extrà diæcesim non habitẽt, tradit latè *Nouar. de grauam. Vasall. lib.1.grauam.75.d.n.9.cum pluribus seqq.* vbi mentionem facit de vtrisque decisionibus *Sacr. Congreg* relatis hic per *Spectab.Dom. meum,n.4.& 10.*

2 Limitatur primò conclusio ista in Clericis habentibus curam animarum, & alijs beneficiatis, cum annexione curæ, quibus posse Episcopum præcipere, vt inhabitent intrà fines loci illius, in quo habent curam animarum tradit *Riec.decis.Cur. Archi. pisc.* 145.p. 1.qui loquitur de Parrochis, quibus (inquit) posse ab Episcopo fieri præceptum, vt habitent intrà limites Patrochiæ, vt faciliùs valeat Parrochianis suis subuenire in necessitatibus animæ, ex administratione Sacramentorum, & hoc non obstante, quod etiam habitãdo extrà fines Parrochiæ, id potuissent explere, legendus quoque *Petr. Iacob. Aurel.*

3 *in pract.libell.rubr.*111.*nu.*9. nam beneficiati
curati præcisè tenentur ad residentiam, *Sacr.
Concil.Trident session.* 23.*cap.*1.*de refor.* in il-
lis verbis ibi, *non inuigilant, & assistant*, aliqua
per *Pate.decis.*43.*nu.*4. *lib.*1.*Peni. decis.*271.
*nu.*9.& *Less. de iust. & iur.lib.*2.*cap.*34.*ut.de
benef.dubit.*29. *per totam. fol.*367.

4 Secundò limitatur in Abbate, Patre, & Do-
mino, qui possunt auocare Monachum, filium,
vel seruum alibi degentes, & vagabundos,
*glos.in l.*1.§.*per hanc, verb.sic.vendicare,ff.de
rei vendicat.*

5 Tertiò omissis alijs, limitatur in Barone,
qui pariter potest auocare Vassallos habitan-
tes extrà suum territorium, eosque authori-
tate Superiorum compellere, vt redeant ad
Baroniam, vt expressè inquit *glos.* mox alle-
gata, *Andr.in Const.Regn. quisquis, Afflict,in
cap.*1.*verbo Angariæ, tit. quæ sint Regal. Ma-
strill.de Magistr.lib.*4.*cap.*8.*n.*83.*& Menoch.
de Recuper.poss.Remed.*10.*nu.*77.*cum seqq.*

6 Sed intelligenda est hæc limitatio. vt pro
cedat in Vassallis, qui iurauerunt se homi-
nes Baronis. pro vt est homagium, hos enim
posse per Dominum cogi, nè alibi domici-
lium trasferant, sed quod inhabitent in ter-
ritorio, & districtu ipsius, tradit, *Cassan. ad*
7 *Consuetud. Burgund. tit. de fide glos.* 2. quod
exemplificatur in Vassallis, qui se ipsos ex-
pressè obligauerunt Baroni ad seruitia per-
sonalia, præuio assensu Regis, iuxrà *Constit.
Regn.incipientem, Quia frequenter*, Hos enim
Vassallos, qui taliter se obligauerunt, non
posse a Patria discedere, & alibi sibi domici-
lium constituere.tradit *Afflict.in Const.Regn.
Pacis cultum.sub n.*10. versic. *An autem liceat
Domino*, vbi etiam docet, quod eo casu, iuxtè
petit Baro, vt Iudex Vassallos illos cogat ad
redeundum pro conseruatione iuris, quod ex
conuentione acquisiuit, adstipulatur. *Frecc.
de subfeud. lib.* 2. *authorit.* 15. *fol. mihi* 211.
& optimè, *Gallup. in method. feudal. tom.* 2.
*part.*5 *cap.*1.aliàs *tit.de iur. personal.*

8 Quæ opinio conformatur cum sententia
eorum, qui dixerunt. Vassallos angarios, &
perangarios, nec minùs posse discedere à
Baronia, & territorio eorum Domini, ali-
bique domicilium transferre, & migrantes
alibi, posse inuitus cogi ad redeundũ, *Afflict.
decis*.265.*nu.*75. *Capyc.decis.*168.*nu.*4. *Mut.
ad Consil.Suil.tom.*3.*cap.*10.*n.*10.*fol.mihi* 69.
*Reg. Merlin contr forens. cent.*1. *cap* 83. latè
*Borrell.de Magistr.edict.lib.*4 *cap.*9.*& Capi-
blanc.in prag.*10 *nu.*60.*de Baron.* dicens etiã
9 *in ead prag nu.*55.eos esse Vassallos angarios,
qui de persona seruire tenentur Baroni, eius
tamen sumptibus; Perangarius verò, qui ope-
ra eorum personalia Domino exhibere co-
guntur, proprijs, tamen expensis, idem *Capi-
blanc.tom.*2. *cap.*89. *nu.*1. *Montan. de Regal.
tit.de Perangar. nu* 1. *cum seqq. & Baldax.de
Angel. au Foller.Rubr.studeat se ornare,nu.*36.

10 Ex quibus benè dicebat, *Reg. Sanfelic. in
prax. iudiciar. sect.*8. qui tractando punctum
hunc, cum sequenti distinctione terminauit,
quod vel Baro habet aliquod necessarium, &
præcisum ius in Vassallos, & potest eos disce-
dentes reuocare; Aut vero nullũ habet pro-
ximum, & particulare ius, sed solum illud
generalis dominij, tãquam in simplices Vas-
sallos, & tunc eos alibi transmigrantes, non
potest reuocare, eosdemque compellere ad
habitandum intrà fines Baroniæ, vt latè ex
quampluribus ipse *Dom. Sanfelic. loco cit.*
probat, & ità determinauit Reg. Cam. teste
Reg.Anib.Moles decis. manuscript. 17. quam
tanquam singularẽ, & notatu dignam, in fine
huius Cap. imprimi curaui, consonat etiam,
*Gram. consil.*98. *col. vltim* post *Roman.consil.*
59.& *Alber.Brun. consil.*132. *vol.*2. dicentes.

11 Quod vbi Dominus fraudaretur seruitijs
suis, posset Vassallos, qui alibi se contulerunt
reuocare aliàs non, idem tenet, *Soccin. iun*
*cons.*76.*n.*16.*& seqq.vol.*4.& *Surd. cons.*210.
*n.*14.*lib.*12.quos sequtur.*Cãcer.Varia.Resolut.
lib.*3.*tit.de iuribus* Castrorũ, aliàs *c.*13.*n.*291.

12 Quàmplures alij sunt casus, in quibus
Vassalli liberè possunt ab eorũ Patria rece-
dere absq; quod illos reuocare possit Baro;
signàtèr si is esset crudelis, ac malè agens cũ
eis, *Par.de Put de sindic..tit.de excess Baro.à n.*
27.*vers. excedũt etiam Barones, tenere volen-
tes, fol.*13. *Menoch. d.tract. de recuper. possess.
remed.*10.*n.*83. *cum multis seqq. Capoblãc.cit.
prag.*10. *sub num.*60. *Gallupp. in d.meth.iur.
feudal.cit part.*5. *cap* 1.*nu.*6. quidquid dicat
in contrarium, *Ioseph. Sesse decis. Aragon.*73.
13 *nu* 19. *lib.*1. Item si is qui alibi sibi domici-
lium constituit esset persona nobilis, vt ex
14 *Affl.*docet *Merlin.d.cap.*83.*num.*21. Tertiò,
quamuis aliquis Baro haberet expressè in
priuilegium, facultatem reuocandi Vassallos,
qui Patriam deseruerunt, ac qui alibi larem
transtulerunt, tamen tale priuilegium non
haberet locum contrà eos, qui domicilium
ad terras Regis asportauerunt, & sic non
ad terras paritèr Baronales, vt ex quampluri-
bus probat, *cit. Nouar.quæst.forens.lib.*1.*cap.*
104 *n.*5.addo *Campagn.in cap. Regni Grauam-
mina, num.*108. hinc in anno 1634. die 22.
Augusti, Excellentissimo Comite Mõtis Reij
in hoc Regno Prorege, cum voto Collatera-
lis Consilii, in quo eo tempore aderant præ-
cipuè illi duo in æuum venerandi, ac Specta-
biles Regẽtes Carolus Tappia, & Scipio Ro-
uitus, fuit ordinatũ, quod omnes, qui à Ciui-
tate Nolana discesserant, intrà mensem re-
uerti deberent, exceptis ijs. qui Neapoli ha-
bitabant, vt ex decreto posito in *Registr.Cur.*
15 2.*fol.*163.& postremò possent Vassalli liberè
recedere ab eorum patria, absque, quod va-
leat Dominus dissentiri, ac auocationem en-
rare, si Patria illa esset admodum sterilis, ità,
vt nequeant habitatores eius sibi ipsis de ali-

men-

mentis prouidere, vel aliquid aliud lucrari laborando, vt per cit. *Menocch. d. remed. 10. nu. 93.* cum pluribus sequentibus, vbi latè.

16 Decisio verò *Dom. Reg. Moles* quamuis hic à *Spect. Dom. meo Perfunctoriè allegatur, est tenoris sequentis videlicet.*

Quæstio 17. Decisio 17.

An & qualiter sit verum, quod Ciues in hoc Regno, non possint discedere à Propria Patria.

QVando aliqui Ciues, & foculares alicuius Ciuitatis, volunt ab ea discedere, aut transmigrare, hoc benè possunt facere ex dispositione iuris communis, secundum quam cuilibet est facultas suam sibi constituendi Ciuitatem, vt dicit Iureconsultus, *in l. nihil. ff. ad Municip. & in l. in bello, §. manumiss ff. de capt.* cum allegatis ibi in *glos.* & *tex. in l. incola, ff. ad municip.* debet intelligi respectû muneris semel suscepti per Ciuê, quod non possit discedere à Patria, nisi eo munere finito, & ità etiam loquitur, *Bald. in prælud. feud. in 4. col. num. 13 versic. simile habemus;* hæc tamen procedunt respectû munerum personalium, quia respectû onerum realium, illa possunt exigi etiam ab exteris, vt dicit, *Bar. in d. l. incola, ff. ad municip.* & *in l. lege, C. de mulier. & in quo loc.* Sed quò ad Vassallos Baronum fuit dubitatum in Camera, si ipsi possunt recedere, & si Barones possunt illos compellere ad redeundum; Et pro parte ipsorum dicebatur, quod istæ erant angariæ, quia erant seruitia personalia, ad quæ Vassalli tenebantur, etiam sine salario, per tradita per *Canonistas in cap. non minùs de Imm. Ecclesi.* & per DD. Regni, v3. *Andr. & Affl. in cap. 1. quæ sint regal. in versic. Angaria.*

Et cum essent angariæ, & perangariæ, vt suprà videbatur fundata intentio Baronû, per *Constit. Regni, quisquis, de Burgens.* Item *Capit. Regni, Item statuimus, quod Vassalli Ecclesiæ,* Item, & terciò per Capit. *Papæ Honorij,* ad nouas continentias, vbi idem prouidetur, licèt sub distinctione, quod si Vassalli tenentur ad seruitia ratione personæ, non possunt recedere, dummodò res ipsas dimittant, iuxtà distinctionem aliàs factam, per *Constit. Regni,* Incipientem *Errores;* & hæc Capitula Papæ Honorij possunt allegari in Regno, quia facta fuerunt ad instantiam Regis Caroli, vt probatur *in Cap.* incipiente, *statuimus mandamus, & volumus,* de quo dixi latè in princip. *in Cap. de funct. fiscal.* & licèt Constitutiones, & Capitula prædicta loquantur in Vassallis, qui tenentur ad seruitia personalia, tamen omnes Præsidentes Regni intellexerunt, idem procedere in Vassallis angarijs, & perangarijs, qui tenentur redire, *Andr. & Affl. in d. Cu Const. quisquis, & in d. cap. 1. quæ sint Regal. in verbo, Angariæ, idem Afflict. decis. 265. vers. 12. & 14.* idem *in Constit. Regni, Officiales, in princip. & in Const. Pacis cultum, Luc. in l. si quis prædium, C. de agric. & censit. & in l. 1. C. de collat. illicit. lib. 10. Paris. tract. de Sindicat. in princip. in tit. de excess. Baron. §. excedunt, nu. 20 & Gramm.* & alij moderniores *in dicta Const. quisquis,* idem *Grãm. consil 20 n. 8. ciuil.*

Et videtur, q̀ à dispositione horum iurium Regni, cum add: non abhorreat dispositio iuris communis, nam postquam Baro habet Vassallû suû, potest illû sibi vendicare, à dicta causa, sui dominij, seû iuris Vassallagij, *in l. 1. §. 1. ff. de rei vendic.* tradit, *Andr. in Cõst. Regni, Probationum defectum,* tum quia videtur Vassallus aufugiendo de se ipso furtum facere Domino suo, & proinde poterit ipsum vendicare, vt tradit notabiliter *Cyn. in l. 1. C. de seru. fugit. num. 13. versic. quid de rescrip:* quem sequitur ibi, *Bald. in fine* versic. & idem *Bald. in l. plures de condit. insert. nu. 8.* & idem *Bald. in auth. ad hoc, C. de lat. liber. toll. in fin. verb.* & idem in quocũque Officiali prò interesse suæ iurisdictionis dixit, procedere post *glos. in auth. de mandat. Princip. §. sufficient. Mait. Laudens in tract. de official. quæst. 86.* & *Gram. in d. consil. ciuil.* in finalibus verbis. Et quoad hoc consideratur, quoddam interesse Regis, qui concedit feuda sub seruitio, ad quod Baro tenetur cû iure exigendi subuentionem à Vassallis per *Constit. Regni; quamplurimum,* & ità practicamus, quod licet seruitiû vnius Militis in feudo sit ad ratione duc. 52. prò quolibet centenario, iuxtà tradita per *Andr. in cap. 1. § firmiter de probib. feud. alienat. per Federic.* & in *cap. 1. in fine quis dica. Dux; vel Marchio,* Nihilominus hodiè feuda huius Regni, non sunt taxata à cedolarijs, nisi pro medietate ad rationem 26. & vn 4. prò quolibet centenario, deducta rata Vassallorum, quæ est prò alia medietate, iuxta dispositionem, *Capit. Regni,* incipit *Comites, & Barones, ac feudatarij,* quæ medietas subuentionis hodiè exigitur per Regem à Vassallis inter maiorem summam donationis, & sic attendimus dispositionem iuris Communis Regni, interest tamen Baronum, nè recedant Vassalli à feudo, vt possint, ab illis subuentionem prædictam recipere, & si attendimus ius quo hodiè vtimur, interest immediatè Regis, qui debet dictam subuentionem recipere.

Hinc est q̀ Vassallus in feudo cõsideratur, quasi pars ipsius feudi, quæ non potest à toto diuidi, vt dixit, *Andr. in constit. probationum defectus, ex tex. in l. quemadmodum, C. de agric. & censit.* quæ omnia considerauit, *Petr. de Adibol. in tract. de Muner. in princip. n. 31.* Fuit in hoc etiam consideratum interesse Vniuersitatis, nè eius Ciues recedant, quia hæc munera angariarum omnes debent subire, quo facilius

lius obsequiis publicis pareatur, *l. fin. C. de Muner. patrim. l.* 10. vt sunt onera, quæ omnes Ciuili lege more, vel Imperio necessariò subeunt, *l. minus la* 2. *ff. de verb. signif.* & nemo potest se excusare, nè alii prægrauentur, *l. omnes, & l. in fraudem. C. de anno. & tribut.* & ideò dicit, *Bar. in l. incola per illum tex. in princip. ff. ad Municipal.* quod Vniuersitas potest agere reuocatoria, & vendicare sibi suum Ciuem, etiam si effectus esset Conuersus alicuius Monasterii, & potest ad hoc allegari, *tex. in l. quidam ignari, C. de decur. lib* 10. & hanc opinionem, *Bar.* sequitur *Bald. in prælud. feudo* 4. *col, n.* 13. *versic. simile habemus*, & idē *Petr. de Adibol. d. tract. de muner. n.* 38.

Sed his non obstantibus iudicauimus contrariū in causa Marcelli Cauaniglæ, cum suis Vassallis Sancti Marci non decidendo casum in genere, sed illū casum tantū iudicando, in quo de pluribus dubitauimus, & primo dubitauerunt num illæ angariæ essee legitimè probatæ, quia omnes testes erant Vassalli, & sic aut non angariæ erant, & habebant intentum, aut angariæ, & non possunt probari, vt per *Andr. in Constit. Regni prosequentes*, refert *Afflict. decis.* 304. in fine post *Alex. in consil.* 9. *vol.* 4. maximè in casu de quo agebatur, nam Baronem vltrà modum terribilem, & formidabilem esse suis Vassallis argu. *l.* 1. *C. si Rect. prouinc.* & in *l.* 1. *C. si quecumq. præd. potest.* per ea, quæ tradit. *Specul. in tit. de testam.* § 1. *versi. sed numquid Vassallus*, Maximè, quia omnes etiam testes *V*niuersitatis habebant interesse in causa, nè alii recederent, & vt omnes subirent munera, vt sup. dictum est per contraria.

Secundò principaliter, etiam, ꝙ essent legitimæ probationis, fuit dubitatum, an illa seruitia, quæ probabat Baro sibi deberi à Vassallis, essent angariæ, quia quoad præstationem ærarii, Camerlinghi, & Baiulorum pluries est decisum, quod non sint angariæ, vt per *Capyc. decis.* 168. Cuius decisionem sequuti sunt Domini de Camera per rationes per ipsum allegatas, quia verè hæc non sunt munera sordida, nec est hoc præstare diuinū officiū, nec est aliqua Vniuersitas in Regno, quæ ab hoc sit exempta, & amplius considerauerunt, quod *V*niuersitas illa est, quæ debet præstare Baroni Sindicum, & ærarium, ex communi consuetudine in hoc nostro Regno introducta, particulares autem Ciues tenentur de ordine *V*niuersitatis subire hæc munera, non vt angariæ Baronis, sed vt Ciues illius Vniuersitatis, qui per legem cōmunem tenerentur munera prædicta subire, vt sup. in vltima consideratione facta prò parte contraria est dictum.

Hinc est, ꝙ si aliquis exterus, vel aduena veniret ad habitandum in illa Vniuersitate, tenentur munera subire non vt Vassallus, sed vt Ciuis, si habet animum permanendi, *l.* 1. *C. de mulier. & in quo loc. lib.* 10. *l.* 3. *& ibi glos. in l. in priuilegia, C. de incol. lib.* 10. Et extant simul quod Ciuis respectū suæ Patriæ tenetur subire angarias suæ Vniuersitatis, *vt in toto tit. ff. de muner. & honor.* non tamen per hoc dicuntur angarii, aliàs nullus esset *V*assallus in hoc Regno, qui non esset Angariatus, postquā nullus est Ciuis, qui non tenetur angarias subire, *l. munera*, §. *item angariarum, & §. ab huiusmodi munerib. ff. eod. tit. & l. sunt munera, & l. his honorib.* §. *angariarum. ff. de vacant. muner.* cum multis similibus.

Et quoad alia deducta p Barones, vz, quoad prætentionem tot annis lignorum prò molendinis, & prò exactione vigesimæ prò satis extrà territorium, idem iudicauerunt Domini de Camera, quod nō essent angariæ, quia verè non sunt opera diuturna, nec diuturnum officium, & per consequens, nec angariæ, vt per *Luc. in l. cum te, C. de muner. patrim.* vbi definit angarium. Item quod Vassallus præstet terteriam, & vigesimam de satis non est sordidum, *l. maximè, C. de excusat. muner.* ergò nec angaria. Item, & fortius hæc præstatio vigesimæ, & prædictorum iurium Baroni, est facienda ab omnibus, nulla distinctione habita qualitatis personæ, ergò non est angaria, quia illa non præstatur à Nobili, vel aliquā dignitatē habente. *l. humilioribus. C. de suscept. & arcend. l. honor. ff. de muner. & hono.* maximè etiam, quia hæc sunt potius introitus Baroniæ, & feudi, quæ licet præstentur à Vassallis, non sunt consideranda, vt opera, seu seruitia personalia, sed vt introitus feudales, qui omnes, quasi à Vassallis præstantur, vt sunt censūs, & iura Baiulorum, platearum, & similia, & ideò notabiliter iu casu dixit aliàs, *Grammat.* quod non sufficit, quod Barones probent ipsis deberi angarias, nisi probent etiā de causa quare, qualiter, & ad quam finem debeatur, vt dixit *in consil.* 13. & melius *in consil.* 98. *vltima col.* vbi concludit, & firmat opinionem, quod non obstante, quod Vassallī præstent has angarias possunt recedere, & non possunt inuiti retineri

Et non obstant, *Constitut. & Capitula* in contrarium, quia loquuntur in Vassallis ad seruitia personalia obligatis; & angarias, ità quod Baro ex priuilegiis hominis, vel legis habebat illud ius in Vassallis, quod habet Rex, qui solus est Dominus personarum per *Constit. Regni, quia frequenter*, quod ius considerarunt Domini de Camera in illo casu, quod non intelligitur translatum ad Baronem sub generali concessione, & priuilegio, per ea, quæ dicunt, *DD. in Const. Regni ea, & quæ ad speciale decus*, quæ maximè procedunt in hoc Reguo, in quo sine dubio omnes Vassallī Baronum, ex quo soluunt functiones fiscales, non tenentur ad alia seruitia, secundum dispositionem, *Pragm. Regni, incipientis ad perpetuam rei memoriam*, & secundum dispositionem, *tex. in l.* 1. *C. in quibus caus. colon. censit.*

&c. lib. 11. vt tradit *Capyc. in decis. 168. Afflict. in Constit. Regni, omnes officiales, Grammat. notab. 12. & in consil. 12. 13. & 98.*

Nec obstat, quod considerabatur de interesse Regis, & Vniuersitatis, quia respectu Regis illud cessat, ex quo Ciuis, qui recedit ab vna Vniuersitate, soluit in ea in quam vadit, iuxtà *tex. in l. quia originem ff. de muner. & bonor.* & respectu interesse Vniuersitatis, quia vt sup. dictu est, secundum iuris dispositionem, cuilibet suam sibi constituendi Ciuitatem libera est facultas, vt dicit, *Iurt Consult. in l. in bello, §. in manumittendo, ff. de capt.* allegatis ibi *in glos.* maximè si Ciues perficerat iam munus semel susceptum, quia eo finito, *tex. in l. incola, ff. ad munic.* allegatus in contrariù non obstat, imò à contrario sensu probat hanc opinionem, & id quod dicit, *Bar. in d. l. incola* debet intelligi respectu onerum merè realium, quæ debentur pro bonis, quæ remãserunt in illa Vniuersitate à qua recesserunt, quia onera realia debentur, etiam ab extraneis, vt dicit. *Bar. in l. 1. C. de mulier. & in quò loc.* nec obstat dictum, *Bar.* per dictum, *tex. in l. incola,* à contrario sensu.

Fortiùs etiã cõsideratur, quod in toto hoc Regno cõmunis est Consuetudo, quod Vassalli liberè recedant, prò vt benè constat, atque constitit Regiæ Cameræ, quę quotidiè expedit prouisiones directas Præceptoribus, vt exigatur à focularibus absentibus, imò per ipsos debita Vniuersitatibus, à quibus recesserunt, ac si non recessissent, & sic Vniuersalis est, & cõmunis cõsuetudo in Regno, quod Vassalli nõ retineantur ab Vniuersitate, sed tñ, quod retribuant id ad quod tenentur, ac si non recessissent vsque ad nouam numerationem, in qua non est dubium, quod semper, & perpetuò fuit liberũ hominibus, & personis huius Regni, quod se ascribi, & numerari faciant in ea Patria, in qua volunt, & sic hac Consuetudine attenta, quodammodò videtur recessum à Constitutione Regni, per in obseruantiam, & contrarium vsum ipsius, iuxtà tradita per *Grammat. d. consil. 12. nu. 13.*

Præterea quando omnia prædicta cessarẽt, postquã, vt dixi solus Rex est Dominus personarũ in hoc Regno, per *Constit. Regni, quia frequenter,* & nullus potest se obligare ad seruitia personalia Baroni sine assensu, est dicendum, quod licet Baro probet, quasi possessionem seruitij personalis, in dubio debet præsumi, quod fuerint extorsiones, & illegitimæ introductiones Baronũ, per tradita, per *Bald. in cap. 1. §. pactiones de pac. constan.* post *Archid. in cap. seruitium 18. quæst. 1.* & alia allegata per *Afflict. in Const. Regni prosequentes 3. col.* & relata per *Grammat. d. consil. 93. nu. 17. & 18.* quibus accedat, quod notabiliter dicit, *Andr. in cap. 1. quæ sint Regal. in §. extraordinaria collatio, in fine,* quod istæ præscriptiones Baronum, numquam perficiũtur, ex quo sola numeratio populorum interrumpit cursum præscriptionis, quibus accedant dicta per *Io. Andr. in cap. quod latenter extrà de reg. iur.* & *Io. Fabr. in §. æquè si agat instit. de actio. & in §. retinendi inst. de interdict. Boer. in decis. 131.*

Hinc est, quod Ecclesia in hoc Regno voluit decimas de iuribus, de nouo quæsitis per Regẽ, vt in *rub sub tit. de decim. & in Constit. Regni, Quanto cæteris,* quia præsumuntur multa quæsita, quod maximè est, Concedit tandem respectu illius vigesimæ, quæ exigebatur per ipsum Baronem de fatis extrà territorium, quia est quædam extorsio, quæ etiam à Vassallis parangarijs nõ deberetur, vt per *Afflict. in Constit. Regni Iustitiarij non per Kalendas in 3. notab.*

Et vltimò in illa causa aliqui Domini de Camera considerauerunt, licet hoc non esset probatum in processu, quod ille Baro esset admodum terribilis, & male agens cum Vassallis suis, quo casu etiam, quod cessarent omnia superius allegata ex hoc solo capite non potuisset suos Vassallos repetere, vt dixit *Par. in suo tract. de Sindic. in §. 1. fol. 5. col. 4.* in fine, & dixit *Luc. in l si quis prædium, C. de agric. & censit. col. 3. versic. & Nota,* quod admodum crudeles sunt Domini, qui volunt Vassallos inuitos retinere, quia in *lib. Deuter. cap 17.* Dominus dixit, *ne tradas seruum Domino suo, qui ad te confugit, & tecum habitabit in loco, vbi ei placuerit, & in vna Vrbium tuarum requiescat, nè contristes eum,* & verè in hoc Regno non vidimus moueri quæstiones nisi ab his, qui sunt potiùs Tyranni, quam Barones, pace eorum sit hoc dictũ, ac etiam pace Dominorum de S. C. qui aliàs contrarium iudicauerunt, & ita fuit decisum in R. C. Summariæ, referente Dom. Præside Rybera die 16. Decembris.

SVMMARIVM.

Euicta vna ex pluribus rebus venditis non rescinditur totus contractus, sed pro ea tantum parte venit euictio, num. 1.

Secus euicta vna re ex pluribus in solutum datis, num. 2.

Et de ratione disparitatis, latè, nu. 3.

Euicta quarta parte alicuius fundi venditi pro mille, si illa quarta pars valeat quincentum, propter suam bonitatem, agi potest ad euictionem pro medietate, nu. 4.

Euictione sequuta tenetur venditor ad id, quod interest, illam non fuisse sequutam, nu. 5.

Id quod interest, non potest excedere dupli quantitatem, num. 6. & datur notabile exemplum, num. 7.

Eui-

Euictione sequuta, an teneatur venditor ad pretium, quod valebat res tempore venditionis, an tempore euictionis passæ, nu. 8. Refertur opinio Rot. quod sit attendendus valor tempore euictionis, num. 9. Author distinguit, an sit ab emptore intentata actio ex stipulatu, an actio ex empto, nu. 10. & quid hoc importet, & quomodo intelligitur, nu. 12. & 13.

Emptor cui res euicta est, potest contrà venditorem liberè eligere, vel actionem ex stipulatu, vel ex empto, nu. 11.

Euictione sequuta venditor tenetur ad omnia dāna, & interesse, num. 14. & sic ad expensas in lite erogatas, nu. 15. dummodò venditor litem ei denunciauerit, num. 16.

Venditor an teneatur reficere emptori expensas erogatas pro defensione litis motæ super re vēdita, quamuis nulla sit sequuta euictio, sed imò victoria de lite habita sit, quæstio ardua est, num. 17.

Præualet tamen opinio negatiua, nu. 18.

Et eius argumenta referuntur, nu. 19.

Affirmatiua verò opinio est verior in duobus casibus tantum, vt nu. 20. & 21.

Emptor non potest de euictione agere, si litem venditori non denunciauit, nu. 22.

Etiam quod venditor habuisset de ea extraiudicialem notitiam, num. 23.

Denunciatio litis sub qua forma, debeat venditori fieri, & quid debeat continere, num. 24. Sed quomodo de Consuetudine seruetur, nu. 25.

Denunciatio euictionis imminentis, potest venditori fieri in quacumque parte litis, num. 26. Sed intellige, vt nu. 27.

Potest etiam fieri in secunda instantia nu. 28.

Nec non à quacumque persona, quamuis mandatum non habeat ad denunciandum, cum declaratione, num. 29.

Ratihabitio habet vim mandati, num. 30.

Denunciatio litis non sufficit, quod fiat authori authoris, nu. 31.

Sed limita, & intellige, num. 32.

Denunciatio litis debet fieri venditori coram suo Iudice competente, num. 33.

Clericus author laudatus declinat forum, nu. 34.

Item Fiscus, num. 35.

Et omnes Neapolitani, qui ex priuilegijs trahunt, & non trahuntur, num. 36.

Emptor agit de euictione contrà venditorem, etiam quod illi litem non denunciauerit, si notoriè constabat de iniustitia euincentis, nu. 37. & reijcitur opinio contraria.

Item si venditor habuit scientiam litis, de qua ex actis constet, num. 38.

Item si venditor, & emptor simul fuissent ab euincente citati, quia non est opus deindè alia denūciatione, num. 39.

Item si fuisset expressa conuentione denunciationi renunciatum, num. 40. & reprehenditur opinio contraria, num. 41. & 42.

Item si venditor iuramento promisisset venditorem defendere à quacumque euictione, num. 43,

Sed author relinquit hanc conclusionem in dūbio, num. 44.

Item demum si emptor euictionem passus esset Ecclesia, Fiscus, vel minor, qui ex priuilegio agunt etiam non facta denunciatione, num. 45.

De euictione agi non potest priùs quam sequatur, num. 46.

Indè requiritur, quod sit lata sententia, & executioni demandata, ita quod dominium, & possessio sit ab emptore abdicata, nu. 47. & reijcitur opinio contraria num. 48.

Sed limita, quia potest de euictione agi prius quam sequatur, si scienter res aliena fuerit ignoranti vendita, num. 49.

Item si venditor promisit rem esse liberam, & exemptam ab omni onere, num. 50.

Item tertiò, quia benè potest ante euictionem agi, vt res libera tradatur, & quod venditor faciat consentire interesse habentes, nu. 51.

Euictione in limine contractus imminente impeditur solutio pretij res venditæ, nu. 52. & si imminet pro aliqua parte, pro ea etiam pretij solutio impeditur, nu. 53. Imò retardatur liquidatio instrumenti, nu. 55. & declaratur Vrsill. contrarium sentiens, nu. 56.

Euictio, quando dicatur imminere in limine contractus, num. 54.

Euictione imminente non impeditur solutio pretij, & nec liquidatio instrumenti, si lis euictionis fuit dolosè affectata, & procurata ab emptore, num. 57.

Lis euictionis ex quibus coniecturis præsumatur affectata, nu. 58.

Euictione legitima imminente, non impeditur solutio tertiarum ad rationem conuentam, & quare, n. 59. Limita si res vendita fuisset sequestrata, n. 60.

Euictione imminente non impeditur solutio pretij, si venditor idoneos fideiussores offerat in casu euictionis fortè sequendæ, n. 61.

Venditor euictione imminente non tenetur fideiussores præstare, ad finem, vt sibi pretij solutio non retardetur, si lis fuit affectata, & procurata, n. 62.

Item si esset persona diues, n. 63.

Venditor euictione imminente, ad finem, vt sibi pretij solutio non retardetur, tenetur fideiussores præstare, non tantum pro lite mota, sed etiā pro qualibet fortè mouenda, n. 64. & referuntur fundamenta huius opinionis, n. 65.

Author verò illa reijcit, n. 66.

Et probat opinionem contrariam, quod nempè, fideiussores præstari debeant, pro euictione imminente tantum, n. 67.

Diuisione bonorum a testatore facta, cohæres vnus euictionem passus, de euictione contrà alium cohæredem non agit, n. 68.

Limita si testatoris intentio fuit, vt equalitas seruaretur, n. 69.

Item limita si diuisio facta fuisset inter ipsos cohæredes, quia tunc vnus contrà alium agit de euictione, n. 70. Amplia limitationem, etiam quod di-

diuisio fuisset facta authoritate Iudicis, n.71. & quamuis adsit inter cohæredes mutuum periculum euictionis, n.72.

Cohæres recipiens scienter in portionem suam *bona aliena, vel alteri obligata, non agit de euictione, n.73. nec ad æquiualentis pretij restitutionem, n.74. sed limita prædicta, vt n.80.*

Emens scienter rem alienam non agit de euictione, si de ea expressè non cauit, n.75. nec ad pretij restitutionem, n.76. & confutatur contraria Aret. sententia, n.77. & 78.

Emens scienter rem fideicommisso subiectam, non agit ad formalem euictionem, agit tamen ad restitutionem pretij, & quare in hoc differat ab emente scienter rem alienam, n.79.

Limita, vt nec ad pretium agat, si venditor dixit se nolle de euictione teneri, n.81.

Emens scienter rem fideicommisso subiectam recuperat expensas, & melioramenta in ea re facta à fideicommissario euincente, n. 82.

Emens scientèr rem fideicommissi oneri suppositam, agit contrà venditorem ad formalem, & totalem euictionem, si ita sibi expressè cauit, n. 83. sed contrarium tenet Ciarlin. vt n. 84. sed impugnatur, & reijcitur, n.85.

Emens scienter rem totalitèr alienam, validè potest sibi de euictione prospicere, n.86.

Euictio vbicumque, est promissa, debet indistinctè præstari, n. 87.

Emens rem notoriè, & manifestè defectuosam, non agit contrà venditorem, n.88. Limita si sibi expressè indenditatem, vel euictionem promitti curauit, n.89.

Euictio non debetur pro re donata, n.90.

Sed hoc non est simpliciter verum, & sic vel donatio incæpit à traditione, & non debetur euictio, secùs si incæpisset à promissione, n.91. & quæ sit ratio disparitatis, n.92.

Donatio quando dicatur, quod à traditione, vel quod à promissione incæperit, remissiuè, n.93.

Donatario indifferentèr competit actio euictionis contrà donantem, si se ad illam obligauit, n.94. vel si promisisset de conseruando donatarium illesum à quacomque lite, ac de faciendo donationem bonam, & valituram, n.95.

Euictio debetur pro donatione contemplatione matrimonij, n.96.

Item etiam pro donatione ob causam facta, num.97.

Item demum pro donatione facta in remunerationem seruitiorum, nu. 98. sed intellige hoc, vt num. 99.

Item intellige, dummodo seruitia non sint facta ex obligatione, & necessitate officij, n.100. sed limita, & intellige hoc, nisi seruitia sint adeò egregia, vt excedant metã obligationis, latè, n.101.

Donationem rei alienæ ignorantèr recipiens, recuperat à donante interesse, & damna passa occasione litis, num.102.

Nec non recuperat melioramenta bona fide facta, ab euincente, n.103.

Euicta re donata ex causa alicuius hypothecæ, quæ latebat donanti, non debetur donatario euictio etiam quod donatio à promissione incæpisset num.104.

Euictio non debetur pro legato speciei, num, 105. Amplia, vt nec debeatur pro legato speciei incertæ, v. g. lego vnum ex seruis meis Titio, n. 106. Limita tamen in legato generis, n.107.

Euictio non debetur pro dote, quæ à traditione, incæpit, secùs si à traditione inchoasset, n. 108.

Pater autem indistinctè tenetur de euictione pro dote data filiæ, quatenùs illa est intrà legitimã, & quid pro quantitate excedente legitimã, latè, num. 109.

Euictio pro dote indistinctè debetur, si dotans sciebat rem in dotem datam esse alienam, vel alteri obligatam, n.110. Item si dos fuisset data præuia æstimatione, nu.111. Vel demum si fuisset promissa, n.112.

Euictionis promissio pro aliquo nomine debitoris in dotem dato, non habet locum, nec extenditur ad nouam emptionem factam ex pecunia redemptionis illius, licèt emptio illa processisset de consensu dotantis, proptèr pactum appositum in Capitulis matrimonialibus, n. 113. sed intellige, vt n. 114.

Euictio non debetur si res fuit vendita talis qualis venditori pertinet, cum declaratione, n.115.

Euictionis actio non competit emptori, si res fuit ei euicta per sententiam arbitri, in quem compromisit, n. 116.

Limita si compromissum fuit coactum, & necessarium, ex forma statuti, n.117. Vel ex vi decreti Iudicis, mandatis, quod causa compromittatur, proptèr ambages, quas patitur, n. 118.

Euicta re ex sententia arbitri electi ex forma statuti, debetur emptori euictio, licèt ipse compromisisset, non dum à Iudice coactus ex quo bene poterat cogi, n.119. contra sententiam Salic. & Ias.

Coactè fecisse dicitur is, qui licèt non dum coactus, poterat tamen cogi, n.120.

Euicta re ex sententia, siuè arbitramento venditoris, in quem fuit voluntarii compromissum, debetur euictio, n. 121.

Venditor promittens euictionem de iure, & de facto, tenetur si res vendita, fuit emptori euocata ex sententia arbitri, n.122.

Sed author dubitat de hac conclusione, n.123.

Euictionis promissio, de iure, & de facto, an aliquid operetur, eod. n. 123.

Dom. Consilior. Francis. Maria Prat. laudatur, & encomiantur opera eius, n.124.

Euictio sequuta culpa emptoris, non debetur. num. 125.

Emptor si post litem sibi motam fuit contumax, & litem non defendit, non agit de euictione, num. 126.

Amplia, vt hoc procedat, etiam denũciatione venditori facta, nu.127.

Euictio sequuta facto Principis, vel alterius absolutæ potestatis, non debetur, nu.128. Amplia etiam si venditor se obligasset ad casus fortui-

tot. nu. 133. Item amplia etiam, quod specifice fuisset promissa euictio proueniens facto Principis, cum iuramento, nu. 136.

Periculum superueniens post emptionem, est emptoris, nu. 129. & 131.

Principis factum connumeratur inter casus fortuitos, & insolites, nu. 130.

Emptor euicta sibi re facto Principis recuperat pretium à Fisco, non à venditore, nu. 132.

Suscipiens in se periculum casus fortuiti, non censetur suscepisse in se periculum proueniens ex casu penitùs insolito, nu. 134.

Amplia etiam si promissio fuisset iurata, nu. 135.

Euicta, vel diminuta re facto Principis, debetur euictio, si factum illud habebat causam antecedentem, & existentem ante venditionem, n. 137.

Vendens feudum cum iure exigendi certam excessiuā quantitatem Gabellæ, vel pedagij, si quantitas illa facto superiorum ad iustā, & æquum reducatur, tenetur ad restitutionem equiualentis summæ, pro quantitate diminuta, nu. 138.

Creditores ad quorum fauorem cessit pretium rei venditæ, ea euicta, tenentur ad restitutionem illius nu. 139. Sed vid. infrà nu. 179.

Consentiens venditioni rei suæ, & recipiens pretium tenetur de euictione, nu. 140.

Fiscus non tenetur ad duplum euictionis nomine, sed ad simplum tantum, nu. 141.

Rex concedens alicui feudum nullo accepto pretio non tenetur de euictione, nu. 142. Sed author tenet contrarium, & quandò, nu. 143. Et contraria opinio procedit, quando Rex infeudauit, cum clausula, saluo iure cuiuslibet, quia tunc non tenetur de euictione, nu. 144.

Emens à Fisco, non potest de euictione conueniri, secundum opinionem, Bar. nu. 145. Sed author eum impugnat, & tenet contrarium, nu. 146.

Fisci procurator vendens rem fiscalem, si promittat dupli euictionem, remanet pro illa proprio nomine obligatus, num. 147.

Ita etiam procurator priuati, nu. 148.

Tutor verò non, quia licet generalitèr promittat euictionem pro venditione rei pupilli, tamen tutela finita pro ea priuato nomine non tenetur, nu. 149. & de ratione disparitatis intèr procuratorem, & tutorem, nu. 150.

Euictio proueniens ex natura rei non debetur, nu. 151. Nec minùs ad pretium, nu. 152. nisi fuisset expressè conuentum contrarium, nu. 153.

Euictio non debetur, si emptori auferatur res iure congrui, vel retractus, nu. 154. Amplia, vt num. 155.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, nu. 156. Sed limita istam regulam, si intentetur euictio ex natura rei, num. 157.

Donans feudum absque Regis assensu, potest donationem reuocare, etiam quod promisisset euictionem, & defensionem generalem, n. 158.

Hæres venditoris, potest iure congrui, vel retractus reuocare venditionem à defuncto factam, num. 159.

Hæres quando possit impugnare factum defuncti, num. 160.

Fideiussor euictionis potest iure congrui, vel retractus reuocare alienationem rei, nec obstat ei regula, quem de euictione, &c. n. 161. Sed author tenet contrarium, n. 162.

Vendens vicino alleganti ius congrui, non tenetur de euictione, n. 163.

Coacti vendere, non tenentur ad euictionem, num. 164.

Sed an teneantur ad pretium, remissiuè, n. 165.

Euictionem promittens ex facto suo tantum, tenetur etiam pro euictione proueniente ex facto authoris sui, n. 166.

Euictionē promittens à se, & ab habentibus causam à se, tenetur ad restitutionem pretij, re quomodolibet euicta, n. 167. Et quid operetur illa restricta promissio, n. 168.


Vendens, qui cōuenit, se nolle de euictione teneri, euicta re tenetur ad restitutionem pretij, n. 169. Amplia, vt n. 170. Sed limita in octo casibus, num. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. & 179.

Venditor liberatur ab euictione præstanda, si offerat emptori eandem rem euictam, nu. 180.



AD CAPVT CVIII.

Additio.



Xactissimè quamplura in præsenti examinātur circà vsufrequentem illam euictionis materiam, quam etsi quamplures copiosè illustrauerint, ob volumina ad partes de ea edita, vt sunt *Guzman. Mangil. Guball.* & alij, non tamen prorsùs inutile mihi visum fuit eandem occasione huius Capitis, iterum inter malleum, & incudinem castigandā tradere, ac Moderniorum Authorum opinionibus pro tenuis viribus meis decorare, ac ideò conclusiuè, & resolutiuè procedendo.

1 Dico primò, quod si res vendita pro parte euincatur, pro ea parte dumtaxàt debetur euictio, absq; quod fiat rescisio totius contractus, *l. 1.* vbi *glos. & Bar. l. bonitatis 13. cū duab. ll. seqq. & l. naue 36. l. qui fundum 45. l. ex mille 64. & l qui libertatis 69. §. fin. in fin. ff. de euict. l. fin. C. comm: rer. alien. Bald. in l. 1. n. 3. C. cit. tit. de euict. Dec. cons. 483. n. 15. Becc. cons. 106. n 43. Surd. cons. 104. n. 6. lib. 1. cons. 359. n. 30. lib. 3. & decis. 295. n. 15. & 16.* vbi subdit

2 secùs esse in pluribus rebus datis creditori insolu-

solutum, quia tunc vna illarum euicta, totum
3 contractum tescindi inquit ipse, & pro ratio-
ne disparitatis, quam ego diù diligentèr per-
quisiui, notanda sunt singularia verba *glos. in*
l. cum plures 72. verbo *Comprehenderit, versic.*
Sed contrà, ff. cit. tit. de euict. dum ait, *Sed con-*
tra, de solut. l. si quis aliam 2. resp. vbi dicitur,
quod pro debito dedit duos seruos in solutum,
quorum vno euicto tota prima obligatio rema-
net. Sol. ibi ideò, quia non erat ibi extincta pri-
ma obligatio, cum debuit consfacere accipiẽtis,
vndè facilè remanet obligatio prima: hic autem
fecit venditor, quod debuit, quia tradidit, vndè
est liberatus, sed postea euictione secuta non su-
scitatur obligatio, nisi quatenus est euictum. hæc
subtilitèr *Accurs.* Verùm ad hunc propositum
4 memoriæ mandanda est illa celebris senten-
tia *Boer. decis. 46. n. 8.* qui tenet, quod si euin-
catur quarta pars alicuius fundi, qui fuit vẽ-
ditus pro mille, & illa quarta pars valeat
quiocentum propter suam bonitatem, isto
casu emptor non tenetur agere ad euictionẽ
pro quatta patte tantùm, sed potest ad di-
midiam venditorem vrgete.
5 Dico secundò (corroborando etiam præ-
cedeotem *Boer.* sententiam) quod euictione
sequuta (exceptis casib. inferius eoumeratis)
renetur venditor nedùm ad solius pretij ero-
gati restitutiooem, verùm etiam quãti em-
ptoris intererat euictionem non fuisse sequu-
tam, *l. euicta re 70. ff. de euict. l. cum successores,*
23. §. quod siuè, & l. si tibi libram 25. C. eod.
Reg. de Pont. cons. 27. n. 6. inquiens fieri con-
demnationem in id quod interest, scilicet
ad duplum, vt etiam dicit *Bald.* per illum
tex. in l. si traditio 4. n. 7. cum seqq. C. de actio.
empti, quem sequuntur *Card. Seraph. decisi*
1114. n. 2. Surd. cons. 359. n. 37. in fin. Mare-
scot. variar. resol. lib. 2. resolut. 79. n. 5. cum
6 *seqq* addo *Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus.*
5. glos. 8. par. 14. n. 63. fol. 212. & cum id quod
interest aliud oon importet, nisi quod dupli
quantitatem, quam non potest excedere, iux.
tex. in l. vnic. vbi *Cyn. in 7. oppos. n. 8. C. de*
7 *sentent. quæ pro eo, &c.* fit quod si ego emis
v.g. seruum duc. 50. qui postquam fuerit sũ-
ptibus meis edoctus, euincatur, non possum
agere contrà venditorem propter euictionẽ
passam, oisi ad duplum, scilicèt ad ceotum,
quamuis potuisset seruus ille ità benè edo-
ctus 400. vel pluris æstimari, vt elicitur ex *tex.*
in l. Titius 44. § fin. cum l. seqq. ff. de act. empt.
& ex *l. venditor hominis 8. ff. de euict.* latè
Scacc. de commer. & camb. §. 7. glos. 2. n. 86. &
87. fol. 466.
8 Dico tertiò solere maximoperè hæsitari,
an sequuta euictio ne, ad finem condemnan-
di venditorem in id quod interest, sit atten-
deodus, inspiciendusq; valor rei tempore,
quo fuit celebratus contractus emptionis, &
venditionis, an verò tempore passæ euictio-
9 nis. Supèr quo puncto *Rot. Rom. in vna Ro-*
mana census, Saluian. interd. & interesse, Luna
18. February 1585. coram R. P. D. Cauuccio
fuit in opinione, esse indifferentèr, ac indi-
stinctè attendeodum rei valorem tempore
euictionis passæ, ex *tex. in d. l. Titius §. fin. ff. de*
act. empt. & authoritate *Fulgos. in l. euicta, ff.*
de euict. vt patet ex *Genc. decis. Rot. 44. n. 63.*
10 Sed hæc opinio ità indistinctè oon est tuta,
propterea diceodum est referre plurimum
pro decisione huius articuli, ao sequuta eui-
ctione agat emptor contra venditorem ex
empto, an ex stipulatu, quarum actionũ ele-
11 ctioné in manu eius esse, vt qua vti velit eam
proponat, probatur ex *l. sed etsi 18. sæpè citt. tit.*
de euict. cum alijs quampluribus cumulatis
per *Consiliar. Ari. de Mes. var. resol. lib. 2. cap.*
32. n. 4. cum seqq. vbi multa etiam innehit ad-
uersus *Anton. Fabr. lib. 3. coniect. cap. 1.* Sic
12 itaq; si emptor euictionem passus proponat
pro coosecutione eius quod sua interest a-
ctionem ex stipolatu, spectabitur vtiq; eo ca-
su valor rei tempote perfectæ venditioois, &
ità procedunt iura in *l. ex mille §. 1. & l. bo-*
13 *nitatis ff. de euict.* Sio verò ex empto actione
experiatur, consequetur tunc quantitatem
valoris tempore passæ euictionis, & eius tẽ-
poris rei augmentum, ac diminutio spectabi-
tur, ex *tex. in d. l. euicta re la 2. ff. cit. tit. & in*
d. l. Titius, ff. de act. empt. quæ iura inter se co-
traria ità conciliatur *Franch. decis. 297. Pereg.*
cons. 91. n. 4. & seqq. lib. 3. Nigr. de laudem. tom.
2. quæst. 48. n. 30. fol. 459. & latissimè *cit. Con-*
siliar. Ari. de Mes. d. cap. 32. n. 21, cum plurib,
seqq.
14 Dico quattò, quòd euictione sequuta tene-
tur venditor emptori reficere quodlibet in-
teresse ab eo litis causa passum, *l. si cum quæ-*
stio 17. C. de euict. ibi, *Præses Prouinciæ in dã-*
nis, quæ te tolerasse meministi, medelam iuris
adbibebit, & *glos.* ibi *vers. in damnis,* id decla-
15 rando inquit, vt teneatur præcipuè venditor
ad refectionem sumptunm, & expensarum in
iurgio erogatarum, ad quod concordat *tex.*
in l. fideiussor, ff. de dol. except. & in l. nouissimè,
§. Pomponius, ff. quod falsor. tutor. &c. addo *Dec.*
cons. 74. n. 1. vol. 1. qui dicit prædicta esse ve-
16 ra, si tamen emptor litem veoditori denun-
ciauit, ex *tex. in d. l. si cum quæstio,* ibi, *Authorẽ*
tuum certum fecisti, Pappon. lib. 11. tit. 4. arrest.
10.
17 Quæstio tamen in eo consistit, an idem di-
ceodum sit, si emptor absolutoriam seoten-
tiã obtinuisset, ita quod nulla sequuta sit eui-
ctio, an inquam debeat venditor eoetiã casu
litis expensas ei reficere? Profectò dissidium
hoc adeò difficile est, vt dixerit *Hieron. Ce-*
uall. comm. contr. comm. quæst. 321. vrgere cõ-
munem DD. sententiam pro vtraq; opinio-
ne, tam affirmatiua, quàm negatiua; Videtur
18 tamen, quod prænalcat sententia *glos. in l. 1.*
C. cit. tit. quæ dicit non posse venditorem ad
huiusmodi expeosas reficiendas compelli, ni-

si contrarium expressa conuentione cautum
reperiatur, prout in effectu fuisse decisum te-
statur *Maynard. decis. 75 lib. 2.* & prosequitur
latè hanc partem eit. *Fontanell. de pact. nupt.*
tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 14. à n. 61. vsq; ad
66. fol. 212. & potissimum fundamentum est
19 (omissis quampluribus alijs) quia si admitte-
retur contraria opinio, quam tenent *Gomes.*
variar. resol. lib. 2. cap. 2. de empt. & vendit. n.
47. Mangil. de euict. quæst. 184. à n. 9. & sq. ad 18.
Thesaur. decis. 218. Nouar. quæst. forens. lib. 2.
quæst. 56. sub n. 1. & alij penès eos, sequeretur
vnum de infrascriptis, quod vel emptor, qui
victoriam obtinuit consequeretur duplicatas
expensas, tam scil. à vēditore, quam ab acto-
re victo, ex regula victus victori, &c. *l. prope-*
randum, §. sin autem alterutra, ff. de Iudic. &
hoc non potest esse, quia nemo ex eadē causa
consequi debet duplicatum interesse, & ideò
satis reputandum est, quod emptor conse-
quatur sumptus litis ab actore victo, ex *d. §.*
sin autem alterutra; Si verò diceremus, quod
emptor à venditore tantum consequi debeat
expensas prædictas, & formo sequens dilegc-
ma, quod vel sequeretur actorem victum, esse
absoluendum, & hoc est aliud maximū ab-
surdum, nam actor qui iniustam, & calūnio-
sam litem mouit absolueretur, venditor ve-
rò, qui liberè, ac sincerè vendidit, calumnieq;
particeps non fuit condemnaretur; vel tan-
dem sequeretur, quod actor victus teneretur
ad expensas, sed tamen ad fauorem vendito-
ris, pro illis celeri, breuiq; manu emptori
dandis, & hæc circularis datio tanquam inu-
tilis vitanda est, ex regula *tex. in l. 1. §. quibus,*
C. de nou. Cod. confic. l. fin. C. de adopt. & l. fin.
C. de adopt. liber. Vndè concluso firmitèr ex
his, & aliis rationibus, nullo pacto esse cogē-
20 dum venditorem ad expensas in proposito
articulo, nisi tantùm eo casu, quo actor victus
ad expensas non tenetur, puta quia habuit
iustam causam litigandi, nam tunc emptor
recuperat illas à venditore, vt notabilitèr
Bald. quem sequitur *Petr. Foller. ad Marant.*
par. 6. mēb. 5. in 6. addit. incip. Adde quod Bald.
21 Vel etiam si emptor qui victoriam obtinuit,
non potuit illas à victo recuperare *Paul. de*
Castr. in l. Aristo, §. fin. ff. de donat.

22 Dico quintò, quod ad hoc vt possit em-
ptor aduersùs venditorem de euictione age-
re, opus est quod euictionis litem ei denun-
ciet, *l. emptor 8. & l. si controuersia 9. C. de*
euict. l. si dictum 56. §. si compromissero, vers. si
præsente, ff. eod. l. 1. C. de peric. & comm. rei vē-
dit. Dec. d. cons. 74. n. 1. Pent. decis. Rot. Rom.
112. n. 3. id quod adeò verum est, vt nec suffi-
23 ciat, quod lis extraiudicialitèr peruenerit
ad notitiam venditoris, cum adhùc illa im-
minens euictio debeat iudicialitèr denūciari,
ad finem vt ea sequuta possit operari contrà
ipsum venditorem, *Bar. in d. l. emptor, in fine,*
Roman. cons. 212. Dec. d. cons. 74. sub n. 1. vers.
Et prædicta in tantum procedunt, Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 36. glos. 2. n. 26. fol. 254. Carau.
rit. 4. n. 13. Dom. Reg. Capic. Galeot. contr. iur.
lib. 1. cōtr. 57. n. 2. & de ratione, benè *Facchin.*
contr. iur. lib. 2. quæst. 35. circa fin. vers. Sed cō-
24 *traria.* Imò nec minus sufficiens reputatur
simplex iudicialis denunciatio, cum requira-
tur etiam, quod emptor conuentus offerat
authori suo libellum litis motæ, ac instet, quod
veniat, & suscipiat onus iudicij, eum defen-
dat, subministret sumptus litis, ac ipsum em-
ptorem instruat *Bar. in l. non solum, §. morte, n.*
51. ff. de oper. non. nunciat. Abb. in cap. fin. n. 3.
de empt. & vendit. Felin. in cap. cum M. Ferra-
riensis n. 65. & ibidem *Rip. n. 166. de const. Ca-*
gnol. in l. venditor, ff. de Iudic. cit. Galeot. d. con-
tr. 57. n. 1. vol. 1. & latè *Facchin. d. cap. 35. per*
tot. post *Bald. in l. si cum quæstio, C. de euict.* qui
25 licèt dicat prædicta vera esse de iure, subdit
tamen de consuetudine non seruari, dicens
satis esse, quod citetur venditor, eiq; notifice-
tur, qualitèr quæstio est mota super re ven-
dita, ac ideò quod veniat ad patrocinandū
litem, & assistat in iudicio, cum ex his suffi-
cientissimè certioretur venditor, absque in-
serta forma libelli litis motæ, quam senten-
tiā tenet ēr ex nostratibus *Muscatell. in prax.*
S. C. par. 3. glos. pari passu, n. 2. signātèr in fine.
26 Dico sextò (prosequendo eandem mate-
riam denunciationis) quod illa potest fieri in
quacumq; parte litis, & sic quandocumq; ad
tex. in l. si rem §. fin. ff. de euict. ibi, *quolibet tē-*
27 *pore.* Verùm vt dicit *Bald. in l. libera, C. de sen-*
ten. & interl. hoc debet intelligi, dummodò
eo tempore fiat denunciatio, quo possit au-
thor laudatus se defendere, & sic non potest
fieri propè condemnationem, vt benè quoq;
prosequitur *Conar. variar. lib. 3. cap. 17. n. 8.*
& cit. *Muscatell. in d. prax. par. 3. glos. nominet,*
n. 11. subdens, quod authoris laudatio, siuè
28 denunciatio litis validè fit in secunda instan-
tia, scilicet in causa appellationis, vt etiam
sentiere *Amanel de claris aquis singul. 139.*
n. 1. Corset. in singul. verb. Denunciatio, Hyp-
pol. de Marsil. in pract. crim. §. sequens quæstio,
n. 18. & 19. Conar. loc. cit. sub n. 6. & 8. cū alijs
penès *Canale. decis. Flor. 8. n. 22. lib. 1. Vin.*
latè *decis. 510.* signantèr *n. 6.* Imò potest ven-
29 ditor à quocumque iudicialitèr denunciari,
etiam quod non habeat mandatum ad hunc
actū, vel quod sit persona penitùs extranea,
& talis denunciatio eum constituit in mora,
& mala fide, ad finem vt possit in futurum
de euictione teneri, modo tamen sequatur
ratihabitio eius, cuius interest, quod lis ven-
ditori denuncietur, ita valdè notabilitèr af-
firmat *Tiraq. d. tract. de retract. lignag. §. 36*
glos. 2. n. 7. quia illa ratihabitio habet vim
30 mandati, & retrotrahitur, *l. licet 56. ff. de In-*
dic. Bar. in l. si pecuniam, n. 8. C. de negot. gest.
Balb. decis. 126. & Reg. Ronit. in rubr. de pro-
curat. n. 11. & 12.

31 Dico septimò, quod denunciatio non potest fieri authori authoris, omisso immediato
authore, nam vt dicunt, vnusquisq; debet laudare authorem suum, ex quàmpluribus docet
cit. *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. contr. 61. n. 28.* Verum hoc limitant, si secun-
32 dus venditor cessisset emptori omnia iura,
& actiones, quæ habet, eumq; procuratorem
in rem propriam fecisset, ità quod videatur
ei specialiter cessum, & translatum ius quod
habebat ille secundus venditor aduersus au-
thorem suum in casu euictionis, vt ex *Bart. Castr. Alex. Ias.* & aliis probat *Capyc. in inuest. feud. verb. feudorum euictiones, vers. limita nonò, fol. 184. col. 2. Surd. cons. 17. num. 32. vol. 1. & Marant. d. par. 6. act. 5. nu. 9.* ex
tex. in l. si res 59. ff. de euict. vbi *Pomponius* di-
sertissimis verbis præcedentem regulam, &
restrictionem proposuit, ibi. *Si rei quam à Titio emi, legata sit à me, non potest legatarius conuentus à Domino rei, venditori meo denũciare, nisi cessæ ei fuerint actiones, vel quodam casu hypothecas habeat.*

33 Dico octauò, quod denunciatio debet fie-
ri venditori coram Iudice suo competente,
aliàs potest opponere fori declinatoriam, vt
multorum authoritate probat *Caualc. cit. decis. 8. n. 21. lib. 1.* hinc iudicandi vsu receptũ
34 est, quod Clericus author laudatus coram
Iudice sæculari declinat forum, & iustè petit
ad ecclesiasticum remitti, *Boer. decis. 69. à n. 27. vsq; ad fin.* qui tamen loquitur valdè in-
tricatè, & ità in S. C. practicari testatur *Capyc. decis. 197. sub n. 7.* dum inquit, quod solet
dimitti Clericus; sed procedi contrà empto-
rem, & habentes causam ab eo, prout quoq;
pluries decisum refert *Gram. decis. 21. à n. 7. vsq; ad fin.* concludentes pariter, Fiscum au-
35 thorem laudatum posse forum declinare,
causamq; trahere coram procuratore Cæsa-
ris, vt præcipuè *Capyc. in cit. decis.* non omit-
36 tendo, quod Neapolitani, qui ex antiquis
priuilegijs trahunt, & non trahuntur, si lau-
dentur in authores, potiuntur eodem priui-
legio, vt non alitèr ab alio Iudice citentur, &
cognoscantur, pratèr Iudices Regiorum Tri-
bunalium huius Ciuitatis; de quibus omni-
bus latè *Mascatell. in cit. prax. par. 3. glos. nominet, à n. 4. per tot. n. 9.*

37 Dico nonò, quamplures dari casus, in qui-
bus non est necessarium, quod lis mota super
re empta venditori denuncietur, ad finem vt
is indè condemnari debeat, ac possit in id,
quod interest. Primus casus est si notoriè
constarет de iustitia agentis, ità quod quam-
uis lis authori denunciata fuisset, tutò tamen
sequuta esset euictio, *Alex. in l. non solum, §. morte, n. 46. ff. de oper. non. nunc. Gabell. de euictio. §. 3. n. 73. cum seqq. Surd. decis. 22. n. 9. Couar. variar. lib. 3. cap. 17. n. 6. & Scacc. de sent. & re iu lic. glos. 14. quæst. 12. n. 38. fol.*
471. penes quos constat de communi opinio-
ne, à qua non est recedendum, quamuis multi
teneant contrarium, vt ex *Poller. in addit. ad Marant. d. par. 6. memb. 5. n. 16.* quia cum iniu-
stitiam nulla habeatur ratio, vulgatis iuribus,
consequens est, & rationabile, quod nihil ad-
uersùs emptorem operari debeat omissio
denũciationis, vbi illa fuisset inutilis, & pror-
sùs vacua ab aliquo effectu, vt probat latè
Facchin. contr. iur. lib. 2. quæst. 37. facit *Afflict. decis. 47. n. 3. Capyc. decis. 136. n. 4. Pute. decis. 188. in fin. lib. 3. Gome. Leo decis. 19. & decis. 53. inter decis. diuers. tom. 2.* & *Petr. de Rauenn. singul. 190.* Secundus est, si venditoris scientia
38 de lite mota ex actis appareret, quamuis nul-
la intercesserit specialis denunciatio ab em-
ptore facta, quia illa non est necessaria sup-
posito, quod lis motа peruenerit ad notionẽ
venditoris, & quod notio illa constet ex actis
per eum factis in eodem iudicio, vt benè di-
cebat *Bellon decis. Rot. Gen. 15 sub n. 13. ver-*
39 *sic. Nec obstat.* Tertius casus est, si actor libel-
lum quem in principio litis formauit, tam
emptori, quàm authori suo notificauit, nam
cum eo casu plenè venditor de lite certiore-
tur, non videtur quod alia denunciatio, siue
authoris laudatio sit necessaria, quia nõ sunt
frustrà multiplicandi actus, *glos singularis, in l. si dict. n. 56. § si compromisero, vers. Post, ff. de euict. Alex. in l. 2. § fin. n. 15. ff. solut. matr. et Capic. decis. 106. n. 3. vers. breuiter.* Quartus
40 casus est, si tempore celebratæ venditionis,
& obligationis in casu euictionis, speciali
partium conuentione fuisset remissa denun-
ciandi necessitas, nam tunc re euicta, solu-
tionem eius quod interest frustrà vitat ven-
ditor ex defectu denunciationis, cum validũ
in iure reputetur pactum, per quod illa re-
mittitur, ità indiuidualitèr decidit *tex. in l. bartaias molest n. 63. ff. de euict.* ibi. *Herennius Modestinus respondit, non obesse ex empto agenti, quod denunciatio pro euictione interposita non esset si pacto ei remissa esset denunciandi necessitas,* quò fit vt perperam à nonnullis
41
fuerit tentum, quod pactum remittens de-
nunciandi necessitatem debeat cum aliquo
temperamento intelligi, vt *Dec. d. cons. 74.* &
Angel. cons. 177. nam hi deueniant profectò à
formali, & indiuiduali decisione *tex.* Imò
præsertim Dec. de eo nec facit mentionem,
& sic vel illũ non vidit, vel scientèr suppres-
sit nè clientem pro quo consulebat contri-
42 staret, ideòq; amplexandus est *Bald.* qui in
l. 1. C. de peric. & comm. rei vend. dicit pactũ
valere, ac esse simplicitèr obseruandum in
quocumq; casu, benè etiam *Petr. Poller. in addit. ad cit. Maran. d. par. 6. memb. 5. n. 15.* &
Rot. Gen. cit. decis. 15. sub n. 13. vers. Tertiò re-
43 *spondetur.* Quintus casus est, si venditor iura-
mento promisit emptorem defendere à qua-
libet euictione, quia tunc videtur promisisse
defensionem etiã ab euictione sequuta absq;
authoris denunciatione, quæ tacitè remissa
cen-

censetur, *Purpurat. in l. quod te, n. 97. vers. Septimò exemplificatur, ff. si cert. peta. Rub. Alex. in l. non solum, §. morte, n. 688. ff de oper. non. nunc. Rot. Gen. cit. decis. 15. sub n. 13. vers. Secundò responderi potest,* & *Ludouic. Gomes. in §. item si quis postulante n. 10, Inst. de action.*

44 Sed ipse opinionem hanc non puto tutam,
& consultò omitto media, quibus firmissimè
impugnari posset, videndus tamen *Fontanell.*
de pact. nupt. tom. 2. claus 5. glos. 8. par. 14. n. 73
& *Conar.* mox allegandus, *n. 5.* Sextus casus
45 est (omissis alijs) si emptor qui passus est eui-
ctionem, esset Ecclesia, Fiscus, vel minor, qui
aduersus venditorem agunt in id quod eorũ
interest, etiam quod non denunciauerint ei
litem motam, *Rube. Alex. loco cit. n. 704. Pe-*
reg. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 39. & latè *Gratian.*
qui hunc, & præcedentẽ casum latè probat
discept forens. tom. 1. cap. 175. à num. 30. cum
plurib seqq. optimè *Cardin. Caualer. decis. 311.*
n. 6. & obseruandus *Conarr. variar. resol. lib 3.*
cap. 17. n. 4. vers. Quartò.

46 Dico decimò, quod non potest de euictio-
ne agi priùs quam illa sequatur, vulgat. *l. qui*
rem, C. de euict. & l filius, §. mora, ff. eod. Indè
47 est, quod ad hoc vt de euictione agi possit,
non sufficit quod iam lata sit sententia ad-
uersus emptorem, sed opus est, quod eadem
sit exequtioni demandata, & sic quod res in
effectu sit abdicata à dominio, & possessione
emptoris, vulgat. *l. habere licere*, vbi *Bald.* &
communitèr omnes Scribentes *ff. de euict l.*
qui rem, vbi idem *Bald. C. eod. l. si seruus ven-*
ditus 21. eod. tit. glos. in l. si seruum in princip.
vers. absit. ff de actio. empt. facie tex. *in l. vtiq;*
ff. de reiuendic. & est communissima sententia
DD. inter quos est *Ias. in l. quoties n. 48. C. de*
rei vendic. Alex. cons. 4. vol. 3. Surd. cons. 36.
n. 4. vers. Accedat, idem *Surd. decis. 165. n. 7.* &
ibi doctiss. *Consil. Hodier. n. 15. Beniuten. de-*
cis. Bonon. 25. sup. n. 2. Ludouis. decis. 25. n. 2. &
dec. 88. n. 6. Ann. allegat. 141. n. 3. & sing. 471.
Gomes. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 39. ver-
sic. Imò quod magis est Gratian. discept. forens.
tom. 1. cap. 3. n. 7. & cap. 22. n. 5. exquisitè de
more *Dom. meus Consiliar. Francisc. Maria*
Pret. discept. for. tom. 3. cap. 27. à n. 7. vsque ad
n. 10. & latissimè *Dom. Marotta discept. forẽs.*
48 *cap. 32.* vbi defendit hanc indubitatam sen-
tentiam ab impugnationibus *Gabriel. in*
tract. de euic. §. 1. in princ. & Carol. Ruin. cons.
146. lib. 1. qui putant, sed perperam, non re-
quiri effectualem abdicationem rei, ad finẽ
vt emptor illius possit de euictione agere; cũ
hoc certissimum sit, quod sufficit emptori, ei
habere licere, & sic cum videatur semper ha-
bere quousq; res penès eum est, fit vt nulla
penitùs ei dicatur quæsita actio aduersùs vẽ-
ditorem, priùs quam desinat habere.

49 Sed limitanda est conclusio ista. Primò si
aliquis sciens, prudensq; rem alienam igno-
ranti vendiderit, & sic cum is in dolo esse dij-
catur, potest meritò ante euictionem vrgeri
in id quod interest, rem emptoris esse, *l. ser-*
uus quem 31. §. si sciens, ff. de actio. empt. ibi, *Si*
sciens alienam rem, mihi ignoranti vendideris,
etiam priùs quam euincatur, vtilitèr me ex em-
pto acturum putauit in id, quanti mea interfit,
meam esse factam, & *glos.* ibi, *versic. Etiam*
priùs, allegat concordãtes, addo *Paul. de Ca-*
stro in l. Aristo, § fin vers. Alia doctrina est, ff. de
donat. vbi prędictum tex. singularem appellat,
& *Cenc. de censi. quæst. 75. n. 23.*

50 Secundò potest agi de euictione, & ad re-
scissionem contractus, priùs quam res reali-
tèr euincatur, si venditor dixit, & promisit
rem esse liberam, ac ab omni onere exemptã,
vt latè probat *Gratian. discept. forens. tom. 1.*
cap. 175. à n. 20. cum seqq.

51 Tertiò omissis alijs detecto onere census,
hypothecæ, fideicommissi, & simil. licèt non
possit de euictione agi, priùs quam ex causis
prædictis sequatur, potest tamen agi, vt res
libera tradatur, vel quod vẽditor faciat cõ-
sentire interesse habentes, ita quod nunquam
ab eo dominium auocari possit, *Alex. consil.*
67. vers Et per istam decisionem. vol. 3. Dec.
cons. 483. n. 18. latè *Osas decis. Pedam. 24. à n.*
4 cum seqq. Gratian. cit. cap. 175. n. 21. & 22.
cit. Cenc. dec. 186. n. 9. & 10. & dec. 313. n. 10.
& 11. post tract. de censib.

52 Dico vndecimò (& hoc potest deseruire
pro quarta limitatione ad præcedentem
conclusionem) quod euictione imminente
in limine contractus, licèt adhùc sequuta nõ
sit, impeditur solutio pretij nondum soluti,
debiti tamen ex contractu emptionis illius
rei, super qua mota est lis, & intentatum iu-
dicium, vel hypothecæ, vel reiuendicationis,
ita quod non potest cogi emptor ad solutio-
nem, *l. si post perfectam 24. C. de euict. & l. ha-*
bitationum 18. §. fin. ff. de peric. & comm. rei uẽ-
dit. Caran. Rit. 173. n. 6. Menoch. de arbitr. casu
224. n. 2. & latissimè *Reg. Merlin. contr. forẽs.*
centur. 1. cap. 45. cumq; idem ius sit de toto
quò ad totum, quam de parte quòad partẽ,
53 fit vt euictione imminente pro parte rei vẽ-
ditæ, pro caeteriã impediatur pretij solutio,
Andre. in addit. ad Specul. tit. de empt. & ven-
dit. §. 1. n. 8. in addit. incipiente, Quia iste §. in
fine, quem sequitur *Surd. dec. 295. sub n. 18. &*
19. versic. Senatus iudicauit, videndus *Hieron.*
de Leon. dec. Senat. Valen. 47. Dicitur autem
54 imminere euictio in limine contractus,
cum ante pretij solutionem, mota reperitur
quæstio super re vendita cit. *l. si post perfectã,*
Surd. decis. 295. n. 7. & Merlin. d. cap. 45. n. 3.

55 Hinc inoleuit opinio inter nostrates, quod
venditor habens liquidum instrumentũ con-
trà emptorẽ, pro rei venditæ pretio, vel eius
parte, illius exequutio, & liquidatio impedi-
tur, si euictio immineat super re vendita, vel
eius parte *Marin. Frecc. de præsent. instr. par.*
7. quæst. 6. n. 1. cum seqq. Culter. in prax. instr.

par.

par. 2. prim. par. rub. aduertat ad debita n. 55. dicentes nō refragari dispositionē *Rit. M.* C.
56 166. Sicut nec obstat *Vrsill. ad Affl. dec.* 171. *n* 5. vbi refert decisum oppositum, quod nēpe non impediatur liquidatio, quia id euenit ob qualitatem venditoris volentis liquidare, qui opulentissimus erat, ac maximis præditus diuitijs; vndè secūdum ipsum satis cautum erat venditori in casu euictionis forrè sequendæ, iuxtà dispositionem *tex. in d. l. si post perfectam*, & dicemus latiùs infrà.

57 Verùm notandum est id quod tradit *cit. Frecc. loc. cit. n. 3. & 4.* vbi limitans præcedētem conclusionem inquit, non impediri solutionem pretij, & consequentèr nec liquidationem instrumēti, etiam quod immineat euictio in limine contractus, si illa probetur, quod fuerit fraudulentèr, & calumniosè ab emptore procurata, vt solutionem euitaret, vel differret (vt sæpè cōtingit fieri à quibusdam calumniosis, & deprauatæ conscientiæ) idem tenet *Calter. vbi sup. n.* 38. latè *Menoc. d. tract. de arbitr. casu* 224. *à n. 6. vsq; ad finem*,
58 & ex quibus coniecturis elicitur litē fuisse calumniosè motam, atque affectatam, ad effectum prædictum, latè *Surd. cons.* 32. *& D. Hodier. ad eundem Surd. decis.* 295. *n.* 9.

59 Item declara, quia licèt legitima euictione imminente impediatur sortis principalis solutio, non tamen impediri potest solutio tertiarum, ad rationem conuentam, & est ratio, quia illud interesse consideratur vti recompēsatiuum fructuum, quorum perceptio nullatenùs videtur impedita emptori per illam imminentem euictionem, vt benè *Gratian. discept. forens. tom. 3. cap.* 588. *n.* 39. & 40. & latissimè *Reg. Merlin. contr. lib. 2. cap.* 50.

60 Vndè à ratione cessante dicendum est contrarium facto sequestro, quia tunc cum sit etiam vsus rei suspēsus, rationabile videtur, quod paritèr vsurarum exactio suspendi debeat.

61 Tertiò, & vltimò limitando declara, quia pretij solutio non impeditur euictione imminente, si venditor idoneos fideiussores offerat in casu euictionis fortè sequendæ, tum ex dispositione *tex. in d. l. si post perfectam*, ibi, *Emptorem si satis ei non offeratur, ad totius, vel residui pretij solutionem non compelli*, tum etiam ex dispositione *d. l. habitationum, §. fin. ff. de peric. & comm. rei vendit.* ibi, *Ante pretium solutum, dominij quæstione mota, pretium soluere emptor non cogitur, nisi fideiussores idonei à venditore eius euictionis offerantur, Negusan. de pignor. memb. 1. 5. par. sub n. 28. vers. Sed quando, Menoch. d. casu* 224. *n.* 3. *& Gardin. Canaler. decis.* 602. *n.* 1. nisi dicamus litem
62 fuisse affectatam, & dolo ab emptore procuratam (vt diximus paulò superiùs) quia tunc penitùs non potest venditor solutionē pretij petens ad fideiussores teneri, vt ex quāpluribus docet cit. *D. Hodier. d. dec.* 295. *n.* 8. cui addo *Carau. rit.* 273. *sub n.* 11. *vers. Tertiò limita*, *& Vrsill. ad Affl. dec.* 171. *n.* 2. Vel
63 nisi venditor esset persona diues, habēs multa bona in loco vbi imminet euictio, quia eo casu nec tenetur fideiussores præstare, ad finem vt cogi faciat emptorem ad solutionem pretij, euictione in limine contractus imminente, quia ex diuitijs venditoris, satis videtur emptori cautum in casu euictionis, iuxtà *dec. Affl.* 171. & aliam decisionem ibi relatam ab *Vrsill. n.* 5. & licèt opinio ista nō transeat sine maxima difficultate, ex traditis per *Surd. d. dec.* 295. *n.* 15. vbi sæpè cit. *Dom. Hodier. n.* 2. refert quamplures authores contrarius, & ex traditis per *Carau. d. rit.* 273. *n.* 11. tamen vt ipse idem subdit, durum apud nos videtur recedere à memorata *dec. Affl.* ac ab eius opinione, quæ videtur apud nos iudicandi vsu recepta.

64 Nec silentio prætereunda est opinio eorū, qui sentierunt, venditorem ad finem vt sibi solui debeat euictione legitima imminente, teneri fideiussores præstare, non tantùm pro ea euictione mota, & imminente, verùm etiā pro quacumq; fortè in futurum mouenda, *Dyn. Cyn. Io. Andr. & Paul. de Castr. in l. 1. §. stipulationum, ff. de pret stipul. Imol. in cap. fin. col. 4. de empt. & vend.* & ibi *Burg. n. 5. in fin. Negus. loc. sup. cit. Gaballin. de euict. §. 2. n. 12. Fabian. de mont. de empt. & vendit. par. 6. memb. 12. vers. & aduertas quod fideiussor Paul. de Castr. cons. 46. vol. 1. Surd. cons. 36. n.* 14. & idem *Surd. d. dec.* 295. *n.* 9. *& sub n.* 18. *vers. Senatus iudicauit*, vbi ità refert decisum.

65 Probant hanc sententiam tum ex *tex.* vbi DD. communitèr, *in l. fin. §. emptor prædiorū ff. de rescind. vend.* ex quo habetur, quod fideiussores prestari promissi propter euictionem imminentem, dandi sunt etiam, quod illa imminens euictio superetur, vel transigatur, vt docet quoq; *Paul. de Castr. cit. cons. 46. col. 2. vers. Quantum ad secundum*, tum etiā quia res detecta semel obnoxia ad beneficiū vnius, præsumitur quod talis detegi debeat ad beneficium aliorum, & sic meritò fideiussores dandi sunt, pro euictionibus fortasse obuenturis, vt præter sup. cit. sentit etiam *Frecc. d. par. 7. quæst. 6. n.* 5.

66 Ego (vt verùm fatear) nunquam potui huic opinioni acquiescere, & miror plurimū quomodo vniuersus DD. cumulus vnanimi ferè consensu eam approbauerit, innixi tantū dispositioni *tex. in d. l. fin.* quæ hoc penitùs non dicit, nam quamuis eliciatur ex eo, quod tenetur venditor ad fideiussores, etiam quod illa imminens euictio cessasset, id tamen euenit, quia ità expressa lege fuit conuentum. Nec prodest si respondeat aliquis, quod in eo *tex.* fideiussores fuerunt promissi intuitù imminentis euictionis, & tamen dicit I. C. quod non obstante, quod illa cessasset, tenetur

tur venditor illos præstare, & cum præstatio
sit inutilis pro euictione iam superata, sic quod
debeat intelligi de euictionibus, & litibus
fortè mouendis; nam dico quod imminens
euictio, quæ in tex. supponitur non fuit causa
finalis promissionis fideiussorū, sed fuit cau-
sa impulsiua, vt declarat glos. ibi, vers. Neq;
fideiussor, & per consequens nil mirum si nō
obstante quod cessasset euictio, nihilominùs
tenebatur etiā venditor ad fideiussores, qui
veniunt propter pactum, non propter eui-
ctionem imminentem. Neque aliæ rationes
mouent, quia sunt falsæ, tum quia lites, &
obligationes cum sint quid facti, non debēt
præsumi, ex regula tex. in l. in bello, § facta, ff.
de capt. & postlim. reuers. cum etiā quia quæ-
libet res in dubio potiùs libera, quàm obno-
xia præsumitur.
67 Meritò igitur doctiss. Rube. in l. non solū,
§. morte n. 463. ff. de oper. nou. nunc. solus, &
contrà communem sententiam omnium, te-
net, quod fideiussio pro euictione imminēte
tantùm præstari debeat, non etiam pro qua-
libet mouenda, ad finem vt venditori pretij
solutio retardari non possit; quæ opinio fir-
missima est, & ineuitabilis, ex tex. indiuiduali
in cit. l. habitationum, §. fin ff. de peric. & comm.
rei vendit. ibi, Nisi fideiussores idonei à vendi-
tore eius euictionis offerantur, ac proindè er-
ronea existimanda est cōtraria opinio, & nul-
larenùs tenenda tanquam contrà expressum
casum legis.
Dico duodecimò euictioni non esse locum
in quampluribus casibus.
68 Et primò si diuisione bonorum à testato-
re inter cohæredes facta, alteri eorum cor-
pus aliquod euincatur, quia tunc euictionem
passus non habet regressum contrà cohære-
dem, vt partem suam loco euictionis submi-
nistret, gl. & DD. in l. si familiæ, 14. C. fam.
bercisc. alioquin voluntas testatoris diuiden-
tis, quæ fuit vt vnusquisq; haberet eam por-
tionem eādem qualem ei assignauit, non ser-
uaretur, contrà tex. in l. si cogitatione 21. C.
cit. tit. istoque, & aliis mediis hanc sententiā
probat Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump.
118. à n. 1. vbi quamplurimos allegat. Sed
69 nihilominùs eam ipse limitandam puto, si il-
la fuisset testatoris diuidentis intentio, vt æ-
qualitas inter filios, cohæredesq; seruaretur,
quia tunc euictione ab altero eorum passa,
alius pro medietate tenetur ei, vt ita æquali-
tas seruetur, ac intentioni testatoris satisfiat,
benè Faccin. contr. iur. lib 6. cap. 68. vbi pon-
derat subtilitèr tex. in l. cum pater 79 §. eui-
ctis, ff. de legat. 2. & Menoch. loc. cit. sub num. 4.
vers. Nec repugnat, & n. 10. addo Dec. consil.
349. n. 8. & Pereg. infrà allegandum sub n. 72.
in fin. vers. Quartò. Indifferentèr autem, &
70 generalitèr intrat euictionis actio, si facta
diuisione inter cohæredes ipsis, alteri eorū
res aliqua, vel hypothecaria, vel dominij iure
auferatur cit. l. si familiæ, iuncto tex. in l. si fra-
tres, C. comm. vtriusq; Iudic. & in l. hæredes, §.
item curare, ff. fam. bercisc. Bar. Rip. & alij,
quos sequitur Francisc. Becc. cons. 24. n. 9. &
Pereg. de fideicom. art. 52. n. 53. qui hoc dicit
71 verum, etiam quod huiusmodi diuisio inter
fratres, vel alios cohæredes fuisset facta au-
thoritate Magistratus, quia is præcipuè vti
Minister iuris, non præsumitur, quod volue-
rit actioni legitimæ euictionis derogare,
Peregr. n. 54. Imò intrat actio euictionis,
72 quamuis inter cohæredes adsit mutuum pe-
riculum euictionis, puta quia omnes possidēt
res obnoxias creditoribus, aliisque oneribus,
vt firmiter, ferè contrà omnium sententiam
probat, cit. Facchin. d. cap. 68. vers. Difficultas
in hoc consistit. Vnum tamen casum nō omit-
73 tam, in quo cessat actio euictionis, facta in-
ter fratres, vel alios cohæredes diuisione, si
nempè alter eorum sciens, quod bona sibi
obuenta essent obligata, vel aliena, minimè
se protestatus fuit de euictione, alias secùs, &
hoc quamuis diuisio illa authoritate Iudicis
processisset d. l. si fratres 7. C. comm. vtr. Iudic.
latè probat Pereg. d. art. 52. sub n. 58. & 59.
docens etiam, quod isto casu, cohæres ille,
74 nec ad pretii restitutionem agere potest, quia
sibi imputandum est, quare sciens rei condi-
tionem, & qualitatem absque protestatione
eam acceptauit, glos. & DD. in d. l. si familiæ,
C. fam. bercisc. & in d. l. si fratres, Paul. de Ca-
str. in l. emptorem, § qui autem, ff. de act. empt.
Dec. cons. 411. n. 4. Ruin. cons. 146. vol. 1. col. 3.
vers. Nec obstat præmissis, Menoch. d. præsump.
118. sub n. 22. lib. 3. vers. Et hæc quidem decla-
ratio, Roland. cons. 51. vol. 4. Becc. d. cons. 24. n.
34. Aym. Crauett. cōs. 211 sub n. 6. & alii multi
penès Pereg. vbi sup. sub n. 58. vers. Tertius
quando emptor, & n. 61. & 62. vers. Aut verò,
addo Gaill obser. 139. n. 15. lib. 2.
75 Secundò; non est locus euictioni, si sciens
aliquis rem alienam esse, illam malitiosè,
non dicam incautè comparauerit, hoc
est, si sibi de euictione non prospexit, vulgat.
l. si fundum sciens. 27. C. de euict. Rot. Gen.
76 decis. 190. Imò nec pretium, quod emptio-
nis nomine dedit, eo casu recuperabit, vt in
ead. l. ibi quod eo nomine dedit, contra iuris po-
scit rationem. Idem latè tradit, glos. in l. Im-
perialē, versic. ex empto, de prohib. feud alien.
per Federic. Abb. consil. 30. lib. 2. Crauett. cōsil.
64 nu. 4. Roland. consil. 67. vol. 4. & Pute. decis.
77 157. lib. 2. Quò fit vt non sit exaudienda cō-
traria, Aret. sententia, in l. si aliquam rem, ff.
de acquir. poss. qui putauit, quod ementi
scienter rem alienam deneganda tantum sit
ordinaria euictionis actio in id nempè quod
interest, cum damnis, & interesse; sed tamen
quod concedenda eidem sit actio ad pretij soluti
recuperationem, vt etiam sentiunt, Crauett.
sibi contrarius, consil. 77. sub nu. 18. versic. simi-
le videmus, quod ementi, Natt. consil. 181. lib. 1.
Gall.

Gaill.obser.137.nu.9.lib.2, & *Caualc.decis.8. n.15.lib.2.*

78 Hæc inquam opinio prætèr quod falsa est, quia contrà expressum casum, *tex.in dict. l. si fundum sciens* (vt patet legenti) falsissima etiam detegitur, quia eius fundamenta non subsistunt, nec vim aliquã faciunt, vt itidem patet, ex *Conar.* qui aduersùs, *Aret.* insurgit, *Variar.Resol.lib 3.cap.17 sub nu.2.* in fine, versic. *Ad eam quæstionem.*

79 Credo tamen (nè præcit. DD. de tanto errore nothemus) quod potiùs loquuti sint de emente scientèr rem fideicommisso suppositam, qui quamuis ordinaria euictionis actione, nempè ad damna, interesse, & id quod interest, scilicèt ad duplum, aduersus venditorem experiri non possit, minimè tamen prohibetur, eundem ad pretij restitutionem vrgere, *l.fin.§ fin. C.comm. de legat.* quod ea fulcitur ratione, nam emens iste non videtur quod mercatus sit à non Domino, nam venditor ante fideicomissi diem, verus Dñus rei venditę erat; sicq; nõ videtur tã grauis scientia simplicis fideicommissi, quod à futuro dependet, quanta grauis est malitia, & dolus eius, qui rem omninò alienam scienter emit, vndè meritò non debent vtrique eadem lege iudicari, ita benè *Conar.* loco mox allegato,
80 *versic.non obstat tex.* Qua etiam ratione limitanda est conclusio per nos firmata, *Sup.nu. 73. & 74.* si facta diuisione inter fratres aliosque cohæredes, alter eorum sciens prudensq; bona fideicommisso subiecta in portionem suam acceptauerit, quia isto etiam casu, non est pænitùs hæsitandum, quod habeat locum specialis illa, *tex.* decisio *in d.l fin.§ fin.* vt nẽpè bonis illis fideicommissi causa euictis, cõpetat euictionem passo actio ad ratam pretij contrà alios fratres, vel cohæredes, non minùs ac, competit ementi scienter rem fideicommissi oneri subiectã, cum diuisio vicem permutationis obtineat & permutatio vicem emptionis, vt benè, & latè probat, *Gratian.disc ept.forens.tom.2.cap.234.* quamuis quamplures eorum, quos retulimus suprà *d. num.* 74. contradicant.

Infrascripta etiam in hoc articulo non omittam notare.

81 Et primò, quod si vendens rem fideicommisso subeictam scienti, sibi expressè cauisset, nè de euictione teneatur, isto casu euictione ex causa fideicõmissi sequuta, non posset penitus ad pretij restitutionem compelli, ex notabili doctrina, *Peregri.* Inferiùs allegandi, *num.* 176.

82 Secundò, quod emens scienter rem fideicommisso subiectam, licèt non recuperet melioramenta, & expensas in re illa factas, à venditore, ex *tex.in d.l.fin.§.fin.* benè tamen illas recuperat à fideicommissario euincente, nè is in lucro esse videatur cum aliena iactura, vt subtilitèr, *Conar.d.lib.3.cap.17.sub n.1.vers. Ex verò Constitutio.*

83 Vltimò noto, quod potest emens scientèr rem fideicõmmisso subiectam ad formalem, & totalem euictionẽ agere, nempè ad damna expensas, interesse, melioramenta, omneq; eo pro quo intererat euictionem non fuisse sequutam, & hoc si ita expressa conuentione cautum fuisset, *Surd.decis.248.nn.54.* confert
84 *Capyc. Latr.decis.104. num.25.* Et quamuis contrarium conetur probare, *Carlen.Contr. forens.tom.2.cap.173.* vbi latè defendit, quod etiam eo casu non potest emptor nisi ad pre-
85 tium dũtaxàt agere, eius tamen opinio nullo pacto valet substineri, nam si potest de iure emens scientèr rem totalitèr alienam, sibi de formali euictione prospicere, nec pactũ illud illicitum existimatur; vt mox probabimus, quantò fortiùs, potest de formali, & totali euictione sibi cauere, & pactum licitum, & validum censendum est, emẽs scienter rem suppositam fideicõmisso, inspecto quod emptor iste incomparabiliter minùs iuri odiosus est, eo qui scientèr supèr. & de re totalitèr aliena mercatur, pro vt etiam rationi congruit.

86 Quod aũt validè possit emens sciẽtèr rem totalitèr alienam sibi de euictione prospicere, probatur manifestè, tum ex *tex.in dict.l. si fundum sciens, C.de euict.* ibi. *Neq; quidquam de euictione conuenit; Fontanell. de pact.nupt. tom.2.claus.5 glos 8 part.14.n.7.* Tum etiam
87 quia regularitèr euictionis promissæ forma, atq; tenor, est irremissibilitèr obseruandus, *d.l.si fratres in fin. C.comm.vtriusq.Iudic. Capyc.Latr.loc.sup.cit.* vel alias, quia semper debetur euictio vbicumque est pactata, nulla facta distinctione, vt ex in numeris docet, *Fontanell. vbi sup. nn.6.*

88 Hinc quamuis emens rem, cuius defectus patens erat, & manifestus, non agat aduersùs venditorem, & imputet sibi quare rem notoriè defectuosam emere non recusauit, *l.1.§. si intelligatur, l.quæritur, §.fin.* & *l si tamen adilitijs, § si.emptor, ff.de adil.edict. l.ea, quæ commendandi, ff.de contrab.empt. & l.1.§.venditor, ff.de actionib.empt.* cum alijs plene cumulatis per cit. *Dom.Consiliar.Prat.d cap 27.num.26.*
89 *cum pluribus seqq. tom.3.* huiusmodi tamen conclusio licèt receptissima, restringitur nihilominùs si emens scientèr rem defectuosam sibi expressè, indenditatem, vel euictionem promitti curasset, quia eo casu, si ea res pereat, & in emptoris dominio, & possesione esse desinat, licèt ex causa illius patentis defectus, tenetur tamen venditor de indenditate, ex vi illius conuentionis intèr eos initæ, *tex.* est formalis, *in l. Apud celsum 4.§. Item Labeo, ff de dol.mal. & met.except* ibi. *Item Labeo scribit, si quis fugitiuum esse sciens emerit seruum, & si stipulatùs fuerit fugitiuum non esse deinde agat ex stipulatu, non esse eũ exceptione repellendum, quoniam hoc conuenit.*

90 Tertio (vt materiam prosequar) non est locus euictionis actioni pro re donata, aduer-

ſus donatorem, quia ipſe ius tantum, quod
habebat in re donaſſe dicitur, *l. ad res 62.*
ff de edilit.edict. l.2.C.de euict.gloſ.in l.Iulia-
nus 131.§.qui fundum,in verſic. liberari, ff.de
verb.obligat. Franch.deciſ.213.nu.7.& Cæſar
Manent.deciſ Senat. Mantuan.17.nu.43.

91 Communior tamen, atque verior opinio
eſt,vt ſi quidem donatio à traditione incepit,
nulla debeatur eo caſu euictio; ſin verò à
promiſsione initium habuit,ſecus,ex *tex.in l.*
Ariſto 18. §.fin.ff de donat. vbi *gloſ. in fin.ver-*
ſic. Aut non fuit promiſſum, l.1. C. de iur. dot.
gloſ.in §.alia autem,in verſ. Dicas, inſt.de do-
nat.Pract. Papienſ.in form.libell.pro donat. gloſ.
fin.n.1.Couar.var.reſol.lib.2.cap.15.n.1.Celſ.
Vgo conſ.64.n.11.Gozadin.conſ.60. n.4. An-
ton.Trigon.ſingul.21.Boer.dec.67. n.1. Ann.
alleg.145.n.1.verſ.Ex quo ſumus, Gomeſ.va-
riar lib.2.cap.2.n.35.& cap.4.n.3. exquiſitè
Cancer.variar.reſol.par.3.cap.4. a n.20. cum
ſeqq.& Fontanell.cit.tract.de pact.nupt. tom.
2.clauſ.5 d gloſ.8.par.14. n.31.

92 Rationem diſparitatis aſſignant *Bald. &*
Odofred.in d.l.1. dicentes, quod quando do-
natio incipit à traditione, videtur quod mi-
licet ratio allegata in prima opinione, vt nē-
pè noluerit donator ad aliud ſe obligare,
prætèr illius rei traditionem,& ſic quod vo-
luerit donare ſolum ius, quod in re donata
habebat,tale quale,& non aliud,Quando ve-
rò donatio à promiſſione originem trahit;
eo caſu venit meritò actio euictionis, quia
videtur quod donans voluerit ſe efficaciter
obligare ad rem tradendam; cumq; rei eui-
ctione ſequuta,penitùs nō tradidiſſe dicatur,
ſic per conſequens, vt nec liberatus à promiſ-
ſione cenſendus ſit, vt benè etiam declarat
Caball.d.tract.de euict.§.4.n 3. & proſequitur
latè *Mart. Coler. deciſ. German.14. Monter.*
dec.13.n.27.cum ſeqq & *Cancer. loc.cit. n.22.*
93 *&* 23. qui itidem notabilitèr declarat,quā-
do,& quomodo dicatur,quod donatio inci-
piat à traditione, vel à promisſione, vt à *n.*
*28. cum ſeqq.*cui addo ad hanc eandem rem,
Viu.comm.opin. verbo, *Donatio vbicumq; in-*
*cipit à promiſſione,*circa med.

94 Sed quidquid de his ſit,illud notandum
eſt, quod donatario indifferenter competit
actio euictionis,ſi donator pro ea ſe expreſsè
obligauit,non habita ratione, an donatio à
promiſsione,an verò à traditione inchoaue-
rit,vt dicit *gloſ* tam *in d.l. Ariſto,§. Labeo ait,*
verſ.Vltimo ſi quæras, quàm in *d l.Iulianus,*
in fine,Franch.d.deciſ.213.n.7. & omnes ferè
95 DD.ſup. allegati *n 91.*Hinc pro effectu prę-
dicto,ad finem vt donator euictionem dona-
tario promiſiſſe dicatur, ſufficit quod pro-
miſerit de conſeruando eum indemnem à
quacumq; lite, & controuerſia, vel quod ſe
obligauerit de faciendo bonam donationē,
ac omni tempore valituram, cit. *Gomeſ.va-*
ria.d.lib.2.cap.2.n.35.in fine, Corn.conſ.141.

col.fin.lib.2.Gozad.d.conſ.60.n.16. cum ali
plenè cumulatis per *Gratian. diſcept. forenſ.*
tom.4.cap.657. à n.47. vſq; ad 50:

96 Item notandum eſt,quod pro donatis cō-
templatione matrimonij,competit donata-
rio indifferentèr actio euictionis, *Reg.Capyc.*
Latr. dec. 40.n.12. in fin. cum ſeqq. verſ. pro
parte verò, vbi de hoc duplicem aſſignat
rationem; Prima nempè, quia huiuſmodi
donatio vocatur Antipherna, quod verbum
ſecundum interpetrationem *Napod. in rub.*
de iur. quart. n.5. importat idem quod do-
natio remuneratiua, pro qua indiſtinctè de-
betur euictio (vt mox infrà probabimus) &
97 ſecunda, quia donationes contemplatione
matrimonij dicuntur ob cauſam, in quibus
venit paritèr euictio,quamuis non promiſſa,
& quamuis donatio initium non habuiſſet
à promiſſione,ex *Bar.in l.Iulianus 131.§.qui*
fundum n.5.ff.de verb.oblig. Roſental.de feu.
cap.8.concluſ.29 n.5. Caball. d.tract.de euict.
§.4.n.4.& Fontanell.d.tract.de pact.nupt.tom.
2.clauſ.5.gloſ.8.par.14.n.23.

98 Quod autē pro donatis in remunerationē
ſeruitiorum,& meritorum debeatur euictio
indifferentèr,& indiſtinctè, probatur mani-
feſtè ex *tex.in l.Attilius,*aliàs *Aquilius 27. ff.*
de donat.gloſ.in d.§.alia autem,verſ.Et hac di-
ſtinctio,inſt.eod.tit.& tradunt omnes vnanimi
conſenſu,& præcipuè *Bar. in l.Iulianus §.1.*
ff.de verb.oblig. Bald.in l.ſed et ſi lege. §.con-
tulit.ff.de petit.hæredit. Barbat.conſ.42.n.11.
lib.3.Bertrand.conſ.196.n.14. lib.6. Crauett.
conſ.64.n.3. & *conſ.136.n.2. Loffred.in Para-*
phr.feud.in cap:1.§.Titius ſi de feud. defunct.
milit.contr.ſuer.Gabed.dec.119. n.12. & 13.
lib.2.Cancer.d.cap.4.n.21. Reg.Ronit.cōſ.85.
n.10.vol.2.Io.Garſia de donat.remuner. n.24.
*& Capyc.dec.197.n.8.*dummodò tamen me-
99 rita, atq; ſeruitia,pro quibus donatur, talia
ſint, quod potuiſſent parere actionem ad-
uerſus donatorem, vt ſupponitur in *d.l.At-*
tilius.

100 Hinc donatio facta in remunerationē ſer-
uitiorum factorum ex obligatione, vel ne-
ceſſitate officij, non ducit ſecum ad fauorē
donatarii euictionis actionē, niſi fuiſſet pro-
miſſa,vel niſi initium habuiſſet à promisſio-
ne, quia ſeruitia illa de per ſe conſiderata
non erant apta ad producendum actionem,
& ſic meritò remanet traditio illa vel mera,
& ſimplex donatio, non autem in remune-
rationem,ità bis refert deciſum *Reg.de Pon-*
te conſ.59.n.16.& 23. vol.1. Sed & hoc etiā
101 ſuam patitur reſtrictionem,ſi nempè adeò
egregia eſſent ſeruitia, vt videātur excedere
metam obligationis, ac vt applicari poſſent
verba cit.*Gabed.dec.36.n.11.lib.2.* dicentis,
quod ſi aliqui faciant vltrà id, ad quod ratione
officij tenentur, in eo exceſſu, beneficium erit
*euidens debitum morale,ad antidora,*vel etiam
vt poſſet applicari authoritas *Scharad. de*
feud,

feud. par. 9. cap. 6. n. 7. isto sanè casu, saltim
ob naturalem obligationem (si cessat ciuilis)
donatio diceretur quoq; remuneratoria, &
per consequens teneretur donans de eui-
ctione, vt latissimè fuit discussum in causa
Ill. Ducis Suessæ, cum Regio Fisco, vt patet
ex traditis per *Dom. Reg. Carol. Tapp. decis.*
Cancellariæ 6. signantèr à n. 26. per totam.
102 Illud etiam nolo sub silentio omittere,
quod recipiens ignorantèr donationem rei
alienæ, indifferentèr potest aduersus donan-
tem agere pro recuperatione interesse, & dã-
norum, si quæ subitinuit occasione litis, vel
alterius molestiæ, vt decisum habemus apud
103 *Cappell. Tholos. decis. 71.* Imo huiusmodi
ignorans donatarius, rem donatam retinere
potest, quousque à Domino vendicante ei
soluantur melioramenta, quæ in ea re bona
fide fecit, *glos. in d. § Labeo ait, in vers. Com-*
petere, & DD. ibi.
104 Et postremò notandum est, quod si res
donata, non quidem ratione dominij, sed
alicuius hypothecæ causa à donatario euin-
catur, eiusq; hypothecæ nullam donans ha-
buisset notitiam tempore donationis, nulla
tunc debetur euictio, siue donatio à promis-
sione, siue a traditione inchoauerit, vt ex
Castr. & Vin. probat sæpè cit. *Cancer. d. cap.*
4. n. 25. & 26 lib. 3.
105 Quartò non est locus actioni euictionis ad
fauorem legatarij certæ speciei, nam eo casu
videtur, quod testator reliquerit tantũ ius, si
quod habebat in re illa, *l. si à substituto 47. §.*
hæres seruum, in fine, ff. de legat. 1. ibi, *Si verò*
certus homo legatus est, talis dari debet, qualis
est, concordat *tex. in l. cum pater, §. euictis, ff.*
de legat. 2. ibi, *Euictis prædijs, quæ pater, qui*
se dominum esse crediderat, verbis fideicom-
missi filio reliquit, nulla cum fratribus, & co-
hæredibus actio erit, benè *Vasq. in l. scimus, n.*
4. C. de inoff. testam. Menoch. de præsump. lib.
3. præsum. 118. n. 4. & *Cenc. de cens. quæst. 79.*
n. 25.
106 Idemq; procedit si legaretur incerta res,
de certis, v. g. lego vnum ex seruis meis Ti-
tio; nam quia huiusmodi legatum æquipara-
tur legato certæ speciei, *l. in ratione, §. dili-*
genter cum §. seqq. ff. ad leg. falcid. & l. qui de-
cem, § Stichum ff. de solut. meritò pro eo non
competit actio euictionis, vt tenet *Bar.* pau-
lò inferiùs allegandus.
107 Secùs autem indifferentèr dicendum est
in legatario generis indefiniti, quia tunc so-
luto legato, illud videtur transijsse in legata-
rium cum actione euictionis ad sui fauorẽ;
nam testator ità legando, videtur grauasse
hæredem, vt ità præstet, vt inauocabilitèr, &
perpetuò res legatarij efficiatur, ità benè
probatur ex *tex. in d. l. si à substituto, §. hæres*
seruum, & ità est intelligendus *tex. in l. si do-*
mus 74. §. de euictis, ff. eod. tit. de legat. 1. &
Rot. Rom quæ cum allegat *dec. 517. n. 8.* post
Cenc. de censib.

Hasq; distinctiones magistralitèr, & latè
comprobat tam *glos. in cit. §. de euictione, in*
vers. ex stipulatu, quàm etiam *Bar.* ibi per to-
tum *n. 3.*
108 Quintò pro dote nec minùs competit
actio euictionis, si dotatio à traditione incæ-
pit, quia secùs si initium habuisset à promis-
sione, applicando in hoc eosdem terminos,
quos suprà annotauimus circà euictionem
præstandam pro re donata, ex *tex. in d. l. 1.*
C. de iur. dot. Ias. in § fuerat, n 33. inst. de act.
Anton. Gomes. variar. resol. lib. 2. cap. 2. aliàs
tit. de empt. & vendit. n. 37 Barbos. in l. æstima-
tis, n. 16. vers. Ex quo, ff. solut. matr. Lopez ad
leg. Taur. 22. tit. 11. de las dotes, glos. 2. par. 4.
& *Surd. de alim. tit. 7. quæst. 20 n. 25.*
109 Hæc tamen conclusio indistinctè procedit
respectù extranei dotantis, respectu tamen
patris non est simplicitèr vera, ac proindè
omissa disputatione nonnullorum, quorum
quamplures tenuerunt, quod pater indiffe-
rentèr teneatur de euictione, & alii quam-
plures voluerunt idem ius in patre consti-
tuendum esse, idemq; in extrano dotante; ca-
pio authoritatem *Hieron. Portoles.* qui in
tract. de consort. fideicom. & legat. cap. 11. nu.
25. tenet patrem dotantem nulla habita
distinctione, teneri ad beneficium filiæ, ge-
nerisq; de euictione, quatenùs tamen dos est
intrà legitimam, sed in quantum illam exce-
dit, pro quantitate excessus, quod sit atten-
denda distinctio, quàm suprà proposuimus,
quod vel dotatio à promissione incepit, vel
à traditione, ex *tex. in d. l. 1.* & profectò hæc
opinio equissima est, & firmissimis rationi-
bus munita, quas prosequitur *Fontanell.* qui
plenissimè tractat articulum hunc de eui-
ctione pro dote præstanda, *cit. tract. de pact.*
nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. par. 14. signantèr,
n. 20. & 21. ideò eas omitto.
110 Non negabimus tamen multos dari casus,
in quibus indistinctè debetur euictio pro do-
te, Primus est si aliquis sciens, prudensque
rem alienam esse, vel alteri obligatam, illam
dolosè, malitiosèq; in dotem daret, proba-
tur ex *cit. l. 1. vers. dolo autem, Bar. in l. vnic.*
C. de rei vxor. act. & in singul. 172. Petr. de
Rauenn. singul. 389. Alex. cons. 146. n. 5. in fin.
vol. 7. Corn. cons. 140. col. 2. vol. 2. & *Roland.*
tract. de lucr. dot. quæst. 58. in fin. & facit *Surd.*
d. tract. de alim. tit. 7. quæst. 20. n. 26. Secundus
111 si dos fuisset data viro præuia æstimatione,
quo casu ex quo ipse emptori æquiparatur,
nam per illam æstimationem videtur cele-
bratus contractus emptionis, & venditionis,
& tenetur ad precium in contantis; meritò
eidem euictionis actio concedenda est, siue
dotatio à patre, siue ab extrano processisset,
ac siue à traditione, vel à promissione ini-
tium habuisset, *tex. in d. l. 1.* ibi. *Siu autem nul-*
la pollicitatio, vel promissio intercesserit, post
euictionem eius, si quidem res æstimata fuerit,

ex empto competit actio, id quod tradit etiã
Bald. ibi n.4. & Barbos. in d.l. si æstimatis, n.
14 ff. solut. matrim. Tertius (omissis aliis est)
112 si in capitulis matrimonialibus, vel instru-
mento dotali, mulier sibi, & viro suo, vel è
conuersò, de euictione cauisset; quia stante
promissione euictionis, in vanũ pariter quæ-
ritur, an dotario à patre, an ab extraneo pro-
cessisset, anq; à promissione, vel traditione
inchoauerit, cum indifferentèr, ac indistinctè
præstanda sit, vt ex quampluribus, ferè innu-
meris probat laudatus *Fontanell. d. clauf. 5.*
glos. 8. par. 14. n. 5. cum seqq. vbi præterea à
113 *n. 9.* notabilitèr resoluit, quod si aliquis
det in dotem aliquod nomẽ debitoris, eius-
que euictionem promittat; Verum quod in
casu reemptionis, pecunia debeat conuerti
in aliam tutam emptionem, cum consensu
dotantis (vt in dies practicatur) illa prior
euictionis promissio, non se extendat, nec
operetur respectù huius secundæ, & nouæ
emptionis, ità quod si eius euictio sequatur,
nullo modo teneri possit ipse dotans in
vim illius antiquæ promissionis euictionis,
quæ regularitèr non potest extendi de vno
casu ad alium, vt dicemus infrà *num.* sed
cum de hoc colloquium habuissem cum
quodam non mediocris doctrinæ viro, ipse
114 mihi respondit, præfatam *Fontanell.* sentẽ-
tiam intelligendam esse cum temperamen-
to, si nempè dotans qui consentire habebat
in emptione faciẽda nõ fuit in culpa, appro-
bando expressè illam secundam emptionẽ,
tãquam veram, validam, & bonam; ob quod
solet interdum ad euitandum periculum
hoc, apponi in instrumento dotali pactum,
quod ille consensus præstandus in emptione
facienda, nõ inducat approbationem, & hæc
est vtilis cautela.
115 Sextò non debetur euictio, si res fuit di-
stracta, cum clausula, talis qualis venditori
pertinet, & spectat, & non aliter, *Bald. Natt.*
& alij penès *Maurat. variar. resol. lib. 2. resol.*
16. n. 7. Anton. de Amato var. resol. lib. 2. cap.
16. n. 7. cum seqq. & Cæsar Manent. dec. 17. n.
59. & 60. Non tamen huiusmodi venditor
erit exemptus à pretij restitutione, nè inde-
bitè cum aliena iactura lucretur, vt latè in-
frà à *n. 169. cum seqq.*
116 Septimò nec minus competit euictionis
actio, si res vendita, non quidem Iudicis sẽ-
tentia, sed per laudum arbitri, vel amicabi-
lis compositoris fuerit emptori euicta, vulg.
l. si dictum 36. § si compromisero, C. de euict. gl.
in cap. fin. de empt. & vend. Bart. in cap. fin.
vers. Posset tamen esse dubium, n. 8. in fin. de
euict. Ias. in l. si domus, §. de euictione, n. 12. de
legat. 1. Roman. singul. 468. Francis. Cremens.
singul. 31. & singul. 115. Abb. cons. 69. n. 1. lib.
1. Alex. cons. 4. n. 2. lib. 3. Rimin. sen. cons. 93.
n. 16. lib. 1. Surd. cons. 452. n. 29. lib. 3. Menoch.
cons. 361. n. 3. lib. 4. Barzi. dec. 27. n. 21. Couarr.
variar. resol. lib. 3. cap. 17. n. 7. Anton. Gomes.
variar. cap. 2. alias de empt. & vend. n. 4. Ro-
sental. de feud. cap. 8. concl. 31. n. 1. Nigr. de
laudem. tom. 2. quæst. 38. n. 98. & 99. & Fon-
tanell. loc. sup. cit. n. 48.
117 Limitanda tamen est conclusio ista, si fie-
ret compromissum, necessitate cogẽte, idest
ex forma statuti, mandantis quod lites co-
promittantur, prout est in hoc Regno, quã-
do inter litigantes adest coniunctio vsque
ad quartum gradum, exceptis tantum non-
nullis casibus, vt in *prag. Odia litium de ar-*
bitr. Isto enim casu, non est hæsitandum, quin
euicta re vendita ea sententia arbitri selecti
ex forma statuti, debeatur emptori euictio,
quasi tunc cesset ratio superioris conclusio-
nis, quam assignat *tex. in cit. §. si compromi-*
sero, ibi, *Nulla enim necessitate cogente id fe-*
ci; & in terminis hanc sententiam tenent
quamplures, quos laudat *Gratian. discept. fo-*
rens. tom. 2. cap. 227. signanter à *n. 4.* cum plu-
118 rib. seqq. vbi dicit idem esse, si propter dif-
ficultates litis, vel ex qualitate partiũ, fuis-
set à Iudice ordinatum, quod fiat compro-
missum, nam eo facto, & euictione sequuta,
danda est etiam emptori euictionis actio ad-
uersus venditorem, non minus ac, quando fit
compromissum ex necessitate statuti, cui cõ-
paratur præceptum Iudicis, authoritate *Ca-*
putaq. dec. 166. par. 1.
119 Nec est vera opinio *Salic. & Ias. in l. fin.*
ille *n. 4* hic *n. 6. C. de iudic.* qui tenent, quod
ad effectum, vt ex sententia arbitrorum, ele-
ctorum mandante statuto, possit de euictio-
ne agi, opus esse quod emptor fuerit effecti-
uè à Iudice coactus, ad compromittendum,
nec sufficere quod cogi potuisset, non inquã
vera est hæc opinio, eamq; pluribus medijs
reijcit, atq; impugnat *Gratian. d. cap. 227. à*
n. 10. cum pluribus seqq. & signantèr, quia
120 sciens se posse compelli ad actum aliquem
faciendum, licet spontè agat, dicitur tamen
compulsus, & magna est affinitas inter cõ-
pulsum, & metuentem compelli, ad *tex.* vbi
DD. in l. nouissimè 7. ff. quod falsor. tutor. au-
thor. gest. esse dica.

Sic igitur extrà casum necessarij cõpro-
missi, nunquam debetur euictio, si res fuerit
emptori auocata per sententiam arbitri. ex
tex. in d. §. si compromisero; Nisi tantum si fuis-
121 set in ipsummet venditorem cõpromissũ,
quia tũc euictione sequuta ex vi sui arbitra-
menti, tenebitur vtiq; euictionis nomine, ad
omne id quod emptoris intererat, rem non
fuisse euictam, *Roman. d. singul. 468. & Fran-*
cisc. Cremens. singul. 31.
122 Alij etiam dicunt, quod si venditor pro-
misit emptorem defendere, & liberum face-
re à quacumq; euictione fortè sequenda, tam
de iure, quàm de facto, tenetur eo casu in-
distinctè, pro euictione sequuta per senten-
tiam arbitri, *Francisc. Marc. decis. 584. Rot.*
Gem

Gen. dec. 15. n. 13. Gozadin. conf. 1. n. 19. verf. Sextò vt dictum est, Curt iun. conf. 1. n. 2. verf. Et in istis locis adducunt, vol. 1. Blanc. de compromiss. quæst. 9. n. 95. & Gratian. qui alios plures allegat, *loc. cit. n. 7.*

123 Ego tamen de conclusione ista dubito nõ mediocritèr, inspecto quod clausula prædicta, *de iure, & de facto*, apposita in promissione euictionis, ex communi sententia DD. fatis ieiuna, & vacua ab effectu reputatur; nã non ob id quod ita se venditor obligauerit, teneri potest ad aliam euictionem, preter eã, quæ iudicialitèr, seruatisq; solemnitatibus sequuta est, notabilitèr *Bald.* per illum *tex. in l. fin. C. de act. empt. Misinger. pract. obser. centur. 1. obser. 54. n. 2. & centur. 2. obser. 19. n. 2. verf. Cæterum, Roland. à Vall. conf. 45. n. 19. verf. Nec obstat, vol. 3.* & fusissimè prosequi-
124 tur *cit. D. Consiliar. Francisc. Maria Prat. d. cap. 27. à n. 12. vsq; ad 25. vol. 3.* vbi vtilitèr quamplura inuehit super puncto isto, prout assolet in omni alio, super quo expurgatissimè iudicij sui consilium imploratur, qua ratione volumina eius, tanquam copiosissimi Genitoris, & Magistri, in magna tenenda sunt veneratione, continuòq; pre manibus à cunctis habenda, dum maximè, quia (vt Vrbi, & Orbi patet) eum inter modernos Scriptores, omnes Principem confitentur, ac Præceptorem venerantur.

125 Octauò (vt ad rem nostram redeamus) nõ competit aduersus venditorem actio de euictione, si illa sequuta fuit culpa, & facto emptoris, & hoc etiam quod fuisset promissa, tãqnam ortum habens ex causa prorsus extrinseca, & citrà factum venditoris, vel authorum suorum, *d. l. si dictum, §. si cum posset, l. si rem, §. si duplex, vbi glos. verbo, amissa, & l. si seruum,* cum duab *§. seqq. ff. de euict. glos. 2. in l. qui aliena, ff. eod. d. l. si controuersia, eod. tit. Surd. dec. 208. n. 17. Casar Manent. dec. 12. n. 26. & dec. 13. n. 27. Reg. Lanar. conf. 30. à n. 1. conf. 82. n. 14. & conf. 92. n. 1. Ciarlin.* qui multos alios allegat, *contr. iur. lib. 2. cap. 92. n. 26.*

126 Hinc est, quod si emptor iudicio contra se moto super re empta, absens, & cõtumax, litem minimè defenderit, sed eam mori patiatur, iuxtà verba *tex. in l. 3. §. gesta, ff. quæ in fraud. credit.* nullo pacto poterit aduersùs venditorem, de euictione agere; eiq; imputandum est, quare rem euinci, culpa sua passus sit, de qua re sunt tria iura, nempè *in cap. fin. de empt. & vend.* ibi. *Vel contumacitèr absuit tempore sententiæ promulgatæ, in l. si ideò 55. cit. tit. de euict.* ibi. *Si ideò contrà emptorem iudicatum est, quod defuit, non committitur stipulatio; magis enim proptèr absentiam euictus videtur, quam quod malam causam habuit.* & in *l. 1. C. de peric. & comm. rei vendit.* in fine ibi. *Et non absente emptore, contrà eum pronunciatum est,* idemq; tradunt Corne. *conf. 326, vol. 1.* & alij penès *Surd. dec. 213 sub n. 1.*

127 Quinimmò hoc ipsum ampliant, vt procedat etiam, quod emptor litem venditori solemnitèr, ac legitimè denunciasset, nam data deindè eius contumacia, vel absentia à defensione causæ, nec minùs habet regressum de euictione, vt patet præcipuè ex *tex. in d. cap. fin.* & in terminis hoc tradunt *Francisc. Cremẽs singul. 88. Capyc. dec. 106. n. 4.* & *Francisc. Marc. dec. 293. par. 2.*

128 Nonò itidem non competit euictio, nec actio ad restitutionem precij si facto Principis, vel de potestate absoluta, auferatur emptori res quam emit, vulgat. *l. Lucius 11. ff. de euict. Roman. conf. 310. & 369. Natt. conf. 181. n. 4. Cardin. Pute. dec. 381. n. 2. lib. 3. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 520. n. 23. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 77. n. 8. & lib. 2. quæst. 23. n. 17. Io. Bapt. Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 92. n. 31. & 32.* quæ conclusio duplici firmissimo fundamento obuallatur. Primum,
129 quia periculum quodlibet, non habens antecedentem causam, sed superueniens post perfectam venditionem est emptoris, sicut ipsius quoque est quodlibet superueniens augumentum, *l. necessariò, ff. de peric. & comm. rei vendit. l. 1. C. eod. l. exceptione, ff. de fideius. & glos. in l. si per imprudentiam, ff. de euictio.*

130 Et secundum, quia factum Principis, vel alterius absolutæ potestatis, intèr fortuitos, ac insolitos casus connumeratur, *l. apud Iulianum, § constat, ff. de leg. 1. Gratian. d. cap. 520. n. 33. & Ciarlin. loc. cit. n. 32.* addo *Cranett. conf. 95. in princ.* ac proindè periculum illud,
131 ex fortuito, insolitoq; casu resultans post perfectam vẽditionem emptoris esse debet, non autem vẽditoris, ex traditis in simili per *Alex. conf. 57. n. 4. lib. 2.* & legendus ad propositum *Afflict. in Const. Regn. hac edictali n. 42 tit. de salar. A Innoc.* potest tamen emptor ipse,
132 cui facto Principis res quam emit ablata est, à Fisco pretium recuperare, & ità est intelligendus *Innoc. in cap. quia diligentia, de elect.* dum dicit, quod emptor potest agere ad pretium, scilicèt contrà Fiscum, non contrà venditorem, aliàs eius opinio esset contrà *text. in d. l. Lucius*, vt benè ponderauit *Rot.* Rom. penès *Pute. cit. decis. 381. n. 2. & 3. lib. 3.*

133 His quoque addendum est, quod etiam si venditor obligasset se ad euictionem quamcumque, quamuis prouenientem ex casu fortuito, non vtiq; obligatus censebitur, ad euictionem ex facto Principis, vel alterius absolutæ potestatis ortum habentem, vt per *Mascerat. variar. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 8.* quia promissio casus fortuiti non includit factum Principis, quod computatur inter
134 casus nedùm fortuitos, verùm quoq; inter casus nimium insolitos; vndè fit quod assumens in se casus fortuitos, non videtur suscepisse in se periculum, ex casu fortuito, & insolito prouenientes, *tex.* est notabilis *in l. fistulas 78. § frumenta, ff. de contrah. empt.* & in *l.* Selo

Amico,

Amico, *to.* §. *medico*, vbi *DD.* *ff.de ann. legat.*
per quæ iura ità dicebat *cit. Alex. cons.* 97.
Aliàs de facto, *sub n.4. vol.3. Ruin. cons.* 212.
*n.*10.*vol.*1.*Crauett.d.cons.*95.*&* 233. *Rolan.*
*cons.*45.*col.*2.*Menoch.cons.*27.*n.*21.*&* 29.*lib.*
1.etiam si huiusmodi promissio fuisset iura-
135 mento roborata, quia nunquam iuramentũ
includit id quod est præter, vel extrà inten-
tionem iurantis, vt egregiè *cit. Dom. Prat. d.*
*cap.*27.*n.*56.57.*&* 58.*vol.*3. Imò etiam quod
136 quis iureiurando se obligasset expressè, &
specificè pro facto Principis, vel alterius ab-
solutæ potestatis, talis obligatio nõ teneret,
& inualidam eam reputauit *Bald. cons.* 395.
lib. 2. quia (inquit ipse) continet peccatum, &
occasionem præbet delinquendi contrà fa-
ctum Principis, vt benè etiam per *Crauett.*
omninò obseruandum, *d. cons.*95. & exquisitè
cit. Macerat. varia. resol. lib. 2. *resol.*26. *n.*9.

137 Vnus tantum casus notandus est, in quo ve-
nit actio euictionis, etiam si facto Principis,
vel Superiorum, euictio, siue rei venditę dimi-
nutio sequuta esset, nempè si euictionis cau-
sa ortum habuisset ex antecedenti facto, tẽ-
pore quo res erat penès venditorem, vt pro-
batur in *l. si fundus* 36.*ff. locat.* vbi *glos. in ver-*
bo, teneris, & *Angel. in l.* 1. *in* 2. *notab.* C. *de pe-*
ric. & comm. rei vendit.

138 Hinc est, quod si ex inueterata Consuetu-
dine ego sui solitus exigere à vassallis meis
aliquam excessiuam gabellam, vel aliquod
exorbitans ius, deindèq; feudum vendam cũ
iure illo, quod ordine Fisci, vel alterius Supe-
rioris potestatis ad iustum, & æquum redu-
catur, ita quod videatur diminutus redditus,
ex facto habente tractum antecedentem, po-
test emptor contra me agere pro restitutione
equiualentis summæ, vel pretij ad rationem
diminutam, vt latè D. *Consiliar. Scip. Theod.*
*allegat.*2.*per tot.* vbi ità refert decisum ad fa-
uorem Portiæ Villanæ emptricis Terræ Fo-
reni, contrà Ioãnam Montaltam, & eius cre-
ditores, quibus fuit liberatum pretium dictæ
139 terræ; quia creditores ad quorum benefi-
cium cessit pretium rei venditæ, ea, vel eius
parte euicta tenentur ad pretij restitutionẽ,
vt ex *Bald & Alex.* docet *Mastrill. dec.*28.*n.*
11. quem sequitur *Nouar. quæst. forens. lib.* 2.
140 *quæst.* 56. *n.*2. Sicut pariter, quãdo aliquis
consentit tantùm venditioni rei suę, licèt nõ
videatur principaliter, & independenter vẽ-
dere, cum aliud sit vendere, & aliud vendi-
tioni consentire, vulgar. *l. aliud est vendere*,
ff. de reg. iur. tamen si venditionis pretium
accipiat, de euictione tenetur, *l. quidam ex*
parte 12. *ff. de euict. glos. in d. l. aliud est*, in
princ. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. con-*
*uent. lib.*4 *tit.*2.*n.*9.*&* 10. & *Nigr. de laudem.*
*tom.*2.*quæst.*27.*n.*15.

141 Decimò Fiscus ex peculiari priuilegio de
euictione non tenetur. hoc est ad duplum, te-
netur tamen ad simplum, scilicèt ad solius
pretij restitutionem, etiam si Fisci procura-
tor dupli pœnam promisisset, *l. si procurator*,
ff. de iur. fisc. glos. in l. si dictum, *ff. de euict. Bald.*
in l. 1. *n.*11. *C. de hæred. vel act. vendit. Reg.*
*de Pont. de potest. Proreg. tit.*4. § 4. *n.*2. Sed an
142 Rex concedens alicui feudum nullo acce-
pto pretio, teneatur ei de euictione? videtur
quod non, vt ex quampluribus probat *Ann.*
*singul.*175. vel saltim videtur, quod debeant
attendi distinctiones sup. formatæ, circà pre-
standam euictionem in re donata: Ego dico
143 conclusiuè, quod Rex infeudans licèt gra-
tiosè, euicto feudo teneatur ad aliud eiusdẽ
bonitatis, vel ad pretium conuertendum in
tantundem, *cap.* 1. *in princip. de inuest. de re*
alien. fact. & cap. 1. *si de feud. vassall. interpell.*
fuer. latissimè *Capyc. in inuest. feudal.* verbo
feudorum euictiones, *fol.* 183. vbi reddit de
huc rationem, quia infeudatio non dicitur
pura, & gratiosa datio, sed magis ob causam
donatio nuncupanda est, nam vassallus reci-
piens, & infeudatus, obligatur ad seruitia
Regi infeudanti præstanda, & proindè com-
petit pro ea donatario actio euictionis, sal-
tim ad æstimationem, vel ad præstationem
alterius feudi, siuè rei eiusdem bonitatis, &
valoris, vt itidem sup. probauimus, & in ter-
minis cum *Capyc.* transit *Reg. Carol. Tapp.*
*decis. S.C.*5.*n.*7. vbi quamplurimos alios al-
legat: DD. autem, quos in contrarium alle-
gat, & sequitur *Ann. loc. cit.* intelligendi sunt,
144 si eos saluare velimus, quando Rex infeu-
dat cum clausula, *Saluo iure cuiuslibet*, vel,
Saluo iure cuiuscumq. tertij, quia tunc equi-
dem nullo pacto tenebitur infeudato, si feu-
dum ei euincatur, nec scilicet ad pretiũ, nec
ad equiualens feudum præstandum, quia illa
infeudatio sub ea forma facta, dat intelligi,
quod Rex voluerit concedere illud dumta-
xat ius, quod habebat, si quod ei cõpetebat,
præter ius directi dominij, vt ex *Andr.* do-
cet *Capyc. in tit. inuest.* verbo, *Feudorum clau-*
sula, *vers. Ac alienis semper saluis*, *fol.* 136. *col.*
1. & eundem *Andr.* allegando, idem tenet
*Grammat. decis.*66.*n.*54. *Surd. cit. decis.* 290.
*num.*7. & ex *Afflict.* *Cæsar Marent. decis.* 17.
num. 61.

145 Ex quibus accomodatissimè nobis aperi-
tur aditus discutiendi, an vera sit theorica
Bart. in d. l. si procurator, *n.*3. *ff. de iur. fisc.* vbi
putat, adeò tutum esse ementem a Fisco, vt
non possit ab eo res euinci, ex *tex. in l.* 1. *C.*
de quadrien. præscript. per quem *tex.* (inquit
ipse) quod corrigitur *tex. in d. l. si procurator.*
146 Profectò vel *Bar.* errauit, vel eum non in-
telligo, nam *tex.* mox allegatus *in l. si procu-*
rator, supponit quod possit Fiscus conueniri
de euictione in simplũ, ergò supponit etiã,
quod is qui ab eo emit euictionem passus
fuit, nam non potest emptor de euictione
agere, si res ab eo euicta non sit, & ablata
per sententiam solemniter exequutam, vt
latè

latè probauimus sup. Quod si dicatur *tex.* illum fuisse correctum, vt credit *Bart.* Respondeo hoc non esse verum, tum quia correctio hæc nullibi legitur, nec est præsumenda; tum etiam quia *cit. l. 1. C. de quadrien. præscript.* non potest vocari *tex.* corrigens, nam re vera nũquam dicit id, ad quod eum *Bar.* allegat, solũ ait, quod recognoscens rem à Fisco, vel in titulum donationis, vel emptionis, nulla inquietitudine est ab eodem Fisco lacessendus; neq; lex illa potest alitèr interpretarij, nam si eius verba ibi, *Additum est & eos, qui nostra largitate nituntur, nulla inquietitudine lacessendos,* intelligerentur de inquietudine fortè inferéda ab alio prætèr Fiscum, sequeretur, quod habens iustum, & legitimum ius in re, vel dominij, vel hypothecæ, illud amitteret, neq; amplius illud excercere posset, postquam res illa aliqua de causa in Fiscum trãsiuit, & abeo in donatarium, vel emptorem, quod est absurdũ maximum, implicans iuri, & æquitati, ac proindè concludimus posse rem euinci ab emẽte à Fisco, nec obstare *tex. in d. l. 1.* quia ille intelligitur, vt nequeat recognoscens rem à Fisco, ab eodem de cætero inquietari, vt patet ibi, *Nec ijs à Fisco nostro controuersiam commouendam.*
147 Nec valdè ab hoc extraneum est, si addamus, quod Fisci procuratorj, fiscalem rem vẽdens, licèt non possit Fiscum ad duplum euictionis nomine obligare, tamen si illã expressè promittat, remanet priuato nomine obligatus ad fauorem emptoris, qui aliàs non cõtraxisset, si ità sibi cautum non fuisset, iuxtà terminos *tex. in l. Ciuitas 27 ff. de reb. credit. si cert. pet.* in illis verbis. *Alioquin ipsi soli, qui cõtraxerunt, non Ciuitas tenebuntur,* & ità est intelligendus *Bar. in cit. l. si procurator, n. 1.* Sicut
148 pariter, quando aliquis vti alicuius priuati procurator rem distraxit, cum promissione euictionis, is etiam quod desinat esse procurator, non tamen desinit esse obligatus ab euictione promissa, vulg. *l. procurator, qui pro euictione 67. ff. de procurat.* vbi *glos. vers. Non tenabitur,* allegat concordantes, dicens ibi in
149 fine, quod contrarium procedit in tutore solemnitèr vendente rem pupilli, is enim quãuis simplicitèr euictionem promittat, absque quod dicat tutorio nomine, nullo tamen pacto finita tutela priuato nomine tenetur, vt etiam sentit *Iacob. Mandell. Albens. cons. 12. n. 9.* & ratio disparitatis elicitur ex *cit. glos. in fine, vers. Item in tutelis, & vers. Et est ratio,* dũ
150 dicit, quod vendens vti procurator ideò de euictione tenetur, quia procurationis munus est voluntarium; vendens autem vti tutor nõ, quia illud officium est necessarium, videndus omninò latè ad hanc materiam *Bovr. de tf. do. & Reg. Merlin. contr. forens. lib. 2. cap. 76. per totum.*
151 Postremò omissis aliis, non est locus euictioni, si illa sequatur ex natura rei, quamuis fuisset generalitèr promissa, *glos. in l. familia in fine,* & ibi *Bar. n. 2. & Bald. n. 7. & B. C. fam. bercisc. Bero. cons. 41. n. 48. lib. 1. Rolan. cons. 51. n. 19. lib. 4. Bece. cons. 24. n. 34. cum seqq.* dicens
152 non dari actionem, nec ad pretium, *Dec. cons. 411. n. 4 in fin. Ruin. cons. 7. n. 18. lib. 3. Rosenthal. de feud. cap. 9. conclus. 54. n. 17. cum seq. Seraphin. decis. 468. n. 1. Mastri'l. decis. 61. n. 6. Cæsar Manent. dec. 13 n. 73. & Ciarlin. contron. forens. lib. 1. cap. 92. n. 28.* nisi quòad pretium
153 fuisset expressè conuentum contrarium, vt per *Surd. decis. 243. n. 4.* & *Thesaur.* qui latè *quæst. forens. lib. 2. quæst. 23. n. 13.* quidquid dicat cit. *Manent. decis. 17. n. 49. & 54.*
154 Extrà igitur casum expressæ, & specificæ conuentionis, nullo pacto hæsitandum est de superiori cõclusione. Hinc si ab emptore auferatur res iure congrui, vel retractus, quia res illa videtur sibi euicta ex sui natura, nõ agit aduersùs venditorem ad euictionem, nec ad pretium quidem, *Tiraq. de retract. §. 1. glos. 16. n. 39. cit. Iacob. Mandell. Albens. cons. 107. n. 5.* vbi impugnat *Cepoll.* contrarium sentientem, idem tenet *Ann. allegat. 87. n. 9.* etiam si pro-
155 misisset vẽditor, se curaturum, quod omnes interesse habentes consentiant, *Rot. Rom. corã Card. Mellin. Roman. retract. 24. Aprelis* 1600. *Afflict.* & alij, quos sequitur *Gratian. discept. for. tom. 2. cap. 205. n. 5. 6. & 7. & tom. 4. cap. 752. n. 64. & 65.* videndusq; *Facchin. contr. iur. lib. 7. cap. 14.* per discursum.
156 Quinimò & si vulgaris sit apud omnes regula, vt quem de euictione tenet actio, eundẽ agentem repellat exceptio, ex *tex. in l. vendicantem, ff de euict. Carol. Ruia. cõs. 220. n. 3. vol. 1. & Menoch. cons. 89. n. 14. lib. 1.* post *Alex. cons. 3. n. 2. vol. 3.* tamen fallit adagium hoc, si
157 rei euictio intentetur ex natura rei, idest ex lege illi insita, & inhærẽte, vt ex *Aret. & Grat.* probat *Gratian. d. cap. 205. n. 28. lib. 2.* Hinc si
158 aliquis donet alicui feudum absque Regio assensu, promittatq; generalem euictionem, potest donans ipse, feudum vendicare, ex remedio *Const. Constitutionem Diuæ memoriæ,* absq; quod possit eidem opponi regula memorata, quem de euictione, &c. & absq; quod cogi possit ad æstimationem, seu valorem, quia reuocat lege permittente, & ex qualitate inhærente rei inseparabilitèr, & sic huiusmodi euictionis genus non videtur promissũ, sub illa generali promissione euictionis, quæ illam tãtùm euictionem includit, quæ ex causa extrinseca, vel dominii, vel hypothecę prouenit, ità latè *Reg. Lanar. cons. 3.* & signantèr *n. 15. 16. & 17.*
159 Similiq; ratione hæres venditoris, potest rem à defuncto venditam cum promissione euictionis, ab emptore vendicare, vel iure cõgrui vti vicinus, vel ex retractu vti agnatus, nec ei obstabit euictio à defuncto promissa, quia si illa non ligauit ipsum defunctum, tãquam proueniens ex natura rei, nec minùs
valet

valet dicere ligasse hæredem, qui soluendo
pretium vti retrahens, non vti hæres, liberabitur, ita ex *Euerard. Gabriel.* & aliis probat
latè *Gratian. d. cap. 205. à n. 30. cum seqq.* vbi
respõdet præterea ad *tex. in l. cum à matre,
C. de rei vendit.* tũ quia hæres iste, qui tanquã
vicinus, vel consanguineus retrahit rem à defuncto venditam, non videtur impugnare eius
factum, cum nunquam intellexerit defunctus
se velle obligare pro euictione prouenicnte
ex natura rei; tum etiam quia hæredi competit ex propria persona illud ius, & quando
160 hæres venit ex propria persona, potest impugnare factum defuncti, exercendo ius suum,
maximè quando fecit inuentarium, vt
alias ego ipse probaui.

161 A qua etiam re non valdè differt illa *Decian.* sententia, qui *consil. 68. n. 15. lib. 2. &
cons. 105. vol. 3.* inquit, quod fideiussor euictionis non repellitur à retractu, vel congrui
iure, quod ei tanquam consanguineo, vel vicino, competebat super re vendita, pro qua
fideiussit in casu euictionis; & dat rationem,
quia illa rei auocatio venit ex natura sua, &
ideò non venit inclusa sub illa generali euictionis promissione, & fideiussione, tanquam
præter, vel extrà promittentis, & fideiubentis
intentionem, eandemque sententiam tenent
Koppin. *de mori. Paris. lib. 3. tit. 4. n. 10. circa fin.
& de priuileg. Rustic. lib. 3. cap. 5. n. 3. Rosenthal.
de feud. renoc. cap. 9. membr. 2. conclus. 51. n. 16.
vol. 1. Ioseph Sesse decis. Aragon. 14. n. 5.* & alii
relati per cit. *Gratian. d. cap. 205. n. 15.* cum
plurib. seqq.

162 Mihi quòad hoc non arridet opinio istorũ,
quorum sententiam impugnat nouissimè *D.
Consiliar. Marcell. Marcian. cons. 8. per tot vol.
1.* quo loci sanè notabilitèr probat, huiusmodi euictionis fideiussorem, penitùs excludendum esse, & excludi debere, à petitione congrui, vel retractus, super re vendita, pro cuius euictione, ac indemnitate fideiussit, cumulatq; cit. *Dom. Marcian.* pro euidentia huius
sententiæ quamplures firmissimas rationes,
ac authoritates DD nec non etiam, ità decisum refert, tã per M.C. quàm per S.R.C. Regni huius, in contingẽtia illius causæ, in qua
suum emanauit consilium; ideò me ad tradita per eum remitto.

163 Illud quoque animaduersione in hac materia dignissimum est, quod si aliquis, vicino,
vel consanguineo venditoris vendere cõpellatur, vel ex iure concedente congruum, vel ex
retractu, is nullo pacto in aliquo damno esse
debet, ac ideò euictionem rei, nec promittere, nec præstare tenetur, vt ex *tex. in l. si familiæ
cum glos. ibi, C. fam. hercisc.* dicunt *Peregr. dec.
72. n. 4. Ann. allegat. 78. n. 3. & Consiliar. Arias
de Mes. variar. resol. lib. 1. cap. 16. n. 34.* quia il-
164 le talis dicitur coactus ad vendendum, &
coacti non tenentur ad euictionem promittendã, vel præstãdam, *l. qui hæres erat 50. ff. cit.
tit. fam. hercisc. glos. in l. emptori 37. vers. à venditore, ff. de euict.* latè *Cæsar Manent. decis. 13.*
165 *n. 32. 33. & 35.* Sed an iste coactus vendere,
teneatur ad restitutionem pretii, euictione
sequuta, videndi *Bar. in l. item verberatum, §.
1 ff. de rei vendic. & Capr. regul. 83. n. 25.*

166 Dico tandem, quod promittens euictionẽ
prouenientem ex facto suo tantùm, adhùc
tamen tenetur pro euictione sequuta ex facto authoris sui, *glos. in l. seruus, verbo, interest,*
vbi *Bar. n. 4. ff. de condict. furt. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. n. 5. Gaball. tract. de
euict. §. 5. n. 43. Boer.* latissimè *decis. 67. à n. 3.
vsq; ad fin.* & ità fuisse decisum in Collegio
Pisano, refert *Mart. vot. 131.* latius idem
*Mart. de claus. par. 1. claus. 258. n. 1. cit. Ciarlin.
contr. iur. cap. 92. n. 23. lib. 1. & Cancer. variar.
resolut. tit. de empt. & vendit.* alias *cap. 13. nu.
126.* quidquid dicat *Macerat. variar. resolut.*
167 *lib. 2. resolut. 16. n. 9.* Sic etiã, si quis rem aliquam vendat, promittatque euictionem à
se tantum, & ab habentibus cautam à se, tamẽ
rei euictione quomolibet sequuta, tenetur
ad restitutionem pretij, *l. emptorem 12. §. fin.
ff. de act. empt.* ibi. *verumtamen, vt pretium
reddat teneri. Deci. consil. 102. in fin. Natt.
cõsil. 181. Roman. singul. 387. Hippolit. de Marsil. singul. 656. Fransc. Cremens. singul. 32. Pappon. lib. 11. tit. 3. arrest 2. & eod. lib. 11. tit. 4.
arrest 4. Petr. de fideicomm. quæst. 14. num. 57.
Rebuff. ad Const. Gall. tom. 3. fol. 347. n. 34. Gratian. discep. forens. tom. 3. cap. 566. n. 3. cit. Ciarlin. d. cap. 92. n. 24. Marcian. cons. 42. sub nu. 3.
vers. Imò quamuis,* dicens quod illa prouisio
168 operatur, vt non teneatur venditor ad duplum euictionis nomine, non autem excludit
restitutionem pretii, nè videatur esse in lucro
cum iactura emptoris, idem tenet *Tapp. decis.
Cancell. 6. n. 18.* subdens *n. 19.* quod pretii re-
169 stitutio facićda est à vẽditore euicta re, etiã
quod expresse cauisset, se nolle de euictione
teneri, vt itidem probatur ex *tex. in cit. § fin.*
ibi. *Ibidem ait idem esse dicendum, & si apertè
in venditione comprehendatur, nihil euictionis
nomine præstitum iri, pretium quidem deberi re
euicta, vtilitatem non deberi, Neq; enim bonæ fidei contractus hanc patitur conuentionem, vt
emptor rem amitteret, & pretium venditor retineret,* idemq; tenent communitèr *DD.* inter
quos est *Ias. in l. stipulatio ista. n. 11. ff. de verb.
oblig. Aret. in §. actionum, n. 49. vers. Et prædicta procedunt, Inst. de act. Butr. in cap. fin. n. 3. de
empt. & vendit. Corne. cons. 226. n. 6. vol. 2. Cassan. cons. 55. n. 43. Peregr. cons. 91. n. 6. vol. 3.
Rube. cons. 152. n. 2. & 3. Cappell. Tholos. decis.
361. vers. Quid si est factum, Roman. Petr. &
Rebuff. loc. cit. Gomes. Leo decis. 12. inter decis.
diuers. Marant. in spec. par. 2. nu. 44. Arte. Pistor. lib. 1. tit. de empt. cap. 5. & tit. de euict. cap.
2. Gratian. discept. tom. 2. cap. 234. n. 5.* & *Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 77. n. 1. cum seqq.*
170 dicens hoc procedere etiam quod fuisset
con-


conuentum, nè teneatur venditor de euictione nullo pacto, & quibuscumque casibus, vel quod vllo modo ad defensionem teneatur, nisi pro dato, & facto suo tantum.

Verum pro limitatione prædictorũ Capio eundem, *Thesaur. loco cit.* qui pluribus modis
171 præcedentem conclusionem restringit; Et primò si pactum de euictione non præstanda esset reciprocum; quod euenit quando diuidentes bona comunia, paciscũtur, nè alter altero de euictione teneatur, nam quia eo casu vterque submittit se periculo euictionis, sit meritò, vt euicta re aliqua in portionem alicuius obuenta, alter euictionem præstare nõ teneatur, nec minùs pro pretio, & æstimatione rei euictæ, *glos. in d. l. si familiæ, ff. fam. erciscun. Soccin. regul* 437. *nu.* 2, *Petr. cit. quæst.* 11. *nu.* 55. *Aufrer. cit. decis.* 361. *in fine, & cit. Rebuf. in comment. tract. de dilat. artic.* 5. *n.* 54.
172 Secundò non debetur, nec restitutio pretij, si venditor dixisset se nolle teneri pro euictione fortè sequenda in certo expresso casu, ac ex facto alicuius certæ personę, nam tunc videtur denunciatus defectus rei, & ideò emptori certiorato imputandum est, quare rem suppositam periculo euictionis emisset, *glos. in l. qui libertatis 69. versic. sed certè, ff. de euict. Rebuff. loco cit. num.* 51. *Natt. consil.* 181. *nu.* 7. post *Roman. singul.* 387. *& Hippol. d. singul.* 656. Addo *Brun. consil.* 96. *col.* 2. *Sorcin. d. regul.* 437. *Aufrer. cit. decis.* 361. *& Conar. Varia. Resol. lib.* 3. *cap.* 17. *nu.* 2. vbi latè hoc probat, licèt indè ab ea opinione recedat.
173 Tertiò, nec minùs debetur pretium, si ita pacto expresso fuisset conuentum, *tex. in d.* §.
174 *fin. versic. nisi fortè, Franch. decis.* 239. nisi venditor scienter vendiderit rem alienam, quia adhùc tenebitur ad pretij restitutionẽ, non obstãte expressa contraria promissione, *Pappon. d. lib.* 11. *tit.* 4. *arrest* 3. istas, & alias limitationes congerit, *Thesaur. d. quæst.* 77. præter quas ipse infrascriptas alias enumero.
175 Si nèpè res viliori pretio distracta fuisset, quia eo casu emptor, qui de euictione nolle teneri conuenit, re euicta, nec minus ad pretium restituendum cogi poterit, vt notabilitèr inquit, *Natt. cit. consil.* 181. *nu.* 8. & sunt applicabilia verba doctissimi, *Alciat.* licet ab eo ad alium finem prolata, *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres nu.* 40 *ff. de verb. obligat.* dum inquit. *Dum tamen in hoc aduertatur, an qui bona fideicommissa accepit, id fecerit, quia in præsenti esset vtiliora, voluerit que* (audite) *eam vtilitatem cum futuri euentus periculo compensare.*
176 Quintò, non est locus euictioni, nec pro restitutione pretij, in casu relato per *Peregr. de fideicom. artic.* 32. *sub nu.* 71. *in versic. Addo ego*, dicens, quod quando emptor euicta re non habet actionem nisi ad pretium, v. g. emens scienter rem fideicommisso subiectam, ex *tex. in l. fin.* § *. emptor, C. comm. de legat.* tunc venditor cauens sibi, nè de euictione teneatur, euicta re, non cogitur, nec minùs pretium restituere.
177 Sextò, author vniuersalis, qui vendidit cũ pacto, quod non vult de euictione teneri, euicta vna re corporis vniuersalis, non tenetur nec æstimationẽ restituere, *Franc. Cremens. singul.* 158. *& Marc. de Mantu. singul.* 114. & exemplificatur in venditione hæreditatis, ex *l.* 1. *C. de euict.*
178 Septimò, emens rem incertam, & futurum euentum, non agit ad euictionem, nec minùs pro pretio, *d. l. emptorem*, §. *fin.* circa finem, vbi hoc exemplificatur in emente iactum retis, vel venationem faciendam, quia non recuperat pretium erogatum, si nec pisces, nec aues capiantur.
179 Vltimò, omissis alijs, si Creditor vendat pignus sui debitoris, conueniatque, nè de euictione teneatur, euicto pignore, nec minùs pretium restituere compelli potest, *l. cum ea* 68. *ff. de euict.*
180 Addo finalitèr, quod venditor euictione sequuta, liberatur ab actione euictionis, si eãdem euictam rem emptori offerat retrotradere, vt bis refert fuisse decisum, *Ann. singul.* 174. sed latiùs articulum hunc vide penes, *spectab. Dom. meum hic, nu.* 18.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVdex ad perpetuandam, vel fundandam in delinquentem iurisdictionem suam, potest ex officio inquirere aliquam qualitatem, excludẽtem exceptionem fori declinatoriam, nu. 1.
Iudex quando procedit ex officio, potest recipere, & examinare testes, et post dedicita testificata, n. 2.
Testes post dedicita testificata, in quibus casibus possint recipi, & examinari, remissiuè, num. 3.



AD CAPVT CIX.

Additio.



1 Elinquens si opponat exceptionem fori declinatoriã, non est statim remittendus, sed potest Iudex ex officio ad perpetuandam, ac fundãdam iurisdictionẽ suam in eum, aliquam qualitatem, vel facti circumstantiam ex offi-


Ee cio

cio inquirere, per quã delinquens ab exceptione declinatoria excludi valeat, h. d. addo, *Speculat. in spec. part. 2. tit. de compet. Iudic. aditis. t. nu. 4. & Lap. allegat. 58. sub n. 3. & 4.* Imò subdit, *Spect. Dom. ment.* quod eo casu non prohibetur Iudex ad fundandam iurisdictionem suam recipere, & examinare testes
2 etiam post didicita testificata, addo, *Guid. Pap. decis. 72.* vbi dicit, quod Iudex ex officio procedens, potest quaodocunque post publicationem informationis, siuè post didicita testificata, recipere, & examinare testes, ex *Innocen. in Cap. cum clamor, de testi.* & *Bald. in l. presbiteri, C. de Episc. & Cleric.* & licèt re-
3 gula sit in contrarium, quod nempè post publicata dicta testium, non possint alij examinari super eisdem, vel contrarijs articulis, tamen regula ista restringitur in quampluribus casibus, quos nouitèr cumulat, *Arism. Tepat. Varia. iur. sententi. tit. 191.* aliàs *tit. de deduct. & posit. cap. 14.* per totum, recurre in contingentijs ad eum.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Duellum antiquitus in maxima erat veneratione, nu. 1. & quare, nu. 6.
Duellum intèr Longobardos est in vsu, nu. 2. Item intèr Gallos, nu. 3. sed vide nu. 10. Item intèr Vngaros, nu. 4. Et inter Neapolitanos in certis casibus, nu. 5. sed vid. nu. 9.
Duellum quamodo olim definiebatur, nu. 7.
Duelli vsus hodiè damnatus est, & prohibitus, n. 8.
Duellantes ipso facto incurrunt sententiam excommunicationis, nu. 11. & enumerantur personæ, quæ censuras ex duello incurrunt, nu. 12.
Duellum acceptans est excommunicatus, licet pugna non sequatur, nu. 13.
Item libellos prouocatorios scribens, emendans, dictans, mittens, asportans, & alij, nu 14.
Item assistentes, qui etiam incurrunt infamiam, nu. 15. sed intellige, vt nu. 16. & 17.
Item Reges, Principes, Duces, Marchiones, & Comites, qui in eorum Territorijs permittũt duella, nu. 18.
Consuetudo permittens duellum, non tenet, nu. 19.
Principes non punientes eos, qui ad duella deueniunt, sunt excomunicati, num. 20.
Duellantes à quibus debeant, & possint absolui, num. 21.
Excommunicatus ostendens signa contritionis, Ecclesiasticæ sepulturæ tradendus est, nu. 22.
Excommunicatus in mortis articulo, inuocans Virginem Mariam, vel confessionem implorans, debet in Ecclesia sepeliri, quia videtur ostendisse signa contritionis, nu. 23.
Duellantes etiam, quod in mortis articulo ostendissent signa contritionis, vel Sacramentis Pænitentiæ, & Eucaristiæ fuissent muniti, non tamen debent in Ecclesia sepeliri, nu. 24.
Duellum est permissum in duobus casibus tantum, vt nu. 25. & 26.
Clericus beneficiatus, duellãda amittit beneficium, & redditur inhabilis ad alia obtinenda, nu. 27.
Pensionem habens in titulum, illam amittit ex duello, nu. 28.



AD CAPVT CX.

Additio.



1 Noto breuitèr ad hanc materiã, quod priscis, defunctisq; tẽporibus duellandi vsus apud quamplures gentes in summa erat veneratione, nam assolebant frequentèr litigia singulari certamine dirimere, quasi quod iuxto Dei Iudicio, gladius futurus fuisset Iudex, testis causæ, & iu-
2 stitiæ, eiusque propugnator, & vindex; Hi præsertim sunt strenui, ac in armis peritissimi Longobardi, quibus duellandi vsum pluribus in casibus, licitum, & laudabilem esse videbatur, *glos in cap. 1. verb. per duellum, versic. sunt autem, de pac. tenend.* & ibi, *Bald. num. 20. Socc. iuni. consil. 123. nu. 14. & consil. seqq. num.*
3 *16. lib. 2.* Galli etiam huiusmodi certandi consuetudinem habent, vndè Philippus Valerius eorum olim Rex, in anno 1306. peculiari ræscripto, extinctũ ferè duellandi vsum, à Ludouico IX. introductum, in certis casibus renouandum curauit, eiusque Constitu-
4 tionis tenorẽ refert, *Guid. Pap. decis. 617.* Nec Vngaros omittam, quos teste *Signarol. consil. 96.* singularis certaminis vsum habere, illud q; cunctis in contingentijs obseruare legimus:
5 olim tandem in hoc etiam Preclarissimo Neapolis Regno, permissum erat duellum in duobus casibus; Primus nẽpè cũ quis de occultò homicidio, vel veneficio imputabatur, & secundus in Crimine perduellionis, nam is qui de lesę Maiestatis crimine accusatus erat, accusatorem ad duellum prouocare poterat, vt in *Const. Regn. Monomachiam*, vbi *Afflict. num. 2.* tradit q; *Capy. decis. 130. nu. 7.* & confert. *Arioftes super Orland. Furios. cant. 45.*
6 *stantia 107.* Existimabat enim inepta antiquitas, quod in factis occultis, in quibus extrinseca probatio non poterat adhiberi, duellan-

do

do veritas haberetur, quasi quod duellum es-
set subsidiarium experimentum innocentiæ,
& veritatis. vt ex *Hostiens. & Bald.* probat,
*Deci.consil.*487.*nu.*7.*&* 8.*& consil* 686.*nu.*18.
cum seqq. Soccin.iuni consil 123.*nu.*16. *lib.*2.
lege ndus, *Nigr.de laudem. tom.*1. *quæst.*29. *à*
*nu.*47. cum pluribus sequentibus, vbi valdè
eruditè loquitur.
7 Quinimò, *cit. Bald.* definiendo duellum,
*in d. cap.*1. *de pac. tenen.* dicebat, quod illud
est singularis pugna intèr aliquos, ad proba-
tionem veritatis, & *Io.de Lígor tract.de duell.*
5. *Circà quintum*, dicit quod duellum est pu-
gna corporalis deliberata hinc indè duorũ,
ad purgationem, vel gloriam consequendam,
vel ad odij exaggerationem tendens, vt re-
fert etiam *addit. ad Guid.Pap.cit. decis.*619.
8 Hactenùs digressus sum, vt cũctis pateat
fęlix nostrorum temporum ęquitus, dum nõ
solum inhumanum, fallax, incertũque illud
probandi, decidendiq; genus in vsu non est,
sed imò expressè damnatum, & prohibitum
à iure reperitur, vt *Can. Monomachiam* 2.
*quæst.*4.*cap.*1.*de purg vulgar.& cap.*2.*de cle-*
ric.pugnant. cum alijs penès, *Deci.cit. consil.*
487.*nu.*1.& *consil.*686. *nu.*1.*Petr.Iacob.Aure-*
*lian.in pract.libell.rubr.*98 *nu.*51. *versic. item*
*duellum.Vini.commun.opin.part.*1.*opin.*90. &
9 *Ioseph Ludouicus decis.Lucens.*11. Et memo-
rata Regni huius *Const.* exordiens, *Monoma-*
chiam, permittens in certis casibus singulare
certamen (vt diximus) est correcta per quas-
dam Constitutiones Papę Honorij, & Regis
Caroli II. vt inquit *Luc de Penn.in l.*1.*versic.*
10 *ad secundam,C.de Gladiat.lib.*11. Sicut etiam
in Regnis Galliæ, nec minùs sunt in vsu illę
odibilea, & vituperandę duellandi Consuetu-
dines, quę correctæ, & reuocatę fuere à Pijs-
simo Ludouico XIII. imposuitque aduersùs
contrauenientes pęnam confiscationis bono-
rum, & amissionis dignitatis, ac nobilitatis, vt
refert, *Nigr. loco cit. sub nu.*54. *versic.& no-*
nissimè.
Sed vt fructuosius materiam gustemus, no-
tandum est duplici duellantes apud nos ple-
cti pena, spirituali vna, corporali altera; &
vt primam digniorẽ prosequamur dicimus,
11 quod qui ad singulare certamen deueniunt,
ipso facto excommunicationis sententiam
incurrunt, vt cauetur in *Sac. Trident. Concil.*
*session.*25. *cap.* 19. *de reform.* Id quod prętèr
quamplures aliàs Pontificum Cõstitutiones,
passim super hoc emanatas. cautum quoque
reperitur in *Extrauag.*1.*de torneam.* quò loci
12 singillatim, & distinctè enumerantur personæ
omnes, quæ excomunicationem ex duello in-
currunt, per hæc verba. *In facientium ea, vel*
ad id eis præstantium opem, consilium, vel con-
sensum, & illorum etiam in quorum locis, vel
districtibus fierent, non prohibentium hoc cum
possent, & illorum procedentes ad illa, in domi-
bus suis recipientium, vel commercium quomo-
libet exercentium cum eisdem, in personas exco-
municationis, & in terras interdicti sententias
promulgando. absolutione ab excomunicatione
huiusmodi, prętèr quam in mortis articulo, Sedi
Apostolica reseruata. Ex quo *tex.* ad quatuor
principalitèr inferri potest.
13 Et primò quod duellum acceptans, ipso
facto sit excomunicatus, etiã quod pugna nõ
sequatur, quia per illum extrinsecum, licèt
simplicem acceptationis actum, satis videtur
acceptans duello consensisse, & ideò intrat
dispositio *tex.* ibi. *vel consensum.*
14 Secũdò, quod prouocatorios libellos scri-
bens, emendans, dictans, mittens, scientèr
asportans, consulens, & similes, sint paritèr
excommunicari, vt in illis verbis *Præstantium*
opem, consilium, &c. & paulò inferius ibidem.
Vel commercium quomolibet exercentium, & in
terminis contrà tales adest rigorosa *Const.*
Clementis VIII. incipientis, *illius vices*, ema-
nata in anno 1592. cuius tenorem transcribit
*R.P.Francis Bordon.Cõtr.moral.cap.*25.*n* 46.
15 & hoc siue pugna sequatur, siue non, vt itidẽ
ibi disponitur. Sicùt quoq; duello assistentes,
& spectatores (quos Patrinos appellant) easdẽ
incurrunt censuras, vt paritèr dispositum le-
gitur in alia *Greg.XIII. Const* Incipiente, *Ad*
tollendum, de anno 1582. *Nauar. in Manual.*
*latin.cap.*11.*sub n.*39 *Bordon.loc.cit. sub n.*47.
& *Ricc. in prax. Eccles par.*2. *resol.*170. *sub*
*n.*1. *vers.Tertiò pugnantes*, vbi subdit, huius-
modi spectatores, infamia quoq; nothari. Sed
16 hoc intelligas de ijs, qui ex proposito ad has
damnatas pugnas assistendi, spectandiq; gra-
tia accedũt, & qui in publico se exhibiti, spe-
ctaculum eorum præsentia cohonestant. Cæ-
17 terum tamen si aliquis casù, fortuitoue ex
occulto prospiceret, non vtiq; hic excomuni-
catus censebitur; Imò nec mortalitèr pecca-
re, inquit *R.P.Lessi.de iust & iur. lib.*4. *cap.*4.
*de virtut.temper.cap.*11 *sub n.*83.*vers.Crediderim quoq, fol* 661 *col.*1.
18 Tertiò, Reges, Principes, Duces, Marchio-
nes, Comites, & omnes quicumq; permitten-
teś duella fieri in eorum locis, territorijs, &
iurisdictionibus, neque prohibentes id, cum
commodè possẽt, anathemate etiam alligãtur,
vt in *tex.* loc. cit. ibi. *Et illorum etiam in quo-*
rum locis, vel districtibus fierent non prohiben-
tium hoc cum possent Sac Conc. Trid d. sessio.
25. *cap.* 19. vbi alię pœnæ statuuntur aduersus
Principes, & Dominos, duella non prohiben-
tes, idemque notabilitèr tradit *Francisc V.u.*
*decis.*66.*n.*5. dicens hoc verum esse, non obstã-
te quod consuetum sit aliquo in loco duella
19 exerceri, quia Consuetudo illa permittens,
tanquam peccati nutritiua, præbensq; delin-
quendi facilem aditum, inualida est, ac nul-
lius roboris iuxtà terminos *tex.in cap.* *er per-*
te; & in cap fin de Consuet. & in terminis de
Consuetudine permittente duellum, quod tã-
quam peccaminosa, & contra bonos mores,

non valeat, & vt talis aboleri debeat, patet ex *tex. in cit. Can. Monomochiam, 2. q. 4.* & ibi *Hostiens* & tradidere *Luc. de Penn. in d. l. 1. C. de Gladiat. lib. 11.* & ibi etiam *R buff. Alberic. in l. hac actione, §. si quis in colluctatione, ff. ad l. Aquil. Speculat. in tit. de accusat §. sequitur col. 7. vers. Sed quid si A. fuit à B. publicè interfectus Bald. in l. ex hoc iure, col. 2 vers. Octauò queritur, ff. de iust. & iur. idem in d. cap. 1. col. 6. de pac. tenen. Imol. in l. cum filius §. fin. ff. de legat. 2. Oldrad. cons. 191. Soccin. cons. 122. n. 3. & seq. lib. 2. Decad. cons 487. n. 8. & cons. 686. n. 2. Addit. ad Guid. Pap. in dec. 617. & Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libell. rub. 15. nu. 4.* vbi inquit, quod Consuetudo tolerās, vel permittens duellum, lex magis, quam lex nuncupari debet.

20 Hinc censeo, quod ex doctrinis paulò superius allegatis, *nu. 18.* defendi possit, Principes, & alios superiores, quibus incūbit hæc damnata certamina cohibere, & extirpare, tutò in censuras, & excomunicationes incurrere, si duellantes pœnis debitis, non affecerint, vel condignè non castigauerint, ad hoc vt ità cuncti terreantur, & abstineāt, ac vt ita ad metam prohibitionis deueniri possit; Alioquin semper tolerari videntur duella, cū non puniuntur; Nec satis erit pænalia statuta emanare, si emanata non exequuntur.

21 Infertur vltimò quod duellantes, tam scilicèt prouocās, quam lacessitus, præter quod in articulo mortis, nō possunt ab excomunicationis, & censurarū incursu, ab alio, quam à Pontifice, vel eius delegato absolui, per *tex. in d. extrauag. 1. de torneam.* sed dicit *Bordon. d. Contr. 25. nu. 48.* quod hodie ex priuilegio *Concil.* possunt Episcopi absoluere duellātes ab incursu excomunicationis, & censurarum, ex *Bonac. disput. 2. de censur. quæst. 6. part. 2. nu. 15. & Tambur. de iur. Abbat. tom. 2. disput. 13. quæst 13. nu. 83.* subditque quod hoc procedit respectū principalium duellantium, secùs verò respectù eorum, qui speciales actiones concernentes duellum, agunt, vt consulētes, opem præstantes, cartellos conficientes, & similes; hos enim (inquit ipse) posse absolui à confessarijs regularibus, authoritate *Leaz. in verbo, Duellum, nu. 13.*

22 Insupèr alia specialitas contrà duellantes notanda est, nam regularitèr excomunicati, si in mortis articulo signa contritionis ostenderint, Ecclesiasticæ sepulturæ beneficio potiuntur absolutis prius eorū cadaueribus, *cap. à nobis 28. de sentent. excom. glos. in cap. si Ciuitas 17. verbo, sepeliri, in fine, eod. tit. in 6. alia glos. in cap. ad hæc 5. versic. ejciant, de priuileg. Couar. in cap. Alma mater, part. 1. §. 11. nu. 8. de sent. excom. in 6. Ricciull. tract. de personis extrà gremium Ecclesia, lib. 4. cap. 65. nu. 12. cum seqq. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 4. n. 13. & Nauarr. in Manual. Latin. cap. 26. num. 32.*

23 Hinc excomunicatus in mortis articulo inuocans dulce nomen Gloriosissimæ VIRGINIS MARIÆ, vel (alternatiuè) confessionem implorans, cum satis videatur ostendisse signa contritionis, debet Ecclesiasticæ sepulturæ tradi, vt fuit declaratum per *Sacr. Congregat. in vna Nolana 19. Iun. 1619.* traditque *Selli. in select. Canon. cap. 10. nu. 20. & cap. 92. n. 14 Barbos. in collect. ad Concil. session. 25. cap. 3. nu. 15. & cap. 13. nu. 23.* & nouissimè hoc late defendit *Ill. Carol. Marant. Episcopus Iuuancensis*, summa eruditione, doctrina, ac probitate morum decoratus, *Controu. iur. lib. 4. Respons. 2.* per totum.

24 Duellantes tamen in conflictu decedentes, tam de consuetudine, quam ex peculiari determinatione *Sacr. Congregat. Concil.* emanata in Mese Octobris anni 1611. Sepultura Ecclesiastica carere debent, quamuis cum decederent, contritionis signa ostendissent, vel etiam si Sacramētis pænitentiæ, & Eucaristiæ muniti fuissent; & hoc vt viui defunctorum exemplo terreantur, ac à talibus damnatis, prohibitisque pugnis abstineant, vt benè tradunt, *Ricc. in prax. Eccles par. 3. Resolut. 53. & Nouar. decis 179.* per totam.

25 Non desinam binos pro nunc notare casus, in quibus absque peccato, & incursu censurarum, licitum est ad singulare certamen deuenire. Primus est, si illud fieret ad necessarium vitæ tutamen; puta si Titius cum inermis esset, à Sempronio eius inimico armis decorato aggressus, roget eum, vt ipsum quoq; armæ suscipere sinat, vtroq; modo militaritèr pugna sequatur, vt ex quampluribus docet eit. *R. P. Lessi de iust. & iur. lib. 2 cap. 9. dubit. 8. nu.*
26 *49. fol. mihi 77 col. 2.* secundus casus est, si existente iuxto prælio intèr duos Principes, alter eorum vellet bellum in duellum resoluere, alterū ad singulare certamen prouocando, quia hoc (vt inquiunt authores mox allegandi) potest licitè, & sine peccato fieri, cū euitetur ex eo maius malum sanguinolentioris, cruentiorisque pugnæ, *Gaet. 22. quæst. 9. artic. 8. Respons. ad 3. versic. Quinta causa, Lyran lib. 1. Reg. cap. 17. Sayr. in Claui Regia, lib. 7. cap. 13.* cum pluribus seqq. quos sequitur, *Nigr. cit. tract. de laudem. tom. 1. quæst. 19. num. 57. fol. 465.* vbi allegat etiam *Beliar. in cōment. rerum Gallic. anni* 1528. referens hoc euenisse intèr Franciscum huius nominis Primum Regem Gallorum, qui libellum duelli misit Augustissimæ memoriæ Caroli V. Imperatoris, & *Guicciard. in Hystor. Ital. lib. 13.* idē paritèr euenisse testatur Duci Vrbini.

27 Exträ istos casus hodiè nūquam licitum est ad duellū peruenire; adeò quod Clericus beneficiatus duellans, prætèr censuras, quas ipse pariter incurrit, amittit beneficium, illudq; tanquam vacans impetrari potest; nec non inhabilis protsùs redditur ad alia beneficia in posterum obtinenda, ad *tex. in cap. 1. de Cleric. pugnant. in duell.* vbi *Canonistæ* communi-

municèr, & habetur in *d. Const. Pij V.* inchoante, *Ea quæ, §. 4. Suyr. de censur. lib. 3. cap. 3 1. nu. 21 & Bonac. de censur. in particulari, extrà. Bull. Can. disput 2. quæst. 3. punc. 48. proposit. 3.*
28 *nu. 21.* Quinimmò pensionarius etiam, qui ad singulare certamen deuenire non recusanit, pensionē, quam in titulum habet amittit, secùs vero habens pensionem in mercedem, vt latissimè probat, *Io. Baptis. Ccarlu. contr. iur. lib. 1. cap. 115.* per totum.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

R*Efertur dispositio* tex. in Can. Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. *n. 1.*

Et ampliatur ad vtrumq; sexum, tam contra masculos percutientes, quàm contrà fœminas, n. 2.

Dictiones, Si quis, vel si aliquis, *comprebendant fœminas, n. 3.*

Percutiens Clericum *gratia disciplinæ, vel correctionis, non est excommunicatus, n. 4. Sed intelligevt n. 5.*

Percutiens Clericum *iocosè, non est excommunicatus, n. 6. cum declaratione, n. 7.*

Occidens Caium Clericum *ex errore, eum putaret illum esse Sempronium laicum, non incidit in censuras. n. 8.*

Occidens ex errore Caium, cum vellet occidere Sempronium, non debet puniri pœna ordinaria, num. 9.

Percutere quilibet potest Clericum ad defensam necessariam sua persona, citrà metum excommunicationis, n. 10. & potest excedere modum percussionis, nec fit irregularis si eum interficiat, num. 11.

Declara tamen, dummodò defensio fiat in illo instāti, quia non sufficit ad euadendam excommunicationem quod fiat ex interuallo, n. 12.

Percutiens, vel occidens Clericum adulterantem cū vxore, matre, sorore, vel filia, non est excommunicatus, n. 13.

Declara dummodò in illo instanti Clericus adulterans percutiatur, vel occidatur, secùs verò si ex interuallo, n. 14.

Item declara dummodò percussio ab offenso fiat, secùs si inferatur per intermediam personam, n. 15.

Tex. in Can. Siquis suadente diabolo 17. q. 4. cō*prehendit etiam Clericos primæ tonsuræ, n. 16.*

Et Clericos excommunicatos, n. 17.

Itemq; Clericos etiam non incedentes in habitu, & tonsura, n. 18.

Percutiens aliquem, quem probabilitèr credebat esse Clericum, non incidit in censuras Canon. n. 19.

Percutiens aliquem, quem credebat esse Clericum, cum in veritate talis non esset, non est excommunicatus, n. 20.

Percutiens Clericum realitèr degradatum, vel prohibitis deditū negotiationibus, vel arma militaria deferentem, dimisso habitu Clericali, vel effectum ioculatorem, & publicum buffonem, vel tandem tabernam, seu macellariam exercentem, non est excommunicatus, si trina et facta monitione, ab huiusmodi exercitijs non desistit, n. 21.

Nouitij comprehenduntur sub dispositione Can. n. 22.

Item conuersi n. 23. cum ampliatione ad conuersos Clericorum secularium, n. 24.

Item oblati n. 25.

Item milites Hierosolymitani, n. 26.

Et omnes qui Religiosorum more in communione viuunt alicui Ecclesiæ inseruiendo. n. 27.

Clericum per capillos, vel humeros apprehendens est excommunicatus, n. 28.

Violentiam inferens rebus, Clerico adhærentibus incidit in censuras, n. 29.

Equum, super quo Clericus sedebat per habbenas trahens, verberans, vulnerans, vel occidens, vel eius ephippi cingulum frāgens contrahit excommunicationem, n 30.

Excommunicatio canonis Siquis suadente, &c. *ex leui percussione contrahitur, n. 31. vbi referuntur exempla.*

Clericum mortuum percutiens est excommunicatus, n. 32,

Clericum percuti consulentes, mandantes, vel solicitantes incurrunt censuras, n. 33.

Clericus seipsum percutiens, vel spontè se verberibus submittens est excommunicatus, n. 34.

Clerici percussionem ratam habens, est excommunicatus n. 35. Sed hoc latissimè declaratur ex doctrina Aluarez, & Tolet.

Alterius nomine quando aliquid factum dicatur, n. 36.

Delictum ad hoc vt ratum habitum ab aliquo videatur, quid requiratur, n. 37.

Clerici percussionem non obuians cum liberè posset, est excomunicatus, n. 38. cum ampliatione, n. 39. Sed author quid sentiat cum Tolet. n. 40.

Vibrans in Clericum baculum, lapidem, ferrum, eleuans in eum manum, vel contrà eundem scoplum exonerans, non est excommunicatus, si nulla sit sequuta realis, atq; effectiua percussio, n. 41.

Actus debet esse consumatus, vt ex eo contrahatur excommunicatio, n. 42.

Excommunicatio non fertur per actum tentatum, num 43.

Percutiens consanguineum Clerici intuitu ipsius, non est excommunicatus, n. 44.

Clericum verbalitèr iniurians, non incurrit excommunicationem, n. 45.

Litis contestatio non requiritur ad declarandum aliquem excommunicatum, ex violenti manuum iniectione in Clericum, n. 46.

Percutiens Clericum quando à Pontifice, & quādo ab Episcopo absolui possit, n. 47. & 48. & quæ personæ possint indifferentèr ab Episcopo absolui

ui

ui, remissiuè, n. 50.
Percussio atrox, vel leuis quando dicatur, remissiuè, n. 49.



AD CAPVT CXI.

Additio



1 Apio oportunè glossandum *tex. in Can. Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4* quod secundum communem, & meliorē expositionem ità summatur. Percutiens personam ecclesiasticam est excommunicatus, & præter mortis articulum, à nemine, nisi à Pontifice absolui potest, *tex.* verba sunt hæc. *Si quis suadente diabolo, huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum illũ præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.*

2 Nota primò, quod dispositio huius Can. est
communis vtriq; sexui, tam scilicèt maribus,
quàm fœminis, quæ paritèr censuras incurrunt ex violenti mannum iniectione in personas ecclesiasticas, vt *glos. ibi in princip.* & probatur ex *tex. in cap. mulieres 6 & in cap. eanoscitur 13 de sent. excom. Tolet. in summ. lib. 1. cap. 32. sub n. 3. vers. hic* Canon, ex *Nauarr. in manual. cap. 77. n. 27. & Viu. comm. opin. 104.*
3 *nu.* 8. Quia dictiones, *Si quis, vel si aliquis,*
comprehendunt fœminas quoque, quamuis ad masculinum genus dirigi videantur, *l. 1.* vbi *Bar. in princip. & in fine, ff. de verb. signif.* Idem *Bar. in l. 1 col. antepenul. & in l. si quis in tantam. col. 2 per illum tex. C. Vnd. vi, facit tex. in l. si quis maior, C. de trãsact.* Cardin. in Clem. 1. *in 3. quæst. de elect. Innoc. in cap. generali col. 4. eod. tit. in 6. Aret. cons. 39. Alex. cons. 24. col. 4. lib. 2. &* Dec. *in l. si quis id quod, & in l. 2 ff. de regul. iur.*

Nota secundò, quod ad incurrendam excommunicationem, ex violenti manuum iniectione in personas ecclesiasticas, requiritur diabolica suasio, vt in *tex* ibi, *Si quis suadente*
4 *diabolo.* Hinc percutiens aliquem ex memo-
ratis personis, gratia disciplinæ, vel correctionis, non est excommunicatus, quia ille talis non percusit ex diabolica instigatione, sed ex iusta, & laudabili causa, & hoc interdũ permittitur Parẽtibus, Propinquis, Magistro, Prælatis, & Senioribus Ecclesiæ, *cap. 1. de sentent. excomm. Tolet. d. lib. 1. cap. 34 sub n. 2. & Aluarez in Spec. Pontif Imperat. & Reg. cap. 39. vers. Quintus casus vsq; ad fin. fol. mihi* 124. qui hoc intelligunt dummodò percus-
5 sionis, & correctionis modus sit moderatus,
non illatus ex peculiari odio, & dummodò nõ sit Sacerdos, ac in sacris constitutus, sed mi-
6 noribus tantùm ordinibus insignitus: Simili-
tèr percutiens Clericum iocosè, non est excommunicatus, quia id non agit ex praua, & diabolica suasione, *d. cap. 1. de sent. excomm. Tolet. d. cap. 34. in princ. & Aluar. d. cap. 39. vers. Quartus in eo*, vbi nihilominus dicit,
7 quod debet moderari qualitas ioci, nè digni-
tas, & ordo Clericalis, videatur esse in magno
8 vilipendio: Sic & tertiò, volens percutere, vel
interficere laicum, si percutiat, vel interficiat erroneè Clericum, nõ est excommunicatus, quia nulla diabolica persuasio contrà Clericum præcessit, & illa percussio ei illata, cum sit erronea, non videtur quod processerit ex intentione percutientis & ex eius consensu, & voluntate, per quam peccatum a non peccato distinguitur, eò magis quia absq; voluntaria culpa, non contrahitur excommunicatio, & ità in terminis docent *Carthar. decis. 56. Iul. Car. in §. fin. quæst. 77. n. 8. Aluarez d. cap. 39. vers. Quod si intendens, fol. 123. & Tolet. d. cap. 32 n. 5. & cap. 34 in princ. vers. Secundò:* Indè in simili habemus, quod si cum aliquis
9 vellet occidere Titium, ex errore interficiat
Caium, hic talis homicida, non debet puniri pœna ordinaria, sed mitiùs, & extrà ordinem plecti debet, ad arbitrium Iudicis, quia respectu interfecti, & offensi abest dolus, & delinquendi intentio, & sic cessat qualitas necessaria ad contrahendam, incurrendamque pœnam legis Cornel. de Sicar. vt latissimè contrà opinionem *Bar.* tuetur *Petr Gaball. Resolut. Crim centur. 1 casu 31. nu. 11.* cum seqq. vbi innumeros huius sententię authores congerit, dicens etiam, quod Iudices maleficiorum, volentes tenere opinionem contrariam, ponunt se in maximo discrimine, pe-
10 riculoquè: Quartò potest quicumq; citrà me-
tum excommunicationis percutere Clericũ ad repulsam, & defensam necessariam suæ personæ, quia id non videtur agere ex impulsu diabolicæ persuasionis, sed potius ex naturali instinctu, à quo cuncti ad tutamen vitæ, & personæ inuitamur; *cap. si verò 3. vers. Si verò Clericum, de sent excom. Gemin. cons. 134. nu. 1. vers. Item Sextò Cardin. Zabarell. consil. 24. Iul. Clar. in §. homicidium. nu. 26. in fine, vers. & nota Gratian. discept. forens. tom. 5. cap 837 n. 1.* vbi quamplures allegat. *Aluarez cit. cap 39. vers. Sextus casus, fol. 124. Gomes. variar. resol. lib. 3. cap 3 n. 20. vers Imo, Farinac. in prax. crim. par. 5. quæst. 125. n. 35. & Tolet. d. cap. 34. vers. Tertius casus, lib. 1.* vbi sub-
11 dit, quod ille percutiens ad defensam neces-
sariam

sariam suæ personæ, non solùm non est excõmunicatus, sed nec minùs irregularis si occidat, nam non est in consideratione, quod percutiendi modum excesserit pro suo tutamine, vt n stabilitèr inquit *gloss. in cap. significasti 18. verbo tutela de homi. idio volunt. vel casual.*

12 Verùm intelligas hæc omnia, dummodò percussio illicò in rixa sequatur, secùs autem si ex interuallo; Hinc si Clericus illato in laicũ vulnere aufugit, & laicus ille, aufugientẽ Clericum repercutiat, est profectò excommunicatus, quia non videtur id égisse ad defensam necessariam suæ personæ, sed ad vindictam offensæ, ex quo de aufugiente Clerico timere ampliùs non poterat, ità *Giurb. cons. 17. n. 7 et Carthar. decis. Genu 3 n. 21.* Quibus simile etiã

13 est, quod occidens, vulnerans, vel alitèr percutiens Clericum adulterantem, vel inuentum cum vxore, matre, sorore, filia, & simil. non est excommunicatus, quia quemadmodum est licita percussio pro tutamine vitæ, ità paritèr licita est pro defensione, & vindicatione honoris, cum æquiparentur, vt benè prosequitur *Macerat. variar. resolut. lib. 3. resolut. 15. nu. 2. Carthar. cit. decis. 3. n. 4. Nauar. cons. 41. de sent. excom. Chrysti. decis. 49. lib. 1. Guttier. de matrim cap. 1. n. 13. cum seqq. Sanch. eod. tract. lib. 1. d. sp. 1. n. 7.* exquisitè cit. *Gaball. resolut. crim. centur. 3. cap. 300. n. 4. Aluarez cit. cap. 39 in vers. Septimus casus, Nauarr. in Sylu. nupt. lib. 1. n. 100. & Iul. Clar.* qui de communi testatur *in cit. § homicidiũ. sub n. 48. vers. Et hæc omnia, & n. 49. vers. Maritus autem, ex tex. in cit. cap si verò, il primo. §. nec ille, de sent. excom.* addo *Tolet cit. cap. 34 lib 1.* Tamen vt istorum

14 plerique concedunt, percussio Clerici turpitèr ag ntis cum personis sup. enumeratis, debet fieri illicò, ad hoc vt euadantur censuræ, quia verè eo casu videtur percutiẽ le, vel occidisse ex mera iracundia, & cordis, sanguinisque ingnescentia, primisque motibus *Nouar. dec. 175.* Cæterum tamen, si in continenti, & ex post facto aliquis ad Clerici adulterantis percussionem deueniat, cum videatur id ad vindictam egisse, & animo deliberato, incurrit profectò pœnas, & cẽnsuras *Can.* vt docent præsertim *Carthar. cit. decis. 3 n. 6. Sayr. decis. 42. de sent. excom.* & sæpè cit. *Tolet. d. cap. 34. vers. Aduer-*

15 *te autem.* Quemadmodum etiam incurritur in censuras *Can.* Si Maritus, Pater, Frater, Filius, & similes, quibus permittitur absque metu excommunicationis Clericum adulterantem occidere, si illorum aliquis, non per seipsum, sed per intermediam personam vindictã istã, vel homicidium committi curauerit, vt ex *Afflit. Monald. Treuis. & Garsi.* probat *Ricc. in prax. Eccles. tom. 2. Resolut. 228. n. 3.*

16 Transeo modò ad alia verba *tex. ibi. Quod in Clericum*, & noto quod comprehenduntur sub dispositione huius *Can.* omnes Clerici primæ tonsuræ, iuxtà terminos *tex. in cap. cum contingat 11. de ætat. & qualit.* idem cit. *Ricc. in prax. Eccles lib. 2. resol. 419. circa fin vers Non obstat, & lib 3. resolut. 568. n. 2. & Tolet. cit. cap.*

17 *32. n. 7.* subdens *n. 10.* quod Clericus quamuis excommunicatus potitur p iuilegio *Can.* cũ illud dicatur concessum non personæ, sed ordini, & intuitu dignitatis, prout etiam tenẽnt *Francis. Marc. dec. 815.* & latè cit *Ricc. in prax. lib. 2. resolut. 438. per totam*; Imò etiam, quod

18 absque habitu, & tonsura incedat, licèt expositione *Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. de refor.* amittat priuilegium fori, si beneficium non habeat, non tamen perdit priuilegium *Can.* nisi postquã ter fuerit ab Episcopo monitus, quod habitum reassumat *Comitol. Respons. moral. lib. 6. quæst. 20.* per discursum, quo requisiuit Sacram Congreg. Trid. Conc. interpretum, vt dubium hoc inter alia resoluerent, & in effectu ità fuit ei responsum ab Eminentiss. Card. Antonio Carafa, illius Venerandæ Congreg. Præside, vt ex eius rescripto sub data 22. Augusti 1581. in quo inter alia habentur hæc verba. *Quanto al secondo la Congregatione hà sentito, che i Chierici, che mancãdo nelle cose contenute nel cap. 6. session. 23. non godono il priuilegio del foro, non per questo si intendono priuati del priuilegio del Canone, Si quis suadente Diabolo.*

19 Quando verò percutiens Clericum probabilitèr ignorat eum esse talem, puta quia in habitu non incedit, vel quia percussio de nocte in obscuro fuit illata, iste talis non est excommunicatus, nisi videns saltim tonsuram, vel eum de Clericatu suspicaretur, à verberibus non desijt, *cap. si vero 4. cum glos. in vers. Ignorauit, de sentent. excom.* facit *glos in l. si ignorans, ff. locat. Iul. Clar. in cit. §. fin. quæst. 77. n. 7. Riminald iun. cons. 654. n. 17. cum seqq. vol. 6. cit. Ricc. resolut. 563. n. 2. lib. 3. & Aluarez in Spec. cap. 39 vers. V. sa regula, fol. 123.*

20 dicens idem in casu contrario, vt nimierum non sit excommunicatus quis, qui verberauit aliquem credens eum Clericum esse, cum in veritate talis nõ esset, ad quod legenda st *cit. glos in cap. si vero, vers. Ignorauit.*

21 Sicut nec minùs incurrit ecclesiasticas censuras inijciens violentas manus in Clericum realitèr degradatum, *cap. degradatio, de pæn. in 6.* vel qui prohibitis est deditus negotiationibus, si tèr admonitus non desistit, *cap. ex literis de v t & honest. Cleric.* Vel qui habitu, & tonsura Clericali dimissis, arma defert militaria, si paritèr tèr ab Episcopo monitus, insigna clericalia non suscepit, & militaria non eiecit, *cap. in audientia, de sent. excomm. & cap contingit il secondo eod. tit.* Item qui publicus Ioculator effectus est, si tèr itidem hortatus non desistit, vel etiam si per annum in tale mu nus perseuerauerit, *cap 1. de vit. & honest. Cleric. in 6.* Item demum, qui publicè, & persona litèr exercet officium macellarij, vel tabernarij, si trina ei facta monitione, huiusmodi sord da exercitia non reliquit *Clemen 1. eod. tit.* cit.

minat sæpè cit. *Tolet. d. cap. 32. nu. 17. & 18.* vbi ponit hæc verba, sanè digna notatu. *Secundò ij, quorum nomine facta est, etiam ipsis ignorantibus, tamen postquam sciuerunt ratificarunt, talis enim ratihabitio, retrotrahitur, vt habetur in cap. eum quis, de sent. excom. in 6 vbi habetur, quod quando ratihabitio est iniectionis, sed non est iniectio facta nomine illius, qui ratificat, tunc non contrahitur excommunicatio, sed tantùm peccatum; Quando verò nomine illius facta erit, tunc contrahitur excommunicatio Ca-*
36 *nonis, Si quis suadente; Et aduerte illud dici factum nomine alicuius, quod eius fit contemplatione, glos. in d. cap. eum quis, vers. tuo nomine*
37 *de sent. excom. in 6. Aduerte similitèr, quatuor requiri ad hoc, vt retrotrahatur delictum alterius nomine factum, secundum Io. de Ana. in cap. laudabilem, de conuers. coniug. Primò, quod nomine illius sit factum. Secundò, quod habeatur ratum, nam si diceret, doleo, quod sit factum nomine meo, sed gaudeo, quod sit factum, non dicitur ratum habere. Tertiò quod sit tale delictum, quod per alterum possit committi, secùs si non potest, vt est adulterium. Quartò, quod ratihabitio eodem tempore possit fieri, quò fit actus, qui enim rata haberet, quæ gesta sunt nomine eius quando erat infans, non dicitur ratum habere, quia non poterat illum actum tunc facere.*

38 Vltimò incidit in excommunicationem Can. Omnis qui videns Clericum percuti, percussionem non obuiauit, cum liberè, & citrà vitæ, corporisq; sui discrimen, id facere potuisset *Lap. cit. allegat. 119. n. 3. vers. Et hoc priuilegium*, & R. P. *Lessi. de iust. & iur. lib. 2. tit. de cooperant ad damn. cap. 13. dubit. 10. n. 65. fol. 134.* Verùm nè videar articulum hunc maximoperè disputatum his paucis gustasse, noto illum fuisse solemnitèr discussum per *R. P. Ludouic. Beia. Ord. Erem. S. August. in Congregat. habita coram Eminentiss. Card. Paleot. die 22. Octob. 1581. casu 3.* vt per cit. authorem *fol. mihi 336.*
39 fuitq; conclusum, quod etiã is qui ex officio rixas prohibere non tenetur, potest in foro exteriori excommunicatus declarari, si Clerici percussionem non obuiauit, vel impediuit, cum potuisset, quamuis is ipse iudicauerit, suę nobilitati indecens esse, priuatis concertationibus, & rixis se immiscere, legendus tamen ad hunc propositum sæpè cit. *Tolet. d. cap. 32. n. 17. lib. 1.* vbi tenet contrarium, breui hoc
40 sermone. *Quartò qui possunt obuiare iniectioni prædictæ, & non obuiant, ità habetur eod. cap. quanta, & licet ibi glos. limitet ad eos, qui non obuiant cum possint, & ex officio, vel auctoritate obuiare tenentur. Generalitèr tamen siuè habeãt iurisdictionem, siuè non, si dolosè non obuient, quod incidant in Can. tenet Hostiens. Secùs si ex negligentia, vel quia nolunt se immiscere rumoribus aliorum, tunc non incidunt in Can. qui requirit dolum.* Et hæc opinio mihi placet.

41 Sed an vibrans in Clericum baculum, ferrum, vel lapidem, eleuans in eum manum, vel exonerans contrà ipsum scoplum, sit excommunicatus, si nulla ex huiusmodi offensiuis actibus sequuta esset offensio, siuè læsio? Respondeo negatiuè, ex *glos. in cap. si quis pulsatus, de pænit. distinct. 1. Francisc. Marc. dec. 821. part. 2.* latè *Caball. resolut crim. centur. 2. casu 152.* per discursum *Viui. decis. 368. n. 2 & Gra-*
42 *tian. discept forens. tom 5. cap. 837. nu. 1.* Ratio est, quia ad incurrendam excommunicationẽ ex aliquo actu, opus est, quod actus consumetur realitèr, nec sufficit, quod fuerit tentatus *Guttier. Canon. quæst. lib 1. cap. 5 n. 13.* & *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur 4. casu 360. nu. 89.*
43 vbi dicit, quod excommunicatio non fertur per actum tentatum, post *Felin. in tract. quãd. conat. puniat. nu. 7. vers Fallit sextò, Hippolyt. de Marsil. in l. qui falsam monetam, nu. 32. ff. de fals. Galganet. de iur. public. lib. 1. cap 15. n. 52. cit. Grattan. tom. 3. discept. cap. 559. nu. 8. & cit. Francisc. Marc. decis. 822. eod. lib. 2.* Hinc citrà casum specialem *text. in cap. sciant cuncti de*
44 *elect. lib. 6.* si quis percutiat consanguineum Clerici, intuitu, & odio illius, non est excomunicatus, inspecto quod nulla realis percussio in Clericum illata consideratur, vt latissimè ab impugnationibus quamplurium defendit *Spect. Dom meus, lib. 2. resolut. cap. 76.* nec obstat, quod videtur illata iniuria Cleri-
45 co, quia illa cum non sit realis iniuria, sed potiùs verbalis, propterea non operatur, quod ille verbalitèr iniurians sit excõmunicatus, *glos. in d. cap. si quis pulsatus, de pænit. distin. 1.*

46 Iterum quæro, an ad declarandum aliquẽ excomunicatum proptèr violẽtam manuum iniectionem in Clericum, ex dispositione *cit. Can.* ibi. *Anathematis vinculo subiaceat.* requiratur litis contextatio? Respondeo negatiuè, quia in hoc iudicio summariè (vocata tamen parte) proceditur, & hoc proptèr periculum animarum, scilicèt communionis, eò magis, quia hoc est iudicium executionis latę sententiæ, *Rot. Rom decis. 3. de lit. contex. in nou.* Sed in Curia Archiep. Neap. quando quis cõparet contextatur lis, & dãtur ei defensiones.

47 Tandem quæro, huiusmodi excommunicatus ex percussione illata in personam Ecclesiasticam, à quo debeat absolui? *Tex. in d. Can. si quis suadente*, indistinctè mandat quod prætèr mortis articulum, absolutio debet à Sede
48 Apostolica impetrari. sed iste *tex.* per alium *tex.* declaratur, vt tunc procedat quando percussio grauis est, & enormis, secùs autem si esset leuis, quia tunc potest percutiens ab Episcopo absolui, *c. peruenit*, vbi *glos. & Abb. de*
49 *sent. excom.* Iniuria autẽ, & percussio ad effectũ prędictũ quando dicatur atrox, & quando leuis, quæue qualitates, & circũstantiæ considerandę sint, & cuius arbitrio hoc iudicandũ remittatur, ponunt latissimè *Epis. Genuens. in prax. Eccles. cap. 80. Macerat. variar. resol. lib. 2. resolut. 12.* & exquisitè *Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 33.* per discursum, vbi multas

etiam enumerat personarum qualitates, & status, quæ possunt indifferentèr ab Episcopo absolui, puta quia nequeunt comodé Sedem Apostolicam Adire, vt existentes in inimicitia, proptèr periculum vitæ, Monachi, serui, Impuberes, Mulieres, Moniales, cæci, vel claudi, Paupetes qui opes non habent ad iter, & mendicare rubescunt, plurimum delicati, Senes, & filij familias, de qua re latissimè *Tolet.* loco mox allegato, vbi prædicta cumulat, cum declarationibus ibi per eum positis.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

APpellatio ab excommunicatione non suspendit eius executionem, num. 1. Sed limita in sententia excommunicationis conditionali, num. 7. Item in sententia excommunicationis declaratoria, num. 11. Sed sublimita hoc vt num. 12.

Excommunicationis sententia trahit secum executionem, num. 2. quæ potest fieri etiam intrà decē dies datos ad appellandum, n. 3.

Excomunicatus qui appellauit, est nihilominùs vitandus, n. 4.


Appellatione pendente à sententia excomunicationis beneficiatus excommunicatus, non facit fructus beneficij suos n. 5.

Excomunicatus beneficiatus, non facit fructus beneficij suos, num. 6.

Excomunicatus conditionalitèr, si appellet, adueniente conditione, potest se communicare, n. 8.

Excomunicatus conditionalitèr, conditione pendēte, non est excomunicatus, n. 9.

Excomunicatio lata post appellationem, est nulla, num. 10.



AD CAPVT CXIII.

Additio.

1 
Ppellationem à sententia excomunicationis, non impedire illius executionem ac Cædulonum affixionem, quamuis alias benè interponi possit, habetur ex *tex. in cap. Pastoralis 53. §. verum de appell.* & tradunt *Episcop. Gennens. in prax. Eccl. cap. 22. num. 2. & Ricc. in prax. part. 4. resol. 18. Pat. Beia in tract. de excom. cap. 1. sub num. 5. versic. secus si appelletur fol. 419.* post *Specul. in tit. de appellat. §. in quibus sub num. 16.*
2 *versic. decimoseptimò*, qui dicit, quod excomunicatio trahit secum celerem, & inreparabilem executionem, *Robert. Marant. in spec. part. 6. act. 2. principal. rubr. & quandoq; appellatur. num. 178. & 351. & Farinac. quæst. crim. quæst. 101. num. 66. & 68.*
3 Hinc notant primò, quod si excomunicationis sentētia fuerit executioni demandata intra decem dies qui à iure ad appellādum impartiuntur, talis executio valida est, & efficax mero iure, nam ex quo illius sententiæ effectus appellando non poterat impediri, vt iam dictum est, mirum esse non debet, si bene exequi potest intrà tempus concessum ad appellandum, vt solemnitèr docet *glos. in c. Venerabilibus 7. §. patiò, versic. appellatum, de sent. excom. in 6.* & post *Gemin. Franc. Felin.* aliosq; idem tenet *Couar. Pract. quæst. cap. 23. sub num. 2. versic. Illud tamen, & Peni. decis. Rot. Rom. 10. nu. 5.*
4 Secundò vt excomunicatus, quamuis ab illa sententia appellauerit, debeat tam in Iudicialibus, quam in extraiudicialibus vitari, appellatione non suffragante, vt habetur in *cap. peruenit 13. de appellat. & Addit. ad Rot. Rom. decis. 2. tit. de dol. & contum. in nouis.*
5 Dicunt tertiò, prædicta esse adeò vera, vt si excomunicetur aliquis beneficiatus, isq; ab ea sententia appellet, quod appellatione pēdente fructus beneficij percipere non possit tamquam verè excomunicatus, ad *tex. in d. cap. pastoralis 53. §. verum, vbi Abb. col. 5. eod. tit. de appellat. Lancellott. tract. de attent. & innou. app. llat. pendent. limit. 21 princip. num 1.* & latiùs *limit. 22. num. 1. cum seqq. tom. 5. fol. 370. & 371. Reg. Rouit. in pragm. 37. num. 28.*
6 *de offic. procur. Cæsar.* & sic appellatione non obstante, adhùc militat regula illa, vt excomunicatus, fructus beneficij suos non faciat, ex *d. §. verum, Rot. decis. 8. de sentent. excom. in antiq. & Put. decis. 280. lib. 1.*
7 Verum vt plenam habeas prædictorum cognitionem, notandum est, quod quando excomunicationis sententia non est pura, sed conditionalis, v.g. nisi Sempronio intra viginti dies satisfeceris, & simil. tunc si ab huiusmodi sententia appelletur, per hanc interpositam appellationem, suspenditur executio sententiæ, ita quod expirato termino, nō potest ille talis excomunicatus declarari, & affigi Cedulones, vt ab alijs euitetur, vt habetur *ex tex in cap. præterea 40. de appellat. Gennens. d. cap. 22. sub n. 2. versic. Declara septimò R. P. Beia loca cit. versic. nisi excommunicatio, fol.*
8 *419 in fin. Marant. loc. sup cit. num. 181.* Hinc excomunicatus conditionaliter, si ab ea sententia appellet, potest adueniente conditione se comunicare, *Nauar. in manual. latin. c.*
9 *27. num. 272. versic. potest quis.* Ratio est, quia excomunicatus conditionalitèr, pendente con-

conditione, ex natura illius quæ est, vt nihil possit in esse, excommunicatus centendus non est Franc. in d. cap. præterea num 3 versic. con-
10 clude. Vndè si talis declaretur post appellationem pendente conditione interpositam, hæc excommunicatio est nulla, tanquam attētata post appellationem, ex tex in cap. cum olim 32. de offic. & potest. Iudic. delegat. d. cap. dilecti 55. de appell. Menoch. de arbitr. casu 542. num. 17. & Puti. d. decis 10. n. 4.

11 Item notandum est, quod appellatio interposita à sententia excommunicationis declaratoria, siuè legis, siuè hominis, suspēdit illius executionem, vt latè Genuens. d. c. 22. num. 1. & 2 assignans, rationem ex Pelin. quia potest euenire quod Iudex malè declarauerit, vel quod errauerit in aliqua facti qualitate, & circumstantia, sequitur Marc. d. part. 6. art. 2. num. 180. & ita refert decisum cit. Card. Pute. decis 177. lib. 2. & iterum ita fuit determinatum in vna Tirasonens. benef. Lunæ 15. Iunij 1620. coram Cauàler. vt ipse testatur decis. 544.

12 Declaratur tamen ista conclusio, vt non procedat si factum esset notorium; & inexcusabile, puta quia aliquis publicè ex diabolica persuasione Clericū percussit, delinquentem ab Ecclesia extraxit, & similia perpatrauit, ex quibus per Pontificias sanctiones, Canones, & decreta, excommunicatio infertur, quia tunc cum non posit dici, Iudicem erraile in declarando, proptcrea per appellationem non suspenderur executio declaratoriæ sententiæ, vt probatur ex tex. in d. cap. peruenit 13 de appellat. Canonistæ communitèr in d. cap. pastoralis, §. verum, eod. tit. & Genuens. loco cit sub n. 2.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Referuntur quamplures DD. qui tractant articulum propositum per Spectabilem Dom. Authorem, n. 1.

Excommunicatio nulla non est timenda, nec in foro exteriori, nec in foro interiori animæ, num. 2. *Sed intellige hanc sententiam, vt num.* 3. 4 *&* 5.

Excommunicatus ob aliquam causam, de qua ex actis constat non est ligatus in foro interiori, si in veritate sit innocens num. 6. & reiicitur opinio contraria num. 7.

In foro verò exteriori est excommunicatus, & tenetur excommunicationi parere. eod. n. 7. & latiùs num. 8.

Et quid si aliquibus sit nota eius innocentia, an possit coram eis celebrare, num. 9.


Quidnè si celebret in partibus longinquis, in quibus ignoratur excommunicatio, an benè faciat, num. 10.

Excommunicatus ex intolerabili errore, non tenetur excommunicationi parere, nec in foro exteriori, nec interiori, n. 11. vbi ponuntur exempla.

Sed intellige hanc opinionem, vt nu. 12.

Excommunicatus iniustè non tenetur parere excommunicationi in foro animæ, secus verò in foro exteriori, n. 13.

Excommunicatio, quod sit timenda, siuè iusta, siuè iniusta, quomodo intelligatur, num. 14.



AD CAPVT CXIV.

Additio

1 
Ro determinatione quæstionis hic propositæ, quam profectò Theologorū, & Casistarum Iudicio terminandā remittere debuissē, legendi sunt infrascripti maximi nominis authores, qui eam in plura distingunt capita, ex quibus vera, & germana illius resolutio habetur, hi sunt.

R. P. Io. Bachon. Carmelitanus, *lib. 4. senten. distint. 18. quæst. 1. & 2 fol. 131, & 132. vbi latisfimè.*

R. P. Ludouic. Beia Ordininis Eremitarū S. Augustini *in lib casuū cōscient. tit. de excom. per totum num. 4 & 5. fol. mihi 418. cum seqq.*

R. P. Francisc. Bordon. Tertij Ordinis S. Francisci. *contr. moral tit. de iniust. & nullit. excom. alias contr. 12 per d. sum.*

Gratian discept. forens. tom 4. cap. 638. à n. 20. vsq, ad finem.

Episcop. Ricc. in prax. Eccles. lib. 2. Resol 134 per totam.

Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 6. casu 542, vbi fusissimè.

Et Conar. *in cap. Alma Mater part. 1. §. 7. per totum n. 5. & sub num. 7. versic. Quarta conclusio tit. de sentent excom. in 6.*

2 Præfati omnes vnanimi ferè consensu cōueniunt, vt quando excommunicatio nulla est, puta quia lata reperitur à Iudice non competenti, vel post appellationem, vel contra tenorem priuilegij, vel alijs de causis enumeratis per glos. in cap. præsenti, versic. ad caute-

Ff 2

cautelam, de sent.excom. in 6. tunc talis exco-
municatio non afficit excomunicatum, eũq;
minimè ligat, nec in foro exteriori, nec inte-
riori animæ, nam vti nulla non est excomu-
nicatio, sicut sententia nulla non est senrẽtia,
ideoq; talitèr excomunicatus celebrando nõ
est irregularis, nec prohibetur, tam in publi-
co, quam in secreto diuinis officijs, & fun-
ctionibus se immiscere, hoc tradunt in termi-
nis Petr. Padul. in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 3.
conclus. 2. & 3. signantèr versic. quantum ad
tertium, salz. lit. A. versic. est enim ab irre-
gularitate fol. 108. D. Anton. p. 3. tit. 24. cap. 73.
& 74. Saÿr. de censur. lib. 1. cap. 16. in fin. An-
gel. verbo Excommunicatio, §. 3. num. 13. versic.
quod si continet, & num. 19. Siluestr. verbo, ex-
communicatio 2. num. 1. Guetier quæst. Can. lib. 1.
cap. 4. num. 37. Beia loco cit. num. 5. Couar. n. 5.
& Ricc. num. 4.

3 Sed hęc opinio, quamuis communissima,
cum temperamento tamen intelligenda est,
nam vt inquiunt Paludan. d. lib. 4. sentent. di-
stinct. 18. quæst. 1. col. 3. versic. Quando ergò, &
Gabriel. Biel. in 4. sent. distinct. 18. quæst. 2. col.
11. versic. si verò excommunicatio, quos sequitur
Menoch. qui transcribit eorum verba, & alle-
gat concordantes, lot. sup. cit. num. 33. nulli-
tèr excommunicatus in tantum valet, tam in
publico, quàm in secreto celebrare absque
metu irregularitatis, & diuinis functionibus
interesse, in quantum excomnnicationis nul-
litas cunctis hominibus nota esset, ita quod
4 contrauenienda cesset scandalum; Cæterum
tamen si nullitas occulta esset, & minimè pa-
tens, quamuis eam sapientes tantum calleãt,
nihilominus in externo seruanda est, ne vi-
deantur contemni claues Ecclesiæ, secùs in
interno, & occulto, vt itidem sentiũt cit. D. An-
tonin. in 3. par. tit. 24. cit. quæst. 73. & alij penes
Nauar in cap. cum contingat, remed. 3. col. 1.
versic. Quintò facit, & col. 9. versic. quintò in-
fertur, extrà de rescript.

5 Quo fit vt errauerit Maiol. qui in tract. de
irregul. lib. 3. cap. 21. num. 16. versic. illi verò,
dixit, Clericum nullitèr excomunicatum ce-
lebrando effici irregularem, loquitur enim
contrà communem sententiam omniũ Ca-
nonistarum, & Theologorum; Quod si eum
saluare velimus, dicendum est loqutum fuis-
se, quando nullitas excomunicationis occul-
ta esset, & minimè patens, iuxtà præcedentem
sententiam Padulan. Bielij, D. Antonini, &
Nauar.

Idemque dicimus de excomunicatione ob
6 causam lata; Hinc si excomunicetur Titius,
quia, v.g. Sempronium Clericum percussit,
& plenè in actis de percussione constet, si ip-
se realiter, & verè minimè excessum illum
commisit, non est in conscientia, & in foro
animæ excomunicatus, ideoq; potest in oc-
culto celebrare citrà metum irregularita-
tis, nec non diuinis interesse exercitijs, & sic
non prohibetur venire contra excomunica-
tionem in interno; Ratio est, quia Spiritus
Sanctus habitans in hominibus iustis, & recti
cordis, non permittit eos ex immerita pœna
ligari, ergò si excomunicatus ex falsa causa
ligaretur apud Deum, is immerita pœna
affligeretur, quod est falsum. Iterum pro-
batur, quia Spiritus Sanctus per quem omnes
ligamur, & soluimur (secundum sententiam
D. August.) non regulat vincula excomunica-
tionum iuxtà hominum (idest Episcoporũ
arbitrium) sed secundum Dei Iudicium, scru-
tinans merita vniuscuiusq; ex operibus eo-
rum; ergò excomunicatus ex falsa causa, se-
cundum arbitrium, & Iudicium Dei apud
eum, non debet censeri ligatus, quia nemo
sine peccato in foro animæ punitur, quam
sententiam tenent in terminis Gaet. 2. 2. quæst.
7. art. 4. ad 3. Cordub. lib. 1. quæst. 43. casu 13.
Henriq. lib. 13. de excom. cap. 15. §. 3 in princip.
Sair. de censur. lib. 1. cap. 17. num. 8. & 17. Me-
din. de restit. quæst. 11. Dian. Resolut. 26. de ex-
com. Bonac. disput. 1. de censur. quæst. 1. part. 10.
num. 4. Mirand. tom. 2. quæst. 35. artic. 14. quæst.
3 & alij quamplures citati per Gratian. d. cap.
638. num. 21. & 22. & per Bordon. d. contr. 12.
num. 38. 39. & 40. quidquid dixerint in con-
trarium Laim. & Siluest. quos sequitur cit. P.
7 Beia d. tit. de excom sub num. 5. fol. mihi 420.
versic. si verò error. dum aiunt, quod excomu-
nicatus ex falsa causa, scilicèt proptèr furtũ,
quod in effectu non commisit, sit excomuni-
catus, & ligatus ab Ecclesia, debeatq; se à di-
uinis abstinere, donec absolutionem merue-
rit obtinere: Quæ opinio Iudicio meo vel est
falsa, ex traditis in præcedenti conclusione,
vel debet intelligi, vt procedat in foro exte-
8 riori, nam verissimum est, quod excomunica-
tus ex falsa causa, quæ tamen in actis constet,
debeat in publico se gerere pro excomunica-
to, ita quod non potest celebrare, & diuinis
officijs interesse proptèr scandalum populi,
nè videatur contemnere claues Ecclesiæ, tum
etiam, quia excomunicatus parendo senten-
tiæ excomunicationis innocentèr in eum in-
iectę, crescit in merito, & pręmium conse-
quitur, vt tenent, quamplures relati per Gra-
tian. cit. cap. 638. num. 20. & Bordon. d. contr.
9 12. num. 41. & 42. Nisi tamen aliquibus con-
stet, & nota sit innocentia excomunicati,
quia tunc potest ille talis coram eis tantum
celebrare, & se pro non excomunicato gere-
re, nam ità cessat scandalum, & clauium
contemptus, & in simul innocens, omninò,
non priuatur spiritualibus consolationibus,
cit. Gaet. 2. 2. quæst. 70. artic. 4. ad 2. latè cit.
Sair. de censur. Eccles. lib. 1. cap. 17. n. 18. Mar-
tin. Ledesm. 2. 4. quæst. 23. art. 4. & Io. Driedo
de libert. Christ. lib. 1. fol. mihi 237. Sicut quo-
que huiusmodi excomunicatus in partibus
10 & locis remotioribus, in quibus ignoratur
eum esse talem, proptèr cessans scandalum,
&

& contemptum clauium, potest etiam in publico, & coram populo celebrare, & diuinis interesse functionibus, citrà irregularitatis, vel peccati metum, *Gaet. loc. cit. Henriq lib. 13. de excom. cap. 95 § 3. Sot. 4. d. 22. quæst. 1. artic. 3. conclus. 4 vers. Anget tamen, in fine, benè Gratian. loco sup. alleg.*

11 Potest etiam contingere excomunicari aliquem iniustè, & ex intolerabili errore, & sic nulliter, puta ob peccatum veniale, quia verbum otiosum protulit, ob causam impossibilem, quia cælum digito non tetigit, ob causam bestialem, quia Petrus currit, ob causam laudabilem, quia eleemosynam fecit, vel quia furtum non commisit, vel tandem ob causam notoriè falsam, quia Titium percussit, cum in veritate excessum illud non commisisset, istis casibus excomunicatio, nec in foro fori, nec in foro poli est timenda, vti cõtinens intolerabilem, & manifestum errorem vt latissimè *Menoch. d. tract. de arbitr. casu 542 à num. 1. vsq. ad 15. cum seqq. & P. Beia loco supra cit. fol. 420. versic. Tertiò est nulla.*

12 Dicunt tamen ijdem, & alij authores, vt *Bacbon. Couar. & Bordon. loc sup. alleg.* hanc conclusionem veram esse, dummodò tamen exprimatur in excomunicatione causa illius, ac appareat eam esse bestialem, & ex intolerabili errore latam, vt sic si contemnatur cesset ratio scandali, & contemptus potestatis clauium Ecclesiæ; Non ita tamen si nulla causa exprimeretur, quia tunc quamuis in mente excomunicantis fuisset bestialis esset, nihilominus timenda ob scandalum populi, nescientis latam fuisse excomunicationem ex intolerabili errore; Quæ opinio tenenda est vel tutior in conscientia, de rigore tamen est falsa, nam ipso facto quod excomunicatio est sine causa, vti erronea est nulla, iuxtà terminos in materia deficientis causæ per nos adductos sup. *cap. 37.* per totum, signantèr *num. 3.*

13 Contingit tandem excomunicationem esse ritè latam, sed aliquo modo iniustam, & isto casu in conscientia non est timenda, & potest excomunicatus in occulto cessante scandalo celebrare, absq; metu irregularitatis, nec non diuinis interesse functionibus, in externo autem debet se pro excomunicato gerere, quia in foro fori est ligatus ex huiusmodi excomunicatione, cui tamen parendo crescit in merito, exemplo Redemptoris nostri, qui humiliauit se obediendo iniustæ sententiæ, propter quod Deus exaltauit illum, *Apost. Philipp. 2.* indè ex humilitate, & obediẽtia consequutus fuit in præmium resurrectionem, & ascentionem, vt benè in terminis ratiocinantur communitèr *Theologi lib. 4. sent. distinct. 18. quæst. 1. & 2 Pat. Beia d. tit. de excom. n. 4. fol. mihi 418 Alex. de Ales in sũm. quæst. 82. membr. 2.* & latissime *Couar. in d. cap.*

14 *Alma mater part. 1. § 7. num. 5. per totum, fol 386.* qui notabilitèr concludunt, quod sentẽtia *D. Grego.* dicentis. *Sententia pastoris, siuè iusta, siuè iniusta est timenda,* intelligitur in foro exteriori, quia in foro poli intrat memorata sententia *D. August.* dicentis. *Spiritus Sãctus habitans in Sanctis, non permittit immeritam eis ingeri pœnam, sed eam soluit, & dimittit columba.* Et ita sentio sub censura Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

EXimens carceratum de manu familiæ, quã pæna puniri debeat, referuntur plures casus, & variæ opiniones, num. 1. 2. & 3. Author quid concludat, num. 4.

Pæna legis Iuliæ de vi publica, & de vi priuata, nõ est in vsu, n. 5.

Eximens de manu familiæ aliquem carceratum ordine Iudicis incompetentis, non debet puniri, & quare, n. 6.

Delegato Principis potest resisti, si procedat ad actus sibi non commissos, vel post appellationem, num. 7.

Curiæ resisti potest, & á manibus eius carceratus eximi, si cum verberibus, & contumelijs afficiat, & quomodo hoc procedat, num. 8.

Carceratus eximi potest de manu familiæ, si mandatum de capiendo non exibeatur, num. 9. Sed contrà num. 10. Intellige vt num. 15. & 28.

Birrnarij quando possint sine mandato, ac propria authoritate aliquem carcerare, num. 11.

Carceratus iniustè potest impunè eximi de manu familiæ, num. 12. Sed contrà n. 13.

Carceratus iniustè, frangendo carceres, debet puniri pæna l. 1. ff. de effract. *& expilat. n. 14.*

Birrnario dicenti habere mandatum Iudicis de capiendo, non creditur, n. 16.

Nuncio dicenti habere mandatum de citando, non creditur, num. 17.

Curia famulis volentibus aliquem carcerare potest resisti, si recusent ostendere, se verè esse tales, & de corpore Curiæ, n. 18.

Birrnarijs dicentibus eis fuisse illatam violentiam in carcerando, non creditur, cum ampliationib. num. 19.

Nuncio destinato ad citandum, non creditur, si dicat fuisse contumelijs affectum, vel impeditum in exercitio officij, n. 20.

Eximens de manu familiæ carceratum ob debitum alicuius, tenetur ad solutionem debiti, vna cum damnis, & expensis, num 21.

Et si fuerunt plures eximentes, omnes in solidum tenentur, n. 22.

Amplia, etiam quod eximens offerat probare, quod car-

carceratus exemptus non erat debitor, nu. 23.
Ac etiam si iterum exemptus capiatur, n. 24.
Amplia tandem, vt non solum eximens de manu Curia ad id teneatur, verum quoq; alterius debitorem occultans, nè capiatur, vel denuncians ei carcerationem, num. 25.
Impediens Curiam volentem aliquem carcerare, tenetur pœna eximentium, num. 26.
Eximens de manu familiæ carceratum ob debitum priuatum, potest puniri criminaliter arbitrariè. vsq; ad sententiam mortis, num. 27.
Referuntur tamen duo casus, in quibus eximens carceratum de manu familiæ, ob debitum priuatum non debet puniri, nec ei aliter ad solutionē debiti, nec criminaliter, num. 28. 29. & 31.
Memoriale non probat fuisse porrectum ab eo, qui supplicat, num. 30.



AD CAPVT CXV.

Additio.



HAEC materia in duo Capita diuiditur. Primum in eximente à manu familiæ carceratum ob delictū. Secūdū verò in eximēte carceratū ob debitum, & ex causa ciuili.

1 Quò ad primum variarunt DD. plerique enim fuerunt in opinione, vt siquidem delinquens capitaliter confessus, conuictus, & condemnatus erat, tunc eum vi eximens, teneatur pœna legis Iuliæ Maiestatis, & sic vltimi supplicij, ex *tex. in Leniusq; vbi Bar. n. 3. ff. ad leg. Iul. Maest. Alex. cōs 35. viso thémate, n. 4 lib. 2. Ias. in §. pœnales, n. 104. inst. de act. Luc. de Penn. in l. quoties, in princip. versic. Aut eripuit, C. de exact. Tribut. lib. 10 Hippolit. de Marsil. in l. 1. in princip. ff. de quæst. & in l. 1. in princip. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Hieroni. Gigas, tract. de Crim. Læsæ Maiest. tit. qualit. & quib. Crim. Læsæ Maiest. commit. quæst. 5. num. 1. cum seqq. Bossi. de caus. crim. tit. de captur. n. 16. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 68. num. 13. Viui. decis. 29. num. 4 lib. 1. Guid. Pap. decis. 379. n. 1. & 2. vbi etiam addit, Berdaz. consil. crim. 35. nu. 25 versic. additur quartò,* vbi itidem *Claud. Berdaz.* eius filius *in addit. sub lit. D. lib. 1. & Gomes. variar. resol. lib. 3. cap. 2. nu. 7. versic. Item etiam committitur.*

2 Alij tenent, vt si quis vi de manu familiæ aliquem simpliciter pro crimine carceratum eximat, qui nec conuictus, nec condemnatus sit, teneatur eadem pœna ad quam tenebatur is, qui exemptus fuit, & sic vt non teneatur capitaliter, si delictum pro quo exemptus carcerabatur non erat capitale, *Alex loco sup. cit. Iodoc. in pract. crim c. 15. tit. de citatio. real. num. 30. versic. quisquis, Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 301. num. 16. versic. Tertius est casus, Farinac. de carcer. & carcerat. quæst. 30. num. 92 versic. Amplia Deinde tertiò, & qu. 32. num. 63. versic. Alij demum voluerunt, & Hieron. Mangon. decis. Lucens. 90. num. 3.*

3 Opinantur alij distinguendum esse exemptionis modum, vt siquidem armis fiat exēptio, teneatur eximens pœna legis Iuliæ de vi publica, si absq; armis, teneatur pœna legis Iuliæ de vi priuata, per *tex. vbi Bar. in §. arripiat, auth vt omnes obedi Iudic. Prouinc.* cū concord iurib & authoritatibus.

4 Melior opinio est, vt præter primum casum, vi eximens carceratum Iudicis arbitrio plecti debeat, ponderata qualitate violentiæ, quātitate eximentium; nam accidit sæpè, exemptionem fieri per plures, ita quod videatur commissus tumultus, & populi eleuatio; considerati sq; alijs facti circumstantijs, & concurrentijs, ex quibus delictum exemptionis minoratur, vel augetur; Et hæc est verior opinio, quam multis exornat *cit. Farinac. dicta quæst. 30 num 93. & 94. versic hac ampliatio, & d. quæst 32. n 64. versic. Sed quicquid præfati DD. dicant,* & prosequitur latè *Petr. Caball. resolut. crim. centur. 1. casu 8 signanter, num.*

5 *11. cum seqq.* Tantò magis, quia pœna legis Iuliæ de vi publica, & de vi priuata, de communi consuetudine non est in vsu, ideoq; cōmittens eam arbitrio Iudicis punitur, iuxtà concurrentias & circumstantias factorum, *cit. Iodoc. in pract. crim. cap. 100. tit. de vi priuat num. 9. & Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 83. n. 4. versic. vim publicam.*

6 Solent tamen quamplura ab Aduocatis criminum considerari ad defensam eorum, qui vi carceratum eximerunt de manu familiæ. Nam interdum accidit aliquem mandato Iudicis incompetentis carcerari, tunc cum eximens non debet puniri, quia nullius iurisdictionem fraudauit, sed potiùs indebitam vim repellit, ac ideò non est in crimine, vt ex *Cyn.* probat *Bald. in cap. causam matrimonij, in fin. extrà de offic deleg.* videndus *Bald. consil. 285. lib. 1. & consil. 318 lib. 4. Lap. alleg. 2. num. 11.* & probatur ex *tex. indiuiduali, in l. 1. §. officlius. ff. ne quis eum qui in ius vocab. vi exim. ibi. Offilius putat, locum hunc edicto nō esse, si persona quæ in ius vocari non potuit: exēpta est.* Et confert non mediocriter *Abb. in cap si quando 8. num. 3. cit. tit. de offic. & potest.*

7 *Iudic. delegat.* vbi ait, quod delegato Pontificis pōt violentèr resisti, si velit procedere ad actus sibi minimè cōmissos, vel post appellationem, nam in vtroq; casu, cum sit incompetens, propter deficientem, siue suspensam iurisdictionem, resistendo ei, vel non offenditur,

dicer, verè rité offenditur, ex tex in Can. si Ecclesia 23. q. 4. vbi iniuriam non infert, qui superbo disciplinam imponit, facit Afflict. infra allegandus, signanter num. 60.

8 Item etiam si à familia Curiæ, vel à quolibet eius Ministro, etiam superiore, habente iusdicendi facultatem, indebitè, & iniustè violentia carcerato inferatur, verberibus, & contumeliis eum afficiens, tunc rectè potest, nedum carceratus ei violentèr resistere, defendendo se ab illo irreparabili grauamine, Afflict. in Const. Regni, Paris cultum, à num. 56. vsq; ad 60. verum etiam acclamando auxiliũ, potest quilibet, etiam prorsùs extraneus, vi eum de manu familiæ eximere, secùs si auxilium non imploret, Abb. loc. sup. cit. & confert glos. in l. prohibitum versic. Resistentibus, C. de iur. Fis. lib. 10. Marant. disput. iur. disp. 1. num. 27. & authoritas tex. in d. Canon. si Ecclesia.

9 Tertiò potest licitè familiæ Curiæ resisti ac carceratus propria authoritate de manu eius eximi, si præceptum de capiendo non exhibeatur, maximè instante carcerato, vel alio pro eo Angel. in l. item apud Labeonem. §. si quis Virginem, ff. de iniur. Ias. in l. eum proponas. n. 7. ff. de pact. Boer. decis. 170. n. 2. versic. Quis habens mandatum de capiendo, & Iul. Clar. in § fin. quæst. 29. in fin. confert Guid. Pap. super statuto Delfin. incipiente si quis per literas §. 1. n. 15. versic. Circa hoc.

10 Sed hæc opinio est nimis lata, & periculosa, siquidem sepè Iudices, & magistratus sciẽtes deliquisse aliquem, ex officio procedunt, & famulis Curiæ oretenùs facultatem tribuunt capiendi illum talem, maximè cum moræ periculũ vrget, nec hisce casibus violentiam consulerem, nam alterum de duobus, vel is qui capitur non est delinquens, & potest absq; resistentia vti remedijs iuris cõtra Iudicem in sindicatu, proponendo querelam indebitæ carcerationis; Vel est delinquens, & debet parere iussui Superioris, qui eum capi iustè mandauit, licèt oretenùs, cũ procedatur contrà eum ex officio, & ideò nemo debet se intromittere ad resistendum familiæ denuncianti præcetum Iudicis verbale; aliàs incurreret profectò in pœnas eximentium carceratum per vim de manu Curiæ; nec obstat tex. in d. l. prohibitum, C. de iur. fisc. lib. 10. quia procedit quando agitur de executione bonorũ, & sic reali, nullum tamen verbum facit, quando ob delictũ quis
11 carceratur. Imò in quampluribus casibus possũt satellites propria authoritate, & absq; præcepto Iudicis ad capturam alicuius deuenire, quando scilicet eum in flagranti crimine inuenerunt, puta cum armis, in furto, in homicidio, &c. ex traditis per Clar. in § fin. quæst. 28. n. 7.

A qua re aliena non est illa communis, &
12 ferè indubitata omnium sententia, quod iniustè carceratus potest impunè eximi de manu familiæ, violentèr ei resistendo, citrà metum incursus pœnarum, quia iniustè captus malè detinetur, vt sentiunt Bar. & alii DD. in l. si 1. § fin. ff. de eo quod met. caus. idem Bar. in l. nemo carcerem C. de exact. trib. at. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. attingam, num. 49. Placa in Epit. delict. cap. 28 n. 9 & cap. 38. n. 7. in fine, Gram. cons. ciuil. 51. in princ. Marant. disput. 1. n. 22. vers. Sextò, idem Marant. in suis singul. & iur. notabil. lit. C. verbo Carceratus fol. 10. col. 2. in fine, Vin. decis. 92. n. 6. & Seraphin. de priuil. iur. priuileg. 132. n. 37. Ni-
13 hilominùs hæc opinio tenenda non est propter periculum vilipendij Iudicum, & iustitiæ, quod de facili introduceretur, nam tutò quisque se exponeret ad resistendum Curiæ prætextu iniustæ carcerationis, & sic penitùs non debet hisce eximentibus condonari pœna, qua plecti solent omnes alii, qui hunc excessum committunt, inspecto præsertim temerario eorum ausu, qui propria authoritate in iudicium intrauerunt, perquirendo iustitiam, & iniustitiam carcerationis, voluerunt q; facti remedia tentare, cum potuissent seruato ordine iuris, allegando innocentiã, & proponendo querelas se defendere, quam sententiam prosequitur Alex. in l. 3. § Item si quis, n. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est vi exim. n. 2. vbi sequtus opinionem Angel. in l. 1. eod. tit. ponit hæc verba. Quod licet captura sit iniusta, tamen si est facta per Iudicem, ad cuius iurisdictionem spectabat, puniri debet eximens, & ad corroborationem accedat consi-
14 lium Petr. Gaball. criminalis materiæ peritissimi Doctoris, qui vt testatur casu 42. centur. 1. requisitus à quibusdam Iudicibus, an iniustè carceratus possit fractis carceribus aufugere, quauè pœna pro excessu isto valeat puniri, Respondit, supposita carcerationis iniustitia, eum exemptum non reddere à pœna statuta in l. 1. ff. de effract. & expilat. & licèt referat ibi communem sententiã DD. in contrarium vrgere, quos ipse sigillatim enumerat, n. 1. tamen monet cauendum esse ab illa, tanquam nimis lata, & periculosa, propter vilipendium iustitiæ, & facilem aditum, qui vnicuiq; præberetur frangendi carceres, refricando in controuersiam iustitiã, vel iniustitiam carcerationis & allegat Farinac. lib. 1. quæst. crim. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 30. n. 130. cum seqq. & Boer. decis. 115. sub n. 30 vers. tamen d. l. prohibitum, vbi ità testatur seruari in Curijs Franciæ.

15 Ac ideò dicimus superiorem sententiam relatam sup. n. 9. veram esse, quando per familiam Curiæ capitur innocens vti delinquens, nulla præcedente superioris licentia, nec verbali, nec in scriptis, tunc enim licitè potest resisti, & eximi talis carceratus, & procedunt authoritates superiùs allegatæ. Quod si dicat
16 birruarius se habere mandatum Iudicis de ca-

capiendo, in scriptis, ei non creditur si man-
datum non exhibeat, ac proptereà potest ei
impunè non pareri, ex tradictis in simili per
Bal. conf.63. n.2. lib.5. & Signor. de Homod.
consil.57. n 5. dum concludunt, quod nō cre-
17 ditur nuncio dicenti habere mandatum de
citando, si mandatum illud non exhibeat,
quia deponit super re non concernente of-
ficium suũ, *Paul. de Castr. conf.165. n.2. vers.*
Sed de relatione, vol.2. & Rom. conf.497. n.7.
cum seqq.
18 Rursùs potest resisti Curiæ volenti aliquē
carcerare, si milites qui ad hoc accesserunt,
requisiti vt ostenderent an tales essent, scili-
cèt de corpore Curiæ, id nō egerunt, vel age-
re recusarunt; quoniam eo casu violentia, quę
eis infertur, non consideratur vti illata Cu-
riæ, sed vti illata priuatis personis, nam pro
talibus reputantur si patentes literas de of-
ficio eorum, petentibus non exhibuerũt. arg.
tex. in cap.2. de dc dilat. in cap. cum super. vbi
Canonistæ communitèr *de offic. delegat. & in*
cap. pia, de except. lib.6. in terminis *Angel. in l.*
si vacantia, vers. Item ex hoc tex. C. de bon.
vacan. lib.10. idē *Angel. conf. 219. n.7. vers.*
Prima est Federic. de Sen. conf.151. in princip.
Barbat. conf.83. in princ. lib.4. & Calcan. conf.
118. col.2. vers. Posito quod Bullæ.
19 Hoc tandem omittendum non est, quod
violentia Curiæ illata, pro exemptione car-
cerati, non sufficit quod probetur assertione
birruariorum, sed debet aliàs concludentèr
probari, nā satellites, & Ministri Curiæ, qui-
bus vis illata est, in eo negotio principales
reputantur, & proptereà, fides eis adhibēda
non est, *Alciat. de præsumpt. reg.3. præsumpt.*
15. n.7. Mascard. de probat. lib.2. conclus.115.
n.8. Menoch. de arbitr. Iudic. centur. 2. casu
112. n.15. vbi concludit hoc esse verum, etiā
quod plures essent satellites hoc attestantes,
idem tenet *Bossi. in pract. crim. tit. de denunc.*
n.12. videndus *Gomes. variar. resol. tom.3. cap.*
12. tit. de prob. delict. n.21. Diaz in pract. crim.
cap.120. vers. potest tamen considerari, Afflict.
in Const. Regni humanitate, notab. 6. dicens
hoc procedere, etiam quod dicāt non inter-
20 fuisse alios testes, sicuti nec creditur nuncio,
ad citandum destinato, si dicat se fuisse con-
tumelijs affectum à citato, vel impeditum ab
aliquo in exercitio officii, *Paul. de Castr. con-*
sil.165. n.2. in fine. vol.2. Corne. consil.79. n.8.
lib.3. & Menoch. d. casu 112. n.12. quos sequi-
tur *Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. N. conclus.*
154. n.10.11. & 12.
Transeo modò ad eximentem carceratũ
de manu familiæ ob causam ciuilem, puta
ob debitum alterius, & contrà istum duo sũt
21 inductæ pœnæ. Prima vt teneatur ad fauo-
rem creditoris ad soluendum ei, id ad quod
carceratus tenebatur, vna cum damnis, ex-
pensis, & interesse, ex *tex.* communitèr rece-
pto, in *l. quoties, C. de exactor. tributor. lib.10.*
Ias. in l.1. §. quod prætor, n.8. ff. nè quis eum, qui
in ius vocat. &c. Cagnol. in l.1. §. is videtur, ff. si
quis in ius dicent. non obtemper. n.72. Anan. cons.
53. in fin. Anchar. cons.340. in fine, Cepoll. conf.
ciuil. 14. n.4. Hippol. de Marsil. singul. 137.
Guid. Pap. decis.579. n.1. in fine. Et si plures
22 sunt qui exinerunt carceratum ob debitum
ciuile, omnes insolidum tenentur pro solutio-
ne illius ad beneficium creditoris, *Plot. tract.*
de in lit. iuran. §.25. n.7. Cepoll. d. consil. ciuil.
14. n.14. quæ conclusio vera est, etiam quod
eximens iste offerret probare, illum carcera-
23 tum exemptum, non esse debitorem, *cit. Hip-*
pol. de Marsil. in pract. crim. §. oportunè n.20.
Cepoll. Plot. Menoch. & Bossius, quos sequitur
Farinac. d. tract. de carcer. & carcerat. quæst.
30. n.90. & quæst.32. n.8. cum seqq.
24 Vel etiam, quod is qui fuit exemptus præ-
senectute, ac iterum capiatur, quia non per
hoc ille, qui eum aufugere fecit, dicitur libe-
ratus à solutione debiti, *Io. Anton. de Nigr.*
in cap. Regni, Item statuimus, quod tam Insti-
tiarij, 132. secundum ordinem ipsius, *n.14. Pa-*
ris. de sindicat. verb. Probatio in sindicatu, n.2.
Menoch. de arbit. centur.4. casu 301. n.23. Ma-
gon. decis.90. n.4. videndus *Amend. ad Franch.*
decis.442. n.14. & latissimè *cit. Petr. Caball. d.*
casu 8. à n.22. vsq; ad 26. post *Ias. in l. admo-*
nendi, n.165. vers. Sed tu aduerte, ff. de iur. iur.
25 Idemq; *Ias. in d. l.1. §.15. videtur, n 10. ff. si*
quis ius dicenti non obtemper. sequutus opinio-
nem *Salic. in l. fin. C. de oper. libert.* prædicta
singulatiter ampliat, vt ne dùm eximens de
manu familiæ alterius debitorem, teneatur ad
solutionem debiti, pro quo fuit carceratus,
verum quoq; si quis alterius debitorem oc-
cultet nè capiatur, vel si et denunciæ inten-
tionem creditoris, quęrentis eum carceribus
mancipare, & hæc est vera opinio, quidquid
dicat in contrarium, *Bald. in d. l. fin. de oper. li-*
ber. cum sequentia *Alex. in addit. ad Bar. in l.*
3. C. de exact. tribut. lib.10. putantes nunquam
aliquem teneri pro debitò alterius, nisi tantũ
si cum esset carceratus, eum per vim exemit,
Nam videmus, quod is cuius dolo factum est,
quò minùs quis in iudicio sistat, tenetur ad
omne id, & quidquid creditoris intererat, vt
habetur *in toto tit. ff. de eo per quem factu erit,*
quò minùs quis in iudicio sistat, & tamen nulla
ibi est necessaria violentia, quia sufficit, quod
quis venienti in iudicium aliquid triste denũ-
ciet, propter quod is necesse habuit ad iudi-
cium non venire, vt vtar verbis *Vulpiani in l.*
1. cit. tit. Sicq; omni iure tenenda est opinio
Salic. quam iterum defendit *cit. Ias. in l.1. §.*
quod prætor, n.7. & 8. ff. nequis eum, &c. & cor-
roboratur per similem authoritatem *Alberic.*
tract. de stat. lib.4. quæst.34. n.1. vbi ponit casũ
26 de eo, qui post commissum delictum aufugie-
bat, cumq; per Curiam insequeretur, alij se
opposuerunt impediendo capturam, conclu-
ditq; istos qui se opposuere, impediendo car-
ce-

cerationem, posse arbitrariè puniri, non minùs ac puniuntur omnes qui violentèr carceratum de manu familiæ eximunt, & tamen nulla in casu *Alberic.* considerantur realis violentia, sequitur *Io. Grand. in tit. de homicid. n. 8. vers. Item pone quæstionem, & Gaball. cit. casu 8. n. 39.*

27 Alia pæna contra eximentem carceratum ob debitum ciuile est, vt possit arbitrariè plecti, vel corporalitèr vsq; ad sententiam mortis, vel pecunialitèr, intuitu turbatæ iurisdictionis Iudicis carcerantis, *Boss. tit. de captur. n. 15. in fin. & tit. de carcer. n. 17. Guid. Pap. dec. 579.* aliiq; multi relati per *Farinac. cit. quæst. 30. n. 112. & quæst. 32. n. 7.* quos nouitèr sequitur memoratus *Petr. Gaball. d. casu 8. n. 36.* & in hac Fidelissima Neapolis Ciuitate, Prorege Ill. Duce de Alcalà, quatuor qui exemerunt quendam nobilem de manu familiæ, carceratum pro debito ciuili, fuerunt laqueo suspensi, eorumq; cadauera scissa in frustra, vt testatur *Carauit. rit. M. C. 160. n. 2. in fine*, eiusque memor etiam est *Iul. Clar. in tit. § fin. quæst. 68. n. 13.* videndus *Franch. decis. 444.*

28 Sunt tamen animaduertendi duo casus, in quibus potest licitè, & citrà metum incursus nullius pænæ, eximi carceratus pro debito ciuili de manu familiæ. Primus est, si non adsit mandatum Iudicis de capiendo, præcedente partis instantia, & in hoc casu sunt optimè applicabiles authoritates relatæ *sup. n. 9* quia si respicimus personam creditoris, ipsa non potest propria authoritate, ac de facto debitorem suum carcerari facere, vt patet communissimis doctrinis. Si verò respicimus personam Iudicis, ipse neq; potest ex officio aliquem pro debito vinculis mancipare, nam officium Iudicis, petenti tantùm impartitur, vt itidem patet, ex latissimè traditis per *Afin. de exeeut mandat. § 3. per tot. Roland. à Vall. consl. 83. n. 11. lib. 1.* Sicq; censeo neminem posse carcerari pro debito priuato, nisi instãte creditore, sit à Iudice competente expeditum mandatum de capiendo, aliàs quisque posset Curiæ resistendo carceratum ab indebita carceratione eximere.

29 Itaq; instantia creditoris debet esse certa, indubitata, & authentica, ità vt nõ possit hesitati an sit vera, an autem affectata, supposita, vel fictitia. Hinc dicebam non esse puniendũ Petrum Arcionum pœna *l. 1. ff. de effrac. & expil.* propter resistentiam illatam familiæ Curiæ, volenti eum carcerare ob debitum duc. 50. ad fauorem Francisci Sturnini, nam licèt fuisset contrà eum expeditum mandatũ de capiendo ordine Superioris Iudicis, illud tamen erat scriptum in calce cuiusdam memorialis porrecti sub nomine d. Francisci, sicque dicebã non constare certè, & indubitatè de instantia creditoris, qui non erat præsẽs, nec interfuit in carceratione, & hoc corro-

30 borabatur de iure, nam regularitèr memoriale non probat fuisse porrectum ab eo, qui supplicando petit. vt authoritate *Prece.* dicit *Consiliar. Theod. alleg. 60. n. 6.*

31 Secundus casus est, si familia Curiæ excederet modum in exequendo pro debito ciuili, seq; tyrãnicè gereret (vt accidit in dies) tunc potest ei fieri violentia, & impunè non parere citrà metum pænarum, & referuntur quamplura exempla. Primum de eo, quem vi volebat familia Curiæ ad carceres ducere, non obstante quod obtulisset solutionem quantitatis, pro qua carcerabatur. Secundum de eo cui volebant seruientes Curiæ exequi omnia bona mobilia suæ domus, & asporrare ad Tubittam, siuè præconem, pro debito vilissimæ quantitatis nonnullorum carolenorum. Tertium omissis aliis de eo, cui volebant capturare equum pro debito iuliorum septem tantùm, & debitor offerebat pignus duplicati valoris, *Bart. in l. contrà nostra, C. de executor. & exact. lib. 12. Corset. in suis singul. verbo Officiali excedenti modum, & Paris de syndic verbo resistentia, n. 8. vers. Facientibus vltrà modum,*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Exulatus ab aliquo loco non frangit exilium, licet inueniatur in aliqua Ecclesia sita in loco prohibito, n. 1.

Exulatus non frangit exilium, si iterfaciens transeat per locum prohibitum, n. 2. Cum ampliatione, etiam quod ibi aliqualem moram faceret, vt comederet, biberet, & quiesceret, n. 4.

Statutum prohibens frumenti extractionem extrà Ciuitatem, non comprehẽdit eum, qui alibi emit frumentum, vt illud asportaret in patriam suã, licet transeat per locum prohibitum, n. 3.

Statutum puniens vicinos, qui permittunt bannitos stare in certo loco, non intrat, si permittant bannitos transire tantum per illum locum, n. 5.

Delictum si non adest, vel non probatum in principali, non potest adesse in accessorio, puta in pratenso auxiliatore, n. 6.

Exulatus si mittatur à Domino suo pro Ambasciatore ad locum sibi prohibitum, non incidit in pænam fracti exilij, n. 7.



AD CAPVT CXVI.

Additio.



1 Xulatus ab aliqua Ciuitate, quod non incurrat in pœnam fracti exilij, si inueniatur morari in aliqua Ecclesia sita intus territorium loci prohibiti, ex quampluribus probauimus *sup. in addit. ad cap. 44. n. 13. & 14.* & sunt applicabilia pro corroboratione omnia ibidem pondreata à *n. 5. vsq; ad n. 12.*

2 Secundò non frangitur exilium, si exulatus iterfaciens, per locum prohibitum transierit, non animo faciendi ibi moram, *Reg. Rouit. in prag. 1. de guidat. n. 17. Baldax. de Angel. in addit. ad Gizzarell. decis. 23. n. 7.* & omnium melius *Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 28.* dicentes, solum, simpliceimq; transitum per locum vetitum, non frangere exilium. Hinc si statu-

3 to prohibeatur sub certa pœna extractio frumenti ab aliqua Ciuitate, illud certè non habebit locum, si aliquis alibi emat frumentū, vt illud asportaret ad patriam suam, licèt transeat per eam Ciuitatem, in qua prohibita reperitur extractio, vt notantèr dicit *Bar. in l. catera 53. §. Sed & si quis, ff. de legat. 1.*

4 Quinimò in propria exilij materia subdit *cit. Nouar vbi sup. à n 5. vsq; ad fin.* quod exulatus ab aliquo loco non incurrit pœnam fracti exilij, si iterfaciens per locum illum transierit, quamuis ibi aliqualem breuem moram fecisset, in aliqua Taberna vt comederet, vel biberet (addo) vt aliquantulum requiesceret, alijsq; corporis necessitatibus succurreret, adeò quod si capiatur debet relaxari, nec pœna aliqua affici, vt itidem tenent *Anchar. consil. 75 n. 5. & 6. Nellus tract. de bandit. par. 1. quæst. 58. & Caphal consil. 204. n. 13. & 14.* Ex

5 quibus rectissimè *cit. Nell* infert ad statutum, per quod prohibetur sub certa pœna vicinis alicuius loci, nè ibi morari faciant certas personas, concluditque, quod si forte permittant eas per transitum morari in loco illo, & in hospitio comedere, bibere, ac quiescere, non sunt in pœna statuti, ea ratione, quia si banditi ipsi principales non possunt puniri pro simplici transitu, eo minùs puniri valent vicini, qui vti accessorij considerantur, non obstante quod transitorium accessum non pro-

6 hibuerūt; nam regulariter si delictum in principali non consideratur, nec in accessorio adesse potest, ex regula *tex. in l. cum principalis. & in l. nihil dolo, §. cum principalis, ff. de reg. iur. cap. accessorium, eod. tit. in 6.* vndè inoleuit axioma inter Criminalistas, quod vbi non apparet de delicto principalis, non potest procedi contrà alios vti auxiliatores, & fautores *cit. Anchar. consil. 216. sub n. 5. in fin.*

7 Postremò non frangitur exilium, si exulatus mitteretur à suo Domino pro legato, siue Ambasciatore, ad Dominum loci, à quo legatus ille exulatus erat, vt dicebat per illum *tex. Ang. l de Perus. in 5. Reuerendissimi verò Apocrisari, Auth de Sanctis Episc. n. 29. ad finem*, cuius; sententiam vti singularem, refert, & defendit *Petr. Gaball. resol. cri. centur. 2. casu 150.* vbi multa etiam cumulat circà legationis, & ambasciariæ officium.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Familiares Episcoporum, & Archiepiscoporum fruuntur priuilegio fori, n. 1.

Amplie idem in familiaribus Episcoporum, & Archiepiscoporum titularium tantum, n. 2. Sed intellige, vt n. 3.

Episcopi, & Archiepiscopi titulares tantum, sunt verè tales, n. 4.

Episcopalis, vel Archiepiscopalis Curiæ Ministri, sunt de foro Ecclesiæ, n. 5.

Item etiam familiares Apostolicorum nunciorum, & legatorum, n. 6.

Sed intellige prædicta omnia, quia vera sunt tantū, quia probantur ex sententijs DD. non quod iurè sit iure expressum, n. 7.

Ideò seruanda sunt, nisi alitèr de Consuetudine seruetur, n. 10.

Et qualis sit Consuetudo huius Ciuitatis Neap. in hoc articulo, n. 11.

Decreta, & determinationes Sac. Congregationis, vt probent, obligent, vimq; legis obtineant, quæ requisita requirantur, latè, n. 8 & 9.

Familiaris alicuius Episcopi, vel Archiepiscopi, vt quis dicatur, quæ concurrere debeāt copulatiuè, & quid sufficiat, n. 12. & 13.

Famuli familiarium alicuius Episcopi, Archiepiscopi, & simil. quando etiam familiares dicantur, vt solitis priuilegijs potiantur, quidué requiratur, n. 14.

Coloni partitarij Episcoporum, non gaudent priuilegio fori tanquam familiares, & quare, n. 15.

Exhibens se seruitijs alicuius Prælati Superioris sua spontè, & gratis, non potitur priuilegijs famil a... um, n. 16.

Literas familiaritatis habens, absq; seruitio, & commensalitate, non gaudet priuilegijs familiarium, n. 17.

Familiaris alicuius Prælati Superioris, si priusquā expleuisset quadrimestre in seruitijs, & commensalitate, vocetur ad iudicium sæculare ob delictum, vel causam ciuilem, non declinat forum, & quare, n. 18. & 19.

Obla-

SVMMARIVM.

Oblatorum materiam quis latè pertractet, num.1.
Oblationum species plures sunt, & quæ, num. 2.
Oblati tunc tantum priuilegijs oblatorum potiuntur quandò omnia bona sua præsentia, & futura, cum persona eorum alicui Ecclesiæ dicarunt, illi inseruiendo, habitando intra Claustra Monasterij; & habitum sæcularem dimittendo, aliàs secùs nu. 3. 4. 6. & 7.
Oblatio facta de persona si est nulla propter deficientes circumstantias, est quoque nulla oblatio facta de bonis, & potest reuocari donatio, num. 5. & 9.
Oblatus reseruans sibi vsumfructum bonorum donatorum, non efficitur oblatus, neque potitur priuilegijs oblatorum, num.8.
Oblatus potest reuocare donationem bonorum, si ei non obseruentur promissa, num. 10.
Causa finalis quæ fuerit, cognoscitur ex præfatione contractus, num.11.
Item ex verbis, quæ totam dispositionem respiciunt, num.12.
Item ex causa, sine qua quis non disposuisset, num.13.
Donatio cessat cessante causa finali illius, num. 14.
Causa finalis vocatur obiectum intentionis, & fons omnium causarum, num. 15.
Actus correspectiui dicuntur inter se inseparabiles, num.16. Et in eis posito vno ponitur, & alterum, & sublato vno, tollitur, & alterum, num. 17.
Promissio facta donanti à donatario, etiam post donationem dicitur correspectiua donationi, num.18.
Actus correspectiui dicuntur inter se facti, vnus in sequutionem alterius num. 19.
Eremitæ dicuntur de foro Ecclesiæ, num. 20.
Contrarium num.21. & 23. Quinè Eremitæ sint verè Ecclesiasticæ personæ, num. 22.
Ill.D.Antonius Nauarrete Marchio Latertiæ, ac Regius Consiliarius laudatur, num.24. Itemq; Dom.D.Franciscus eius filius, num.25.
Confraternitates Laicorum sunt de iurisdictione Regia, num.26.
Monachæ Bizochæ, seù Tersiariæ concurrentibus duobus requisitis sunt Religiosæ, & de foro Ecclesiæ num. 27. nec comprahenduntur sub statutis laicorum, num. 28.

AD CAPVT CXVII.

Additio.



POst quam plura scripsisse de familiaribus Episcoporum, & Archiepiscoporum, de quibus principalitèr in præsenti pertractat Spectab.Dom. meus, eatamen omnia quamuis impressa, vt patet ex summario posito in fine præcedentis folij, libuit mihi de consilio doctissimorum amicorum abolire; Propterea ea de familiaribus omissa tractatione, insequendo nihilominus Spectabilis Authoris stylum, loquar primò.

De Oblatis.

1 **D**E huiusmodi personis latissimè nouitèr ratiocinatur R.P. *Hyacintus Donatus Ordin.Prædicat.in prax.Regular.tom.2.tract.13.per totum*, vbi viginti sex quæstiones circa oblatorum personas, & oblationum qualitates vtilitèr format.

2 Ego autem nè solo cum hoc Authore pertransire videar, dico breuitèr, quod oblatorum species plures sunt inter se distinctæ, & diuersos parturientes effectus; Quidam enim se, & bona omnia alicui Ecclesiæ offerunt, quidam alij se tantum, & alij quamplures bona omnia dumtaxat, vel partem illorum, vt scribunt *Canonistæ in cap. per exemptionem, de priuileg. in 6. in cap. priuilegia, eod.tit. & DD.in auth. ingressi, C. de sacrosan.Eccles.Zabarell.consil.21.à num.2. Abb. consil.102 num.1. part. 2. Calter. consil. 31. de regul.Boer.decis.20.num.7.* quorum plerosque allegat *Cardin.Tusch.pract.conclus.lit.O. conclus. 16.num.10.cum seqq. Barbos.in iur. Eccles. lib.1. cap.39.§.2.num.44.Nauar.consil.49. nu. 1. lib.2. tit.de regul. Leazan.quæst.moral.tom.2. cap.8.nu. 5.cum pluribus seqq.&Marant.respons.iur.lib.3. respons.65.num.26.& lib.4.respons.6.num.12.*

3 Posito hoc dicimus eos tantum oblatos personas Ecclesiasticas iudicari, & sic fori priuilegio potiri, qui se, & bona omnia præsentia, & futura alicui Ecclesiæ perpetuò dicarunt, quiuè habitum sæcularem dimiserunt, & religiosum susceperunt, inseruiendo Ecclesiæ illi, & habitando intra claustra Monasterij, aliàs autem secus, vt ex DD. allegandis infr. *num.6. &*
4 *7.* qui etiam concludunt, quod huiusmodi oblati non habitantes intra Claustra Monasterij, vel qui habitum non gestant Religiosum, qui-

uè propria bona possident, tanquam sæculares non potiuntur immunitate ab oneribus Vniuersitatum, vt refert in Regia Camera decisum *Hælise. Danz. ad decis. Grammat. 10. à nu. 18. eum seqq.* & comprobantur prædicta omnia per *Capitulum Regis Roberti*, quod incipit *Priuilegia, sub tit. de oblationibus*, vbi qualitates, ac circũstantiæ omnes enumerantur, quæ concurrere debent in oblatis, vt se exemptos noscant à Iudicio Sæculari, tàm in ciuilibus, quàm criminalibus causis, vtque exemptionem obtineant à solitis, ac ordinarijs muneribus, & oneribus realibus, & personalibus.

5 Ex quibus in vna facti contingentia dicebam, quod si quis se, & bona alicui Ecclesiæ offerat, si oblatio de persona facta propter deficientia requisita esset nulla, inualida quoque iudicanda erit oblatio, seù donatio de bonis facta, ità vt ob id sit locus pœnitentiæ, & reuocationi donationis bonorum; super quo puncto consultus semel, ferè inuitus, vt amico indulgerem, breuitèr in præterito anno 1664. in hunc qui sequitur modum respondi.

Iesus, Maria, Ioseph.

6 Oblatio de se facta à Magn. N. Ecclesiæ N. est euidentèr nulla propter necessarias circumstantias, quæ deficiunt, nam licèt oblationum species plures sint, tamen ad effectum consequendi priuilegia oblatorum, qualis præcipuè est exemptio à iurisdictione ordinarij Iudicis, opus est quod quis se, bona omnia præsentia, & futura perpetuò dedicet, quodue habitum sæcularem dimittat, & religiosum suscipiat, & quod intrà Claustra Ecclesiæ, cui se obtulit inhabitet, *Leazan. quæst. regul. tom. 2. cap. 8. num. 8. eum seqq. Giurb. consil. erim. 21. num. 1. & 10. Barbos. de potest. Epis. lib. 2. allegat. 12. num. 39.* cum alijs penès *Marant. respons. 64. num. 2. lib. 3. & respons. 6. num. 13. & 14.* addo *Nouar. de elect. for. sect. 1. quæst. 36.* quem sequitur *Danz. ad Gramm. decis. 10. num. 11.* & *Sanfelyc. decis. 1. num. 10.* videndusque *Vbald. tract. de oblat. fol. 159.* & *Quaraut. in summ. Bullar. tit. de priuileg. regular. fol. 404.*

7 Omnes istæ circumstantiæ in casu nostro deficiunt, quia dictus Magnif. N. non omnia bona sua præsentia, & futura obtulit, sed tantùm partem bonorum præsentium, solitum, assuetumque sæcularem habitum non dimisit, nec tandem intrà Claustra dictæ Venerabilis Ecclesiæ se contulit, igitur oblatio est nulla, vt fuit decisum per *Sacr. Congregat. in anno 1627.* teste *Nouar. in Lucer. Regular. verb. oblati*, & *Laurent. de Peyer. de priuileg. regular. in comment. ad Const. Iulij II. cap. 3. num. 34.* cit. *Leazan. d. cap. 8. num. 8.* & plenissimè *Barbos. in lib. Apostolic. dec. collect. 531. num. 5.* legendus omninò.

8 Quinimò reseruauit quoque sibi vsumfructum dictæ partis bonorum donatorum, igitur oblatio est nulla, vt annuunt omnes DD. supra allegati, & ante omnes *Federic. de Sen. consil. 273. versic. ad octauum in fin.* dicens, quod retinens propria bona, vel vsumfructum illorum (vt in currenti casu) non potitur priuilegijs oblatorum, quia oblatio est inualida, docet etiam *Spectabil. Domin. meus Reg. Donat. Anton. de Marin. resolut. iur. lib. 1. cap. 117. num. 7.* & est quoque prouisum per legem huius Regni, vt in *Capit. Regis Roberti*, quod incipit, *Priuilegia sub tit. de oblat.* & notat *Afflict. in Const. Regni, statuimus num. 22. in fin. tit. de offic. Magis. Iustitiar.*

9 Supposita igitur inualiditate oblationis factæ de persona, sequitur tanquam per necessarium consequens nullitas etiam donationis, seù oblationis de bonis stipulatæ, vt in puncto dicebat *Card. n. Zabarell. consil. 21. num. 3. & 4. versic. sed præsupposito*, volens expresse, quod si oblatio facta de persona est nulla, inualida quoque est oblatio de bonis, quia qui se offert cum bonis suis, vel parte illorum alicui Ecclesiæ, videtur stipulari contractum quendam innominatum, scilicèt dò, vt facias, sicuti fecit dictus Magnificus N. qui partem bonorum suorum donauit, dummodò oblatus efficeretur; Sicque igitur cum bonam, atque iuridicam oblationem non fuerit assequutus, ex supra ponderatis, remanet donatio bonorum inualida, vt itidem in terminis dicebat *Paul. de Castro* de quodam oblato, qui partem bonorum sibi reseruauit, *consil. 69. visa quadam commissione vol. 1.* signantèr *in fin.*

10 Accedat etiã ad corroborationem prædictorum authoritas *Bald. in l. 2. C. de condit. ob caus. sub num. 5. versic. Et est mens tenendum*, dicentis quod si donantibus bona sua Ecclesijs, & Hospitalibus, non obseruantur promissa, recuperãt donata, & ad residentiam minimè tenentur, sicut idem *Bald.* in simili voluit *consil. 240. in fin. lib. 5.* & nouissimè *R. P. Donat. in dicta sua prax. Regular. tom. 2. tract. 13. quæst. . . . in fin.* Igitur cum in casu nostro promissa dicto Magnifico N. non fuerint iure legitimo sequuta, nam oblatio cuius intuitu donauit inualida est, sequitur vt bonorum donatorum reuocatio nullatenus queat impediri, applicãdo ad hoc terminos *tex. in l. 2. & tot. tit. C. de cond. ob caus. & ff. caus. dat. & non sequut.*

11 Quod autem hæc ità sint de iure, ponderandum apprimè præcor, quod oblatio obtinenda fuit causa finalis donationis prædictæ, nam in præfatione illius, donãs dixit expresse: *Et con volere essere esso Clerico N. oblato di detto Glorioso Santo.* & quæ in prohæmio exprimũtur causam finalem dispositionis indicant, *Bar. in l. fin. num. 3. ff. de hæred.*

red.instit.Deci.consil.66.num.5.& consil.661.
num.2. & consil. 675.num. 9. & consil.683.
nu.7.Cardin.Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib.6.tit.12.num. 30. Gratian. discept. forens.
tom.4.cap.764. num. 8. Dominus Regens Ca-
pyc.Galeot.contr.iur.lib.1.contron.50.nu.42.
& contron.10.num.7.lib.2.& Io:Baptist.Ciar-
lin.contr.forens.tom.1.cap.14.nu.6. & cap.54.
num.3.

Suprà pōderata causa reperitur quoq;effi-
cacius repetita in corpore mentionati con-
tractus,in quo Illustr.N.Abbas,donationem
prædictam acceptans, & recipiens, aliud
versa vice nō promisit, nisi quod donantem
oblatum facere,& in oblatum recipere, per
hæc verba. Et versa vice detto Illustrissimo
Signor Abbate accetta la sudetta donatione
fatta per detto Clerico N. à beneficio di detta
Chiesa con le sudette conditioni,& accetta det-
to Clerico N. per oblato di quella,e come tale
debbia godere tutte l'immunità, prerogatiue,
esentioni,Priuilegij, & altro, che banno soluto
godere,& godono tutti li oblati di qualsiuoglia
luogo Ecclesiastico, & signantèr di detta Vene-
rabile Chiesa.

12 Et causa quæ totam dispositionem respi-
cit vocatur finalis Cardin. Mantic. loc. supra
citat.num.25. & plenè Dominus Reg. Donat.
Anton.de Marin. Resolut. iur. lib. 1. cap. 85.
13 num. 3. Sicut etiam dicitur finalis, quando
sine ea quis non disposuisset l.damus 52.ff.
de condit.indeb.l.in summa 65.§.sed agere, ff.
eodem tit. Bald.in leg.auia num.24.C.de iure
doti. Castrens.in leg.2.§.si titio decem num.2.
ff.de donat. Gratian. discept.forens.lib.3.cap.
498.num.38.& tom.4.cap.764.num.9.Reg.
Tappia decis.Cancell.2.num.73.cit. Dominus
Reg.Capyc.Galeot.controuers.iur.lib.2.dicta
contron.10.num.11.& Dom.Consiliar.Hodier.
ad Surd.decis.68.num.16.

14 Supposito itaque pro indubitato, quod
finalis causa donationis fuit oblatio, quam
donans apprimè consequi optabat, sequitur
quod cum eam non fuerit assequutus, do-
natio ipso facto debeat cessare, quasi cesset
causa finalis illius Guid.Pap.decis.632.num.3.
Grammat.decis.59.num.5.& 6. Franch.decis.
1.num.7.Cenci.decis.Rot.Roman.373.num.8.
Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.24.num.
2.cum sequentib. Cancer.variar.resolut.lib.3.
cap.21.num.232.& Fontanell.de pact.nuptial.
tom.1.claus.4.glos.1.sub num.53. Ea potissi-
15 mum ratione, quoniam causa finalis voca-
tur vnicum obiectum intentionis, & om-
nium causarum fons Cardinal. Mantic. dicto
tractat.de tacit, & ambigu. conuent. tom. 1.
lib.3.tit.12.num.16.& 18. Adeò vt si præca-
uisset dictus Magnificus N. se oblationem
non fuisse assecuturum, vtique non dona-
uisset, cum ea de causa, ac ratione donaue-
rit.

16 Quæ omnia alia palpabili ratione corro-
borantur, nempè ex natura actuum corre-
spectiuorum, qui talis sunt efficaciæ, vt di-
cantur inter se inseparabiles, & indiuidui
Aym.Crauet.cōsil.356.in princip.adeò vt vno
sublato,alterum nequit stare,ex iuribus alle-
gatis per eundem Crauett.consil.16.num.4.
consil.179.num.13.consil.230.num.2.& con-
17 sil.246.num.4 vbi semper, & interatò dicit,
quod in correspectiuis actibus posito vno,
ponitur,& alterum, & sublato vno, tollitur
& alterum, quia non debent, neque possunt
inter se vario, diuersoque iure regulari, per
tex.in l.etiam, §.ex causa, ff.de minor. Ergò
cum in casu nostro,oblatio,quæ iudicanda
est vti correspectiua ad donationē sit nulla,
inualida etiam,&ipsa donatio iudicanda est.

Et quod pactum oblationis assequendæ sit
correspectiuum ad donationem de bonis fa-
ctam,ex eo patet euidentèr, quia in eodem
contractu per modum conditionis, & prin-
cipalis promissionis appositum reperitur,
18 proptèr quod intrat punctualis doctrina
Mascard.de probat.conclus.564.in fin. dicen-
tis, quod si donatarius se obligat ad aliquid
versus donantem, etiam post donationem,
talis promissio diceretur correspectiua ad
donationem, & illius contemplatione facta,
sicuti obseruatur in casu nostro, nam vt su-
pra plenè annuimus, non solum donans ipse
eo tantum animo donauit, vt oblationem
assequeretur, verùm & ipse donatarius Ec-
clesiam representans, pacto expresso cum
in oblatū recipere,&oblatū facere promisit.

19 Quarè si præcauisset memoratus N. bo-
nam,validamque oblationem se non fuisse
assecuturum, donationem minimè fecisset,
ex eadem natura actuum correspectiuorum,
quorum vnus videtur factus contemplatio-
ne alterius, & vnum ego non fecissem, si
alium tu non fecisses, doctè Tiraquell.de re-
tract.lignager.§.23.glos.1.num.3.cum seqq.
vsque ad n.9.dicens quod nemo contradicit,
sequitur Surd.consil.217.num.20. vbi intèr
alios in puncto citat Alciat.consil.149.qui sa-
tis doctè loquitur ad propositum.

Et ita iuris esse censeo,maturiori tamen
saluo consilio, Neapol. 25. Mensis Iulij
1664.

De Eremitis,

20 Status Eremitarum,cōcludunt DD. quod
est approbatus ab Ecclesia, nam appellatur
status pœnitentiæ,sicq;dicunt Eremitas,qui
in solitudine vitam ducunt esse de foro Ec-
clesiæ,& exemptos à Iurisdictione laicorum,
nam licèt certam regulam non seruent, cer-
tumq;Superiorem regularem non recogno-
scant,tamen caput eorum Deus est, quia cō-
tinuò ei lacrymas,preces,& pœnitentias of-
ferunt glos.in Can. Qui verè 16. quæst. 1. vbi
etiam Io.Ant.Turr.Cremat.Butri. & Felin. in
cap.

*cap.1.de for.compet.Decian. tract. crim. lib.4. cap.9.nu.33.& 35.Farinac.tract.de inquis. qu. 8.sub nu.46.ampliat.20.Sperell. decis.for. Eccles.6.num.*45.& latè *Bocr.tract. de statu, & vita Eremit.nu.*13.& 14.

21 Contrarium tamen sentiunt *Guliel. de Cune.Franch.Io.de lignag.& sicul.* quos sequitur *Aufrer.ad Cappel.Tholos.decis.*8. *nu.*2. dicens Eremitas non potiri priuilegio fori, idemq; mordicus nouissimè tutatur *Io;Baptist. Bilot. decis.Beneuent.*41.vbi latè interpretatur, & respondet singulis iuribus, quæ in contrariũ allegantur, & adducit plures alios authores pro hac parte, præsertim *Bellug.in spec.Princip.rub.*11. *§. videndum*, quidquid ibi *Borrel.* dicat in addit. necnon *Rot. decis.* 2. *de sentent. excom.in antiq.& summ.Angel.verbo, Eremita,in* 1.*part.*addo *Lassart.cap.*19.*num.*89.

22 Dicit tamen cit.*Bilot.*duo tantum Eremitarum genera potiri priuilegijs, de quibus in prima opinione. Primum in Monaco, qui vt magis solitariam, & quietam vitam duceret, habita priùs Superioris sui licentia, eremum petijt ex *tex.in cap. vnic. de excus. Prælat. & in cap.priuilegium de ver.sign.in* 6. Secundum in eo, qui posuit se sub obedientia alicuius regularis Superioris, eique continentiam, & obedientiam spopondit, ex *Siluestr. in summ. verb.Ecclesia, quæst.*5.*& verb.Eremita, quæst.* 1.& alijs.

23 Ego teneo hanc sententiam, amplexando tradita per Episcopum *Gennens. in prax. Eccles. cap.*46.*num.*4. vbi multa contra Eremitas inuehit, & testatur eos non admitti per totam Neapolitanam Diœcesim; Plerumque enim solent esse exploratores, & receptatores bannitorum, tenentes secreta colloquia intrà Ciuitates cum protectoribus illorum, & non lõgè decursis annis hiscè oculis vidi quemdam Eremitam, qui paucis diebus manebat in cella, & alijs per hanc Ciuitatem vagando crapulabatur per tabernas, & domos diuersorum amicorum; Propter quod diligentèr ad hoc animaduertendum
24 esse semel mihi dixit Ill. D. Antonius Nauarrete Marchio Latertiæ, Miles Sancti Iacobi, ac Regius Consiliarius mæritissimus Aulæ Decanus, qui quam virtutibus, ac preclara nobilitate clarescat, gesta eius, & authores attestantur, cuius in gubernãdo prudentia, in iudicando integritas, sed præcipuè in coercendis hominum excessibus, ab historicis etiam longè exteris, vti exemplaris ce-
25 lebratur: Eique non dissimilis est Dom. D. Franciscus Nauarrete eius dignissimus filius, qui licet vix vigosimum sextum annum attingat, multa tamen in ea tàm florenti ętate sanè mirabilia operatus est, vt præsertim *Potentissimi Regis Nostri* Prouincialibus subditis consuleret, eosque liberaret à tyrannide exulum, quorum tantus erat numerus, tantaq; audacia, vt in præterito anno 1664. deperdito ferè commercio, amissaque negotiandi libertate, nullis erat libertas liberior, quam exulibus; sed tãta fuit memorati Dom. D.Francisci, eo tempore in Prouincia Salerni Auditoris, cum commissione Consultoris Campaneæ, prudentia, & illata formido, vt bræui tempore, summis tamen laboribus, & nõ sine vitæ discrimine, cunctos trasfatores partim ad veniam reduxerit, partim verò morti tradiderit.

Hactenùs digressus sum, solum vt animaduertam, quod status Eremitarum (de ijs tamen loquendo, qui sine obedientia, & regula viuunt) vitetur, quemadmodum vitari in Diœcesi Neapolitana *cit. Gennens.* testatur, nè prauis hominibus opere illorum facilior sit intèr syluas, & montaneas delinquendi occasio.

De Confraternitatibus laicorum.

26 Istæ Confraternitates secũdũ opinionem *Couar.pract.quæst. cap.*36.*nu.*8. sunt subiectæ iurisdictioni Regiæ, etiam si adhæreãt alicui Ecclesiæ, a quibus nomen trahunt, vel alicui pio operi incumbant; & hoc ea ratione, quia personæ omnes, ex quibus constant tales cõfraternitates, sunt laicæ, earumq; vocibus, & suffragijs solet creari Rector paritèr laicus, & sic sunt prorsùs independentes, & separatæ ab aliqua Ecclesiastica dignitate, eandẽq; sententiam prosequitur *Gutier.comm.quæst. lib.*1.*cap.*3.*num.*19.cum alijs, quos refert cit. *Parlador.d.differen.*5.*§.*1.*n.*9.

De mulieribus mantellatis.

27 *Cit.R.P.Hiacint.de Donat.in d.sua prax. regular.tom.*2.*tract.*16.fusissimè de his ratiocinatur per plures quæstiones, *sub tit. de Tertiarijs extra septa Monasterij*, vt apud eum videre est; Ego autem breuitèr pro nunc affirmandum moneo, quod hæ mantellatæ mulieres, quę alio nomine nuncupantur Monichæ Bizochæ, & Tertiariæ, sine scrupulo potiuntur priuilegio fori, & Canonis, si castitatem vouerunt in manibus alicuius Superioris regularis, habitumq; religiosũ gestent, quamuis indè in domibus proprijs, vel consanguineorum suorũ viuãt, vt determinauit *Sac.Congregatio in annò* 1608. quæ declarauit tales mulieres pro personis religiosis, eiusq; tenorem referunt *Nouar.in sum. Bulla. tit. de tertiarijs fol.*658.*& Ciarlin.contr.forens.lib.*1. *cap.*18,*n.*14.15.*&* 21. legendus latè *Gratian. discept.forens.tom.*5.*cap.*958.*nu.*26. *cum seqq.* vbi concurrentibus supradictis qualitatibus, non dubitat quin dictæ mulieres mãtellatæ sint de foro Ecclesiæ, vt latiùs tutabatur *D. Consiliar.Petr.Carauit.* in quadam contingẽtia, eiusque allegationẽ, profectò notatu dignam, registrandam, curauit *Spectab.D.meus tom.*3.*allegat.*104.*per tot.* vbi manifestè con-

stat

flat.statum harum monialium fuisse plu ies, per quamplures Summos Pon ifices appro batum, fuisseq; ad fauorem ea um decisum per S. C. remittendo eas ad Iudicem Ecclesiasticum, idem etiam tenet *eit. Sper ll. decis.* 16 *n.45. lib* 1. subdens, quod statuta laicorū,
30 non cōprehendun huiusmodi mulieres mātellatas, seu monichas bizzochas, vti religiosas,& personas ecclesiasticas,concurrentibus tamen requisitis necessarijs, ex *Decian. tract. crim.d lib.4.cap 9.n 34 Farinac d.t. act.de inquis. quaest.8. sub n 46.amphat. 20. & Beitaz. tract.de claus claus 7 glos. 19. n.15.*

Io: *Leonardus* Rodoerius.

S V M M A R I V M.

Tempore feriarum omnes actus indiciarij, qui expediuntur, sunt nulli, n.1.

Sent ntia lata tempore feriarum est nulla, n.2. nec potest validari de consensu partium, n.3.neq; cōsi mari in gradu appellationis,n.4.

Executio sententiae uielata potest fieri tempore feriato pro necessitatibus hominum, n 5. non autē tempore festiuo in honorem Dei, n. 6. & reijcitur Cnria. Pap.n.7.

Ci ari nemo potest tempore feriato, n. 8.

Mandatum de citando non potest expediri tempore f riato, n. 9. Sed contrarium est verius, ex rit. M.C.vbi talia mandata possunt expediri etiam die Paschali, n.10.

Testes tempore feriarum non possunt nec vocari, nec examinari,n.11.Sed limita in tribus casibus, n.12.13.& 14.

Audientia testium potest committi non obstantibus ferys, n. 15.

Contractus possunt celebrari diebus feriatis, & festiuis,cum peccato tamen, n.16. Sed vid. n. 18. & 19.

Obliga iones penès acta possunt capi tempore feriato, n. 17.

Transactiones iurata p ssunt fieri in diebus festiuis in honorem Dei, n 2.

Inimicitia capitalis oritur inter litigantes, n.21.

Feriae vindemiarum,& messium non iuuant ijs,qui vinaemys, & messibus non sunt occupati, n.22, Author defendit contrarium,n.23.

Actus facti tempore feriarum parte non contradicte valent, n.24.

Ferijs vindemiarum possunt partes renunciare,nō autem ferys inductis in honorem Dei, n.25.

Ferijs si fuerit renunciatum à partibus, renunciatio haec non praeiudicat Iudici,& testibus,n.26.

Feriarum tempore, etiam in honorem Dei potest procedi ab arbitratore ad laudum, n. 27.

Item contrà latronem insignem, n.28. Et de ratione, n.29.

Item in causis criminalibus, n. 30. & praecipuè in causis barcsum. n.31.

Item si adesset suspicio fugae, quia potest capi debitor suspectus,n.32. & de ratione,n.33.

Item in ca sa fructuum, qui sunt breui tempore perituri, n.34.

Item causa fiscales,& publica n.35.

Item causa liquidationum instrumentorum, n.36.

Item causa Magistratuum, n. 37.

Item Sindicatus Officialium, n.38.

Item causa expulsioni. Fabri malleantis prope domum, n.39.

Et p stremò causae piae vtputa dotis,dationis Tutorum,& Curatorum,causa pupillo um,& miserabilium personarum, causa sala. y famuli pauperis,& alimentorum,cum declaratione, vt la è n. 41.

Possessorij causa, an possit tractari diebus feriatis, remissiue, n.41.



AD CAPVT CXVIII.

Additio.



1 Tempore feriarum nequeunt Iudiciales actus exerceri,sub paena nullitatis illorum, eo enim tempore quasi suspensa esset Praetoris iurisdictio, quiescit Curia, delitescit aduocatio,silet otrida praeconis vox ,& respirant à controuersijs litigantes per aliquale foederis interuallum,vt Consulti,& Imperatores statuerūt in tot.tit *ff.& C.de fer. Mangon. decis. Lucens. 25.n.36.cum seqq Farinac. quaest 80 n 55.Gratian.decis.144. n.41. P guer. de ss.n.3. Intrigl. singul.80.n.67 lib.3.& Carauit Rit M C.116. n.80.* ibi; etiam *Anib. Troys. n.1 & 2.* Cūq; haec conclusio trāseat sub regulis vulgaribus, idcircò non insisto in cumulando alios.

2 Sicq; igitur si feratur sententia feriis diebus, nullam penitùs obtinebit vim, & tanquā nullitatis vitio coinquinata, nequibit executioni demandari,*l.1.ff.cit.tit.* cum concordātibus adductis per D D. allegatos à *Barbos. in collect. Doctor.in cap. conquestus, n. 32. de fer. tom.2 Borrell.in prag. Odia litium § 3. glos 4. n.66.de arbitr.& Nouar.in collect ad pragm. collect.95 n.1.* rectissimè subdens, sententiam

3 taliter nullam, nec minùs posse de consensu partium validari,ac ratha haberi, quia cum sit inualida ex defectu Iurisdictionis suspensae, nequit meritò talis defectus suppleri, siue ex tacito, siue expresso vtrarum partium consē-

si,

ſu, vt ſolemnitèr docet Balb. deciſ. 253. & con-
fert Gratian. deciſ. 144 dicens, ſententiam la-
4 tam in diebus feriatis adeò claudicare, vt nec
in gradu appellationis confirmari poſsit, nã
vt aliàs diximus, quãdo confirmabile eſt nul-
lum, confirmatio paritèr nulla eſt, quia non
habet firmum, & validum fundamentum, ſu-
per quo figat pedes.
5 Executio tamen ſententiæ ritè latæ, ſcilicèt
tempore non feriato, poteſt quandocumque
fieri etiam feriatis diebus, pro neceſsitatibus,
& voluptatibus hominum Bar. in l. 1. §. nun-
ciatio, ff. de oper. nou. nunc. quia nulla in eo exe-
cutionis actu requiritur cauſæ cognitio, imò
neceſsitatibus etiam actoris conſulitur exe-
quendo, vt itidem tenent Innocent. & alij Ca-
6 noniſtæ in cap. fin. de Iudic. Diebus tamen fe-
ſtiuis in honorem Dei, & Sanctorum ſuorum;
hoc penitùs fieri nequit, ex manifeſto edicto
Imperat. in l. fin. C. de fer. vbi expreſsè talis
exequendi facultas in feſtiuis diebus maieſtati
Altisſimæ dicatis interdicitur, atq; prohibe-
7 tur; quò fit vt errauerit Guid. Pap. dec. 215.
qui dum voluiſſet nonnullas disſidentes opi-
niones concordare, cecidit in foueam, putans
quod excepto die Dominico, in omni quocũ-
que alio, quamuis paritèr feſtiuo in honorem
alicuius ſancti, poſsit fieri pignoratio in exe-
cutionem ſententiæ, & licèt Guid. opinionem
ſequuti ſint Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. infrà al-
legandam, Gaball. milleloq. 634. Anne. Rober.
rer. Iudic. lib. 4 cap. 15. per diſcurſum Auend. in
tit. delas exceptiones, n. 25. & Menoch. de arbitr.
Iudic. quæſt. 30. n 16. horum tamen nulla ratio
habenda eſt, nam loquuti ſunt cõtrà expreſsũ
caſum tex. in d. l. fin. vt benè nouitèr aduertit
doctiſs. Parlador. rer quotid. lib. 2. cap. fin. par.
5. §. 4. ferè per totum, fol. 239. poſt Cappell.
Tholoſ. dec. 158.
8 Rursùs feriatis diebus nemo poteſt citari,
& citatus quis non tenetur comparere, tùm
quia iudicia ſilent, tum etiam quia nulliter eo
tempore fuit in ius vocatus, contra edictum
D. Marci, regiſtratum à Vlpiano in l. 1. ff. de
fer. vbi occupati circà rem ruſticam in forũ
venire compellendi non ſunt; idem habetur
per gloſ. in cap. fin. verſic proptèr vindemias, de
Iudic. & eſt ſpecialitèr hoc ipſum diſpoſitum
per Rit. M. C. 116. Marant. in Spec par. 6. mẽ-
br. 2. n. 119. & Muſcatell. in prax. S. C. par. 2.
gloſ. intimato, ſub n. 23. verſic. Quò verò ad
9 ſecundum. Quinimò dicũt alij, vt nec ſimplex
illud mandatum de citando poſsit die feriata
expediri, pro die non feriata, adcò quod ſi cõ-
trarium fiat, citatio indè ſequuta eſſet nullius
valoris, tanquam expedita ſine mandato, ex
regula illa, vt nihil, & inualidum ſint ſynoni-
ma, l. 2. §. 1. ff. quemadm. teſta. aper. l Paulus re-
ſpondit 221. ff de verb. ſignif l. cum qui 7. §. cũ
igitur, in fine ff. de in diem addict. l. ſi ſe non ob-
tulit, §. contemnatum, ff. de re iudic. & l. non
putauit 8. §. non quæris, ff. de bonor. poſſ. ff. contr.
tabul. & in terminis noſtris ità tenent Afflict.
in Conſt. Regn. Si quem, in fine, poſt Abb. in cap.
fin. n. 20. de fer. addo Vant. tract. de nullit. rubr.
de nullit. ex defect. cit. n. 46. circà fin. & Mace-
rat. variar. reſolut lib. 3. reſolut. fin. aliàs 49. n.
16. Mihi tamen hæc opinio maximoperè diſ-
10 plicet, inſpecto quod ſimplex mandatum de
citando non ſolet expediri præuia cauſæ co-
gnitione, nam omnes citationum actus fiunt
de ſtylo, & ſub certa formula, ideòq; non per-
turbatur quies iudiciorum, neq; pars vlla pro
uocatur, vel cogitur ad iudicium venire, &
aliud eſt mandatum de citando, & aliud ipſa
citatio, quæ tantùm feriatis, vel feſtiuis diebus
fieri prohibetur, quam opinionem tenẽt quã-
plures relati per Guid. Pap. cit. deciſ. 215. ſub
n. 2. verſ. Item citatio, Muſcatell. loc. cit. n. 20. &
21 & Caranit. ſuper rit. 167. vbi multos ad-
ducit; Imò quatenus contraria ſententia eſſet
de iure verior, apud nos tamen nõ eſt in pra-
xi, quia vt expreſsè cauetur in d. rit. 117. Man-
data de citando poſſunt relaxari ſub data
cuiuſcumque diei, etiam in die Paſchatis.
11 Teſtes quoque durantibus ferijs, in Iudiciũ
vocari nequeunt, & depoſitiones eorum for-
tè tunc temporis factæ penitùs parti non of-
ficiunt, neq; probationem aliquam produciſe,
Paul. de Caſtr. in l. ſi quando n. 4. C. de teſti. Ma-
ſcard. de probat. lib. 1 quæſt. 5. n. 91. & alij plu-
res relati per Farinac. tract. de teſt. tit. de oppoſ.
contrà exam. teſti. quæſt. 80. oppoſit. 36. n. 55. fol.
335. at. vbi hoc limitat. Primò ſi teſtes die non
feriato iurauerunt, quia tunc intrà ferias poſ-
ſunt examinari etiam tempore feſtiuo in ho-
12 norem Dei, inſpecto quod tempus iuramenti
attenditur, non tempus depoſitionis, gloſ. in
Clem. 1 verbo Iudices, circa med. verſ. Et talis
actus, de offic. delegat. cit. Maſcard. lib. 1. quæſt.
1. n. 92. Viu. opin. 992. n. 2. & Guazzin. ad de-
fenſ. Reor. defenſ. 14. cap 11. addo Guid. Pap.
deciſ. 125. & d. dec. 215. n 3. & Menoch. de ar-
13 bitr. quæſt. 30. in fin. Secundò ſi fuiſſent exa-
minati teſtes de conſenſu ambarum partiũ,
in die tamen feriato, non feſtiuo in honorem
Dei, vel Sanctorum, Corſet. in ſingul. verbo
teſtis il ſecondo. Et Tertiò ſi adeſſet periculum
14 perituræ probationis, quia tunc valent exa-
minari teſtes in diebus feriatis, Abb. in cap.
quoniam frequenter, n. 22. verſ. Vndè puto, vt
l. 1. non conteſt Moatic. in reper. teſt. rub. iurare
quo die, & tempor. debe. fol. 131. col. 2. verſic.
Quartò, addo ſingularitèr Bald. ſingul. 186.
15 nec omittam, quod audientia teſtium poteſt
quandocumque committi, non obſtantibus
ferijs Creſcent. deciſ. vnica de fer. quem ſequi-
tur Nouar. d. collect. 95. n. 5.
16 Poſtremò licèt feriatis tẽporibus, quinimò
& feſtiuis, poſsint celebrari contractus, abſq;
metu nullitatis illorum, cum incurſu tamen
mortalis peccati quò ad dies feſtiuos in ho-
norem Dei, & Sanctorum, vt aduertit Eue-
rard. in centur. argum legal. de tempore ad loc.,

v. rſ.

vers. Hinc etiam, & confert Gait. de credit. cap. 3. tit. 2. n. 28. cum seqq. dicens benè etiã posse
17 hisce temporibus recipi obligationes penès acta, absque quod penitùs eis detrahatur soli- ta via exequutiua, quia quãuis istæ obligatio- nes dicantur actus iudiciarij, sunt tamen vo- luntariæ iurisdictionis, cuius cursus nunquam
18 impeditur; Nihilominùs vt doctè aduertit Pasch. de patr. potest. par. 2. cap. 1. n. 103. quã- do in aliquo cotractu stipulato in die festiuo in honorem Dei, apponitur iuramẽtum, illud tunc nullum operabitur effectum, ex tex. indi- uiduali in cap. 1. de fer. adeò quod si instru- menti vis à iuramento dependeat, tunc pro- fectò remanebit contractus inualidus, quia deficit in salutari suo, vt ex quampluribus maximi nominis authoribus probat cit. Pa- schal. quod idem est ac dicere: Instrumẽtum confectum in die festiuo, non potest pro li- quido produci via Rit. M. C. 166. nam regula- ritèr proptèr periurium incursum liquidatur contrà debitorem, vt docet praxis, atqui cum nullum periurium talis debitor commiserit, quia iuramentum, quod præstitit fuit nullum, ergo, &c.
19 Hodie tamen, quia de communi consuetu- dine huius Ciuitatis, omnes Notarij habent licentiam in scriptis à Reuerendiss. Vicario, stipulandi contractus in diebus festiuis in ho- norẽ Dei, post tñ missarũ sollẽnia, videtur, ꝙ cesset omnis dubitatio, nec est pcedẽs opinio introducenda, quia perniciosissimos secum traheret effectus, inspecto quod frequentissi- mè stipulantur Instrumenta in hisdiebus, & sic omnia essẽt illiquida, quod penitùs concedẽ- dũ non est; Quod si dicat aliquis, non credi Notario dicenti se habere licentiam Superio- ris Ecclesiastici, aberrat à vero; tum quia istæ licentiæ non registrantur, nec adnotantur, & sic ferutrent de vento, nam semper refricarẽ- tur in quæstionem; tum etiam, quia magis credendum est, quod Notarius habuerit li- centiam, quam non, ad euitandam præsum- ptionem peccati, quod committit stipulando instrumenta in diebus festiuis, vt diximus, & in dubio semper capienda est præsumptio ex- cludens peccatum, vt habetur per glos. in cap. 1. de sentin. & Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 13. num. 5.
20 Sed quid quid sit de his quę mihi verissima videntur, hoc pro absoluto habendum censeo, vt scilicèt transactionum instrumenta validis- simè in diebus festiuis celebrari possint, vt manifestè legitur dispositum in d. l. fin. C. de feri. ibi. pacta conferant, transactiones loquan- tur. Imò quod attinet ad iuramentum, etiã ad finem liquidandi, nec minùs puto dubita- tioni locum esse, quin & illud super huiusmo- di contractibus ritè valeat interponi, trahen- do ad hoc verba tex. in d. cap. 1. de feri. vbi no- tantur duo casus in quibus festiuis diebus lici- tè iurari potest, & præcipuus est prò pace. quę non tantum sit intèr præliantes Principes, sed intèr omnes alios, qui inimicitia tenentur; Sicq; igitur dicta verba tex. accomodatissimè adaptantur ad pacem per transactionem in-
21 tèr litigantes faciendam, cum commune sit adagium, veterrimam riualitatem, inimicitiã, ac hostilitatem oriri intèr eos, qui ciuilibus litibus, & quæstionibus vexantur ad inuicem, vnus actione, exceptionibus, ac dilationibus alter Alex. consil. 99. in causa Inquisitionis, sub nu. 1. versic. & ad hoc vol. 1. Io. de Anan. cons. 59. num. 3. Abb. in cap. 2. num. 2. de Indic. Hip- polit. de Marsil. in l. 1. §. prætereà num. 23 ff. de quæst. Gramm. decis. 33. num. 6.
22 Sed redeundo ad ferias vindemiarum, ac messium, capio doctrinam Bart. in l. 1. sub n. 1. C. de agric. & censit. lib. 10. vbi tenet, quod is, qui messibus, vindemijsq; non est occupatus, feriis non iuuatur, quia in eo feriarum causa cessat, quam doctrinam prosequitur Arismin.
23 Tepat. var. iur. sentent. tit. 149. in princ. Con- eradicunt tamen huic sententiæ nonnulli quos sequitur Calà ad pragm. dispendia litium glos. 3. num. 28. qui dicit, vindemiarum, & messiũ ferias iis etiam prodesse, qui nec metunt, nec vindemiant, ob quod nullo pacto possunt in ius vocari, & contrà eos procedi ad actus In- dicarios; Quæ opinio verior de iure est, & du- plici firmissimo fundamento obuallatur, tum nempè, quia alioquin si admitteretur Bar. cõ- clusio, feriæ deseruirent ad augumentum litium inutilium, scilicèt supèr indagatione, vtrum quis rura habeat, nec nè, & an vinde- miis, messibusq; sit occupatus; tum etiam, quia qui rura non possidet, longiori tempo- ris interuallo indiget, vt sibi, & familiæ pro- uideat, quærendo pecuniam, vt vinum, fru- mentum, aliasq; fruges per totum annum, emat, & sic contraria opinio non est tenẽda tamquam perniciosa, & iniusta.
24 Potest tamen in huiusmodi feriis procedi contrà aliquem ad actus iudiciarios, & valẽt acta, si ille feriarum exceptionem non propo- suerit, ita quod videatur tacitè consensisse, & renunciasse feriis, non contradicendo, l. 1. & l. si feriatis 6. ff. de fer. Guid. Pap. decis. 221. num. 3. Borrell. in summ. decis. tit. 30. num. 145. tom. 2 Caranit rit. 192 Brett. consil. 48. num. 2. Afin. in prax. § 3. cap. 7. Balb. decis. 313. Cened. in collect. Iur. Canon. part. 2. collect. 142. sub nu. 1. Franc. Leo in Thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 1. num. 27, & latissimè Gizzarell. decis. 58. vbi addentes; Qui omnes concludunt etiam,
25 quod feriis messium, & vindemiarum, potest de consensu partium, siue tacito, siue expres- so renunciari, ita quod actus omnes, qui eo tempore fiunt, validi sunt, & firmi; Secùs ta- men in festiuis diebus ad honorem Dei intro- ductis, quia illis partes, nec tacitè, nec expres- sè possunt renunciare, nam honor Dei auge- ri debet, non minui, ad quod concordat glos. in d. cap. fin. verbo, propter vindemias, de Iudic.

& in d.l.si feriatis, versic.Volantate, de fer. vbi
Bart.num.2. Menoch.de arbitr.quæst.30.num.
11. Marant.in prax. part. 4.distinct.16.nu.83.
Idem in suis singul. & iur. notabilibus, versic.
Feriis, fol.42.col.1.in fine, Riminald.sen.cons.
595.num.1.cum seq.& num.18.vol.3.Percier.
26 de Resolut.emphij.cap.7.num.10. Quando ve-
rò partes renunciant feriis, tunc talis renū-
ciatio præiudicat eis quòad actus qui volun-
tariè fiunt, non tamen præiudicat Iudici, &
testibus, vt ille Iudicare, & procedere habeat,
impariendo officium suum; hi autem ad Iu-
dicium venire teneantur, ad peribendum
veritatis testimonium, vt benè per Gizzarell.
cit.decis.58.num.8.& ibi Angel. num. 6. & Io-
seph Mele num.15.& 16.in addit.

Sed quia plures sunt causæ, & casus priui-
legiati, in quibus feriæ non attenduntur, ideò
27 eos succinctè enumerabo. Primus in arbi-
tratore amicabilitèr à partibus electo, cui li-
citum est tempore feriato, etiam ad honorem
Dei sententiare, & laudum proferre, citrà
metum nullitatis, quidquid sit in arbitro iu-
ris Bar.in d.l.si feriatis, num.2.ff. de recept.ar-
bitr. & Menoch.d.quæst.30.num.17.
28 Secundus in Latrone Insigni, & famoso,
qui etiā die festiuo, & Paschali torqueri, ac ad
furcas demādari pōt, ad tex.in l.prouinciarū,
& ibi glos.C.de feri. Paul. de Castr. & Alex.in
l.Diuus Traianus. ff.eod.Boer.decis.259. sub n.
8. Franch.decis.259. Francis. Marc. decis.419.
Io.Grand de Beil.exul.quæst.2. Petr.ad Grām.
decis.32.num.2. Caual. commun. contr. comm.
quæst.760.num.27.28.& 29.qui dicit, quod
non potest fieri malus sacrificium Deo, quam
vt hi, qui in suam, & aliorum perniciem diua-
gantur, competenti debeant rigore compe-
sci, ex tex.in cap. tali 23.q.5. subditq; cum
Senec.quod non potest pignuior victima Deo
mactari, quam reus iniquus, & in effectu ita
refert decisum cit.Gizzarell. d.decis.58.num.
13 & Reg.Sanfel.decis.173. & cōfert ad cor-
29 roborationem id quod tradit Lanfranch. in
cap.quoniam contrà, verbo, Citationes, de prob-
bat.dicens, quod delictorum Atrocitas non
meretur dilationem temporis, & quandoq;
enormitas criminis permittit, quod receda-
tur à legibus, & à regulis iuris, l.1.C.de præ-
cib.Imper.offerend. Bartholom.Cepoll.in tract.
de pau.fur cap.144.num.54.fol.478. & Meno-
chi.de Arbitr.lib.1.quæst.84.num.9.
30 Tertius in omnibus, & singulis causis cri-
minalibus procedi potest in diebus feriatis,
dummodò non sint feriæ in honorem Dei,
Bart.in l custodias num.4. ff. de public. Iudic. &
hoc nè innocētes indebitè intrà carceres per
totas ferias macerentur; Nocentes verò pœ-
31 nis debitis differant subite: Hinc in causis
hæresum, etiam in diebus festiuis ad honorē
Dei, & Sanctorum eius, possunt inquisitores,
& alii competentes Iudices procedere, quia
non meretur festiuitatibus iuuari is, qui con-
trà fidem Christi, in cuius venerationem in-
ductæ sunt, falsas doctrinas, & dogmata pro-
pagare non recusauit, Anton. de Amat. resol.
48.num.8. etiam vsque ad sententiam, vt re-
fert decisum Macerat. Variar. Resolut. lib. 3.
Resol final.per tot.
32 Quartus, quando vrget moræ periculum,
ac adest suspictio fugæ, quia benè tunc feria-
tis diebus capi potest debitor, & procedi ad
sequestrum, quinimò, nec desunt qui dicant
hoc licitè fieri posse, in diebus festiuis in ho-
norem Dei, vt patet ex infrà allegandis au-
thoritatibus, glos. in l.fin.versic. Fideiussionis,
C.de feri. Ias.in l.2.num.15.ff.de iurisdict.omni
Iudic.& in l.pleriq, num.26.ff.de in ius vocan.
Alex.in l.si fideiussor.§.si satisdatum, num.4.ff.
qui satisd.cogan.& est communis opinio secū-
dum Couar.variar.lib.2.cap.10.num.14. Cott.
in memor.verbo, debitor col.2. Borgni. Caualc.
decis.Finiz.1.num 41.per totum, & num. 46.
lib.1. Io. Guttier. in l. nemo potest, num.181.&
182.ff.de leg. 1. & latissimè Manson. de caus.
execut.quæst.8.ampliat. 1. similisq; de hoc as-
33 signatur ratio, illi quam posuimus sup. num.
29. quia nimirum, quando periculum est in
mora, non attenduntur, nec apices, nec re-
gulæ iuris, à quibus Ius ipsum recedi posse
manifestæ statuit in l. in prouinciali, §. si quis
riuos, vbi Alex.num.2 ff.de oper.nou. nunc.Jin
l.si quis filio exhæredato, §.hi autem, ff.de ininst-
rupt.& irrit.testam.in l.ait prætor, §.debitorem
ff.de his quæ in fraud. Credit. & in l. diuus, in
princip.ff.de petit.hæred.glos.& DD.in d.l.fin.
C.de fer.Cancer.Variar. Resol. lib. 2.cap.2.tit.
de iurisdict.omn.Iudic.sub num.79.in fine, &
Nouar.decis.17.num.3.
34 Hinc causa fructuum, qui sunt breui tem-
pore perituri, potest tractari tempore feria-
to, nè marcescant, vt per Caroc. tract.de locat.
& conduct.tit.Colonorum priuilegia quæst.4.n.
5.quem sequitur cit.Ioseph Mele ad Gizzarell.
decis.58.num.26.& propriè num.27.& hic de-
seruiat pro quinto casu.
35 Sextus est in causis Fiscalibus, & publicis,
vt notatur in l. publicas, C.de fer.Peregri.de
iur.Fis.lib.7.tit.3 sub n. 3. & sic Fisci debito-
res in diebus feriatis rectè valent conueniri,
Amat.decis.26.quem sequitur Nouar. in coll.
95.ad prag.num.4.
36 Septimus est in causis liquidationum instru-
mentorum, in quibus executiuè, & sine co-
gnitione causæ proceditur Lanfranc. Balb.
decis.2.& Ricc.in collect.840.versic. Limita-
tiond.
37 Octaus in causis Magistratuum, proptèr
eorum particularem præeminentiam Martin.
Laudens.tract.de official.§.67.& Paris. de Put.
de Sindic verbo, feria, quos sequitur Bald. de
Angel. ad Gizzarell.cit.decis 58.num 12.
38 Nonus in Sindicatu officialium, nec minùs
seruantur feriæ, etiam in honorem Dei Aul.
de Iudic.Sindicat.cap.2.num.14.Gratia. in
eod.

eod. tract. quæst. 38. per discursum, *& Reg. Ronit. in pragm.* 1. *num.* 8. *de Sindic. official.* quos itidem sequitur *Ioseph Mele ad cit. decis. Gizzarell. num.* 7.

39 Decimus in causis expulsionis Fabri, malleantis propè domum, vt per *Marc. de Mant. singul.* 22. *num.* 7. *& Arism. Tepat. Variar. iur. sentent. d. tit.* 149. *in versic. Causa expulsionis*, ad quem propositum legendus est *Soccin. in l.* 1. *n.* 62. *&* 63. *ff. solut. matr.* vbi tractat articulum, an possit Doctor expellere Fabrum malleantem iuxtà scholam, vel domum suæ habitationis.

40 Vltimus casus (omissis alijs quàmpluribus) est, in causis pijs, ac in quibus vrget necessitas, vt habetur in *cap. fin. de feri.* ibi. *Nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat.* cum concordantibus allegatis per *Tiraquell. de priuileg. pia causa, priuileg.* 156. ad quem effectum notandum est, plures esse causas pietatis, quæ sub ista regula comprehenduntur, ac quibus non impeditur cursus ex ferijs; hæc sunt, causa dotis, vt per *DD. in l.* 1. *ff. solut. matrim.* signantèr *Bald. Nouell. num.* 460. *& Rom. in l.* 2. *§. fin. ff. de fer.* Causa dationis tutorum, & curatorum, pro defensione pupilli, *l.* 2. *eod. titit. Ioseph Mele ad Gizzarell. decis.* 58. *num.* 8. Causæ pupillorum, & omnium miserabilium personarum, *Nouar. ad prag. d. collect.* 95. *num.* 4. Causa salarij alicuius famuli, pauperis *Bal. in l. eadem col.* 2. *ff. de fer. Bonacos. tract. de seru. &* *famul. quæst.* 22. *Benia. de paupert. quæst.* 7. *Specialit.* 2. *num.* 19. *Sim. de Petr. de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *dubit.* 11. *num.* 96. *Scacc. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 8. *sub num.* 8. *versic. Confirmatur hæc illatio & Cenall. pract. quæst. commun. contr. commun. quæst.* 760. *num.* 9. & prætermissis alijs, Causa alimentorum, per *tex. in d. l.* 2. *ff. de feri.* ibi. *Alimenta constituantur*, & cradunt *Alex. in l.* 1. *num.* 10. *ff. solut. matrim. in* 2. *lectur. Surd. de alim. tit.* 8. *priuileg.* 2. *num.* 7. *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *clausula* 6. *glos.* 2. *part.* 4. *num.* 47. *fol.* 304. vbi multos allegat. & latissimè *Cenall. d. quæst.* 760. per totã, vbi defendit causam alimentorum posse agitari etiam die festiuo in honorem Dei; Sed posteà *num.* 21. & 22. restringit istam conclusionem, primò in alimentis præteritis, & secundò in alimentis, quæ à diuite petuntur, addo tertiam limitationem, si nempè alimẽta hac iure actionis peterentur, non autem si Iudicis officio, vt latè *Surd. loco cit. num.* 12. *&* 15.

41 Sed an causa possessorij possit tractari diebus feriatis, vid. *Cappell. Tholos. dec.* 159. *& Achill. de Graf. decis. vnic. de fer.* quos sequitur *Nouar. d. collect.* 95. *ad pragm. sub num.* 4.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Feudatarius, an possit post eius mortem disponere de fructibus feudi, vel super feudo vsufructum constituere, affirmatiuè, num. 1. Negatiuè num. 5. & quare, num. 6. Author amplectitur opinionem Capyc. qui distinguit inter feudũ hæreditarium, & feudum ex pacto, & plures alii casus referuntur, vt num. 10. 12. 13. 14. 17. 18. & 19. & quid in feudo mixto, num. 20.*

Qui non potest de re liberè disponere, potest de fructibus illius, num. 2. Sed intellige, vt num. 8.

Fructus feudi sunt allodiales, num. 3. Sed vid. num. 7.

Seruitus super feudo potest liberè imponi, n. 4. intellige tamen, vt. n. 9.

Seruitutes non sunt multiplicandæ; quia non datur seruitus seruitutis, n. 6.


Vsusfructus est species seruitutis, n. eod.

Feudum est species seruitutis, ibid.

Tex. in l. cum à matre, de rei vendic. *habet locum in succedente in feudo hæreditario, n.* 11.

Feudum ex pacto, & prouidentia spectat successori eo propria persona. & est quid distinctum ab hæreditate, n. 15.

Feudatarium non posse de fructibus feudi disponere, nisi ad vitam tantum, quomodò intelligatur, num. 16.



AD CAPVT CXIX.

Additio.



1 Similis est huic materiæ quæstio illa, quæ DD. ingenia maximoperè contorsit, an scilicet super feudo possit vsusfructus cõstitui, siuè grauari fructus feudi per cõtractus inter viuos, vel vltimæ voluntatis, & hoc post mortem feudatarij, sine assensu? Affirmarunt multi, quorum antesignanus est *Bald. in cap.* 1. *num.* 8. *de success. feud.* dũ dicit, validum esse legatum annuum certæ quantitatis vini, recolligendi ex vinea feudali, idem sentit *Curt. tract. de feud. part.* 4. *num.* 106. *versic. Decimò quintò, & vers. Ego tamen,* & benè *Surd. de alim. tit.* 4. *quæst.* 10. *num.* 9. *&* 10. huiusq; sententiæ tres potismæ rationes
2 assignantur, prima quia qui non potest de re liberè disponere, potest tamen de fructib. illius sine impedimento, quidquid sibi placuerit agere *l. in ædibus, §.* 1. *ff. de donat.* & melius

liùs *l. codicillis 91. §. institutio, ff. de legat. 2.*
3 secunda quia fructus feudi allodiales dicuntur, non autem feudales, sinè sint à feudo separati, siuè separandi, nam in omni casu cõsiderantur, extrà, ac prætèr naturam feudalẽ, & dens non curant iura feudorum *Camer. in l. imperialem fol. 19. col. 4. lit. T.* & exquisitè *Parif. de reintegr. feud. cap.* incipiente, *nunc videndum, num. 20. fol. 177 col. 2.* & tertia ratio,
4 quia quamuis per legatum fructuum, siuè vsusfructua videatur imponi seruitus super feudo, hoc tamen non obstat, quia regularitèr, seruitutes sup feudo cõstitui posse, affirmat *Rosenthal. de feud. part 9 ĉõlus. 11. n. 1 cũ seqq.* & adstipulatur *Io. Andre. de Georg. in repet. feud. cap. 4. n. 3. & seqq.*
5 Alii dicunt hoc esse falsum, putantes nullo pacto futurorum feudi fructuum dispositionẽ valere, & sic eò magis non posse viumfructũ super feudo constitui, vt per innumeros ferè quos sequitur *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 41. Rosental. de feud cap. 9. concl. 10. & eod. cap. 9. memb. 2. conclus. 66. cit. Georg. in repet. feudal. cap. 46. num. 23. cum seqq. Scrader. de feud. part. 7. cap. 6. num. 6. cum seqq. & Boer. decis. 199 num. 1. & 2. per discur-*
6 *sum*; Pro qua opinione inuehitur subtilis ratio, nam seruitutes regularitèr non sunt multiplicandæ; aliàs daretur seruitus seruitutis, contrà *tex. in l. 1. ff. de vsufr. legat. Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit 7. num. 32. in fine*, cumq; lègatum vsusfructus, siuè fructuum sit species seruitutis, quæ in re à qua colligendi sunt imponitur, *l. 1. §. incorporales, ff de rerum diuis. & l. 1. & 2. ff. de vsufr.* Meritò fructus feudi legari non possunt, cum feudum ipsum seruitus sit proptèr seruitium præstandum Domino, & iuramentum fidelitatis ei pariter præstitum, *glos. in l. si vsusfructus 16. verbo, oportere, ff. de vsufr. Alex. cons. 55. sub num. 19. vers. & probatur, vol 4. & Andre. Gaill. pract. obser. centur. 2. obseru 69. num. 5.* Neque Argumen-
7 ta contraria mouent, nam quæ de fructibus feudorum dicta sunt, in primo, & secundo fũdamento, vera censeo tantum quoàd fructus collectos, & separatos à feudo, vel de proximo colligendos, & separandos; Fructus verò pẽdentes, & fortiùs futuri censendi sunt feudales, & pars feudi, non autem vti quid separatum, & consequentèr, vti allodiales, per *tex. in l. fructus pendentes, ff. de rei vẽdicat.* vbi fructus pendentes in fundo, dicuntur pars fundi, eumq; *tex.* in terminis nostris allegat *Capan. tract. de iur. relev. part. 4. quæst. 6. sub n. 14. & 15. fol. mihi 210. col. 2.* Sicut nec est alle-
8 gabilis regula, vt possit de fructibus disponere, qui non potest de re, nam illa quoque intelligi debet de fructibus perceptis iam, & separatis à re, vel de proximo separandis, & percipiendis, non autem de fructibus futuris, vt benè *Tiraquell. loco sup. cit.* quem sequitur idem *Andre. Capan. d. part. 4 quæst. 6. num. 19.*

9 *fol. 205.* Et dicere, quod seruitutes possint liberè imponi super feudis non est verum simplicitèr, sed cum temperamento, vt seruitus extinguatur, feudo ad Dominum deuoluto, ad *tex. in cap. 1. §. quid ergò, de inuest. de re alien. fact.*
10 Ego vt sensum meum aperiam, neutram sententiam puto simplicitèr veram, idcircò articulum subtilius examinando, capio traditã per *Capyc.* qui in sua *feudal. inuest. verbo, futuri fructus feudi, fol. 205.* dicit, quod si feudũ est hæreditarium, potest feudatarius de fructibus illius post suam mortem disponere, & filius successor dispositionem ratam habere tenetur, siuè fecerit, siuè nõ inuẽtariũ, & succedit cit. doctrina *Bald in d. c. 1 de success. feud.* idẽ tenet *Afflict. decis. 240 sub n. 11. Fab. Ann. consil. 27. num. 13.* latè *Surd. de alim. d. tit. 4. q. 10. d. n. 14. cum seqq. & Menoch. de præsumpt.*
11 *lib. 4. præsumpt. 142. num. 4. cum multis seqq.* Siquidem successor in feudo hæreditario cogitur approbare factum defuncti, cum specialitèr in hoc themathe vendicet sibi locum regula *tex. in l. cum à Matre, 14. C. de rei vendi. in l. 2. C. de his quib. vt in indi. & in §. & hæc quæ auth. de hæred. & falg.* vt docet *Andre. in c. 1. §. vbi verò, sub num. 4. versic si hæredibus, tit an agnat. vel fil. defunct. Camerar. in l. Imperiall. §. præterea ducatus, fol. 96 lit H. Reg. de Pont, consil. 81. num. 28. Reg. Rouit in pragm. 4. num. 23. de feud. Consil. Georg. allegat. 20. num. 41. & Reg. Merlin. Contr. lib. 2 cap. 10. num. 12. cũ seqq.* post *Afflict. d. decis. 240. num. 11.* Qui ta-
12 men magistralitèr prædicta declarat, quoàd hæres feudatarii, quoàd fructus feudi hæreditarii obligatur ex facto, & dispositione defũcti, sed tantum in actione personali, non verò in actione hypothecaria, quæ sine assensu Domini non potest super feudo acquiri, & ita
13 concludunt alii sup. alleg. Ex qua doctrina infero ad interpretationem superioris conclusionis, quã ex *Capyc.* & aliis firmauimus, vt aduertendum sit ad formam sub qua testator de futuris hæreditarii feudi fructibus disposuit, nam si talis esset dispositio per quam acquireretur ius in feudo, ea vtique nõ valebit, vt puta si relinqueretur alicui vsusfructuarius feudi, vel certæ partis illius, sed debet esse talis, per quam hæres tantum personalitèr obligetur, ad dandum de fructibus feudi annis singulis certam quantitatem alicui, & hæc valebit, & sic substinebitur dispositio, quoàd personalem actionem tãtum, vt singularitèr probat *Negusan. de pignor. 2. memb. 2. part. principal. num. 48. & 49* cuius verba tanquam notatu digna ad rem nostram, sunt hæc *Intellige tamen tu, & declara istud quomodo Vassallus obligaret se actione personali ad dictos fructus, & commoditates feudi, nam tunc valeret obligatio; Secus autem si pro dictis fructibus, & commoditatibus Vassallus constitueret ius*

ius vsusfructus, in re feudali, per notata per Bar. in l. codicillis, § instituti, in 2. q. de legat. 2. & ibi sequitur Bald. & reputat notabile, nam ibi Bar. vult, quod prohibitus vendere, vel obligare pōt fructus rei prohibita, alienare, vēdere, & obligare se personali actione ad præstādū dictos fructus; non autē possit vsumfructū constituere, quia tunc constitueret ius in re, & esset quædam alienatio, vel obligatio, iuxta notata in l. fin. C. de reb. alienis non alien. cum qua doctrina concordat Redoan. tract. de reb. Eccles. non alien. tit. de constit. annu. cens. in rebus Eccles. nu. 23. Cord. tract. de caus. ex quib. emphyt. priuat. tit. de caus. priuat. propr. alien. num. 6. 13. cum seqq. ampliat. 49. Gulielm. Pern. cons. 4. col. 6. dicens valere legatum fructuum feudi, quia debetur, actione personali, & alij allegati per Surd. de alim. d. tit. 4. quæst. 10. num. 29. & 31. addo Capan. qui verba cit. Neguzan. pariter transcribit, d. tract. de iur. rele. part. 4. quæst. 6. num. 20. & 21. fol. 206. col. 1. ex quibus videtur communis hæc opinio, videndus tamen disputationis gratia Nigr. de laudem. tom. 1. qu. 33. à num. 10. vsq; ad finem, fol. 507. cum seqq.

14 Quando verò feudum est ex pacto, & prouidentia, tunc feudatarius post mortem suā, nequit de futuris feudi fructibus quidquam disponere, & successor nullo pacto cogitur obseruare dispositionem, & factum prædecessoris, quia feudum illud habet iure proprio, & citrà titulum hæreditariæ qualitatis, ita sanè concludūt Capyc. in d. inuest. fol. 205. col. 2. versic. cogita vt dictum, Menoch. d. præsump. 142. signantèr num. 9 lib. 4. cum concord. allegatis per eos, dicentes, quod isto casu feudatarius non potest de futuris feudi fructibus post mortem suam disponere neq; pro vna cādela pro anima, vt benè per Afflict. decis. 26.
15 num. 6. quia feudum ex pacto, est distinctum ab hæreditate prædecessoris feudatarii, illudque successor consequitur ex propria persona, propter pactum appositum in prima inuestitura, & in principio concessionis Deci. cons. 78. nu. 5. Freec. de subfeud. lib. 3. de differ. inter feud. ex pact. & feud. hæred. cap. 9. versic. si verò Zasi. de feud. part. 8. num. 6. versic. Cæterum, Iuli. Clar. in §. feudum quæst. 79. num. 3. versic. Nam hoc, & Osasc. decis. 161. num. 10.

16 Ob quod dico, quod quando DD. dixerunt, feudatarium non posse de fructibus feudi disponere, nisi ad vitam suam tantum, & quandiù feudum erat penès se mansurum, loquuti sint de ea feudi specie, quæ militat sub pacto, & prouidentia ad fauorem futurorum successorum, non autem, de feudo hæreditario, vel de illa specie alienationis, per quam vtile feudi dominium in alium transfertur, sicut in effectu intelligendi sunt Andre. in l. Imperialem, nu. 3. de prohib. feud. alien. per Federic. cit. Capyc. in d. inuest. fol. 36. col. 2. versic. Limita decimò, Herman. vulte. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 57. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 47. Reg. de Pont. consil. 139. vol. 2. idem in tract. de potest. Proreg. tit. de Assens. Reg. super dot. in princip. col. 2. fol. 151. Ann. allegat. 84. num. 3. Ann. filius, cons. 115. Consiliar. Theodor. allegat. 3. num. 9. Consiliar. Marcian. consil. 44. num. 3. vol. 1. R. P. Afflict. contr. cap. 2. num. 2. Billot. consul. 1. num. 16. post Afflict. in Const. Regni, si quis post litem, num. 13. de pæn. contum. & Camer. in d. l. Imperialem fol. 19. col. 4. lit. T. aliàs sequeretur, quod de fructibus feudi hæreditarii, nequiret feudatarius post mortem suā disponere, imponendo grauamen hæredi, cōtrà communem, & veriorem opinionem, quā suprà exposuimus.

17 Verum notandum est, quod si successor in feudo ex pacto, esset hæres defuncti prædecessoris in allodialibus, & inuentarium nō cōfecisset, isto casu teneretur habere ratam dispositionem defuncti, etiam quoad futuros fructus illius feudi, vt elycitur ex Roland. trac. de confect. inuent. part. 4. num. 19. & 20. versic. Nunquid hæres qui cum cautela, vbi dicit, quod in feudo ex pacto, & prouidentia, hæres non obligatur ex facto defuncti, si hæreditatē adiuit cum inuentario, quasi habeat pro vero, quod nullo facto inuentario, ligetur, vt etiam sentit Menoch. cons. 89. num. 67. & latè Surd. d. tract. de alim. tit. 4. quæst. 10. num. 11. versic. Hæc opinio, sed omnium meliùs Paris de re-
18 integr. feud. cap. incipiente, an feudatarius fol. 139. col. 4. vbi voluit, quod si feudatarius vendat fructus feudi, quod est ex pacto, prò decem annis, & ante expletum tempus decedat, hæres eius, qui inuentarium non confecit, venditionem illam ratam habere tenetur, & puto quod isto casu habeat locum regula, vt quem de euictione, &c. & alia regula tex. in l. scimus 22. cum §. & si præfatam, C. de iur. delib. quinimmò subdit cit. Paris. vbi sup. nu. 4.
19 quod si feudatarius vendidisset fructus feudi pro pluribus annis, pro dotanda filia, vel sorore, isto casu successor ex pacto, teneretur ratam habere venditionem illam, ex tex. in cap. Regis Roberti, incipiente, Vniuersis præsentes literas inspecturis.

20 Quid autem dicendum sit in feudo mixto, an possit feudatarius disponere de fructibus illius secundum quod diximus de feudo hæreditario, an autem, talis dispositio, debeat regulari, iuxtà quod diximus de feudo ex pacto videndus sepè cit. Surd. d. tract. de alim. tit. 4. q. 10. nu. 22. cum seqq. versic. Et quod dixi. Post hæc scripta inueni ad materiam Reg. Rouit. consil. 41. num. 8. vol. 1. & Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. cap. 6. n. 9. cum seq. videndi quia vtilitèr de more loquuntur.

Io: Leonardus Rodoerius

SVM-

SVMMARIVM

F*Eudatarius statim ; ac religionem ingreditur amittit feudum, non expectata professione, num.* 1. *Sed contrà num.* 11. *&* 12. *pro concordia nu.*16.

*Feudum amissum propter ingressum religionis, aperitur Domino, exclusis agnatis, num.*2. *Sed contrà num.*3.

*Monachus in feudo non succedit, num.*4. *vid. tamē num.*17.


Clericus in feudo non succedit, num. 5. *etiam Clericus prima tonsura, num.*6. *Sed contrà, nu.*15. *vid. tamen d. n.*17.

*Feudatarius si efficiatur Clericus ; statim amittit feudum, num.*7. *contrà, num.* 14. *Sed pro concordia vid. num.* 16.

*Feudum quibus rationibus, & causis, non potest à Religiosis, & Clericis retineri, num.*8. 9. *&* 10.

Conuersi sunt verè Religiosi ; & professi, num. 13.

*Feudi successio si deferatur alicui Clerico in minoribus, vel alicui Monacho ante emissam professionem, præfigitur ei terminus ad deliberandum, vtrum velit habitum dimittere, nec ne, & in feudo succedere, num.*18.



AD CAPVT. CXX.

Additio.

Ateria ista potest accomodatissimè diuidi in duo capita, & quodlibet eorū in totidem articulos. Primus, an feudatarius religiosum habitum suscipiens illicò priuetur feudo, an verò dies emissæ professionis expectandus sit. Secundus, an Monachus manens in statu habili ad deferendum habitum, vt sunt Nouitij, succedat in feudo, Tertius, an feudatarius efficiens se Clericum, statim amittat feudū. Vltimus, an Clericus possit succedere in feudo, & quid agendum ?

Ipse verò quāuis singulis sigillati, & distinctè respondere decreuissem, tamen opere prætiū duxi, primum dumtaxàt examinare, vt discutiendo veritatem illius, quod in àlijs Respōdendum sit facilè habeatur.

1 Prima opinio est, vt huiusmodi feudatarius, statim ac religionem ingreditur, feudum amittat, ita vt non videatur expectandum tempus professionis, vt probatur ex *tex. in cap.*1. *§. si Clericus, tit. si de feud. defunct. milit. contr. sit.* ibi. *Qui Clericus efficitur, aut votū religionis assumit, hoc ipso feudum amittit.* Et istam sententiam in puncto prosequitur *Andre.* ibi *num.*4, & *in cap.*1. *n.*1. *de milit. Vassall. qui arm. bellic. depos.* vbi *Liparul. versic. Cui datum, Afflict. in d. §. qui Clericus num.* 10. *&* 11. qui referens opinionem *Andr.* dicit, quod per ingressum religionis feudum amittitur, nec per exitum intrà annum probationis recuperatur, vt paritèr sentit, *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 7. *§.* 4. *sub num.* 14. dicens. *Quod statim Vassallus perdit feudum, & etiam quòd pæniteat, postposuerit habitum. & è religione exierit etiam infrà annum professionis, quod deniq; non recuperabit feudum,* & legendus *Prof. Camill. de Curt. Resolut. feudal. cap.* 5. *num.* 8.
2 *&* 13. Quinimò subdit *Luc. de Pen. in l. nullus* 60. *versic. facit ad quæstionem, C. de decur. lib.* 10. *fol. mihi* 59 *à terg. in* 1. *col.* quod feudum amissum per ingressum religionis, aperitur, ac redit Domino exclusis feudatarij agnatis, per *glos. in cap.* 1. *versic. postposuerit, de feud.*
3 *fem.* Sed hæc opinio non est vera, quia in tantum feudum aperitur Domino, in quantum deficiunt agnati, iis tamen existentibus succedunt, excluso Domino, vt docet *Andre. in in cap.* 1. *de vassall. milit. versic. Redibit ergò ad agnatos* post alios *Vinc. decis.* 519. *num.* 13. *lib.* 4. nec *glos. loc. cit.* id dicit, solum affirmat, q feudum aperitur Domino per ingressum feudatarij, nullam tamen mentionem facit de agnatis, vt benè *Consiliar. Theodor. allegat.* 58. *num.* 10

4 Idem vt *Monachus* in feudo non succedat, habetur in *d. cap.* 1. *de feud. famin.* vbi hoc ita disponitur, etiam quod habitum religionis dimittat, post quam fuerit effectus casus successionis, videndi *Andre. in cap.* 1. *de milit. vassal. num.* 1. *in d. §. qui Clericus, num.* 5. *& in d. c.* 1. *de feud. fam. num.* 3. *&* 4. *Vult. de feud. cap.* 19. *Rosenthal. in eod. tract. cap.* 7. *cōclus.* 30. *Iul. Clar. in §. feudum q.* 78. *num.* 3. *Osasc. decis.* 27. *num.* 4. *Afflict. in d. cap.* 1. *de milit. Vass. num.* 2. *Thom. de Marin. tit. de feud. ex pact. & prouid. num.* 139. *fol.* 134. *Borrell. in sum. decis. tit.* 34. *de feud. num* 215. *Mysinger. centur.* 5. *obseruat.*
5 48. *num* 8. & per eundem *tex. in d. cap.* 1. *de feud. fam.* excluditur paritèr à successione feudi Clericus, qui aliàs ob proximioritatem erat successurus, adeò quod licèt posteà habitum Clericalem dimittat, non ideò tamen, feudum à quo semel fuit exclusus, recuperat, vt omnes DD. concludunt, nempè *Ardiz. in tit. quibus mod. feud. amit. versic. Item amittitur si Clericus efficiatur, Andre. in cap.* 1. *de milit. Vassall qui arm. belli. depos. in cap.* 1. *de Cleric. qui inuest. fac. Aluarot. in sup. cit. §. qui Clericus Alex. consil.* 10. *num* 3. *&* 6. *vol.* 5. *Ruin. consil.* 18. *num* 3 *& consil.* 42. *num* 9 *vol* 1. *Afflict. in cap.* 1. *§. ex hoc illud num.* 28. *de feud. fam.*

fam. & in cap. 1. num. 32. an mut. Surd. vel alibi imper. & decis. 325. num. 10. Curt. tract. de feud. part. 3. princ. membr. 2. q. 10. num. 13. & alij innumeri per *Menoch. de arbitr. casu 231. num. 1. cum seqq.* plenè etiam *Praef. Camill. de Curt. Resol. feudal. cap. 1. a num. 70. vsq; ad 76.* addo *Reg. de Pont. d. tract. de potest. Proreg.*
6 *tit. 7. §. 4. num. 10.* vbi ampliando dicit, praecedentem communem sententiam esse veram
7 etiam in Clericis primae tonsurae, Et quemadmodum non succedit Clericus in feudis, eodē modo, si feudatarius Clericus efficiatur, illicò feudum amittit, & illud idem non recuperat, si ex post facto clericalē habitum dimittat, *Andre. in d. §. qui Clericus, num. 5.* & ibi etiam *Iacob. de Belvis. Reg. de Pont. decis. 4. per totam*, signanter *nu. 4. & Scip. Theodor. alleg. 58. & 59.*
8 Praedictorum omnium plures sunt potissimae rationes, prima quae elicitur ex *glos. in Cau. latorem 33. q. 2.* vbi ipso facto, quod quis non potest arma defere, nequit etiam feudū retinere, quia feudatarius cogitur personale seruitium Domino exibere, etiam in Regno isto, in quo quamuis loco seruitij successerit adhoa, non tamen prohibetur Rex petere (cum opus fuerit) personale obsequium *Andre. in cap. 1. §. Similitèr, de capit. Corrad. Camer. in l. Imperialem. fol. 92. Afflict. cit. decis. 320. versic. Nec obstat, & Capyc. decis. 32. num. 1. in fine*; Ergò iure meritò, qui Clericus est, vel Monachus, licèt non dum professus, cum non possit arma deferre secundum praesentē statum, ac seruitium personale praestare, debet censeri priuatus feudo.
9 Secunda ratio deducitur ex *Andre. in d. cap. 1. §. qui Clericus, num. 5 si de feud. defunct. milit. & c. & in cap. 1. num. 1 de milit. Vassall. qui arm. bellic. depos.* dicente, quod feudum recipitur, vt Dominus a recipiente defendatur, cumq; feudatarius assumendo habitum religiosum, vel Clericalem, non possit pugnando Dominum defendere, cum status eius inhabilis pro hoc reputetur, per *tex. in cap. de multa, §. de Clericis, tit. de vot.* consequens est, vt feudum illicò amittat, quia rationabilior causa feudi amittendi nulla est, quam si cesset causa proptèr quam datum fuit, ad *tex. in cap. 1. §. Sed non est alia iustior, tit. qua fuit prim. caus. benef. amit.*
10 Tertia omissis alijs est, quia miles Christi, non potest esse miles Seculi, proptèr incompatibilitatem, & repugnantiam, quia nequit vnus idem duobus Dominis seruire, *d. cap. 1. de milit. Vassall.* Sed Monachus, vel Clericus est miles Christi, ergò non potest retinere feudum, cuius possessor debet necessariò esse miles Seculi.
11 Nihilominùs praedictis non obstantibus dicimus contrariam sententiam veriorem esse de iure, vt nimirum feudatarius habitum religiosum suscipiens, non priùs priuandus sit feudo, quam professionem emittat, ex doctrina *Cuman. consil. 107. num. 1.* Incipitque *Ioseph. & Antoninus*, & videtur esse de mente *Felin. in cap. inter dilectos, sub num. 3. de fid instr.* vbi dicit. *Et ista limita, nisi quis efficeretur professus, quia perdit Comitatum, & omnem nobilitatem, vt per glos. in cap. scripsit per illū tex. 27. quaest. 2. & in c. 1. infr. de purg. Canon. & Speculat. de stat. Monac. §. 1. vers. 11. cum cōcord. & ita intelligitur Caput praesens 20. q. 3. licèt glos. colligat, ibi aliud generalitèr, Sic etiā intelligitur cap. 1. de milit. Vassall. qui arm. bellic. dep. §. vbi miles Dei desiuit esse Miles Christi, vt intelligatur de professo, &c.* Item *Capyc. in inuest. feudal. fol. 63. col. 2. vers. Aduerte tamen*, dicens *quando habens feudum sumeret habitum, tunc enim si faceret professionem tacitam, vel expressam, est clarum, quod perdit feudum.* Benè etiam *Menoch. cit. tract. de arbit. d. casu 231. num. 13.* inquiens. *Et hoc quidem in casu loquitur cap. 1. §. qui Clericus, si de feud. defunct. content. sit inter Domi. & aguat. vassall.* cuius verba haec sunt. *Qui Clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit*; & indè subdit. *Religiosum hic intelligūt bnet esse Clericū regularē pfessū.* Latè tandem *Praef. Vrsin. de success. feud. part. 1 quaest. 9. artic. 2 sub num. 15. versic. Idem profitetur.*
12 Manifestè etiam corroboratur haec opinio, ex *tex. in d. cap. 1. de feudo, fam.* vbi feudatarius effectus conuersus, amittit feudum, vnde concludentèr indicat, feudo feudatarium priuandum esse, sed tamen post emissam pro-
13 fessionem quia conuersi sunt verè religiosi, & professi, licèt non interueniant in Capitulo; *Federic. de Sen. consil. 213. in fine*, quem sequitur *Calter. consil. 415. in princip.* neq; rationes pōderatae sup. *num. 7. 8. & 9.* vim aliquam faciūt, quia procedunt in Monacho professo, vt patet ex sup. ponderatis authoritatibus, & etiā in Clerico in Sacris constituto, vel beneficiato.
14 Siquidem non est verum, quod diximus, feudatarium assumpto habitu Clericali illicò amittere feudum, quia casus amissionis (secundum veriorem opinionem) fit per susceptionem Sacrorum Ordinum, ita ut Clericus primae tonsurae, vel in minoribus, non prohibeatur retinere feudum, vt per *Cannet. in extrauag. volentes, vers. Sed opere pretium erit, n. 19. fol. 185. Curt. de feud. part. 2. quaest. 20. num. 25. fol. 61. Misinger. pract. obser. centur. 5. obser. 48.* signantèr *num. 8. Iacob. de Sanct. Georg. de feud. versic. Et quibuscunq; haeredibus, num. 4. fol. 188. Pistor. lib. 2. quaest. 33. num. 11. Iuli. Clar. in §. feudum, quaest. 78. num. 5.* & ita interpretari omnia iura, dicentia Clericum non posse retinere feudum, testatur *Iacob. de S. Georg. loc. cit. Bald. in d. cap. 1. §. si Clericus, nu. 2 & Aluarot. num. 4.* & de communi *Rosenthal. de feud. cap. 7. num. 5. conclus. 3. Camill. de* Me-

Medic.consil.2.à num.70. Et latissimè *Vrsin. d.tract.de successión.feud.part.1.quæst. 9. artic. 1.conclus.1.& 2.* post *Minad.in Consil.in aliquibus, verbo filiorum, num.*18. qui tamen indè recedit ab hac opinione.

15 Vndè etiam, quod Clericus non succedat in feudo, verum est in illo qui Sacris insignitus est ordinibus, non verò in Clerico primæ tonsuræ, vel minoribus tantum ordinibus decorato, vt tenent multi eorum, quos mox retulimus, addo *Menoch. d. casu* 231.*nu.*23. vbi quamplures referet, & est ratio, quia tam Monachus non dum professus, quam Clericus non dum in Sacris constitutus, quamuis propter habitum, quem gestant secundum præsentem statum sint inhabiles ad seruitium personale, sunt tamen habiles in potentia, nam possunt liberè Domino petente habitum dimittere, sicq; sunt potentialitèr habiles; quod si adueniente casu personalis seruitij, recusent illud præstare, perseuerando in habitu, censebuntur vtiq; feudo priuati.

Sed hæc ratio displicet *Dom.Consil.Theod. d.allegat.*58.*num.*7. dicens, quod si illa militaret, seruitium Domini esset in suspenso, dependens à voluntate Vassalli, volentis, habitum, vel feudum dimittere, quod est absurdù, nam seruitium Domini debet esse certum, & indubitatum.

16 Ideoq; veritati studendo, dicimus pro cócordia prædictorum omnium, fendatarium effectum Monachum, vel Clericum, retinere feudum, donec ei controuersia à Domino, vel agnatis moueatur, sicq; si re integra, scilicèt prius quam quæstio de feudo habeatur, habitum Religiosum, vel Clericalem dimittat, non censebitur priuatus feudo, vt concludunt DD. infrà allegandi.

17 Paritèr si Monacho non dum professo; vel Clerico non adhuc in Sacris constituto, feudi successió deferatur, non vtiq, repelletur à successione, si priùs quam feudi quæstio moueatur, & sic re integra, habitum dimittat, ità concludunt concordando contrarias sententias latissimè *Consil.Theodor.d. allegat* 58.*&* 59. vbi declarat, quando re integra, vel non, dimissus censeatur habitus, benè *Capyc.in inuestit. feud.fol.*63.*col.* 2. *& in verbo fendatarij habiles fol.*245.*col.*1. *Camill.Larath.in Theatr. feudal.tom.*1.*p.*6.*diluc.*9. *& dilucid.*10. *num.*4. & meliùs *dilucid.*19.*per totam*, *Minad in d. Consil. in aliquibus, verbo, Filiorum, sub num.* 21.*versic.Ad hoc igitur Vrsin.loco sup.cit. conclus.*3.*sub num.*18. *& artic.* 2.*nu.*16.*cum seqq. fol.*246. post *Luc.de Penn.in d.l.nullus*, C. *de decur.lib* 10. *Aluar.in cap.*1.*col.*2.*de milit Vassal qui arm.bellic.depos.Reg.de Ponte de potest. Proreg.tit.* 7.§.4.*nu.*13. *Camill. de Medic.cósil.* 2.*num.*74.*cum pluribus seqq.*& latissimè *Dom. Consil. Staib. Resol. forensi lib.*1.*Resolut.*173.*à num.*6.

18 Solet tamen practicari, quod quando alicui Clerico in minoribus constituto, vel Monacho non dum professo defertur aliqua feudi successio, ei datur terminus ad deliberandum, per Dom. Proregem, ac eius Collaterale Consilium, velit nec ne habitum Religiosum, seù Clericalem dimittere, vt ita habilis reddatur ad succedendum in feudo illo, vt restatur fuisse obseruatum, *Ann. allegat.*98.*n.* 9. quem refert *cit.Pres.Camill. de Curt.d.cap.* 1.*sub num.*71.*versic. Qua ratione.*

Io: *Leonardus* Rodoerius.



SVMMARIVM.

ALienationis prohibitio non extenditur ad alienationem necessariam, n.1.

*Necessaria alienatio, qua nam dicatur, n.*2.

*Bona Ecclesiæ possunt alienari sine assensu Pontificis, ex decreto Iudicis, & sub hasta, vrgentibus Creditoribus, n.*3.

*Item res emphyteutica, n.*4.

*Et res feudalis, num.*5.

Constitutio, constitutionem Diuæ Memoriæ, quoàd facultatem reuocandi, non habet locum, si feudum ex necessitate, scilicèt vrgentibus Creditoribus, & sub hasta alienetur, nè sit in ludibrio authoritas S.C. & hastæ fiscalis, num 6. & hanc opinionem tenent omnes communitèr, ibidem.

*Author disputandi gratia probat opinionem contrariam, num.*7. *&* 8. *& respondet, tam ad rationem authoritatis S. C. quam hasta Fiscalis, num.*9.10.*&* 11.

*Nec non ponderat nonnulla absurda, quæ sequerentur ex contraria opinione, num.*12.

*Et tandem inuchit rationem æquitatis, n.*13.

AD CAPVT CXXI.

Additio.

1 

Præmittenda est ad ornatum eorum, quę in præsenti notabilitèr scribuntur, regula illa, quã latè exposuimus *sup. cap.* 39. *num.*1. *cum seqq.* vt scilicèt alienationis prohibitio, non comprehé-dat necessariam, & coactam alienationem;

Quia

2 Quâ occasione noto, quod illa necessaria alienatio nuncupatur, quæ ordine Iudicis Reo inuito, ac præuio appretio, & subhastatione perficitur, ad *tex. in l peto §. prædium ff. de legat. 2. Bursat. consil. 44. num 29 & 31. Riminol. iuni. consil. 231. num. 39 Giouāgon. cons. 22. num. 15. lib. 2. Gabriel. consil. 118. num. 5. & 8. vol 1 Gam. decis. 178. num. 2. Menoch. de arbitr. casu 171. num. 2. & Petr. de fideicōm. quæst. 8. num. 32.*

3 Hioc videmus, quod bona Ecclesiæ, quę per tot Canones, & decreta prohibentur alienari sub pœnis censurarum, & nullitatis actus, quinimò amissionis pretij, vt diffusè sup. *cap. 6.* per discursum, possunt tamen licitè, & validè distrahi per decretum Iudicis, propter vrgentiam Creditorum, absq; assensu Apostolico, seruatis tamen solemnitatibus, præcipuè legitimarum subhastationum; quia cum huiusmodi alienatio coacta nuncupetur, iure meritò non videtur comprehensa sub generali prohibitione, ita probat *Redoan. de rebus Eccles. non alien. quæst. 19. nu 91. cum seqq Posti. de subhast. inspect. 2. nu. 8. Quarantā in summ. Bulla.* verbo. *Alienatio, num. 36.* & latissimè cumulatis omnibus hoc probat nouiter *Io: Baptist. Ciarlin. contron. iur. lib. 2. c. 183. à n. 114 vsq; ad fin.*

4 Pariter quamuis emphyteutica res sit de iure prohibita alienari aōsq; assensu directi Domini, intelligitur nihilominus regula ista de alienatione voluntaria, secùs verò de distractione necessaria, ita vt si aliquis Creditor emphyteutæ, vrgeat, potest ei Iudex insolutum dare, vel adiudicare rem emphyteuticam, absq; quod incidat in commissum ob defectum assensus, qui non est necessarius in coacta alienatione *Ias. in l fin. num. 113. C. de iur. emphyt. Dec. consil. 160. col. 2. versic. & hoc saltem, Grat. consil. 133. num. 9 cum seqq. vol. 1. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limit. 19. Casar. Maneut. decis. 58. num. 23.* & 24. & ita refert decisum *Afflict. decis.* 191. quem ibi sequitur *Vrsill.*

5 Et omissis aliis (vt rei nostrę propinquiùs accedamus) feudum quod per tot iura est vetitum alienari sine assensu Regis, & alienatio ipsa est vna de causis, per quas feudum amittitur; Tamen si feudatarius onustus creditoribus, compellatur à Iudice ad vendendum, non incurrit pœnam hanc, cum alienatio citrà voluntatem eius processerit, vt ex *Aluarot.* probat *Vdalric. Zasi. de feud. p.* 10. de

6 *feud. amissio num.* 95. Et apud nos, licèt per *Constitutionem Regni*, incipientē *Constitutionem Diuæ Memoriæ*, annullentur venditiones feudorum sine assensu, & facultas tribuatur vtriq; contrahenti venditionem factam reuocandi, eius tamen dispositio restringitur, si feudum fuisset alienatum per actum necessarium, nempè ex decreto Iudicis, ad instantiam Creditorum feudatarij, huiusq; sententię auriga fuit *Frecc. de subfeud. lib. 2. in limit. add. Constit. Diuæ Memoriæ, limit. 6. num. 8.* quem sequuti fuere.

Ann. in ead. Constit. num. 232. cum sequentibus.

Pras. de Franch. decis. 620. num. 8. vbi testatur hanc opinionem esse apud nos vsu receptam, ita vt non possit debitor vēditionem illam coactam, ante assensus impetrationem reuocare, soluendo debitum.

Reg. de Pont. de potest. Prareg tit. 6. §. 2. nu. 15. & 21. dicens quod aliàs deluderetur Iudex, & authoritas hastæ Fiscalis, & proindè non conceditur reuocatio ob authoritatem Magni Prætoris.

Addentes ad Afflict. deci. 235. num. 7.

Reg. Tapp. decis. S. C. 12. num. 20.

Idem *Tapp. in iur. Reg. lib. 6. in rep. Constit. Diuæ Memoriæ*

Montan. in cap. Imperialem, num. 178.

Loffred. cons. 1. n. 78.

Roui. consil. 70. num. 6. cum seqq. vol. 2.

Et latissimè *Merlin. Contron. forens. lib. 2. c. 81. num.* 28. & 29. Ex quibus videtur opinio hæc inter DD. Regni communis, & indubitata; quinimò alij etiam alienigenæ, huic sententiæ assentiri videntur, vt præcipuè est *Alex. cons. 11. vol. 5. & Tiraquell. de retract. lignager. §. 1 glos. 14 sub num. 13. in fin. vers. Vbi est hoc.*

7 Me tamen minimè tæduit aduersùs tot, tātosq; iuris asseclas, disputandi tantum gratia contrariam sententiam probare, vt nimirum benè possit feudatarius debitor, cuius feudum Iussu Iudicis, & sic coactè distractū fuit, antè tamen assēnsus impetrationem illud vendicare vigore *Const.* nostræ, soluendo debitum, vel pretium ab emptore exbursatum, ponderando in hoc rationes, quæ in contrarium adducuntur, & ostendendo quanti sint paruifaciendæ, iuxtà adagium illud, *ferro viā aperit, qui per contraria transit,* & ponderabimus pariter quid à nonnullis Regni huius iuribus in hac materia disponatur, trahendo dispositionem illorum ad decisionē opinionis nostrę.

8 *Constitutio* siquidē incipiens *Constitutionē Diuæ Memoriæ*, vt concludunt omnes interpretes est declaratiua communis iuris feudalis, nam vbi aliàs antiquitus si distrahebatur feudum sine assensu Domini, ad eum perindè si in commissum cecidisset ipso iure reuertebatur, ad *tex. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in cap. 1 de prohib. feud. alienat. per Federic.* hodiè per memoratam *Const.* Regni huius, cum alienatur feudum sine assensu, potest alienatio per alterutrū ex contrahentibus liberè reuocari, Sicq; vt concludamus, tota vis, & ratio quare eidem contrahentibus reuocatio permittatur est deficientia assensus; Atqui ratio hæc habet locum etiam in alienatio-

 tio-

tionibus coactis, factis iussu Iudicis, ergò non cessat dispositio *Const.*

9 Neq; authoritas S. C. vim aliquam facit, quia illa siuè in abstracto consideretur vti factum Magni Præfecti, siuè vti factum patris, neutro modo tollit dubium;

Prima pars probatur, quia Sacrum Consil. non potest extendere vires authoritatis suæ ad ea, quæ sibi expresse interdicta sunt, sed feuda ex decreto cuiusuis Iudicis sunt prohibita alienari, vt in *Const.* Regni, incipiente, *si quis post litem*, ibi. *Nostræ Celsitudinis conscientiam, & mandatum, si nobis hoc mandare placuerit, requiri censemus, ita vt prædicta feudalia ex decreto nostro tantummodò non alterius Iudicis distrahantur.* Et latiùs habetur in *Pragm.* 26. *de feud.* ibi. *Ita etiam volumus, statuimus, & mandamus, quod in adiudicationibus feudorum, Creditoribus faciendis per S.C seù quoscumq; alios Iudices interuenire debeat Regius Assensus, vt sic habeatur notitia feudatarij, aliàs adiudicatio sit nulla, prout annullamus ipso iure.* Igitur authoritas S. C. quò ad feudalia, nèdum defectum assensus nō supplet, sed nulla est omninò, vt patet legenti, ac ideò iure meritò cum venditur feudum ordine illius, inoleuit praxis, vt fiat cū clausula, *impetrato prius Regio Assensu*, vt testantur *Georg. alleg. 6. num. 37. Capp. decis. S.C. 12. num. 7. & decis. Ital. Senat. 11. num. 3. & Merlin. d. cap. 81 num. 1. lib. 2.*

10 Et secunda pars itidem probatur, quia si factum S.C. in nostro thæmate consideratur vti factum patris, hoc confirmat opinionem nostram, nam vt dicit *Tiraquell. d. tract. de retract.* § 1. *glos.* 14. *sub num.* 13. Si non valet factum patris, neq; valet factum Iudicis, quod regulatur secundum potestatem patris, ex *Bald. cons.* 257. *lib.* 4. Vndè quemadmodum si feudatarius debitor voluntariè in solutum dedisset Creditori feudum, vel si voluntariè feudum sub Iudice posuisset, vt ex eo Creditores dimitterentur, haberet locum dispositio dictæ *Const.* vt dicemus; eodem modo locū habere debet, facta feudi distractione iussu Iudicis, & sic coactè, quia factum Iudicis ita regulatur, sicut factum patris.

11 *N*ec minùs vim facit opprobium hastæ Fiscalis, quia illa manuducitur, & regulatur à potestate Iudicis; Cumq; partes Iudicis nullæ sint circà feudorum distractiones, quòad defectum assensus, eiusque suppletionem, vt latè probauimus, iure meritò nullus est cōtemptus hastæ Fiscalis, cuius authoritas vacua est ab effectu circà feuda, quorum distractiones quomodocumq; fiant, sumunt vires ab assensu. Vt in puncto aduertit *Rouit.* contrariæ sententiæ sectator, *d. cons.* 69. *num.* 10. *cum seqq.* vbi expresse negat, quod limitatio prædicta ad cit. *Const.* dependeat ab authoritate hastæ Fiscalis; in cuius rei testimonium, ipse idem, tam *in d. cons.* 69. quam *cons.* 70. *vol.* 2. interpetrando restrictionem illam positam *sup. n.* 6 (quam nos in præsenti impugnamus) dicit eam sublimitari in duobus casibus, Primus si ipsemet debitor voluntariè sub Iudice posuisset feudum; vt eo vendito dimitterentur Creditores, & Secundus respectù emptoris tantum, qui voluntariè emit; ita vt in vtroq; casu cōcludit ipse, quod habeat locum dispositio *Constitut.* etiam facta feudi alienatione sub hasta; Igitur (dico ego) ratio authoritatis hastæ Fiscalis non est in consideratione, aliàs in omni casu haberet locum.

12 Postremò animaduersione dignum est, quod omnia iura Regni, præcipuè *Pragm.* & etiam ius commune, cum loquuntur de distrahendis feudis, ideò primordialitèr iussere, vt assensus Domini interponatur, ad hoc vt noui feudatarij notitia habeatur; Atqui si in coactis alienationibus non permitteretur reuocatio vigore *Const.* daretur casus in quo feudatarii notitia vel non, vel multò post haberetur, nam nouus feudatarius qui non subest periculo reuocationis, assensum impetrare non curaret; Quod si dicatur non dari per S. C. possessionem feudi, priùs quam fuerit ab emptore impetratus assensus, respondeo hoc secum trahere maius absurdum, quia dominium feudi staret otiosum, cum potuisset stare penès antiquum Dominum, si ei reuocatio permitteretur.

13 AEquitate tandem opinio nostra obuallatur, nam vt dicunt in simili *Ias. in l. si pacto n.* 8. *C. de pact. & Gratian. discep. tom.* 5. *c.* 915. *num.* 20. 24 & 25. quem sequitur *Capye. Latr. decis.* 30. *num.* 14. moræ purgatio concedenda est etiam post bonorum executionem, & legitimam subhastationem, tantò magis quādo agitur de conseruando iure proprio, non de nouo acquirendo, vt dicemus infrà *cap.* 271. *in* 8. & 15. *limit.* Sicq; iure meritò concedenda est feudatario debitori ad conseruationem iuris sui, reuocatio vigore memoratæ *Const.* etiam, quod feudum fuisset vrgētibus Creditoribus in alium distractum, si prius quam fuerit ab emptore impetratus assensus Regius soluat Creditoribus suis, vel restituat emptori pretium, quod pro emptione erogauit, sub correctione meliùs sentientis.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

PRorex si impartiatur decretum super alienatione feudi alicuius minoris, censetur etiā concessisse ei assensum, ita vt cesset Constitutio, Constitutionem *Diuæ memoriæ*, quòad facultatē re-

reuocandi, num. 1. & de ratione, num. 2. 3. & 4. & respondetur oppositis in contrarium, num. 5. & 6.

Venia concessa censetur agenti contrà Patrem, vel aliam personam cui reuerentia debetur, si Princeps, vel Iudex mandet citari personam illam, cui reuerentia exhibenda erat, num. 7. vbi reprehenditur Nouar. *contrarium tenens.*

Pater censetur concedere licentiam filio agenti in iudicio, si pro eo fideiubeat de iudicio sisti, si ei de Aduocato prouideat, vel causam solicitet, vel demum si tam Pater, quam filius causam simul prosequantur, num. 8.

Consentiens venditioni alienius rei, videtur remittere omne ius, quod ei super re illa competebat, num. 9.

Fideiubens pro alio, censetur contractum approbare, num. 10.


Contractus factus per filium familias, valet, si Pater in eo pro filio fideiussit, n. 11.

Feudum si concedatur personæ inhabili ad habendos filios, censetur ei concessum cum qualitate vt sit transitorium etiam ad hæredes extraneos, num. 12.

Feudum si concedatur personæ inhabili ad seruiendum, censetur ei concessum cum facultate deseruiendi per substitutum, num. 13.

Officium si ex certa scientia concedatur alicui, qui non sit perfectæ ætatis, censetur cum eo dispensatum super defectu ætatis, cum ampliatione, num. 14.

Episcopus si concedat, vel vendat fundum, super quo sit ædificanda Ecclesia, censetur etiam concessisse licentiam super templi erectione, n. 15.



AD CAPVT CXXII.

Additio.

1 

Nouus articulus in præsenti determinatur, vt nimirum nō sit locus *Const. Constitutionem Diuæ Memoriæ*, quo ad facultatem reuocandi alienationes feudorum factas sine assensu, si distractum reperiretur feudum alicuius pupilli, præuio consensu suæ Excellentiæ, non in forma assēsus, sed in forma decreti, quod regulariter requiritur in alienatione bonorum pupilli, per *tex. in l. magis puto, §. nè passim, ff. de rebus cor.* quasi ex illa decreti interpositione, videatur concessus assensus, vel sanatus eius defectus.

2 Prò corroboratione aduertendum est ad singularem doctrinam *Gemini. consil. 66. nu. 5. versic. Nec obstat si dicatur*, vbi inquit, quod quando plures defectus concurrunt circà idē negotium, idemq; subiectum (vt in casu nostro, in quo consideratur qualitas personæ alienare volentis, & qualitas rei alienandæ) tunc si actus sanatorius subsequens est sufficiens sanare omnes defectus, trahitur tunc ad vtrumq; vitium, & sanat vtrumq; defectum; istamq; doctrinam sequitur *Dom. Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. S. conclus. 360. in fin. num. 24.*

3 Id quod ratione etiam conuincitur, quia si diceremus requiri alium assensum, præter decretum sup. enunciatum, multiplicarentur entia, & specialia sine necessitate, & ad hāc inutilem multiplicationem eo tandem, sufficit quod fiat vnicus actus, in consequentiam cuius veniat alter argum. *tex. in l. sub conditione, ff. de solut. & tex. in §. si ab hostibus, inst. quibus mod. ius Patr. potes. solui.* magistraliter tradit *Bar. in quæst. aureis, quæst. 1. in fin. num. 35. verf. Ad decimum Respondetur.*

4 Huius rationis alia euidens ratio assignatur, quia regulariter concesso vno, omnia concessa censentur, sine quibus, ad actus perfectionem, vel non, vel minùs comodè deueniri posset *l. 2 ff. de iurisdic. omn. Iudic. l. item sic 3 §. qui habet, ff. de seruit. rustic. Prad. l. si venditor, 10. ff. de relig. & sumpt. funer. l. ad legatum 62. ff. de procur. l. illud 76. ff. de acquir. hæred. cap 5. in fin. de offic. delegat. Speculat. in tit. de stat. Monach. §. qualiter, num. 8. versic. Quartò, in fin. Hippol de Marsil. singul. 175.* & in simili *Ciarlin. Contr. lib. 2. cap. 183. num. 121.* Igitur interposito à Prorege decreto super alienatione feudi alicuius minoris, censendus est eidem concessus assensus, sine quo ad illius feudi alienationem deueniri non posset, iuxtà sensū *glos. in l. veteres, in fin. verf. Et ex his, ff. de itin. actuq; priuat.* dum dicit, *Quod tacitè videntur concedi ea, sine quibus expressim concessum non potest exerceri.* Et *Florian.* per illum *tex in l. quintus 15 ff. de seruit. rustic. Pradi.* notat, quod concessio iuris, continet etiam concessionem modi, quo comodius concessionarius vti possit iure concesso.

5 Dicebat tamen quidam non mediocris eruditionis vir, qui mecum contendere volebat, & quidem pertinaciter, contrà opinionem *Spect. Dom. in Mei* in præsēti, quod per consēsum Proregis in casu nostro, præstitum in forma decreti, nullo pacto poteft censeri præstitus assensus in forma, sed ad summū deberet censeri concessus tacitus assensus, qui tamen in Regno non sufficit, Ergò opinio non est substentabilis.

6 Respondi negando suppositum argumenti, affirmando quod in themate nostro assensus est expressus, quia de iure expressum non tā-

tum dicitur id, quod apertis verbis explicatur, sed id quoq; quod per taciturnitatem & absq; contradictione, & sic sine verbis, per actus tamen positiuos exprimitur, vndè istæ positiuè agens habetur non quidem pro tacitè, sed pro expressè consentiente, & satis superq; esset satisfactum solemnitati consensus, qui pro forma ad actum aliquem requiritur, vt magistraliter docet *Aret. in l. gallus, col. 3. in princip. vers. Ex quibus iuribus, ff. de liber. & posth. Abb. in cap. cum virum, notab. 3. de regul. & in cap. non iniustè, de procurat. col. penul.* cum aliis doctè cumulatis per *Tiraquell. ad leg. Connub. glos. 7. num. 30.*

7 Ex qua ratione redditur reprehensione dignus *Nouar.* qui nouiter dixit, quod non censetur concessa venia filio agenti contra Patrem, si Princeps, vel Iudex cui supplicatū fuit, vel coram quo fuit porrecta petitio, mādet citari Patrem, vel committat causam, vt ipse *Nouar. quæst. forensi. lib. 1. cap. 149.* vbi ita refert se determinasse, ea ratione quia cum venia requiratur pro forma, ex *tex. in l. 4. ff. de in ius vocād.* iure meritò debet esse expressa, nec sufficit tacita permittendo citari Patrem, vel aliam personam, cui de iure reuerentia exhibenda est; Quæ ratio licèt vera sit, consequentia tamen ex ea desumpta est falsa in supposito, quia statim ac Princeps, vel Iudex permittit, quod filius sistat in iudicio cōtrà Patrem, & facit actus positiuos, vt puta si permittat patrem citari, tunc profectò venia ei censebitur expressè concessa, non autē tacitè, ex ratione in præcedenti n. ponderata; Sicq; non est recedendum à contraria opinione, quam præter alios antiquos, tenent *Capyc. decis. 56. num 7. & Marin. Frecc. de præsent. instrum. part. 12. nu. 19* dicentes, quod statim ac quis format libellum contrà personam cui reuerētia debetur, & Iudex permittit illam citari, dicitur quoque concessisse veniam.

8 Cui conclusioni similis quoq; est illa *specul. traditio, in tit. de action §. 1. vers. sed quid si præsente,* vbi interpretando *tex. in l. cum non solum, §. necessitate, C. de bon. quæ liber.* per quē disponitur, vt filius volens in iudicio agere opus habeat licentia patris, inquit, satis videri ei concessam licentiam, si Pater ipse pro filio litigante satisdet, de iudicio sisti; Imò *Bald. in d. §. necessitate,* idem dicit, si pater filio agenti de aduocato prouideat, vel causā solicitet, vt per *Paul. de Castr. cons. 276. col. 2. versic. Præterea cum Maritus, vol. 1.* vel etiā si vna cum filio causam prosequatur *Bar. in l. cum Pater filios 77. §. libertis, num. 6. ff. de leg. 2.* & plenè *Tiraquell. dict. glos. 7. num. 24. & 29.*

9 Insuper consentiens venditioni alicuius rei, ipso facto censetur remittere omne ius pignoris, vel hypothecæ, quod super re illa habebat, vulgat. *l. si consensit, 7. & l. Titius Sem-pronio 9. ff. quib. mod. pign. vel. hypothe. soluit.*

10 Quemadmodum quoq; dicitur de eo, qui pro alio fideiussit, vt statim fideiubendo videatur approbasse contractum, ex *tex. in l. venditionem, C. de vsucap. pro emptor. & l. exceptione, C. de euict.* per quē tex. dicebat ibi *Bald.* ferè in terminis *Pragm.* nostræ *ad Maredon.*

11 quod contractus factus per filium familias validus est, si pater pro filio contrahente fideiussit quasi quod per illum fideiussionis actum, sufficienter videatur præstitus consensus patris, requisitus pro forma à statuto, idē tenet *Alex. in l. is qui heres, §. fin. ff. de acquir. hered. Soccin. consil. 80. vol. 4. Hippol de Marsil. consil. 9 per discursum, & Tiraquell. ad d. leg. connub. glos. 7. num. 25.*

12 Neq; est omittendum, quod si concedatur feudum à Rege alicui Sacerdoti, vel alio in Sacris constituto, item alicui decrepito penitùs de filiis desperato, item q; mulieri sexagenariæ, cum clausula, *pro se, & heredibus suis;* eo casu censebitur profectò concessum feudum cum qualitate, vt sit transitorium ad hæredes, etiam extraneos, cum non potuerit concedens cogitare de heredibus descendentibus, quos feudatarius propter statum, vel propter impotentiam habere non poterat, *Bald. in §. natura es, tit. si de feud. defunct. milit. contr. sit, num. 6. Socc. in iun. consil. 188. num. 8. vol. 2. Camer. in l. Imperialem, fol. 22. à terg. lit. O. vers. H. ac quoq; Reg. de Pont. consil. 15. num. 18. vol. Thesaur. decis. 146. num. 5. & Praej. Vrsin. de successs. feud. p. 2. q. 1 artic. 3. nu. 25. in fi.* Et adstipulatur regula illa, vt con-

13 cesso feudo personæ inhabili ad seruiendum personaliter, censeatur ei concessum cum facultate deseruiendi per substitutum *Andre. in cap. 1. in pri. de ben. fie. fam.* & in aliis locis enunciatis per *Apont. dec. f. 27. n. 14.*

14 Idemq; *Reg. d. Pont. in cad. dec. 27. à n. 9. cū seqq.* probat, quod si Rex, vel eius locum tenens, ex certa scientia, concedat officium alicui, qui non sit legitimæ ætatis, eo ipso videtur cum eo dispensasse super defectu illo, ita vt nequeat electus eam ob causam ab officii possessione remoueri; Quinimò electio illius officialis durabit, etiam quod decedat, vel mutetur is qui eum elegit, ad certum tempus, vel perpetuò, secus verò si tempus non esset designatum, sed ad beneplacitum, vt doctè *Mast. ill. de Magistr. tom. 2. lib. 5. cap. 6. à num. 193. cum pluri. seqq.*

15 Accedat tandem authoritas *Cardin. Zabarell. in cap. olim, de restit. Spoliat.* singulariter, dicens, quod licèt nequeat Ecclesia ædificari absq; consensu Episcopi loci ordinarij, tamē si is idem concedat, vel vendat fundum super quo sit ædificanda Ecclesia, ipso facto videtur assensum præstitisse pro templi erectione, ità vt alius inde consensus non sit necessarius, sequitur *Barbat. in cap. ad Hæc, de Consuetud.* & bene *Tiraquell. cit. glos. 7. num. 26.*

lex

Ex qbus (ni fallor) videtur fortitèr obuallata opinio *Spect, Dom. Mei* hic, tam rationibus, quam exemplis non dissimilibus, & etiã defensa à calumniantibus, eam.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Constitutioni Diuæ Memoriæ locus est, si feudi emptor non curauit intrà tempus præfixũ expedire literas assecurationis Vassallorum, & præstare iuramentum fidelitatis, iuxtà quod mãdabatur in assensu, n. 1.

Amplia, vt idem procedat, si idem assensus non fuit registratus intrà biennium, n. 2.

Limita tamen si feudi emptor fuerit legitimè impeditus, num. 11. & an sit denunciandam impedimentum, num. 12. & 13. Quidnè si impedimentum esset notorium, n. 14.

Item limita in hærede, qui ignorauit contractum defuncti, & assensum ad illius fauorem conditionalitèr expeditam, n. 15.

Et postremò in minore, in cuius præiudicium si labatur tempus intrà quod erant adimplenda cõtenta in assensu, vti læsus restituitur, num. 16.

Forma data ad esse rei, si nõ seruetur, corruit actus, num. 3.

Dictio, aliàs, cuius natura sit. n. 4.

Moræ purgatio ad aliquid faciendum non conceditur, si ad illud agendum statutum erat certum tempus, n. 5.

Hæres relictus, non potest ampliùs adire hæreditatem, transacto tempore præfixo à testatore ad adeundum, n. 6.

Fieri permissa intrà certum tempus, post illud censentur prohibita, n. 7. & 8.

Conditio adimplenda intrà certum tempus, eo elapso non potest ampliùs adimpleri, n. 9.

Contractui renunciare censetur, qui non satisfacit contentis in illo, n. 10.

Minori non præiudicat lapsus temporis statuti ad petendam nouam inuestituram, n. 17.

Minor si omittat registrare assensum, intrà biennium, restituitur in integrum, vti læsus, num. 18.

Minor si omittat intrà annum præsentare Proregi gratiã ei concessã à sua Maestate, restituitur in integrum, non refragante pragmat. vnic. de priuileg. iatr. ann. præsentand. n. 19.

Minor potest quandocumq; allegare suspictiones officialium, ex remedio restitutionis, non obstante pragm. 7. de suspict. official. num. 20.

Item Ecclesia, num. 21. vbi ita refertur nouitèr decisum ad fauorem Sacri Hospitalis A. G. P. huius Ciuitatis.

Minores, Ecclesiæ, & aliæ personæ priuilegiatæ restituuntur aduersus lapsum temporis, num. 22.

Restitutionis in integrum remedium, potest statuto tolli, num. 23. Sed quomodo hoc fieri debeat num. 24.



AD CAPVT CXXIII.

Additio.

1 
Concluditur alienationem feudi posse
reuocari vigore *Cõstitutionis Constitutionem Diuæ Memoriæ*, si emptor intrà
annum, vel aliud statutum tempus non
curauit adimplere
contenta in assensu,
vt putà si Regias assecurationis Vassallorum
literas non expediuit, neq; fidelitatis iuramentum præstitit, addo *Dom. Consiliar. Paul.
Staib. Resol forens. lib. 1. Resolut. 1, num.* 81. &
quæ in terminis latissimè scripsit *Dom. Reg.
Io. Camill.* Cacaci. in eius allegat. inserta per
*Spect. Dom. meum tom. 3. alleg. 83. & alleg
134. num. 16. cum seqq.* concludentes, quod cũ
ex defectu adimplementi, assensus annulletur,
consequens est vt possit reuocari alienaliena-
tio, quæ remanet nuda, & in puris terminis
2 memoratæ *Cõstitutionis Diuæ Memoriæ*. Idẽq;
procedit si adesset defectus registrationis non
factæ intrà tẽpora statuta, vt scilicèt eo quoq;
casu locus sit reuocationi, quia cum assensus
sub ea etiam forma concessus legatur, *dummodò registretur aliàs, &c.* meritò ea non sequuta, corruit vt pleuè idem *Dom. Reg. Cacaci.
vbi sup. num. 27. & 28.* vbi refert ità passim
iudicari, quidquid dicat *Herat. Theodor. in
eius allegat.* posita *eod. tom. 3. allegat.* 21.
3 Quod autem assensus deficiat, patet ad
oculum, quia ipso facto quod datur forma
ad esse rei in actu fiendi, si illa non seruetur,
actus corruit, & annullatur *Bald. in l. Vniuersa, sub num. 2. versic. Conclude, C. de precibus
Imper. offeren. & in l. hi qui ad Ciuilia, num.
7. C. de appellat.* Et hoc fortiùs procedit in
assensibus Regijs, qui expediùntur in Regno,
in quibus de stylo post enunciatas solemnitates adimplendas, intrà certum tempus, apponuntur clausulæ resolutiuæ, & annullatiuæ, p
4 verba, *aliàs habeatur pro non præstito*. Quæ
dictio, *aliàs*, eius naturæ est, vt in casu inobseruantiæ, reddat actum in quo apponitur
retrò nullum, cumq; infectum fingat, vt benè
in proprijs nostris terminis, docent Reg. *Carol.
Tapp. decis. S. C. 3. num. 22.* Consiliar. *Marcian.
consil. 37. sub num. 2. circà mediam. vol. 1.* &
ma-

magistraliter Tiraquell. vbi idem affirmat de
dictione, *alioquin, de retract. lignag.* §. 8. *glos. 6.*
num. 1. & 2.
5 Neq. audiendus erit emptor, si fortè ad
impediendam reuocationem, velit moram
purgare, quia quando tempus describitur in
trà quod aliquid agendũ est, tunc non potest
purgari mora si idtieriomissum sit *Alex. in*
l. & si post tres, num. 14. ff. si quis caut. & in
l. nemo potest, num. 32. ff. de legat. 1. vbi dicit,
6 quod hæres scriptus, cui à testatore certum
fuit præfinitum tempus ad adeundam hære-
ditatem, termino elapso, aditione non sequu-
7 ra, penitùs diceretur exclusus; Vndè meritò
inoleuit regula, vt permissa fieri intrà certũ
tempus, post illud censeantur prohibita, ex
tex. in l. si vnus 28. §. 1. ff. de pact. ibi. *Si cum*
reo ad certum tempus pactio facta sit, vltrà neq;
reo, neq; fideiussori proderit, & regulam hanc
exornant latè *Osasc. decis. Pedam. 85. num. 13.*
Reg. Ronit. decis. 53. num. 5. & Dom. Reg. Ca-
pye. Galeot. contr. iur. lib. 1. contr. 17. num. 9.
8 quia, apposito determinati temporis ad ali-
quid agendum, post illud continet contrariũ,
vt scilicèt nequeat fieri, *l. fratres, ff. de pœn.*
Surd. decis. 244. num. 11. & latissimè omnium-
que meliùs cit. *Tiraquell. de retract. comment.* §.
1. glos. 2. num. 43. vsq; ad 47. aliàs adiectio tẽ-
poris esset illusoria, inutilis, & superuacua,
contrà *tex. in l. si quando, ff. de leg. 1. & in cap.*
si Papa, de priuileg. in 6. addo *tex. in l. Thais,*
§. intra certa tempora, ff. de fideicomm. liber. ex
9 quo inferunt DD. quod conditio intrà certũ
tempus adimplẽda, eo elapso nequit ampliùs
adimpleri, *Bald. in l. si plures, ff. de condit. inser.*
& nouitèr cit. *Dom. Staib. d. lib. 1. Resolut. 17.*
num. 5. & Resolut. 36. per totam vbi latissimè,
10 Tantò magis, quia feudi emptor, non adim-
plendo intra præfixum tempus contenta in
assensu, præsumitur voluisse renunciare con-
tractui emptionis, sicq; meritò nõ est amplius
ei dandus regressus per moræ purgationem,
iuxtà terminos *tex. in l. si ea,* vbi scribentes
omnes, *C. de his qui accus. non poss. Bald. in l.*
si ego, num. 2. in 2. lectur. ff. de negot. gest. idem
consil. 466. in 2. dub. vol. 1. cit. Tiraquell. de
retract. consanguin. §. 3 *glos. 4. num. 2.* & latè
Surd. consil. 97. num. 20. cum seqq.
11 Verum notandum est, limitari prædicta om
nia, & signantèr duas illas præcipuas conclu-
siones, Primò si emens feudum iuxto aliquo
impedimento fuerit detentus, ita vt volens
non potuerit satisfacere contentis in assensu,
impetrando literas assecurationis, fidelitatis
iuramentum præstando, & registrationem
curando, quia cum non sit in pœna, qui non
fuit in mora, iure meritò admittendus est nõ
ad purgandam moram, quam minimè con-
traxit, sed ad implendum ea, quæ impeditus
nequiuit exequi, sicque non habebit locum
ius reuocandi, neq; intrabit pœna duplicati
releuij, vt in simili de inuestitura intràannum,
& diem petenda, docent *Aluaret. in cap. 1. n.*
6. quæ sit prim. caus. benefic. amit. Scharader. de
feud. p. 6. q. 2. n. 43. 50. & 54. vol. 1. Curt. iun. in
eod. tract. part. 4. num. 49. & Cassan. ad Consue-
tud. Burgũd. tom. 3. §. 1. n. 35. Rosenthal. de feud.
cap. 8. concl. 46. n. 3. & omnes feudistæ commu-
nitèr, cum *glos. in cap. 1. quo tempor. miles, &c.*
& latissimè *Capan. de iur. rele. part. 5. q. 26. per*
totam, fol. 402. addo *Zasi. de feud. part. 7. n. 3. cũ*
seqq.
12 Dicunt tamen *Aluarot. Scharader. Curt. &*
Cassan. locis citatis opus esse ad affectum præ
dictum, quod denuncietur impedimentum,
aliàs non prodesset, ex *tex. in cap. fin. versic.*
protestatione facta, de appellat. & in l. fin. C. de
his qui per met. Iudic. non appell. Misinger. cẽt.
3. obseru. 59. n. 1. & Laurent. Syluan. de feud. re-
13 *cogn. q. 75.* per discursum; *Rosenthal.* verò sen-
tit hoc non esse verum de rigore, quòad ne-
cessitatem denunciandi impedimentum, sed
tantum de cõsilio, & ad benè esse, siuè ad ma-
iorem cautelam, idem tenet *Capan. vbi sup. n.*
9. post *Vulte. de feud. p. 7. n. 87.* vbi *Rosenthal.*
adhæret *Afflict. in d. cap. 1. n. 38. quo temp. mi-*
les, &c. & *Misinger. d. obseru. 59. vers. Tertius*
casus.
14 Verum quidquid sit de hoc, quando impe-
dimentum est notorium, illud eo casu siuè
proueniat ex parte eiusdem vassalli, siuè ex
facto superioris, non est opus quod denun-
cietur, *Felin. in cap. ex transmissa, num. 7. de*
præscript. Prapos. in d. cap. 1. num. 7. quando mi-
les, &c. & *Scharader. de feud. part. 6. cap. 2. num*
43. & 44.
15 Limitatur secundò in quocumq; hærede,
qui ignorauit contractum defuncti, & assen-
sum ita conditionaliter expeditum ad fauo-
rem illius, quia si transeat tempus, intrà quod
facienda erat Vassallorum assecuratio, præ-
standum iuramentum, ac etiam registrandus
assensus, absq; quod prædicta adimplerentur,
& hoc proptèr ignorantiam, non ideò tamẽ
corruit assensus, neq; fit locus facultati reuo-
candi vigore *Const.* & hæres potest prædictis
satisfacere, quamprimum ad notionem suã
negotium peruenerit, vt rectissimè probatur
per *glos. in d. cap. 1. versic. Vltrà annum, tit. quo*
tempor. miles, &c. Tiraquell. de retract. lignag.
§. *35. glos. 4. num. 12.* confert *Reg. de Pont. dec.*
1. num. 12. & adstipulantur innumeri alij quos
ad propositum refert, & sequitur cit. *Capan.*
d. tract. de iur. releu. par. 5 quæst. 28. per totam,
fol. 408.
16 Vltimò limitatur ad fauorem minoris, in
cuius præiudicium si labatur annus, intra quẽ
erat obtinenda assecuratio Vassallorum, &
præstandum iuramentum fidelitatis, vel tran-
seat biennium præscriptum pro registratione
assensus, tamquam euidentèr læsus, iuuabitur
auxilio restitutionis in integrum aduersùs
lapsum temporis, sicq; contra eum non pote-
rit intentari remedium *Constit. Diuæ Memo-*
riæ

riæ ob defectum adimplendorum, quia si nō
enrrit tempus impedito, vel ignoráti, forriùs
neq; minori debet preiudicate lapsus illius,
proptér inhabilitatem personæ, & defectum
ætatis, ita ex argumento probatur per *tex. in*
c.1.§.præterea si quis infeudatus maior, de prob.
feud. alien. per Pederi... in c. si quis decesserit, si de
feud defunct. milit. Contr. sit. & ex tex. in cap. 1.
cum glos verbo, *Infantia, t.t. quo tempor. miles,*
&c. ex quibus iuribus probant communitèr
17 omnes feudistæ, quod minori non præiudi-
cet lapsus temporis statuti ad petendam no-
uam feudi inuestituram, *Isern. in cap. 1. n. t. in*
fin. cit. tit. si de feud. defunct. milit. &c. idem
Isern. in d. c. 1. §. præterea si iuinfeudatus, n. 2
vbi etiam *Bald. Iacob. de Beluis. Afflict. & Al-*
uarot. de probib. feud. alienat. per Federic. Arct.
cons. 62. num 8. *&* 9. Cappell. *Tholos. decis. 92.*
Palaez de maior. lib. 2. q. 4 illat. 8. n. 7. & præ-
tèr istos, alios 30. cumulat sepè *cit. Capan.*
d. tract. par. 5. quæst. 21 fol. 336. Sicuti etiam,
quamuis per specialem *pragm.* omnes assen-
18 sus Regij sint registrandi in quinternionibus
intrà biennium, sub pæna nullitatis illorum,
tamen contrà minorem, qui non registrauit,
cessat hæc pæna, quia vti euidentèr læsus iuua-
tur auxilio restitutionis in integrum, vt in ter-
minis similis statuti probat *Alex. cons. 119.*
Quoniam omne datum, sub nu n. 28. circà fin.
versic. Sextò quia, vol. 6. Sforz. Odd. de restit.
in integr. p. 2. q. 89 art. 5. num. 39. cum seqq. &
facit illud simile quod disponitur per *pragm.*
19 *unic. de priuileg. infr. ann. præsentand.* vt scilicèt
licèt priuilegium, rescriptum, inuestitura, aut
gratia quælibet à Rege obtenta, debeat in-
trà annum præsentari Dom. Proregi, ab eoq;
exequtoriari, & hoc sub pæna nullitatis trā-
lacto anno, tamen si quid simile expediatur
ad beneficium alicuius minoris in Curia Re-
gis, & omittatur ab eo solemnitas memoratæ
Pragm. Sinatq; labi annum, non ideò annulla-
tur gratia, quia minor restitutionis beneficio
iuuatetur, vti euidentèr læsus, vt ferè in ter-
minis notabilitèr elicitur ex *Speculat. de rest.*
in integr. §. 3 sub nu. 9. Zabarell in Clem. vnic.
n. 21. eod. tit. & Cald. in l. si Curatorem habens,
verbò, *læsus, num.* 7. quæ authoritates pro in-
terpretatione *d. Pragm.* magnifaciendæ sunt,
nam à cit. Authoribus emanatæ fuere pro li-
mitatione, & intellectu *tex. in cap. si autem, &*
in cap. plerumq; de rescript. vbi rescriptum
irritum, & caducum redditur, si Iudici cui
mittebatur, intra annum non præsentetur, sic-
que dispositio horum iurium videtur vnifor-
mari cum dispositione *Pragm.* Et postremò
20 adstipulatur aliud simile, quod per aliam
Regni legem sancitur, vt scilicèr suspictiones
officialium nequeant proponi post conclusū
in causa, vt in *prag. 7. de suspect. official.* vbi hoc
specialitèr interdicitur etiam minoribus, &
aliis miserabilibus personis, & tamen apud
nos iudicandi vsu receptum est contrarium,
vt scilicèt benè possint à minoribus; quan-
documq; proponi tales suspictiones, remedio
restitutionis in integrum, vti euidentèr læsi,
proptèr periculum cui se submiserunt, litigā-
di coram Iudice suspecto, vt in terminis *F. ā-*
ch. decis. 431. Mastrill. consil. fin. num. 28. post de-
cis. Reg. Carol. Tapp. decis. S. C. 19 & in prag. 5.
cit. tit. & Ricci. in collect. decis. p. 6. collect. 2118.
21 *in fine, versic. Etiam materiam suspictionis.* Et
in anno 1660. hoc fuit decisum ad fauorem
Sacri Hospitalis A. G. P. huius Ciuitatis, vti
hæredis quond. Ill. Marchionis Curiati, cum
Excellentiss. Principe Pamphilio, Gregorij
XV. nepote, quæ lis adhùc pendet in Banca
Magnif. Anelli de Fusco. Petijt inquam Sa-
crum Hospitale, post sententiam contrà se la-
tam, in gradu restitutionis in integrum, de-
clarari suspectum Reg. Consiliar. Hortentiū
Pepi, ad præsens Regiæ Cameræ Summariæ
meritissimum Præsidem ex causis in actis de-
ductis; Cumq; opponeretur de lapsu tempo-
ris statuti in memorata *Pragmat.* fuit nihilo-
minùs dictum, quod non interueniat, referē-
te Dom. Consiliar. D. Blasio de Boliaca, cum
interuentu Spect. Præsidis S. C. in aula Dom.
Io. Baptistę Iouini Decani, penès Magn. Se-
22 cret. Ex quibus patet manifestè, solere mi-
nores, Ecclesias, & personas omnes misera-
biles restitui aduersùs lapsum temporis, *cap.*
constitutus, de in integr. rest. l. 3. §. si hæres, l. & si,
§. Sed quod Papinianus, & l. quod si minor, §.
Scæuola, ff. de de minor. 25. ann. l. fin. C. de repud.
hæredit. Clement. 1. de restit. in integr. & Affl.
23 *decis. 390. num.* 4. Et licèt possit per statutum
tolli remedium restitutionis in integrum,
Odd. d. tract. p. 1. quæst. 15. artic. 1. tamen dicūt
24 DD. quod talis derogatio fieri debet expres-
sè, nec satis est, quod lex contrà minores,
aliasq; personas priuilegiatas disponat, quia
non ideò censetur eis prohibuisse remedium
restitutionis, nisi de eo etiam specialitèr di-
sposuerit, notabilitèr *Ias. in l. si infanti, in fine,*
C. de iur. delib. Fulgos. consil. 235. per totum,
maximè in fine, *Bald. cons. 236. Statuto Ciui-*
tatis, lib. 1. & ex pluribus *Franch. cit. decis.*
431.

Io: *Leonardus* R*odoerius.*

SVMMARIVM.

F*Eudi alienatio, an possit reuocari vigore Con-*
stit. Constitutionem Diuæ Memoriæ, post me-
morialis porrectionem pro assensu, num. 1. Ne-
gatiuè, num. 3. Contrarium, num. 5. Author di-
stinguit, & adducit notabilem doctrinam Spect.
Dom. Regentis Albertini, num. 7.

Reuocari ampliùs non potest actus, super quo ce-
pie

pis superior manus, & authoritatem suam imponere. num. 2. & 4.

Assensus non incipit sumere vires à memorialis porrectione, & dicitur concessus, ex verbo fiat, num. 6.

Feudi alienatio an possit reuocari, vigore Constit. Regni, post assensum concessum, per verbum fiat, antè tamen illius registrationem, & redactionē, in forma Regiæ Cancellariæ, affirmatiue, nu. 8. vbi adducitur ratio dubitandi pro hac parte, & num. 10. Contrarium tamen passim deciditur, num. 11.

Assensus requirit scripturam, num. 9.

Assensus cōcessus per verbum, fiat, nō est perfectus, & stat in suspenso, quousq; registretur, & redigatur in forma Regiæ Cancellariæ, ideò habetur pro non præstito, num. 10. Sed contrà nu. 12. & 13. vbi interpretatur prædicta prior sententia.



AD CAPVT CXXIV.

Additio



1 Dubitatur notabiliter, an locus sit dispositioni *Constit. Regni Consta. Diuæ mem.* quò ad facultatē reuocandi feudorū alienationes factas sine assensu, postquam fuerit ab alterutro ex contrahentibus porrectum memoriale pro illius impetratione, fuisset q; à Dom. Prorege, eiusque Collat. Consilio emanata aliqua alia decretatio, diuersa à solita decretatione, per verbum *fiat*, quod importat assensus concessionem?

2 Negant multi ea moti ration, quia statim ac super aliquo actu cæpit superior imponere manus, cessat liberum arbitrium partium, quò ad facultatem reuocandi, & annullandi actum illum, nè ludibrio sit authoritas superioris, per *tex. in cap. bone, il secondo, vbi Innoc. n. 7. Butr. n. 20. & 48. in fin. Io. Andr. n. 8. circa fin. Abb. n. 8. Imol. n. 5. & Bald. n. 10. de postul. Prælat.* idem *Bald. in l. 2. n. 37. C. de seruit. & aqu. & Card. Zabarell. in Clem. 1. n. 11. de re-*

3 *nunc.* & in terminis, quod non sit locus reuocationi per prædictam rationem, probat *Io. Carol. Gallus*, olim insignis I.C. penès *Io. Baptist. Bilott. consult. 23. n. 10. & 11. & consul. 26. n. 12.* longè tamen melius *D. Reg. Molès in decis. manuscript. decis. 137. circa fin.* hæc scribens. *Faciebat rursus maiorem difficultatem in primo casu, quia per Vniuersitatem ipsius Ciuitatis Troiæ fuit porrectum memoriale Excellētiss. Proregi petendo assensum, quod memoriale fuerat per S.E remissum Reg. Cam. vt se informaret, quo casu considerabatur quadam acceptatio Regis, quòd licèt actus ex sui natura esset re-*

4 *uocabilis, tamen quia Dominus apposuerat manus super negotio, iam reuocatio non erat amplius licita, nè iudicium Domini futurum esset elusorium per singularem decisionem Innocen. in cap. benè il secondo de postulat. prælat. per illū tex. n. 6. & Abb. n. 12.* idem *Innoc. post glos. in cap. quidam cedendi, de renūciat. quibus accedat quod sola impositio manus Principis in negotio, induceit quod intelligatur inhibitum inferioribus, ad allegata per eundem Innocēt. in cap. cum M. Ferrariensis de Const.* Hactenùs doctissimus vir ille, cuius verba me nec puduit, nec tæduit referre, vt cunctis pateat impressa, tanti Præceptoris authoritas, quæ per paucorū bibliothecas manuscripta circumfertur.

5 Contrariam verò sententiam, quod omni iure concedenda sit reuocatio in proposito themate, non obstante memorialis porrectione, & decretatione in calce illius facta, probat in præsenti *Spectab. Dom. meus*, cui addo solemniter tradita in casu duriori, nouissimè per doctiss. *Dom. Consiliar. Staib. resol. forens. lib. 1. resolut. 1. n. 18. versic. Nec secundò obstabit.* Et est ratio, quia *Const.* semper est locus donèc impetretur assensus, defectus cuius est causa efficiens proptèr quam reuocatio per-

6 mittitur; Neq; assensus (ad effectum prædictū) incipit sumere vires à memorialis porrectione, *Franch. decis. 663. n. 2.* Sed à gratia Regis, vel eius locum tenentis, cum dicit *fiat*, *Bal. in l. humanū*, circa fin. *C. de legi. Felin. in rubr. de Const. n. 5.* latè *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 7. de assens. Reg. §. 9. n. 3. & 4.* & *Consiliar. Marcian. cons. 37. sub n. 12. vers. Similiter, vol. 1.* ex *Afflict. decis. 253.* Ergò quousq; intentio superioris consentire debentis, non explicetur, quod velit consentire, intrat indistinctè facultas reuocandi.

7 Pro concordia prædictarum opinionum, liceat mihi in hunc qui sequitur modū distinguere, præmittēdo, quod licèt illius *Const.* remedium quò ad facultatem reuocādi feudorum alienationes sine assensu factas, sit cōmune vtriq; contrahenti, tam scilicet venditori, quàm emptori, vt elicitur ex verbis *tex.* ibi. *Eisdemq; contrahentibus, & alienantibus, concedimus potestatē, iure proprio prædicta omnia reuocare.* Tamen quando ab altero ex contrahentibus memoriale Domino porrigitur pro assensu, tunc cessat illa cōmunis, & promiscua facultas, ità vt considerandum sit à quo supplex libellum porrectum reperiatur, nam si ab emptore hoc factum fuerit, nequibit ipse idem reuocare, & sic è contrà, & procedunt quæ in prima opinione considerata sūt; secunda autem opinio vera est tantùm in

co,

eo, à quo non fuit supplicatum, respectù cuius nullus contemptus, nullumq; Superioris ludibrium consideratur, sicq; ipse non prohibetur iure proprio reuocare; quæ concordia elicitur manifestè ex quibusdā manuscriptis *Spectab.* olim *Regent. Albertini*, inter quæ notatur sequens apostilla, quam ostendit mihi Ill. Dom. meus D. Antonius Nauarrete Marchio Laterciæ, & Reg. Consiliarius Aulæ Decanus, penès quem scripta illa seruantur, estq; tenoris seqq. vz: *Fuit dubitatum an post porrectum memoriale pro assensu, priùs tamen quod ille concederetur per verbum, fiat, habeat locū Const. Constitutionem Diuæ memoriæ, Resoluimus in illa casu quod non, quia nō potuit ipsemet venditor, qui dedit supplex libellum, recedere, & deludere superiorem, ex notatis in cap. benè il secondo de postul. præ at. & per glos in cap. quidam cedendi, de renunc. in fine qua dicit, Sicut si postulatio præsentetur Papæ, non potest posteà recedere ab ea, & alia glos. Apostillaris ibidem, dicit, Vel alio Superiori. Potuisset tamen in illa causa emptor tantum reuocare, quia cessat in illo ratio ludibrij superiorum. Albertinus.* Et hanc sententiam ipse veram puto, ex prædictis.

8 Non omittam, fuisse etiam disputatum, in casu longè duriori, an potuisset reuocari quędam feudi alienatio, post concessionem gratię per verbum, *fiat*, antè tamen registrationem, & expeditionem illius in forma Regiæ Cancellarię; & ratio dubitandi erat in partē affirmatiuam, quia prius quā prædicta adimplerentur, assensus non censebatur perfectus cum nihil factum dicatur, quando aliquid su-
9 perest agendum, vulgatis iuribus. Indè est, quod cum assensus in Regno requirat scripturam *Georg. allegat. 14. n. 13.* meritò concessus per verbum, *fiat*, non debet censeri validus, quia in forma priuilegij, ac Reg. Cancellarię expe-
1 diri debet, sicq; stat in pendenti, & habetur perindè si non esset præstitus. *Franch. d. decis. 663. n. 3. Reg. de Pont cons. 5. n 68 vol. 1. & cōs. 157. n. 14. lib. 2. Reg Lanar. cons 33. n. 6. Francisc. de Amic. in cap 1. §. pecunia ista, fol. 16. & § ex hoc n. 1. fol. 72. tit. de ijs qui feud. dar. poss. Ann. allg 95. n. 8. & Maur. alleg 75. n. 1.*

11 Tamen prædictis non obstantibus, fuit decisum contrarium, vt scilicèt post concessionem assensus per verbū, *fiat*, nullo pacto possit reuocari contractus alienationis vigore Cōst. quia vt diximus, gratia est iam efficacitèr facta, *Affl. d. dec. 253.* quem sequitur *Marcian. obs. sup.* & nouitèr ità refert iudicatum *Thor. in compend. decis tom. 2.* verbo, *Reuocatio alienationis, fol 608. col. 1.* allegans inter alios eundem cit *Affl. ct. in cap 1. d n. 57. vsq; ad 61. de prohib feud. alien. per Federic. & Ann. in repet: Const. Constitutionem Diuæ mem. n. 69.* & subdit notabilitèr, quod licèt assensus expeditus
12 per verbum; *fiat*, non sit totalitèr perfectus, quia multa adhùc remanent agenda, tamen non ideò appellandus est conditionalis, sed purus per totum tempus, intrà quod possunt expediri expedienda, ex *Theodor. alleg. 4. n. 10.* & *Reg. de Pont. d. tract de potest. Proreg. tit. 7. §. 9. n. 12.* vbi dicit, quod assensus est purus, resoluendus tamen sub conditione, & ità sunt
13 intelligendæ authoritates allegatæ in cōtrarium, vt procedant post lapsum temporis cōcessi in eodem assensu, & per regias pragm. ad adimplendum adimplenda, non autem antè, vt dicunt *Lanar. Ann.* & alij adducti.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

FEudi alienatio sine assensu facta, si reuocetur, vigore Constit Regni, Constitutionem Diuæ Memoriæ, emptor feudum cum fructibus restituere tenetur, venditor verò pretium cum interesse, n. 1.

Donatiua facta à communitate, & Vassallis alicui nouo Domino, proptèr eius iucundum aduentū, non sunt venditori restituenda, si feudi alienatio reuocetur vigore dictæ Constitut. num. 2. & 5.

Locatione facta de fructibus Baroniæ Episcopatus, vel Archidiaconatus, pro certa quantitate, non censētur sub locatione comprehensa munera, quæ solent à subditis dari, Baroni, Episcopo, vel Archidiacono, in eorū aduentu n. 3.

Donatiua data legato Principis, acquiruntur ei, nō autem Domino à quo fuit missus, num 4.

Fructus ex pignore percepti, si eos Dominus non percepisset, non computantur in sortem, n. 6.

Fructuum appellatione, non veniunt illi, qui percipi non sunt soliti, n. 7.



AD CAPVT CXXV.

Additio.

1 FEudi alienatio sine assensu facta, si ab alterutro ex contrahentibus reuocetur, vigore Cōstit. Regni, *Constitutionem Diuæ Memoriæ*, est facienda eo casu mutua acceptorum restitutio; ita vt emptor feudum cum fructibus, vēditor autem pretium cum interesse, ad inuicem retrodare cogantur, iuxtà terminos *tex. in*

cap. si quis Presbiterorum, de rebus Eccles. nõ alienand. in l. si vtere, & l. si prædium, C. de prædi. minor. l. si fundus, §. fin ff. de rebus cor. l. facta, C. de ædilit. edict. Afflict. decis. 278. num. 6 Ossas. decis. Pedam 160 num. 16. cum seqq. & in puncto *Franch. decis. 272. num. 13. & Reg. Ronit. consil. 70 num. 17. vol. 2.*

2 Ex qua conclusione dubitandi occasio orta est vtrum in fructuum restitutione, ab emptore facienda, veniant donatiua ei facta a cõmunitate, & Vassallis, vt fieri solet pro iucundo aduentu noui Domini? Concluditur negatiuè rationibus, & authoritatibus; addo *Nunct. Pellice. ad Consuet. Auers. cap. 8 n 236. & 237.* dicens; *in fructu tamē non venit id quod datur pro iucundo aduentu Ocdrad. consil. 129. glos. pragm. Sanct. in tit. de annat. in verb. fructibus, Boer. decis. 133. Nec dona, & Xenia quæ fiunt per Burgenses, seu Vassallos Baroni, vt habetur in decis. 172. per Dom. Vincent. de Franch.*

Meliùs *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 10. de diuers. prouis. §. dispensant Proreges num. 1. 2. & 3. fol. 322.* inquiens. *Dispensant Proreges donis, quæ solita sunt facere Vniuersitates nouis eorum Dominis, dum prima vice accedant ad terras, quas emunt, sicut est solitum pro iucundo aduentu Episcopi, in tantum quod DD. faciunt quæstionem, si hoc est in fructu, tamen quod facta condemnatione ad rei restitutionem, vna cum fructibus, non venit quod datum est pro iucundo aduentu Domini, de quo per Oldrad. consil. 129. Iacobi in l. si proprietati, col. fin. n. 6 ff. de iur. dot. & concludunt minimè teneri.*

Et hanc partem teneat etiã *Thor. in Cõpēd. decis. tom. 1. verbo, Dona percepta à Domino, fol. 158. col. 2 in fin.*

3 similis est huic sententiæ, illa alia conclusio, quam infrà allegandi firmant authoritate *Iacob. & Oldrad. loc. cit.* qui dicunt, quod si aliquis Archidiaconus (vel aliquis Episcopus, siuè *Baro*, cum sit eadem ratio) locet fructus sui Archidiaconatus Episcopatus, vel Baroniæ pro certa quantitate, non videntur locasse, munera quæ eis à subditis offeruntur, si locatione pendente Baro Episcopus, vel Archidiaconus, ad Baroniam Episcopatum, vel Archidiaconatum vadãt, nam fructus illi quos recipiunt pro eorũ iucundo aduentu, sũt personales, nõ verò reales, & ideò personæ cui dati sunt acquiruntur, non autem fructuũ conductori, qui solitos tantum, & naturales in. roitus conducti nomine recipere debet, vt notabiliter *Boer. decis. 133. num. 4. Franc. Marc. decis. 108. sub n. 2. lib. 2. Paris de Sindicat verbo, Prouentus, col. antepenult. in fine,* & quamplures alios congerit *Caroc. tract. de locat. & conduc. p. 3 tit. de rebus Eccles. loc. ãd. conclus. 8. fol. 135. col. 1.* & in simili de donati-
4 uis, & muneribus datis legato, seù *Nuncio* Principis quòd ea sua propria efficiantur, nõ verò illius Regis à quo missus fuit, nisi alia in contrarium coniectura vegeat, dicunt *Frãch. cit. decis. 172. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 27. n. 7. & Stracc. de Mercatur. tit. de nautibus part. 5 quæst. 5. per discursum.*

5 Alia quoq; euidens ratio addi potest, quia munera illa Domino ob iucundum eius aduētum elargita, dicuntur redditus insoliti, qui alias data non fuissēt antiquo Domino, meritò ei non sunt restituenda trahendo ad hoc dispositionem *tex. in l. domum, C. de rei vendic.* vbi in fructuum restitutione, ad summum illi fructus veniunt, quos dominus verosimilitèr percepisset, & sic quòs non percepisset
6 non restituuntur; Ad quem propositum notanda est authoritas *Soti de iusti. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 2. ad finem versic. hoc autem nihilominus*, vbi dicit, quod quamuis pignoris fructus sint in sortem computandi de qua re latè nos sup. *cap. 9.* per discursum tamen hoc fallit quoad illos fructus, quos Dominus ipse non percepisset, & ideò inquit *Sot.* eos cedere lucro Creditoris, quã doctrinam refert *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 11. tit. 8. num. 34.* vbi tamen allegat etiã *Nauar.* contrarium sentientem, *in manual. cap. 17. num. 216. versic. Non tamen putamus.*

7 Vltimò considerandum est, quod fructuum appellatione, veniunt tantum illi, qui naturalitèr recolliguntur, introitus verò insoliti, qui non sempèr percipiuntur, minimè veniũt sub generalitate huius nominis, vt *Pomponius* dicit, in l. *vsura 121. cum glos.* ibi, *de verb. signific.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

FEudi successio intèr collaterales de iure cõmuni feudorum extendebatur vsq; ad septimum gradum, num. 1. & reprobantur, qui eodem iure attēto, dicunt procedi in infinitũ, n. 2. Et in vno tantum casu possũt saluari, & intelligi, n. 3.

Feudi successio de iure Regni, ex Const. vt de successionibus, est restricta ad tertium gradum tantum, intèr collaterales, n. 4.

Successio in feudis, non fit primo acquirenti, sed vltimo decedenti, ab eoq; fit graduum computatio, num. 5. Contrarium, num. 7. Primo opinio est verior, num. 8. Secunda verò procedit in feudis ex pacto, num. 9. Author concludit, quod etiam in feudis ex pacto, & prouidentia succeditur vltimo decedenti ab eoq; computantur gradus, ad videndum vtrum succedere volens sit in gradu legitimo, nec nè, num. 10.

In fideicommissis attenditur proximitas hæredis grauati, non verò testatoris, num. 7.

Collaterales quamuis descendãt à primo acquirente,

te, si tamen non est in gradu legitimo respectu ultimi decedentis, non succedit, n. 11.

Frater succedit fratri in feudo, & vigore gratia, succedit etiam in feudo nouo concesso pro se, & haeredibus, ex corpore, num. 12. & 13.

Et per eandem gratiam, vterinus frater, vel vterina soror, succedit in feudo nouo, non obstante, quod dicat inuestitura, pro haeredibus ex corpore, num. 14.

Frater coniunctus fratri ex eo tantum latere à quo feudum peruenit succedit exclusa sorore vtrinq; coniuncta, n. 15.

Frater consanguineus tantum succedit fratri, exclusa sorore vterina, à feudo materno, n. 16. Sed vid. inf. n. 65. & 66.

Feudatarius habens Patruum, vel fratres patrueles, potest eos instituere in feudo, exclusa sorore, vel nepte ex filia, vigore gratia concessa huic Regno, & hoc tam in feudis antiquis, quam nouis, n. 17.

Patruus succedit nepoti in feudis nouis, & antiquis, n. 18.

Et sic è conuersò nepos Patruo, n. 19.

Fratres Patrueles succedunt in feudo, & quomodo, & quandò, n. 20.

Successio feudalis in linea collaterali hodiè est ampliata vsq; ad quartum gradum, sed quomodo hoc sit verum, n. 21.

Nepos ex sorore excludit fratres patrueles à feudi successione, n. 22.

Amita excludit fratres patrueles à successione feudi, n. 23.

Patrueles fratres nunquã succedunt, si existat alius proximior cuiuscumq; sexus, n. 24.

Nepos masculus descendens ex femina, excludit à feudi successione neptem feminam descendentem ex masculo, n. 25.

Neptis descendens ex masculo primogenito, excludit patruum secundogenitum, n. 26.

Repraesentationi in feudis non est locus in linea collaterali, n. 27. Sed Minad. dicit quod cessat ius repraesentationis vbi viuitur iure Longobardorum, non autem si viueretur iure Francorum, n. 29. Author concludit, quod cum in Regno viuatur iure Francorum semper sit locus iuri repraesentationis, num. 31. & 32. Sed quid in feudis ex pacto, & prouidentia n. 35.

Nepos ex Sorore primogenita, non excludit amitam secundogenitam à feudi successione, num. 28 Sed contrà num. 34. vbi interpetratur cons. 199. Corne.

Francorum ius, dicitur ius commune Regni circà feudorum successiones, non verò ius Longobardorum, & ita decisum, n. 30.

Nepos ex fratre primogenito, in linea collaterali, excludit patruum secundogenitum à feudi successione, n. 32.

Nepos ex primogenito occupat locum primogeniti, & excludit patruum secundogenitum in successione fideicommissi, & maioratus, in quibus primogenitus vocatus reperitur, n. 33. & quandò secùs ibidem.

Pater non succedit in feudo filij defuncti, n. 36.

Sed limitatur primò in feudo ab eodem patre filio refutato, n. 37.

Secundò in feudo materno, vel ab alia aliqua linea filio obuento, n. 38.

Tertiò in feudo nouo, concesso iure feudi antiqui, num. 39.

Quartò in feudo concesso, cum hoc pacto, vt sit transitorium ad patrem, n. 40. vel si moribus, & Cõsuetudine pater succederet, n. 41.

Quintò in feudo concesso filio intuitu, & contemplatione patris, n. 42.

Et vltimò in feudo, concesso filio cum clausula, pro se, & haeredibus quibuscunque, & quibus dederit, n. 44. Sed contrà n. 45. Prima opinio est verior, n. 46.

Patri datum videtur; quod datum fuit filio, eius contemplatione, n. 43.

Clausula pro se, & haeredibus quibuscũq; & quibus dederit nihil operatur, & nihil de nouo inducit, sed operatur iuxtà subiectam materiam, d. n. 45. Author tenet contrarium, n. 46.

Pater an succedat in feudo filij in casibus sup. enũciatis, si cum eo concurrat, defuncti frater, vel soror? Negatiuè, n. 47. Affirmatiuè, n. 48. & 49. Author verò quid sentiat, n. 50.

Pater succedens filio feudatario, an teneatur dare defuncti fratribus vitam militiam, vel portionem, ac sororibus paragium, remissiuè, dicto num 49.

Pater succedens filio, in feudo ei refutato, venit iure reuersionis, non autem titulo haereditario, sicq; non tenetur ad debita, contracta per filium defunctum, n. 51. Sed contraria opinio est verior. & decisa, num. 52. & 55. & refutatur Andro. contrarium sentiens in sui ratione, n. 53.

Pater dicitur acquirere si feudum filio refutatum, per eius mortem recuperat, eod n. 53.

Pater succedens in feudo filio refutato, tenetur ad solutionem releuij, n. 54.

Releuium soluitur à succedente haerede tantum, & non ab alio, n. 56.

Frater vtrinq; coniunctus natu minor, excludit à successione feudi defuncti fratris, alium fratrem consanguineum tantum natu maiorem, num. 57. Sed contrà pro fratre consanguineo tantum, n. 59. & haec est verior opinio, num 64. Contraria verò sententia procedit in feudo materno, n. 65.

Duo vincula fortiùs ligare habet locum, etiam in successione feudali, num. 58.

Primogenitura principalitèr attenditur in feudis, in quibus viuitur iure francorum, num. 60.

Cognationis vinculum non attenditur in feudis, & eijcitur vti impertinens, n. 61.

Duo vincula non dicitur habere, qui habet alterũ eorum inutile, n. 62.

Inutile, idem est ac nihil, n. 63.

Cognationis vinculum, quod sit habilitatum pro successione feudorum, per ius Regni, quomodo intelligatur, n. 64.

Frater vterinus, excludit fratrem consanguineum, à successione feudi defuncto fratri obuenti, ex linea materna, num. 66.

Soror exclu dit fratrem à successione feudi si le esset Clericus, vel Monacus. n 67.

Item si ob ingratitudinem fuisset à Patre exhaeredatus. n. 68.

Item si esset deportatus. vel banditus, n.69.

Et demum si esset demens, vel aliàs perpetuò inhabilis, n.70.

Soror dotata, & maritata, an excludatur à feudi successione, per aliam sororem in capillo, n.71.

Dotata ad hoc, vt excludatur à successione, requiritur quod fuerit dotata de bonis eius, de cuius successione agitur, n 72.

Filia dotata à patre, non excluditur à sorore in capillo à successione fratris, n.73.

Sed Afflict. distinguit, vt succedat tantum in bonis proprijs fratris, non autem in bonis ei obuentis ab haereditate patris dotantis, n.74

Contrà verò, vt collatis dotibus indistinctè fratri succedat n.75. & hac est communior opinio, nu. 76.& 79. cum ampliatione, n.80.

Paterna bona filia abuenta, post patris haereditatē aditam, non dicuntur amplius paterna, sed fraterna n 77.

Bona haereditaria alicuius post aditam haereditatē, dicuntur propria haeredis, non autem defuncti, num.78.



AD CAPVT CXXVI.

Additio.



Eudalis successionis materia,
ingeniosè, & succinte in hoc
Capite dilucidatur, ad decla
rationē tex. Const huius Re-
gni.incipientis, *Vt de succes-
sionibus*, vbi principaliter agi-
1 tur de successione in linea collaterali, & re-
stringitur ius commune feudorum, per quod
permittebatur successio in feudo intèr colla-
terales vsq; ad septimum gradum *cap 1. §.
hoc quoq; sciendum tit. de ijs, qui feud. dar. poss.
& cap 1 § hoc quoq; tit. de success. feud. Aluar.
in cap. 1 § si Capitanei de feud. March. Iacob.
de Sancto Georgi. in inuest. verbo, Praesentes, col.
2. Deci. consil. 85. num 4 Par. cons 23. nu. 22.
vol. 1. Curt. sen. cons. 84. col.* 3. & dicit esse cō-
munem *Roland. à Vall. cons 3. num 9 vol. 1. &
cons. 10. post num. 12. vol. 3.* Illi verò qui ad-
2 mittunt in infinitū successionē feudalem in
linea collaterali, sine graduum computatio-
ne, ex *text. in cap. 1. de natur. success. feud & in
cap si Vassall feud. priuat.* vt sunt *glos. in d. cap.
1. de success feud. versic. vsq; ad septimum gra-
dum, & in cap. 1. § si Capitanei vers. in consobrinis, de feud. March. Artem. Pistor. lib. 2. q.
19. num. 26. Couar. Variar.* Resol. *lib. 3. cap. 5. n.
4. vers. Quintò hinc, & Iuli. Clar. in §. feudum.
quaest. 79. num. 3.* confutantur, & vti verae opi-
nionis impugnatores, reijciuntur ab *Andr.
in d cap. 1. §. hoc quoq; sciendum, à nu. 20. vsq;
ad 23. & in d. cap 1. § si Capitanei, de feud.
March.* & *Io. Anton. Cannet. in cap. si aliquem
3 versic. defuncto, num. 4. fol.* 230. quod tamen
si eos saluare velimus, dicendum est, protra-
hi successionem collateralium in infinitum,
hoc modo; vt collateralis existens in gradu
successibili, succedat, & deindè descendentes
eius in feudo illo in infinitum succedant, vt
ingeniosè *Iason l. certum, num. 3. vers. Sed
mihi videtur*, C. *vnd. liber.* & doctè *Pras. Vr-
sin. tract de succ feud. p. 2 q. 10. n. 25. vsq; ad fin.*

4 Volui haec referre, vt clariùs pateat quā-
tum in hac re differat ius commune feudale,
à iure *d. Constit.* in qua restricta est successio
intèr collaterales vsq; ad tertium geniculum
tantùm, & ibi in vers. *in vlteriori gradu*, nu-
merantur expressè gradus, & generalitèr di-
citur, quod omnes qui sunt in vlteriori gradu
post fratrum filios, penitùs excluduntur, etiā
à feudis antiquis, vt plenè Rouit *decis. 94. nu.
5 16.* ea ratione, quia generalitèr in feudis, non
succeditur primo acquirenti, respectù cuius
successio fit in infinitum, quo ad suos descē-
dentes, sed succeditur vltimo decedenti, ab
eoq; fit computatio graduum, ità probatur
ex *d. Const. vt de successionibus*, dum à feudis
antiquis excludit eos, qui non sunt in gradu
legitimo, respectù vltimi defuncti feudata-
rij. & ità tradunt *Saccin. cons. 86. in fi. lib. 3.
Gozadin. cons. 4. num. 17. Corn. cons 22. col. 6.
lib. 2 Cannet in extrauag aliquem, num 2. cum
seqq.* Rosenthal. *de feud. cap 7 conclus. 59. num.
18. & 19.* & ibi *glos. lit. L. Vulte. de feud cap. 9.
num. 104. vers. Sed prior illa sententia*, & alij
ferè innumeri penès *Camill Lavath. in theatr.
feudal. part 9. dilucid.* 58 cui addo *Molin. de
Hispanor. primogen. lib 3. cap. 9. à num. 3. vsq;
6 ad finem, & Camill de Medic cons. 1. sub n. 42.
cum seqq.* & in fideicommissis quoq; successio
fit, inspecta proximioritate, respectu vltimi
fideicommissarij defuncti, non verò testatoris
instituentis, si de contraria eius voluntate nō
constet Rot. *Roman. decis. 72. part. 1. in nou.
Surd. cons. 370. num. 20. cum seqq. vol 3. Barzi.
decis Bono. num. 11. cum seqq. Gam. decis.
206 num. 23. Camill. de Medic. cons. 2 num. 31.
& Reg* Rouit *consil. 50. num. 7. vol. 1.* vbi red-
dit de hoc ineuitabilem rationem, quia testa-
tor eo animo quo praedilexit grauatum siuè
institutum, eadem intentione praedilexisse cē-
setur eiusdem grauati proximiores, praeter-
missis suis.

7 Contrarium verò, quod in feudis succeda-
tur primo acquirenti, non vltimo decedenti
feudatario, tradunt *Bald in cap. 1. § fin. de
success feud. & in cap. 1 de eo qui sibi, & haeredi-
bus suis, Aluarot. in d. cap. 1 § si Capitanei, n. 2.
vers. quaero, de feud. March. Iul. Clar. in § feu-
dum,*

dum,quæst.79.n.3.in fin.Ruin. conf.142. n.42.
lib.2.& conf.226.n.14.lib.3.& conf. 690. n.5.
8 *lib.7.*Sed prima opinio est magis cõmunis,&
verior,ex sup.relatis authoritatibus, estq; etiã
indubitata per *cit.Const.Vt de successionibus*,vt
sup. pariter ponderauimus; Verumtamen in-
telligenda est in feudo hæreditario, in quo is
qui succedere vult, debet esse vltimi decedẽtis
hæres, *Osas.decis.23.n.33.* In feudis verò anti-
9 quis ex pacto, & prouidentia, cum ea nõ trã-
seãt annexa cum qualitate hæreditaria, non
succeditur vltimo decedenti,sed primo acqui-
renti, sicq; sufficit, quod succedens sit de cõ-
prehensis in inuestitura, & de descendentibus
primi acquirentis,ab eoq;qui fuit primo loco
inuestitus de feudo, *Menoch conf.124. n.4. &*
42.lib.2 plenè *Camill. Larath. in theatr. feud.*
d par.9.dilucid.55. vbi innumeros adducit, &
ita distinguit intèr feudum ex pacto,& proui-
dentia,& hæreditarium, *Calter. conf. 13. de*
feud.Angel. conf. 110. Cardin. conf 124. Alex.
conf 85 in fin.Ioseph Cum.in cap si aliquis vers.
defunctio,n.3.& Tiraq.de retract.lignag. §.1.
glos.1.n.19.

10 Ego dico, quod etiam in feudo ex pacto,
& prouidentia attenditur persona vltimi feu-
datarij decedentis, ab eoq; computandi sunt
gradus,ad finem videndi,verum succedere vo-
lens habilis sit, necnè. & qualitas pacti aliud
non operatur,nisi vt successor nõ teneatur esse
hæres,neq;debita persoluere, itá interpretan-
do *Andre.*latissimè defẽdit *cit.Camill.de Me-*
dic.conf.1.à n.42.vsq; ad 45. & meliùs *conf. 2.*
sub n.29.& 30.& exquisitè *Fab.Ann.in addit.*
ad singul. sui genitoris 422. vbi latissimè im-
probat distinctionem *Calter.* & sequacium, vt
itidem sentiunt *Soccin conf.252. col.13. vers.*
Secundum verò dictum, vol. 2. Dec. conf.445.
n.14 & 19 & Rimin.iun. conf.108. n.31. 32.
33. & 34. vol. 1. Sicque vt redeamus ad
11 *Const.vt de successionibus*, dicendum est, quod
collateralis descendens à primo acquirente
existens tamen vltrà tertium gradum,nõ suc-
cedit collaterali, in feudo antiquo, siuè illud
sit simpliciter hæreditarium, siuè ex pacto, &
prouidentia, siuè mixtum, cum in omni casu
non attendatur proximitas primi acquirẽtis,
sed vltimi feudatarij defuncti, vt diximus, &
d.Const. non distinguit feudum á feudo, sed
indistinctè vult,quod qui non est in gradu le-
gitimo, respectu defuncti feudatarij, non suc-
cedat; Vndè quando DD.dixerunt quod col-
laterales agnati succedunt in feudo, si descẽ-
dunt à primo acquirente, ex *tex. in cap. vnic.*
*de success.frater.*debet hoc accipi, dummodò
succedere volens sit coniunctus vltimo dece-
denti in gradu habili, aliàs secùs, nam illud
quod successionem petens, sit de descenden-
bus primi inuestiti, operatur tantũ, vt possit
succedere collaterali, etiam quod inuestitura
esset,pro se,& hæredibus ex corpore, non ve-
rò supplet defectum gradus, & in effectu itá
sunt intelligendi, *Martin.Laudens.in cap 1.§.*
& quia vidimus,ibiq; *Præpos num.12.& 13.&*
Balzeran.n.39.vers.Contrà quia, tit.de his qui
feud.dar.poss.Rosenthal de feud.cap.7.concl.58.
n.1.cum glos.ibi,lit.A. Thom de Marin tit.2.
de feud.ex pact.& proud. concl.2 n.25 par.1.
Roland.conf.3. lib.1. & conf.32. lib.3. & Iul.
Clar.in §.feudum quæst.79.n 1.2. & 3. & licèt
dicant expresè,protrahi hoc casu successionẽ
collateralium in infinitum, aberrant tamen,
inspecto quod iura quæ statuunt gradus, lo-
quuntur non tantùm in feudis nouis, simpli-
citèr acquisitis pro se,& hæredibus,sed etiã in
feudis antiquis; & hæc opinio est indubitata
per *d. Const.* quæ in successione feudi antiqui
statuit tertium gradum,intèr collaterales, cõ-
putando illum ab vltimo decedente.

12 His positis dicimus,fratrem succedere fra-
tri,in feudo antiquo, ac etiam in feudo nouo
concesso, *pro se, & hæredibus*, simplicitèr. se-
cùs si diceret, *pro hæredibus ex corpore*,& hoc
vigore *d.* Const. *Vt de successionibus*, vt dicit
ibi *Afflict.n.10. & 11.* vbi inquit itá illam in-
terpretari,idem *Afflict.dec.293. Loffred. conf.*
38.& Reg de Ponte.de potest.Proreg.tit.9. § 1.à
*n.8.*cum multis seqq.Hodie vero vigore gra-
13 tiæ concessæ ab immortalis memoriæ Philippo
II. frater succedit fratri, etiam in feudo no-
uo concesso, *pro se, & hæredibus, ex corpore*,
vt in *prag.27.de feud. Ronit.dec.51.n.22.& Ca-*
mill.Larath in theatr.feudal.tom.1.par.9. dilu-
cid. 34. fuitq; concessa illa gratia ad preces
huius Regni, & ad excludendam cautelam
adinuentam à fiscalibus, qui vt excluderent
fratres à successione fratris in feudo nouo, in
inuestituris, & concessionibus feudorum, in-
distinctè faciebant apponere clausulã *pro hæ-*
redibus ex corpore, sicq; reddebatur inutilis
Constitutio, in perniciem Baronum, & feuda-
tariorum,teste *Ronit.cit.dec 94.sub n.15.vers.*
Sed fiscales.

14 Et per eandem gratiam fuit confirmata, &
ampliata ad fauorem Baronum, dispositio *d.*
Const. nam ab illa expressiùs habilitantur ad
successionem feudi noui,fratres, sororesq;ex
altero tantùm latere coniuncti,vel coniunctæ,
sicq; vterini, & vterinæ succedunt, in feudis
nouis,cõcessis cum clausula, *pro hæredibus ex*
corpore,seruata tamen sexus, & ætatis præro-
gatiua; quò fit, vt attentis his terminis frater
15 coniunctus ex eo tantùm latere. Vndè feudũ
peruenit,propter prærogatiuam sexus, exclu-
dat sororem vtrinq; coniunctam. *Petr.de Gre-*
gor.de feud par.4.quæst.7.n.2. cum seqq. & ibi
Mastrill.in addit.lit.A.fol.135. Imò plus dico,
16 vt ex eadem sexus prærogatiua, frater con-
sanguineus tantùm, excludat sororem vteri-
nam, à successione feudi materni, iuxtà illam
celebrem doctrinam *Minad. decis.36. nu. 11.*
quem sequitur *Consiliar.Theodor. alleg.99. n.*
27. Similitèr licèt neptis ex filia præferatur
17 patruo,& fratribus,patruelibus,nec non aui-
tæ,

tæ,& amita ipsa præferatur quoq;eisdem pa-
truelibus fratribus, tamen propter præemi-
nentiam sexus,potest feudatarius habens ne-
ptem ex filia,sororem,vel amitam,illas exclu-
dere, & admittere ad feudum agnatũ mascu-
lum,licèt remotiorem,in gradu tamen succes-
sibili,& sic potest vocare patruum suũ,vel fra-
tres patrueles, exclusis fœminis, quamuis
gradu proximioribus, vt fuit ex speciali gra-
tia, concessum huic Regno ad petitionẽ feu-
datariorum, in feudis antiquis tantùm in an-
no 1595. & ex pluribus, ità refert obseruatũ
cit. *Camill. Larath. tom. 1. par 9 dilucid. 81. n. 8.*
& practicatur etiam hoc in feudis nouis, vt
fecisse legimus D. Artusium Pappacoda, qui
in feudo Terræ Massafræ ab ipso empto, insti-
tuit fratrem, & exclusit neptem ex filia, cui
tantum dotem reliquit, eiusq; dispositionem
non legimus impugnatam, vt apud *cit. Ronit.*
d. dec. 94. n. 3. & sub n. 6. vers. Sed quatenùs.
18 Omnes enim præfatæ personę, quas diximus
posse institui,exclusis fęminis proximioribus,
sunt in Regno in gradu successibili; Nam quod
attinet ad patruum, ipse succedit nepoti in
feudis antiquis,vigore *d. Const. Vt de successio-*
nibus, & etiam in feudis nouis,iuxtà tamen quod
disponitur in *prag. 6. anni 1532. de feud.* & ne-
19 pos etiam succedit patruo, propter identita-
rem gradus, qui ità est de patruo ad nepotẽ,
sicuti de nepote ad patruum, sicq; inter eos
permittitur mutua successio, ad quod viden-
dus *Reg. de Pont. in lect. feudal. 12. à n. 25.* cum
plurib. seqq. & *Ann. in repet. rubr. de Vassall.*
decrep. ætat. sub n. 91. Quò verò attinet ad fra-
20 tres patrueles, ipsi quoq; inter se in feudis
succedunt, modò tamen feudum sit antiquũ,
quia in *prag.* infrà allegãda, habilitantur pa-
trueles,dummodò omnes descẽdant à primo
stipite,idest primo acquirente masculo, & nõ
alitèr,vt in *prag. anni 1548.* quæ est *11. de feu.*
& tradunt cit. *Ann. in d. rubr. sub n. 93. & 94.*
Lanar. in cap. 1. n. 6 de success. feud. & *D. meus*
Consiliar Hodier. ad Surd. dec 95. n. 25. Sicq;li-
21 cèt successio feudalis in collaterali linea per
gratias, & Capitula Regni sit ampliata ad
quartum gradũ,vt sunt patrueles, *l. 1. §. quarto*
gradu, de grad. cognat. hoc tamen intelligi de-
bet,cum qualitatibus,& circumstantijs, iuxtà
quod fuit declaratũ in *cit. prag. 11.* ibi, *Tenore præ-*
sentium ex certa nostra scientia, deliberatè, &
consultò dicimus, promulgamus, decernimus, &
declaramus, in quantum opus est, nõ fuisse nostræ
mentis, neq; intentionis comprehendere præsen-
tem casum in dicto Capitulo, sed tantummodò
extendere successionem in bonis feudalibus, in
linea collaterali vsq; ad quartum gradum, ad
fratres patrueles masculos prouenientes, & de-
scendentes per lineam masculinam à primo sti-
22 *pite.* Ex quibus fit, vt emens feudum si dece-
dat relicto nepote ex sorore, & fratribus pa-
truelibus, ille ex sorore nepos, patrueles fra-
tres indubitantèr excludit, tum quia illi sunt

in remotiori gradu, tum etiam quia nõ descendunt ab acquirente feudum,& propterea
cessat dispositio *d. prag.* quæ eos habilitauit,
de qua re sunt binæ *Allegat. Ann. 34.* vna, 55.
23 altera; & eadem ratione, amita feudatarij,
excludit à successione feudi,patrueles fratres
eiusdem feudatarij, vti remotiores. & nõ cõ-
prehensos in gratia, *cit. Camill. Larath. in d.*
theatr. feudal. tom. 1. par. 9. dilucid. 81. n. 8. qui
24 constituit vnicam verissimam regulam, vt
nunquam patrueles ad feudi successionem ad-
mittantur, quando cum eis concurrit alius
proximior,siuè masculus,siuè fœmina, nisi tã-
tũ aliud feudatarius disposuisset, iuxtà quod
diximus *sup. n. 17.*
25 Redeundo modò ad præeminentiã sexus,
quæ considerari solet in succedere volente in
feudo, capio singulare *Consil. Fulgos. 12.* vbi di-
cit,quod nepos masculus descendens ex fœmi-
na, excludit neptem fœminam descendentẽ
ex masculo, sequitur notabilitèr *Reg. Lanar.*
cons. 1. n. 69. Ratio est, quia qualitas sexus nõ
potest repræsentari, v. g. fœmina descendens
ex masculo, non potest masculinam qualita-
tem repræsentare, nam hæc esset quædã spe-
cies fictionis à veritate longissima; Potest ta-
26 men primogenitura repræsentari in cõcursu
cum alio eandem feudi successionem petẽte,
maximè in linea descendenti, nam vt dicit
Afflict. in cap 1. n. 54. in fin vers. Sed contrariũ,
de natur. success. feud. neptis & fortiùs nepos
descendens ex masculo primogenito, exclu-
dit patruum secundogenitum, à successione
feudi ascendentis, sequitur *Reg. Ronit. cons.*
74. n. 13. vol. 1.
27 Dicunt tamen,quod in linea collaterali,cir-
ca feudorum successionem, non sit locus re-
præsentationi, & subingressioni, hoc elicitur
ex *Corne. cons. 199. vol. 2. Lanar. cons 1. n. 65.*
cum plurib. seqq & latissimè *Consiliar. Theod.*
28 *alleg. 100* qui in hac materia concludunt, quod
nepos ex sorore primogenita, non excludit
amitam secundogenitam à successione feudi
patrui, probantes hoc ex dispositione nostrę
Const. Vt de successionibus, quæ gradum consi-
derat, non lineam, & propterea cum amita,
sit in gradu proximior, ipsa debet succedere,
exclusa nepte descendente ex primogenita.
29 *Minad. verò, cons. 21. n. 1.* ex duobus iuribus
Longobardis; probat quod vbi Longobardo-
rum ius seruatur, cessat ius repræsentationis,
& subingressionis, in feudi successione in li-
nea collaterali, quasi voluerit contrarium vbi
viuitur iure Francorum, quem sequitur *Con-*
sil. Marcian. cons. 8. in fin. aliàs *n. 80. vol. 2.* Et
30 in hoc Regno in successione feudorum, tam
in linea descendenti, quàm collaterali serua-
tur Ius Francorum, inuitans ad successionem
solum primogenitum, & hoc ius Francorum
dicitur ius commune Regni, adeò quod di-
centi, seruari ius Longobardorum in aliquo
feudo, incumbit onus probandi, tanquam ius

spe-

speciale, distinctum à communi, & hęc opinio est verior, ità solemniter decisa in causa Dominorum de sabellis, super successione Castri Andredochi, in Prouincia Aprutina, pro quibus scripsit, & obtinuit doctiss. *D. m. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 1. 2. & 3.* quidquid in eadem causa, contrarium, niti visse etiam probauerit cit. *Consiliar. Marcian. conf. 8. & 9. vol. 2.*

31 Et consequenter concludendo dicimus, subingressionem, & repraesentationem dari in vtraq; linea, non tantùm scilicet descendenti, sed etiam collaterali, cum agitur de succedendo in feudo (modò tamen non viuatur in illo, speciali Longobardorum iure) pro qua sententia, quamuis ipse innumeras ferè rationes, & authoritates adducere possem latis tamen mihi est, lectorem remittere ad ea, quae laboriosè vniuitèr cumulauit cit. *Camill. Larath. in d. sio Theatr. f. adil tom. 1 par 9 dilucid. 83*

32 *per tot.* vbi in linea collaterali, in feudis in quibus viuitur iure Francorum, probat nepotem ex fratre primogenito, excludere patruũ secundogenitum, & traditis per eum addendos putaui, pro ratione, & corroboratione, *Abb. conf. 85. n. 6. vol. 1. Gomes ad leg. Taur. 40. n. 65 Gramm decis. 1. per tot.* signantèr *n. 30. Aunsa repet cap. 1. de vassall. decrep. atat. num. 101. Consil Georg. alleg. 11. 9. n. 28.* & latissimè *Praes. Vrsin de success. feud. par. 2. q 4. art. 1. Mob dan. dec. 1.* aliàs *38. de feud fol. mihi 216.* & ità indifferentèr practicari contrà *Andeo.* sententem contrarium, testatur *Reg. de Pont. in lectio feudal. lect. 12. à n. 13. cum plurib. seq.*

33 id quod in fideicommissis, & maioratibus locum quoq; vendicat, nam si fortassè primogenitus inuitaretur ad succedendum, semper tunc filius primogeniti excluderet patruos secundogenitos, *Vin. decis. 501. n. 5. cum seqq.* & doctè *Molin. de hispan. primog. lib. 1. cap. 13. n. 35.* licèt esset contrarium si vocaretur maior superstres, vt diffusè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. lib. 1. contr. 48.*

34 Illudq; *Corne. conf* relatum sup *n. 27. & 28.* ad fauorem sororis secondogenitę, contra nepotem ex sorore primogenita, fuit emanatũ in vlteriori Regno Siciliae, in terminis particolaris *Const.* ibi existentis, quae incipit *Volētes*, & propterea non est allegabile apud nos, vt doctè aduertit *Praes. Vrsin. de success. feud. par. 2. q. 4. art. 3. n. 30. & art 4. n. 9* de quo etiã mentionem facit *Cerfal. ad Peregr. de fideic. art. 21. fol. 72. col. 1. vers. Tertiò obseruo*, sicq; meritò in nostris Tribunalibus fuit decisum ad fauorem nepotis ex primogenita, exclusa amita secundogenita, non habita ratione eorum, quae in contrarium allegauit, cit. *Scip. Theod. d. allegat. 100.* vt testatur *Spectab. Dom. meus hic, n. 56.* & in causa duriori longè antea idẽ decisum refert *Ann. alleg. 55. n. 5. & singul. 356.* vbi refert hoc fuisse obseruatum, in causa status Magdaloni.

35 Posset tamen procedere contraria opinio in feudis ex pacto, & prouidentia, vt in illorũ successione cesset ius repraesentationis, ità vt nequeat filius, patris in locum subingredi, ex *Nicc. conf. 127. Menoch. conf 200. n 63. lib 2. conf. 493. n. 10. lib 5 conf. 599. n 52. lib. 10.* & *in tract de arbitr. lib. 4. praesum. 95. n. 42.* subtilitèr *Montan. contr. 3.* qui testatur de veriori, & magis communi sententia: sed ipse firmitèr pro hac haic sententiae non attentior, confuoditur enim ex his, quae in contrarium super hoc puncto adduxit idem cit. *Menoch d. conf. 200 n. 64. conf. 498. n. 21.* & *d. praesum 95. n 45* & *Molin. de iust. & iur tom 3. disput. 616. n. 26.* vbi ex quampluribus docet, repraesentationi locum esse etiam in feudis ex pacto, & prouidentia, Idcircò cogitandum relinquo.

36 Transeo propterea ad ascendentes, & constituo pro regula parentes non succedere filiis in feudis, cum de sui natura feudum ipsum descendat, & non ascendat, *cap. 1. de natur succeff feud.* ibi, *Successionis feudi talis est natura, quod ascendentes non succedunt*, verbi gratia *pater filio*, & in Regno fuit pro hoc binae Cōstitutiones, vna quae incipit, *Fortudicatorum bona*, altera, *vt de successionibus*. exo. dicens, & innumeros ferè DD. congerit *Hartem Vulte. de f. ud lib. 1. cap. 9. n. 101. Ca d Mantic de tacit. & abig. conuent. lib. 13. tit 8 n. 5.* & *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit 8. de refu. f ad. in ia princ. n. 16 fol 242.* dicens, quod in feudorũ successione, non habet locum *tex. in auth. defuncto*, C. *ad Tertyll.*

37 Hęc tamen communissima atq; indubitata regula, restringitur pluribus in casibus; Hinc primò succedit pater in feudo antiquo, quod filius ex eiusdem patris contractu habuit, puta ex refutatione, ad *tex. in cap 1. de vassal. decrep. atat.* vbi *Andr. & Praepos.* aliiq; & *in cap. 1. de eo qui filio. fecit ag. 1.* Nec non est communis Feodistarum opinio *Iacob. de Ardiozin tit. de success. feud. §. ascendentes verò, vt §. Nam in antiquis*, aliàs *cap. 137. fol. 154. Andr. in cap 1. sub n. 35. de capit. Corrad. & in cap. si quis miles, n. 5 Imper. Lothar Iacobi. de feud. rab. & vnus ex dict. vassallis refutauit, n. 10 Zaf in epit feud. co iclus. 1. Alvar. in cap. vnic. num. 7.* & ibi *Afflict. n. 2. de nat ir. succeff. feud. Mising. r obser. 93. centur. 3. Seu fi. consil. 27. in princip cen. ur 1. Camill. de Medic. consil. 2. n. 125. & Georg alleg. 17. n. 3.*

38 Secundò in feudo materno pater succedit filio, & etiam in omni feudo filio obuento ex aliqua linea cum sufficiat quod in eo fit antiquum, *Ias in l. Gallus, §. etiam si parentes, n. 23. vers. Tamē aduertẽ, ff. de liber. & posth. Aretin. in d. cap. 1. n. 8. in fin* ibiq; *Afflict. n. 2 & 3. de natur. succ ff feud. Ardizz in tit. de succ ff feu. cap. 137. v. ff Idem puto, & par 7. cap. 6 n 4. Scraser. de feud. par. 7. de succ ff. effectd. vers. bas conclusio amapliatur, cap. 6. n. 2. Rosenthal.*

de

de f ud cap.7 concl.14. nu.12. & ibi *glos. lit L.*
Reg d. Pont. i tract. tit.8. n.24. & notabilitèr
Camill. de Medic.cons.85.n.15. & 18.
39 Tertiò succedit pater filio in feudo etiam
nouo, si tamen illud cõcessum reperiretur iu-
re feudi antiqui, ità concludunt DD. infrà al-
legandi, dicentes, quod alioquin illa conces-
sionis forma esset inanis ab effectu, propterea
operatur, vt sicut in feudo antiquo pater suc-
cedit filio (vt diximus) ità etiam in feudo no-
uo concesso iure feudi antiqui; ità *Aluar. in*
cap.1.n.3. ibi etiam *Rauen. tit. de vassallo de-*
crepitæ ætatis. Idem *Petrus de Rauenna in cap.*
1.de alienatione feudi paterni, ibiq; etiam *Præpo-*
situs n.2.circa fin Bald.in præludio feudorum n.
45.& Ias.n 88. & 90. Curtius de feudis par.1.
quæst.8 Mising.obseruat.87. centur.4. Gall.ob-
seruat,50.n,13.lib.2 Rosenthal.de feudis cap.2.
concl.13. & ibi *gl.lit.A. Natta cons. 467.468.*
n.12.& per tot. vol 2.Roland.à Valle cons.60.
nu 84 lib.1.Menoch.cons.160.nu.25. cum seq.
vol 2. Et in *tract.de præsumpt.lib.3. præsump.*
93.n.16.& 17. vbi dicit, quod feudum nouum
taliter concessum, assumit naturam feudi an-
tiqui, sicq; in omnibus regulari debet, vti tale.
40 Quarto succedit itidem pater filio in feu-
do, si pacto sub hac qualitate fuisset conces-
sum, *Aluarot. in cap.1. de natur. successionis*
feudi n.7. in fin. ibiq; *Affl.n.1.& Ardiz.* quem
sequitur *Curtius de feudis par.3.membr.2. n.*
43.Schrader.de feudis par.7.cap 6.de successio-
ne ascendentis n.3. vers. Secundò hæc conclu-
sio fallit,Schenein.de feudis par 6 cap.4. de suc-
cessione ascendentis n.6.vers. Secundo ex hoc ge-
neraliter. Duar.de feudis cap.11 Forester.l b.7.
tit.de success.feudi cap 4 in addit.post lib.9 con-
clus.5.n.35.& 38. & *Vultens de feudis cap.9.*
sub n.101. vers.in vtroq; autem, & in similivi-
41 demus, quod non tantùm pacto, sed etiam ex
consuetudine (quæ pacti vim obtinet) potest
habilitari pater ad succedendũ filio in feudo,
de quo fuit nouiter inuestitus, iuxta Theoricã
Andreæ in cap.1.n.5. de natura successionis feu-
di, cum dicit, quod per consuetudines, & mo-
res in feudis succedit ascendens, idem tenent
cit S b nein par.6.cap.4 n.6.dimit.3. Rosenth.
de feud. par.7. concl. 14. n.21. & ibi *gl. lit. F.*
Schrad de feud.par.7.cap 6.n.3. vers. Idem tu-
tis & Cassaneus ad consuetud.Burgund. rubr.3.
num. 3.
42 Quintò succedit etiam pater in feudo no-
uo filio suo concesso ipsius patris intuitu, et
contemplatione, vt tenent *Aluarot. Affl.Curt.*
Intr.gl.Schenc.Schrader.Forster. & alii allega-
ti per *cit.Vulte.d.tract.cap.9 sub n. 101. vers.*
quod autem pacto fit, addo *Petr. de Rauenn.in*
rubr.de natura successionis feudi, & Rosenth. de
feudis cap 7.concl.14.n.19. & ibi *gl.lit S* & pro
corroboratione confert illa indubitata iuris
43 regula, vt quod filio datur contemplatione
patris, patri datum videatur ad *tex.in l.dedit*
ff.de collat.bonor.& in l.sed si plures, §. in ar-
rogato ff.de vulgar.& pupill.Camill. de Medic.
cons.142.n.4 & 5. Spectab.Dom. meus re solut.
tom.2.cap.38.n.4.& tom.3 alleg. 146. n.4. Vi-
dendusq; eruditiss. *Ann Robert.rer. iudicat .lib.*
2.cap.13. & propterea, si id, quod datur filio
patris contemplatione de sui natura sit ex-
tinguibile ob eius mortem, ad fauorem pa-
tris efficitur transmissibile, & non caduca-
tur.
44 Sextò, & vltimò succedit pater in feudo,
de quo filius eius fuit inuestitus, si tenor con-
cessionis hoc suaderet, putà, quando conceditur,
pro se, & hæredibus quibuscumq; ex quibus
dederit, ex qua verborum forma dicunt feu-
distæ, quod est habilitatus pater, cuius condi-
tio deterior in hoc esse non debet conditione
hæredis extranei, qui pariter succederet, *cit.*
Rosenthal.de feudis cap 7.concl.14. n.22. Præ-
positus in cap. 1. n. 2. de vassallo decrep ætatis,
Ardiz par 3.de success. feud. vers. ascendentes
n.2.Mozz.de substantia feudi n. 74. Vesembec.
cap.6 n.8.Sonsbech. de feud. par.9. n.48 Bor-
colt cap.7.par.2. n.9. & Minsinger. centur. 3.
obser.93. & quamuis negandum non sit quan-
45 plures magni nominis authores contrarium
sentire ea mota ratione, quia clausula illa,
pro se, & hæredibus quibuscumq; & quibus de-
derit, nihil addit dispositioni, sed adhùc eam
relinquit sub dispositione iuris, sicque referri
tantùm debet ad personas habiles, non autẽ
ad personas inhabiles, & exclusas, qualis est
pater in feudo nouo filii sui, ex traditis per
Bald cõs.207.n.3.vol.2. idem *Bald. in cap 1. §.*
donare.vers. Sed dubitari potest in fin. tit.qualit-
ter olim feud. alienari poterat, eumque refert,
& sequitur *Dec.cons.171.n.5 in fin.& n 6 vol.*
1.Rub cons.110.n.6 Bero. cons 44 n.20. consil.
103.n.19.& cons 122. n.22. & Berdax cons.
73.n.15. Maximè quando in inuestitura feudi
reseruatur assensus domini in alienatione il-
lius, quia per talem reseruationem debilita-
tur vis, & virtus illius clausulæ, ità vt nihil va-
leat operari, & de necessitate debet restringi
ad personas habiles, iuxtà notabilem doctri-
nam cit. *Dec. vbi sup. sub n.3. vers.quartò. &*
vltimò, videndusq; *Osas.h.dec.Pedem.164* per
discursum. Tamen non est à priori sententia,
46 recedendum, nec præcedens ratio in contra-
rium allegata vrget, quia infiniti ferè DD te-
nent oppositum, & fortè melius concludunt,
nam alioquin nulla esset efficacia illorum ver-
borum, & essent superflua, quod ipse absurdũ
esse censeo, & nè videar labores aliorum fur-
tim mihi mutuasse legendi sunt pro hac re
plusquam quinquaginta DD. quos nouitèr
congerit *Camill: Lerata in cit. suo theat. feu-*
dali tom.1 par.9 chued.27. per totam, vbi su-
periorem sententiam firmat, & obiectis re-
spondet.
47 His positis remanet adhùc videndum, an
procedant prædicta etiamsi filius feudatarius,
de cuius successione contenditur, fratres, vel

so-

sorores reliquisset, & an pater ab illis excludatur? Nostra *Constit. Vt de successionibus* quæstionem hanc paucis decidit, dum ait, *Ex collaterali linea venientes, vt fratres, siue ex vtroq; parente, siue ex altero tantum, & sorores in capillo, excluso etiam communi patre superstite, omninò succedunt.* Itaq; hoc iure attento, indubitantèr videtur concludendum, quod in supradictis casibus succedat pater, modò tamen defunctus feudatarius, nec fratres, nec sorores habeat, vt annuunt omnes ferè DD. relati *sup. n. 38.* addo *Ann. in rubr. de vassall. decrep. ætat. n. 91. & in cap. 1. eiusdem tit. n. 9.* vbi Patrem excludi (inquit) à feudo filij, à feudatarij fratre, vel sorore; Neq; prædicta alitèr intelligi possunt, quàm de feudo antiquo, nã aliàs essent frustratoria, quia à feudo nouo, siuè adsint, siuè nõ, defuncti feudatarij fratres, vel sorores, excluditur pater, permanẽdo in puris terminis *d. cap. prim. de natur. success. feud. & d. Constit. Forbidicatorum Bona.* vbi *gl.* in verbo *ascendẽtes*, & in effectu hoc latè probat Reg. *Lanar. cons. 68.* per tot. vbi ponderatis omnibus Regni iuribus, multa contrà patrem inuehit, ad fauorem sororis feudatarij, concludens per hæc verba. *Obsecro, atq; obtestor, vt ista secundum solitum considerent, atq; perpendant, quoniam sine dubio tutior opinio est, & communis opinio pro sorore, contra Isern.*

48 Sed in contrarium, quod in feudis antiquis filij succedat pater, exclusis fratribus, vel sororibus, tenet *Reg. de Pont. d. tract. de potest. Proreg. tit* 8. *n. 15. fol.* 242. & pro corroboratione facit, quia omnes ferè Regni DD. pro-
49 ponunt quæstionem, an pater succedens in feudo filij, teneatur cæteris defũcti fratribus, & sororibus, ad vitam militiam, portionem, siuè paragium, vt videre est apud *Andre. in cap. 1. n. 8.* ibiq; *Afflict. n. 2. & Anna à n.* 367. *vsq; ad* 425 *de vassall. decrep. ætat. Georg. alleg.* 17. *n.* 48 *Rouit. in prag. 1 à n. 57. vsq; ad* 71. *de tit. seu inscriptio. abus.* & *Camill. Larath in theathr. feudal. tom. 2. par. 12. dilucid.* 67. Ergò omnes paritèr supponunt, quod potior sit in succedendo cõditio patris feudatarij, quàm suorum fratrum, aut sororum; sicq; videtur communior hæc sententia.

50 Ego vt dicam quid sentio, consideraui, quod cum plures sint casus in quibus pater succedit filio feudatario, & cum successio diuersimodè fiat (vt iam vidimus) non potest vnica determinatione resolui articulus, sed vnusquisq; illorum sua peculiari decisione indigeret, & proptereà nè valdè calamo protraham, ac succintum additionatoris morem transgrediar, considerandam in contingentijs relinquo feudi qualitatem, distinguendosq; illos sex superiores casus, vt ità facilè haberi possit, quid sit decidendum quando pater cum defuncti feudatarij fratribus, & sororibus concurrit, cum proptèr diuersitatem casuũ, multæ hinc indè esse possint dubitandi rationes; Non omittendo quod quando pater concurrit cum filia sua, defuncti sorore, distinguendum quoq; est, an soror illa sit dotata, & maritata, an verò virgo sit in capillo, vt per *D. Præs. Vrsin. in tract. de success. feud. p. 3. quæst. 3. art. 3. n. 17. & 18.*

51 Vlteriùs dubitatur, an pater succedens filio in feudo ei per priùs refutato, veniat ad illud reuersionis iure, ità vt ad debita per filium contracta non teneatur, an verò iure successionis, & titulo hæreditario? Pro resolutione capio *Andre. in cap. 1. §. si quis miles, sub n. 5. vers. Secùs si feudum, Imper. Lothar.* vbi dicit, quod pater non venit iure hæreditario, sed quod succedat filio in dicto feudo à se refutato, iure reuersionis, nam illud redeundo ad sua principia attractiua, fingitur, quod nunquam exiuerit de manu patris, idem tenet *Ann. in d. cap. 1 de vassall. decrep. ætat. n* 281 & *Dom. Camill. de Medic. consil* 99, *n. 17.*

52 Sed contraria opinio vt magis iuri consona in facti contingentia præualuit, quoniã iunctis aulis, decisum fuit patrem succedere in proposito themate, titulo hęreditario, fuitque insimul condemnatus, ad soluendũ creditoribus per filium contractis, pro concurrẽti feudi valore, *Franch. decis.* 3. cumq; sequitur *Georg. alleg. 17. n. 17. Reg. Rouit. in d. prag. 1. de tit. seu inscript. abus. n 62. cum seqq.* & cit. *Camill. Larath. d. dilucid. 67. par. 12.* Neque ratio
53 *Andre.* & sequacium, in oppositum allegata mouet, dum inquiunt, quod pater talitèr succedendo nihil de nouo acquirit, nam est ſa ſa in supposito; Ipso enim facto, quod filio suo feudum refutauit, visus fuit idem feudum amisisse propter dominium, quod à se irreuocabilitèr abdicauit, refutare enim quod est idẽ ac donare, perdere est *glos. in l. si quis obligatione 116. ff. de reg. iur.* recuperare autem rei dominium, & possessionem, naturalitèr, & ciuilitèr amissam, acquirere profectò est, quia recuperans à nõ Domino, Dominus efficitur, Vndè *Cicer. Multa* (inquit) *nosco te quæsiuisse, quia deperdita recuperasti.* Sicq; argumentum contrarium non subsistit.

54 Insuper confunditur *Andr.* quia ipse idem *in cap. 1. §. sed & plures, n. 9 in fin. tit. per quos fiat inuest.* dicit, quod pater succedens in feudo filij, ab eo cum is in humanis esset refutato, tenetur Fisco ad solutionem releuij, hæc sunt verba ipsius. *Et maxime si moritur filius, non relicto filio, quo casu reuertitur ad patrem, eumdemq; refutatorem seu donatorem, nam pater succedit filio, infrà de natur. success. feud. in prin. & tunc pater, vel alius frater, vel agnatus succedens, similitèr soluet pro successione releuium,* eandemq; sententiam sequuntur omnes ferè nostrates, signantèr *Afflict. in Const. Constitutionem Diuæ mem. n. 21. vers. Sed si filius Franch. d. decis. 3. n. 3. Ann. sing. 568. in fin. Anell. Amat. consil. 14. n 4.* & latissimè *Capan-*

de iur.relen.par.4.q.16.per totam. & *D. Reg. Moles in suis manuscript. decisionib. decis.* 111. quidquid dicat in contrarium solus *Marin. Frecc.de subfen.lib,2.author.3.n.19.*

55 Si ergò pater succedens filio in feudo ei refutato, soluit releuium, vt in confessis est *cit.*
*Andre.*consequens est, vt talis successio necessariò stat hæreditario titulo, non reuersionis
56 iure; Nam releuium a succedente hærede tantùm soluitur, non ab alio, idem *Andr.in d. cap.1.§.sed si plures n.7. in fin.* vbi testatur de Consuetudine, dicens, *Quia in succedente herede tantum, solutionem releuij mos introduxit.* de quo more, & consuetudine testatur itidem *Afflict.* in *Const. Constitutionem Diuæ memoria, n.21.* qui dicit, *Quia mos, & consuetudo Regni est, quod quando succeditur vt heres, tunc soluitur releuiũ.* Facit etiam *Const. Regni, Post mortem, tit.de mort.Baron. Imper. denunciand.Capyc.in l. Imperialem, de prob.b. feud. alien.per Federic.fol.53.col.2. vers. Releuium namque, Frecc.de subfeud. lib.2.author.3.n.43. fol.191.Franch decis.191.*per discursum, *Reg. de Pont.in lection.feudal.lection.2. n.50.* & in *tract.de potest.Proreg.tit.8.de refut. feud. n.5. cum seqq. Petr.de Gregor.de concess feud.par. 8.quæst.16.de iur. relen. n.3. Camill.de Medic. consil.18.sub n.12.* & *Reg.Ronit.in prag.1.n.9. de offic.procur.Cæsar.*

57 Quærit rursùs *Spectab. Dom.meus*, an defuncto feudatario, relicto fratre consanguineo tantum natu maiore, & fratre vtrinq; coniũcto, minore nato, vter eorum in feudi successione præferri debeat? *Consil.Georg.alleg.21.* fratris vtrinq; coniuncti, natu minoris partes defendit, & videtur adhærere huic sententiæ *Dom.Consil.Hodiern.ad Surd. decis.239. n. 9.* & pro absoluto tradunt omnes DD.relati ab infrascriptis, vt in concursu duorum super successione feudi, semper potentior sit conditio eius, qui duplici vinculo est cõiunctus defuncto, *Intrigl.centur.2.artic.3.n.46.* & *art.38, n.13. Mut.ad Consuetud.Sicil.cap.33.n.57.* & *58.vol.1.* & *D.Reg.Carol.Tapp. decis. S.C. 2, n. 20.* vbi dicit, quod etiam in feudi succes-
58 sione, habet locum regula, vt duo vincula fortiùs ligent ex *l.cum in adoptiuis 10. §.si verò, de adopt.cum glos.ibi, in vers.Item nota,* alia *glos.in §.Item vetustas,* verbo, *Muniuntur, inst. de hered.qua ab intest.deferun.* & in *§.Sed hodie, inst.de adop.*

59 Contrarium verò, quod consanguineus tãtum natu maior præferatur, refert decisum *Ann.cons.* 125. quem citat *Dom. Hodier. loc. cit.n.7.* eandemq; sententiam mordicùs contrà *Georg.*defendit *Reg Ronit.in prag. 11. de feud* & cit.*Camill.Larath. in Theatr. feudal. par 9. dilucid.35.* & vltrà istos, hoc idem manifestè tenent *Bald. in l. 1. C. de legit. hered. Dec.consil. 444. n.5. Tiraquell. de retract. lignag.glos.2.§.14.num.10.* cum aliis innumeris, quos sequitur *Card.Mãtic.de tacit. & ambig. connent.lib.23.tit.28. n. 17.* post *Zas. de feud. par.8.n.81.* Et regula in contrarium adducta, vt duo vincula fortiùs ligẽt, retorquetur pro hac parte, nam ad fauorẽ consanguinei, adest vinculum agnationis, quod ita est in eo, sicut
60 in vtrinque coniuncto, & etiam adest primogenitura (vt supponimus) quæ in feudis in quibus viuitur iure Francorum, primordialiter attenditur, vt is, qui primogenitus est, is præferatur, *cap.licet de vot.in fin. Andre.in l. Imperialem, §.præterea Ducatus, n.35. de prohib.feud.alien.perFederic. Alex.cons.25.n.10. vol.5.* & latè *Afflict.in Const. Comitib.* per discursum; neq; obstat, quod in vtrinq; coniuncto fratre, peculiariter concurrat vinculum cognationis, quod non concurrit in consan-
61 guineo dumtaxat; Quia in feudis, ac illorum successione, vinculum cognationis non est in consideratione, imò reijcitur tãquam impertinens, *cap.1.§.hoc autem notandum, de ijs qui feud.dar poss* iuncto *tex.in cap.1.§.filia de success.feud.* & magistraliter hoc obseruauit *Bal. in d.l.1.C.de legit.hered.*per hæc verba. *Quia mater nihil patrocinatur in feudis.* sequũtur *Dec.Tiraquell.* & alii sup. relati, quibus addo *Alex. cons. 9. in fin vol.5.* & *Iacob. Mandell.* Albens.*cons.86.n.2.*Idemq; *Mandell. cons.81.*
62 *n. 10.* in terminis quæstionis propositæ, inquit, quod duo vincula habere non dicitur, qui habet alterum eorum inutile, & imperti-
63 nens, quia idem est nihil, & inutile, applicando ad hoc *glos.in l.fin.C.ad leg. Flau. de plag. Arno.soliloq.72.* & *Gratian.discep.forens. tom. 4.cap.666. n.10.*

64 Ex prædictis igitur verior vndequaq; detegitur hæc secunda opinio, cui non aduersatur ius Regni, per quod videtur habilitata cognatio in successione feudorum, vt per *Const. & pragmaticas,* ex quibus vterinus frater, fratri succedit etiam in feudo nouo, quia hoc non est verum simpliciter, ac in omni casu, sed tantùm in defectum agnationis, & ideò in casu nostro cessat motiuum. Posset tamen procedere contraria opinio in feudo mater-
65 no, vt scilicet sine dubio in eo succedat is, qui vinculum habet cognationis, ex latere, vndè feudum peruenit, excluso eo qui ab eodem latere non est coniunctus, non obstante contraria *Minad.decis.*sequuta à *Consiliar.Theod.* vt vidimus *sup. n.16.* quia ibi ideò id factum fuit, propter concursum fratris consanguinei, cum sorore vterina, quæ propter sexum fuit
66 exclusa à feudo materno; Atqui si cum fratre consanguineo, cõcurret frater masculus vterinus, iste dubio procul succederet fratri in feudo materno, excluso consanguineo, quasi cesset ratio sexus, quæ fuit causa exclusionis, vt colligitur ex eod. *Minad.* primo eius decisionis compilatore.

67 Tandem agitur in præsenti de successione sororum, circà quod noto, eas per masculos indifferentèr excludi, quatuor casibus, excepris

ptis, omiſſis aliis. Primus ſi frater ſuperſtes
eſſet Clericus in Sacris, vel Monacus profeſ-
ſus, neq; eo caſu Monaſterium ſuccederet in
feudo ex perſona Monachi, vt fuit deciſum
apud *Afflict. deciſ* 320. & tradit etiam *Thom.
de Marin. lib. 1. de generat. feud. tit. 2. de feud.
ex pact. antiq. ſi. è Patern. num.* 139 *fol* 63.
68 Secundus caſus ſi maſculus proptèr ingra-
titudinem exhæredaretur à Patre, quia per
talem exhæredationem cum non poſſit eſſe
hæres patris, nequit etiam feudum obtinere,
& per conſequens ſit locus ſorori, modò ta-
men hæreditarium ſit feudum, non autem
ex pacto, vt latè *Andr. in cap. 1. in princ verſ.*
69 *Lex enim, de ſucceſſ. feud.* Tertius ſi maſcu-
lus eſſet deportatus, vel banditus, quia cum
in vtroq; caſu patri non ſuccedat *Bald. in l.
Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 10. ff de liber.
& poſth.* meritò excluſo maſculo debet ſuc-
70 cedere fœmina. Quartus, & vltimus ſi ma-
ſculus eſſet demens, vel alitèr à natura perpe-
tuò imperfectus; vt per cit. *Camill. Lerath in
d. ſuo Theat. feudal. tom. 1. part. 9. dilucid. 42.* ſi-
gnantèr, *in fin. num.* 38. vbi prædictos, & alios
caſus cumulat.
71 Quò ad alia, de quibus hic agitur, an ſo-
ror maritata, excludatur à feudi ſucceſſio-
ne a ſorore in capillo, iuxtà terminos *Conſt.
noſtræ, vt de ſucceſſionibus*, quia innumeræ sũt
quæſtiones, licèt ad vnum idem tendentes,
longè tamen differentes intèr ſe, cum in his
caſibus inſpiciendum ſit ad qualitatem feudi,
ad qualitatem perſonæ dotatæ, vtrum primo-
genita ſit nec nè, ad qualitatem dotantis, ad
quantitatem dotis, ad perſonam eius de cu-
ius feudi ſucceſſione agitur, & ad alias facti
circumſtantias, quæ occurrere in dies ſolèt,
idcircò ſatis mihi viſum eſt, lectorem remitē
tere ad *Dom. Paſ Vrſin. tract. de ſucceſſ feud.
part 3. per totam*, vbi circà materiam pluſquã
30. articulos maximi momenti examinat, re-
curre ad eum vti ad fontem
72 Vnam tamen communiſſimam regulam
omiſſam facere nolui, vt dotata in tantum
excludatur à ſucceſſione per *d. Conſt.* ſi alij in
pari gradu exiſtentes cum ea concurrerent,
in quantum dotata fuerit de bonis eius, de cu-
ius ſucceſſione agitur, & non alitèr, iuxtà
terminos *tex. in l. quoniam Nouella, C. de inoff.
teſtam. Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. Anchar. cõ-
ſil.* 80. *Caphal. conſ.* 278. *num.* 35. & 96. *Paul de
Caſtr. conſil.* 83. *num.* 5. *vol.* 2. *Gabriel commun.
opin. lib 6. tit de ſtatut concluſ.* 10. *Ant. alleg.*
81. *per totam, Reg. Rouit. conſil.* 68. *num.* 2. &
13 *vol.* 1. & generalitèr hoc tradit *Andre. in
Conſt in aliquibus, num.* 20. dum dicit. *Sempèr
enim vt proptèr dotem repellatur à ſucceſſione,
requirimus vt ſit dotata de bonis eius, de cuius
73 hæreditate agitur.* Quibus propterea fit, vt nõ
obſtante *Conſt. Vt de ſucceſſionibus*, filia quæ
fuit à patre dotata, & quæ hæreditati eius re-
nunciauit, ſuccedat fratri, nec excludatur à
ſorore in capillo *Iaſ. in l. 1. §. veteres, num.* 22.
ff de acquir. poſſeſ tenetur tamen conferre do-
tem, quam recepit *Conſ Georg. alleg* 30. *n.* 25.
74 Sed quò ad hoc aduertendum eſt ad do-
ctrinam *Afflict. in Conſt. Regni, in Aliquib, nu.*
20. vbi dicit, ſororem dotatam, & maritatam
à patre, ſuccedere fratri, vna inſimul cum
ſorore in capillo, ſed tantum in illis bonis,
quæ nouitèr frater acquiſiuit, non autem in
illis, quæ ei ab hæreditate patris obuenerunt,
quam diſtinctionem proſequitur *Theſaur. de-
ciſ* 63. *per totam.*
75 Impugnatur tamen hæc diſtinctio à *Præſid.
de Franch d* 171. vbi defendit, & deciſum
refert per S.C. quod ſoror à patre dotata, &
maritata, collatis dotibus, ſuccedit fratri,
vna inſimul cum ſorore in capillo, non tantũ
in bonis propriis ipſius fratris, ac ab eo no-
uitèr quæſitis, ſed etiam in bonis ei obuentis
à paterna hæreditate, & iſtam opinionem
intèr modernos defendit Reg. *Rouit. conſil.* 68.
vol 1. qui improbat *Theſaur.* vocando eum
ſpiritum contradictionis, dum *Afflict.* ſequu-
tus fuit, non vt ei fauerit, ſed vt Præſidi no-
76 ſtro aduerſaretur, & ſanè hæc eſt verior ſen-
tentia, communiſſimè recepta, & volui non
inutilitèr cumulare, quos eam tenent, nempè
DD. in l. 1. §. veteres, ſignantèr *Iaſ ff. de acqu.
poſſ Bald in l. 1. num* 41 *ff. de rer. diuiſ. Afflict.*
pro contraria parte allegatus, *deciſ* 178. *nu.*
4. vbi ita refert determinatum per totum
S. C. Tiraquell. de retr. pact. 1 gloſ 9 nu 44.
Io: Guttier. in repet. cap. quamuis pactum nu.
7. *cum ſeqq de pact. in 6 Iacob. Mandell. Albiſ.
conſ.* 7. *num.* 16. *Ant. alleg* 70. *num.* 29. *vſq; ad*
36 *alleg.* 117. *num* 3. & 4. *Lanar. conſil.* 60. *nu.*
1. 6 & 153. *Surd.* quem ſequitur *Fontanell.
de pact. nupt tom. 1. clauſula 4. gloſ.* 24. *num* 66.
fol. 561 *Vin. deciſ.* 188. & omiſſis aliis *Dom.
Reg Capye Galeot. in add. ad Camill. de Me-
dic. conſil.* 11 *n* 18.
77 Hi omnes in ratione conueniunt, dicentes
quod bona fratri obuenta ex paterna hæredi-
tate, paterna ampliùs non dicuntur, ſed fra-
terna, & efficiuntur proprium fratris patri-
monium, *l. ſed ſi plures, § filio impuberi, ff. de
vulgar. & pup ll. l. eius qui in prouincia, §. fin.
ff ſi cert. petat. l. fin. in fine, C. de inoffi. teſtam.
l. fin in princ. ff. de leg.* 3. *tex* optimus *in §. 1. inſt.
de hæred qualit. & differ. gloſ & DD. in l. 1 §.
veteres, ff. de acquir. hæredit. gloſ. in l. pœnul. §.
hæreditati. ff. cit. tit ſi cert. petat. cit. Guttier in
l nemo poteſt, num.* 76. *ff. de leg.* 1. & *in d cap.
quamuis pactum, num.* 8 *de pact. in* 6. *Dec conſ.*
262. *Alex. conſil.* 108. *ſub num.* 5. *verſic. & quam
primum, vol.* 1. idem *in l. eius, num.* 10 *ff ſi cer.
petat Vin. d. deciſ.* 188. *n.* 11. *Capye. Latr. con-
ſult.* 19 & *Rouit. conſ* 43. *num.* 2 & *conſil.* 100.
78 *n.* 4 *vol.* 1. dicentes per citata iura, quod ipſo
facto, quod hæres adit hæreditatem, bona

efficiuntur propria hæredis, nec dicatur amplius de patrimonio defuncti, quia mutatione personæ, mutatur conditio rei, vt latè
79 *Guid Pap.decis. 382.* Idcircò ex prædictis admittenda est soror dotata à patre ad successionem fratris, etiam in bonis ei obuentis à patrimonio patris, quia paterna amplius dici non possunt, & cessat ratio exclusionis, quā annuimus *sup. num. 72.*
80 Ad quem propositum, ampliando dicebat cit. *Gutier in d. cap. quamuis pactum, num. 9 de pact. in 6 fol 421.* quod soror maritata, & dotata à patre, succedit fratri in bonis suis propriis, & etiam in bonis eiusdem patris præfuncti, cuius hæreditatem frater pariter defunctus adhùc non adiuit, quia succedit in illo iure adeundi, quod frater ex potentia suitatis ad ipsam sororem transmisit, vt ipse *Gutier.* quamplurium authoritate probat.

Memini post impressionē prædictorum, circa successionem feudalem in linea collaterali, quod vigore nouissimæ gratiæ concessæ huius Regni Baronibus in anno 1655. indistinctè, & simpliciter est ampliata vsque ad quartum gradum inclusiuè, tam ad fauorem fœminarum, quam descendentium ex fœminis, ita vt in hoc quarto gradu omnia seruanda sint, quæ in tertio seruabantur vigore *d. Cost. vt de successionibus.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Foriudicati filius, natus, & conceptus post foriudicationem, an patri, & consanguineis succedat, remissiuè, num. 1.

Et an faciat deficere conditionem, si sine filijs, &c. num. 2.

Filij eius, qui læsæ Maiestatis crimen commisit, quampluribus puniuntur pœnis, n. 3 Sed hoc est verum in filio nato, & concepto, post patris delictum, non autem in filio nato ante delictum, nu. 4. vbi late, & reijcitur argumentum contrariū, num. 7.

Adam si habuisset filium prius quam peccasset, filius ille, originalem maculam non contraxisset, ex sententia Theologorum, num. 5.

Delictum patris filio antea nato, non nocere pluribus probatur, n. 6.

Distinguere quando possumus licèt tex. non distinguat, n. 7.

Pœnæ contra filios eius qui læsæ Maiestatis crimen commisit, hodiè de generali consuetudine non sunt in vsu, n. 8.

Lex puniens filios delinquentis in Regem, non tenet in foro conscientiæ, nu. 9.

Delictum patris non nocet filio, quin ipse ex propria persona possit in feudo aui succedere, num. 10. & 16.

Committens crimen læsæ Maiestatis efficitur feudorum, & successionis illorum perpetuò incapax, & ita quoq; filij, & descendentes eius, siuè nati ante, siuè post delictum, n. 11.

Frater secundogenitus succedit in feudo paterno, excluso primogenito, qui commisit crimen læsæ Maiestatis, n. 12.

Feudum hæreditarium reuertitur ad Dominum, propter graue delictum feudatorij, exclusis eius filijs, num. 13.

Secus in feudo ex pacto, & prouidentia, n. 14.


Et adducitur exemplum emphyteusis, ex pacto, num. 15.

Filij parricidæ, succedūt in feudo aui occisi, excluso Fisco, & alijs remotioribus agnatis, nu. 17. vbi ita decisum refertur.

Secus verò in bonis allodialibus, num. 19.

Parricida succedit occiso in eius bonis allodialibus, deindè Fiscus aufert ab eo, n. 18.

Portio quæ parricidæ spectabat in bonis occisi, an accrescat eius fratribus innocentibus, an verò vadat ad Fiscum, num. 20.



AD CAPVT CXXVII.

Additio.

1 Emissiuè in hoc articulo addenda putaui tradita, & decisa per *Dom. Præs. de Franch. decis. 102.* & per *Peregrin. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 6* per totum, vbi latè examinant, an foriudicati filius, natus, & conceptus post patris foriudicationem, ei, & consanguineis suis succedere valeat, inspecta incapacitate patris, & qualitate filij, qui licèt legitimus sit, procreatus tamen à nouo diuersoq; homine videtur;
2 Pariterq; notabiliter per cit. *Peregrin. ibid.* disputatur, an huiusmodi filius in eo patris statu natus, & conceptus, faciat deficere conditionem, *si sine filijs decesserit*, ad finem succedendi in bonis quæ fuerunt suorum maiorum, sub onere fideicommissi relictis, pro interpretatione tex. *in l. ex facto, §. ex facto ad Trebell.* quidnè si filius fuerit conceptus tempore foriudicationis, natus tamen post gratiam habitam, & de aliis casibus penès *Peregrin. vbi sup. & Bod. lib 3 tit. 7. num. 22. & Fusar. de fideicomm. subst. quæst. 423. num. 3.* post *Alex. in d. §. ex facto, num. 2. & Rip. num. 1. Paul. de Castr. in l. eius qui, §. 1. in princ. ff.* de

de testam. & Soccin. consil. 275. vol. 2.

Plurimum enim filiorum interest, natos fuisse priùs quam pater eorum exulèr deliquisset, præcipuè ad euadendam pænam *l. Iulia Maiest. in l. quisquis, § filijs, C. eod.* vbi Archadius, & Honorius Imperatores, filios eorum qui de tali scelere conuinguntur, ex Imperatoria pietate in vita reseruari iubent, quò ad alia tamen, perpetuò infames efficiuntur, ab hæreditatibus, eam ab intestato, quam ex testamento delatis repelluntur, ac ab omni dignitate, honoreq; vti paterna infamia comitati, perpetuò arcentur, concluditq; tandem *tex. vt his perpetua egestate sordentibus, sit, & mors solatium, & vita supplicium.*

4 Nihilominùs vt magis communitèr dicunt DD. dispositio huius legis locum sibi vendicat in illis dumtaxàt filijs, qui post læsæ Maiestatis Crimen commissum procreati fuere, quasi eo tantum casu filij pænis prædictis subire debeant, tanquam ab infecto, prauoq; sanguine descedentes; Illi tamen qui ante delictum procreati reperiuntur, non tantum immeritò, sed impiè talitèr puniri debent, sicq; vt infrascripti maximi nominis authores concludunt, ij benè possunt succedere, nec infamia teneri coguntur, si criminis socij non fuerunt, vt doctè per plures rationes probat *Cenall. pract. quæst. comm. contr. comm. quæst. 653. per totam Iul. Clar. in §. læsæ Maiestatis Crimen, num. 12.* vbi hanc sententiam equiorem, & magis cōmunem appellat, *Molin. de Hispan. primog. lib. 4 cap. 1 t sub num 55.* altet *Molin.* Iesuita *de iust. & iur. tom. 3. tit. de las Traiciones, leg. 2. versic. sus hijos, Simanc. tract. de Catholic. instit. tit. 29. nu. 13.* & ita fuisse iudicatum in Consilio Regio, testis est cit. *Cenall. vbi sup. num. 30. & 39. in fin. in Rot. Rom.* penès *Farin tit de Crim. Læsæ Maiest. quæst. 116. §. 3. sub num. 92. in fin.* & exquisitè *Marc. vot. 252.* vbi refert alios DD. ità tenentes, &

5 sigillatim contrariis respondet: Hinc, *Omnes in Adam peccauerunt Apostol. ad Rom 3.* quia omnes ab Adam, qui peccauit descendunt, sed si ipse filium habuisset natum prius quam in Dominum peccauisset, is protectò, & descêdentes eius, patris iniquitatem non portareut, nec vllam pænitùs originalem culpam contraxissent *Augustin. super Deuteronom quæst. 42. Magist. senten. in Psalm. 50. art. 6. Durand in 2. sentent. distinct 33. quæst. 1. nu. 7. & Cardin. à Turre Cremat. in Can. iam itaq; 1. quæst. 4.*

6 Repugnat enim Intellectui, quod culpa, & delictum patris nocere debeat, genito iam, & nato filio, qui nec culpæ conscius, nec delicti Socius fuit, Ideoq; dicit *glos.* vulgata, *in l. Diuo Marco,* verbo, *aspergit, C. de quæst.* quod huiusmodi filius vri verus innocens, iuribus, dignitatibus, & honoribus suis potiri debeat, non obstante patris delicto quantumuis atrocissimo, ex post facto perpatrato, ad quod concinunt *tex. in Can. non imputantur, 1. q. 4. in Can. si habes 3. quæst. 4 tex. sub tit. de consecrat. distinct. 4. & in l. 2. C. de libert. & eor. liber.* quæ iura sunt decidentia, & terminant punctum, dum dicunt, quod filio nato,

7 subsequens patris delictum minimè nocet; Et ex eisdem respondetur ad obiectum nonnullorum, qui dicunt, quod cū *tex. in d. l. quisquis § filijs, C. ad l. Iul Maiest.* de filiis indistinctè loquatur, nequit meritò filiorum genus distingui, vulgatis regulis; Quia quandò ex aliqua lege generalitèr loquente resultat praua conclusio, vt in casu *d. l. quisquis § filijs)* tunc potest distinguendo reduci ad concordiam, cum alijs iuribus, vt in terminis *Io: Iguens in l. fin. num. 44. ff. ad Syllan. Molin. d. disput. 658. num 21 lit. E. vers. Ad primum ergò argumentum. & Cenall. d. quæst. 653. a num 21. cum plu-*

8 *ribus seqq.* & notabilitèr subdit *nu. 39.* quod hodiè de generali consuetudine Ital *& d. l.* quoàd filios non est in vsu, imo videt ur correcta ex dispositione *tex in l Sancimus, C. de pæn.* vbi delicta suos tantum respiciunt authores, quæ opinio fuit originalis *B de. in l. 3. circà fin. ff ad l. g. Iul. Maiest. & Angel. in l fal-*

9 *lacitèr nu. 4 C. de abolit.* qui etiam dicit, quod in foro conscientiæ dicta lex in filios innocentes sæuiens, non valet, & ideò cautiesse debent Iudices, nè illos illarum pænarum reos in decidendo existiment, quia lrealitèr peccarent, sequitur *Alciat. respons. 467 nu. 6.* in antiq. impres. *Socin. cons. 275. vol. 2. Ralàd. Vall.* legendus in contingentiis. *cons. 74. sub n. 20. & 21. vol 3. Iul. Clar.* paritèr obseruādus, *in d. § læsæ Maiestatis, sub num. 16. versic. Neq; est hoc loco prætermittendum, & Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 41. num. 48. & 49.* vbi æruditissimis quoq; sententiis, & exemplis hoc exornat.

10 In feudis tamen non est par ratio, quia licèt in illis quoq; Patris delictum, non noceat filiis suis, quin liberè possint Auo feudatario succedere, sublato de medio patre delinquēte *Bald. in cap. 1. sub num. 3. vers. Aut viuente auo,* vbi etiam *Aluarot. sub num. 3. vers. Sed hac regula, tit. si Vassall. feud. priuet. Andre. in Cōst. Regni, ob filiorū culpas, Iacob. de Sancto Georg. in inuest. feudal. verbo, dictiq; Vassalli, sub nu. 68. Zasi. de feud part. 10. num. 107. Peregrin. de fideicomm. art. 18. num. 3 in fin. & Paschal. de patr. potest. p. 4. c. 5. num. 40.* videndiq; *Carol. Ruin. cons. 122. num. 5. vol. 2. & Mangon. decis.*

11 *Floren. 16. num. 9.* Hoc tamen non procedit in Crimine læsæ Maiestatis proptèr quod nō tantum delinquens ipse efficitur indignus ad retinendum, & succedendum in feudis, sed etiam filii eius, qui finè nati fuerint ante, vel post delictum, semper, & omni casu incapaces sunt feudorum, & successionis illorum, nam indifferentèr procedit ratio quare ita sit; Quia si non possunt stare sine dedecore in Curia Domini, qui nunquam permittit proditores, & filios eorum coram eo esse, ad *tex.*

in

In cap. 1. § denique sit, quæ sit prim. cauſ. be-
nefic.amitt.& in cap.1 tit.an ille, qui interfec.
*fratr.Dom.*cum concordantib. penès *Gaball.*
Resol.crim centur.2.casu 182.*n.* 15. post *Andr.*
*in cap.1. §. Præterea si vassallus, n.*10. *&* 11.
eod.tit.quæ sit prim.cauſ. &c. vbi dicit, Lugu-
bre esse Domino passo feloniam, videre filiũ,
vel nepotem eius, qui deliquit in eum, latè
*Reg.de Pont.de potest Proreg tit.*8. *§ 9. num.*5.
6 19 *&* 20. vbi dicit hoc verum, in omni ge-
nere feudorum, etiam ex pacto, vt semper fi-
lii, & descendentes proditoris excludantur à
retinendo, & succedendo, *Reg. Rouit. cons.* 12.
sub n. 28. *&* 29. Collaterales tamen non pu-
12 niuntur amissione feudi propter feloniam al-
terius collateralis, vndè si primogenitus ali-
cuius feudatarij, læsæ Maiestatis crimen com-
mittat, nullum per hoc impedimentum infer-
tur secundogenito, quin liberè possit in feu-
do paterno succedere, *Andr. in d.§. Præterea*
*si vassallus n.*12. quem sequitur *Reg. de Pont.*
vbi sup. d. n. 20. & *Rouit. d. consil.* 12. *n.*30.
*vol.*1.

Extrà verò casum læsæ Maiestatis, filius ex
delicto patris puniri non potest pæna amis-
sionis feudi, vel inhabilitatis ad succedẽdum
in feudo, quod vt clariùs pateat, distinguendi
sunt duo casus Primus quando habens feudũ
delinquit. Secundus quãdo delinquit ille, qui
ad feudi successionem aspirabat post mortẽ
agnati sui ascendentis, vel collateralis.

13 In primo casu capio doctrinam *Bar. in l. eũ*
qui n. 1. *ff de interdic. & Relegat.* vbi dicit, quod
si habens feudum delictum tale committit,
propter quod venit illo priuandus, tunc si
feudum est hæreditarium, reuertitur ad Do-
minum in pænam delicti, excluso feudatarij fi-
lio, qui illud habere nõ poterat, nisi vti patris
successor, idem tenet *Socin. cons* 68. *n.*126.
vol 3 & alii relati per *Menoch. de arbitr. casu*
356.*n.*96 quia in hac specie feudi, si poterat
pater præiudicare filiis contrahendo, & alie-
nando, potuit eò fortiùs eisdem præiudicare
delinquendo talitèr vt feudo priuari debeat;
idem tenẽt *Alex.cons.*30.*n* 9.*vol.*6.idẽ *cons.*13
n 9 &10.*vol* 5.& de ratione *Andr. in cit. § præte-*
14 *rea n.*11. si verò (inquit *Bar.* vbi sup.) feudũ est
ex pacto, & prouidentia, tunc excepto delicto
in Dominum, aliud quodcumq. patris crimen
filio in ea feudi specie non præiudicat, quem-
admodum neq; ei præiudicare poterat con-
trahendo, vel alienando, quia persona filii in-
trat ad successionem, nullo penitùs conside-
rato patris delinquentis ministerio, ità sanè
sentiunt cit. *Zas. de feud. par.*10 *n.*98 *fol. nubi*
161.*Peregr. de iur. fisc. lib* 4.*tit.*1.*n.*109. & latis-
simè ex innumeris *Gaball. resolut. crim. cent.*
2.*d.casu* 182. per discursum, & *Menoch. d.casu*
15 356.*n* 97.*cum seqq.* & in emphyteusi quoque,
ad quam successores descendentes, ex pacto
vocantur, delictum vnius, successori non no-
cet, sicuti nec negligentia per cessationem à
solutione Canonis, cit *Bar. in d l. cum qui, n.*3
*& Iaſ. in l. adoptiuum patrem § patronum, n.*4.
ff. de in ius vocand.

16 In secundo verò casu, scilicèt quando com-
mittens crimen non habet feudum, habet ta-
men spem succedendi in feudo, & tunc (exce-
pto si delinquat in Dominum, vt diximus)
nullo pacto præiudicat filiis suis, quin possint
ex propria persona succedere in feudo subla-
to patre de medio, & procedit superior con-
clusio relata *sup. n* 10. addo insignem *Came-*
rar. in cap 1. *n* 61. *vers. Aut sumus in delictis,*
tit an agnat. vbi latissimè probat delictum
patris non nocere filiis in eo feudo, quod pa-
ter ipse delicti tempore non possidebat, &
Bilot. consult 32 *n.* 1. *&* 6. Hinc per Reg. Cam.
17 facta relatione in Collat. Cons. fuit decisum,
filios parricidæ posse succedere in feudo aui
interfecti, sublato de medio patre parricida,
sicut in effectu fuerunt admissi, in causa feu-
dorum Francisci Cinci, sæuitèr ab eius filio
occisi, cum Regio Fisco, & aliis interesse præ-
tendentibus, in qua causa noto fuisse hinc in-
dè allegatum, à celeberrimis illorum tempo-
rum I. C. contrà nepotes occisi, *Fab. Ann. cons.*
128. Pro nepotibus verò, pro quibus fuit de-
cisum, *Reg. Rouit. cons* 11 *&* 12. *vol.* 2. & pro
eisdem *Reg de Pont. de potest. Proreg. d tit* 8 §.
9 per totum, cuius etiam mentionem fecit
*Molfes ad Consuetud. tom.*1. *par.* 4. *quæst* 58.
*n.*5. per quos Authores, magistraliter, & inge-
niosè iura feudalia circa hoc interpetrantur,
& notabilis constituitur differentia inter eum
qui repellitur à successionẽ, vti incapax, & eũ
qui ad succedendum admittitur, sed postea
ab eo vti ab Indigno aufertur defuncti hære-
ditas, & Fisco applicatur, sicuti euenit in suc-
cessione allodialium.

18 Nam in allodialibus bonis, ac illorum suc-
cessione, si quis committat parricidium, suc-
cedit patri occiso, posteà tamẽ ex dispositio-
ne iuris auferuntur ab eo bona, & applicãtur
Fisco, ad tex *in l. indignum. ff de his quibus vt*
indig. l. Lucius ff. de iur. fisc l. fi. §. fi. ff de bon.
*damnat l. his consequenter §.*1. *vbi glos ff fam.*
*hercisc Boer. decis.*25 & per consequens in al-
19 lodialibus, nepos non succedit auo quem pa-
ter eorũ interfecit, quia successit pater, à quo
deindè Fiscus abstulit, *Iul. Clar. in §. homici-*
dium n. 22. *& Boer.* loc. cit. quidquid dicant
Bar. in l. fin. § fin. vbi Apostill. A. ex ff. de bon.
*damnat & Bald. in l si quis ingesti, in fin. n.*7. *C.*
de ingeſ nupt legendus tamen *tex in l. diui fra-*
tres 17 vers. *Magis visum est, ff. de iur. patron.*
plenè *Menoch. d. casu* 356 *à n.*106. *vsq; ad fin.*
& latissimè *Gaball Res l. Crim centur.* 1. *casu*
10. per totum, vbi diffusè examinat illum cele-
20 brem, & disputatum articulũ, an portio par-
ricidæ, qui vti indignus repellitur à successio-
ne, accrescat cæteris parricidæ fratribus, qui
de delicto, neq; conscij, neq; complices fuerũt,
an autem vadat ad beneficium Fisci; & tandè
pro-

propositis hincinde authoritatibus, concludit pro Fisco, exclusis parricidæ fratribus, qui in eorum tantum portione succedunt; *Menoch.* verò vbi sup. *n.* 111. in fine, dicit quod contraria opinio, tanquam humanior in praxi tenenda est.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

PRimogenitus frater succedens in feudo nouo patris, tenetur dare secundogenitis masculis partem pretij erogati in emptione illius feudi, n. 1. & fæminis sororibus paragium, n. 2.

Pars pretij feudi noui non est præcisè soluenda in contantis, quia sufficit, quod assignentur tot corpora burgensatica, n. 3.

Primogenitus frater non potest cogi à secundogenitis ad vendendum feudum nouum, pro consecutione partis pretij, & quid sit agendum, n. 4.

Interesse partis pretij debiti secundogenitis, non debetur à die mortis patris, sed à die interpellationis, n. 5. vbi latè de ratione, & n. 8.

Conferre qui tenetur non est in mora, nisi interpelletur, n. 6.

Secundogenitus habet electionem petendi, vel partem pretij feudi noui, vel vitam militiam, n. 7.

Pars pretii feudi noui debetur secundogenitis, inspecto valore feudi tempore emptionis, n. 9. Author verò defendit esse attendendum valorem tempore mortis communis patris, n. 10. & 12.

Collatione in facienda, inspicitur valor bonorum tempore quo sunt in collatione ponenda, n. 11.

Pars pretij feudi noui non debetur si feudum fuerit acquisitum titulo lucratiuo donationis, non verò titulo oneroso, n. 13. Sed limita, & intellige, vt n. 14.

Pars pretij feudi noui non debetur, si pater fecit testamentum, & deuisit bona inter filios suos, n. 15

Item nec debetur in successione feudi noui in linea collaterali, n. 16.

Secundogenitus pro consequtione partis pretij feudi noui, habet actionem personalem in rem scriptam, n. 17.



AD CAPVT CXXVIII.

Additio.

1 

EX inucterata, & indubitata Regni Cõsuetudine, in iudicando recepta, primogenitus succedẽs in feudo nouo, scilicet nouiter à genitore eius empto, tenetur secundogenitis masculis æqualem partẽ prætii erogati dare, fuit hæc opinio originalis *Andrea in cap. Imperialem §. Præterea ducatus, num.* 39. & 40. *de prohib. feud. alienat per Federic.* & ibi *Liparul. in add. sub d. num.* 39. *lit. Q.* vbi dicit hanc esse receptam sententiam in S.C. *Afflict. in eod. cit. §. Præterea ducatus, sub num.* 90. ibiq; etiam *Camerar. fol.* 106. *at. lit. M. cum seqq. Luc. de Penn. l.* 1. *num.* 31. *vers. nam si Pater acquirit feudum, C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. *in* 8. *col. Minad. in Const. Regni, in aliquibus, super vers. rubr. de successione, sub num.* 30. quem sequitur *Bilott. consult.* 10. *num.* 30. & 31. *Regg. Rouit. in pragm.* 1. *num.* 72. *de tit. feu. inscript. abus.* idem *cons.* 1. *nu.* 28. *vol.* 2. & *Spect. Dom. meus*, qui alios quamplures allegat, *Resolut. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 18. & 19. & de ratione huius conclusionis latè, *num.* 21. & 22. & *eod.*
2 *lib. cap.* 85. *num.* 1. Et fæminis quoq; sororib. tenetur primogenitus frater, qui feudi noui successionem habuit, dare de feudo illo legitimam (quæ alio nomine paragium apud nos nuncupatur) *Thomingi. decis.* 2. *num.* 27. & *Hartm Pistor. lib.* 2. *quæst.* 38. *num.* 63.

Aduertendum tamen est circà prædicta ad plura.

3 Et primò, quod non potest cogi primogenitus frater feudi successor, prædictam prætii partem secundogenitis in contantis soluere, sed debito satisfacit, assignando eis eorum partem pro concurrenti quantitate, in patrimonio burgensatico, quia vt dicit *Camerar.* hæc partis prætii solutio, quæ per modum collationis fit, de hæreditate burgensatica fit, *in l. Imperialem, fol.* 104. *lit. Q. col.* 4. plenè *Camill. Larath. in Theatr. feudal. p.* 9. *dilucid.* 70. *lib.* 1. & magis in terminis *diluc.* 72. *num.* 16. & 17. vbi expresse negat posse cogi fratrem primogenitum, ad soluendum secundogenitis partem pretii in contantis, idem tenet *Francis. Censal. ad Peregrin. de fideicomm. art.* 42. *fol.* 448. *col.* 2. circà medium, *vers. vbi vlterius*, quo loci mentionem facit de *Spectab. Dom. meo* in præsenti, idem *Dom. meus*
4 *infrà cap.* 250. *n.* 10. Quò etiam fit vt nequeat primogenitus cogi ad effectum prædictum ad

vendendum feudum, quia cogeretur per in-
directum ad foluendum in contantis, & sic iu-
re meritò priùs debet fieri difcusfio bonorú
allodialium, remanforum in hæreditare Pa-
tris, vt in fimili tradit *Andre.in Conft. Regni,
in aliquibus, col.6.verf.Sed fi dicamus*, deindè
verò bonis allodialibus non exiftentibus, vel
non fufficientibus, neq; proceditur ad vendi-
cionem feudi, fed eius tenuta datur fecundo-
genitis fratribus, vt ità de fructibus illius fin-
gulis annis ad certum tempus percipiendis,
fibi ipfis fatisfaciant, vt in terminis inquit,
*cit.Larath.d.dilucid.72.fub num.17. & 18.p.
9.tom.1.* vbi refert cofimilem decifionem;
Neq; obftat *Minad. in rubr.d.Conft.in aliqui-
bus*, fuper verbis, *de fucceffione, fub num. 30.
fol.8.col.1.*dicens. *Et fepè primogenitus cogi-
tur feudum vendere, contrà mentem acquirën-
tis, vt fratribus partem pretij foluat.* Quia *Mi-
nad.* loquitur de voluntaria coactione, quam
fibi ipfi facit frater, vt fe eximeret à vexatio-
nibus aliorum fratrum, non vero loquitur
de iudiciali coactione, quia plurimum aber-
rauiffet.

5 Secundò noto, quæ idem *Minad.* loco pro-
ximè allegato dicit, in verf. *Et fequendo hũc
vfum*, vbi vult, quod frater primogenitus non
tenetur ad intereffe partis pretii à die mor-
tis patris, fed a die interpellationis, quia hoc
quod teneatur ad id nullo iure cauetur, fed
tantum ex Confuetudine Regni, neq; illa pars
pretii eft in locum legitimæ, cuius intereffe
à die mortis debetur, fed eft pars fucceffio-
nis fibi petenti debitæ collatione præceden-
te, idem videtur tenere *Ann.fingul.566.*& ex-
preſsè *Larath.in theatr feudal.tom.1.p.9 dilu-
cid.70.num.12.*& probatur hoc, quia omnes
Doctores Regni dicunt, quafi abfq; vlla di-
fcrepantia, quod huiufmodi pretii pars, de-
betur à primogenito collationis iure, nam in
fucceffione totius hæreditatis burgenfaticæ,
eft ponendum in collatione pretium erogatū
à communi parente pro emptione illius feu-
di, quod pretium paritèr fingitur burgenfa-
6 ticum; vndè attentis his collationis terminis
intrat indiuidualis difpofitio *tex.in l.fi quis fi-
lium 5. §. ftipulatio autem, ff. de collat bonor.*
vbi qui conferre aliquid tenetur, non eft in
mora, nifi conferre requiratur, & interpel-
letur, nam collatio non fit ipfo iure, fed petē-
te eo cuius intereft illam fieri, hæc funt verba
tex. *ftipulatio autem collationis, tunc committi-
tur, cum interpellatus, cum aliquo fpatio, quo cō-
ferre potuit, non facit.* Et hoc tradunt exqui-
fitè DD. allegati per *Ann loco cit.* nempè *De-
ci.in l.fi foror, in 3.notab.fub nu.4.C. de collat.
Cagnol.in l.fi emancipati num 43.C.eod.*egre-
gie *Alex.conf.110.Circà primum dubium.verf.
Præterea pofito, num.7.vol.3.& Curt. iun.conf.
161.num.61.*addo *Bald in l. vnic. fub num.3.
verf.hic occurrit dubium, C. ne liceat in vna
7 eademq; caufa, tertio prouoc.* Quod demū cor-
roboratur, quia fecundogeniti, non coguntur
præcisè pretii partem petere, fed poffunt fi
volunt petere vitam militiam, & per confe-
quens habēt facultatem eligendi, vel vnum,
vel aliud, & declarādi ꝙ maluerint, *Loffred.
In cap 1.§.Præterea ducatus, fol.64 col.4. de
prohib.feud. alienat. per Federic. Reg.* Rouit.in
pragm.25.num.3. de feud. poft *cit. Minadon.in
d.rubr.Conft. in aliquibus, verb.de fucceffione,
num.30.in fin.& Camill.de Medic.confil.124.
8 fub num.3.* Sicq; meritò non debet cenferi in
mora frater primogenitus priùs quam inter-
pelletur, & priùs quā declarauerit fecundoge-
nitus, an partē ꝓtij, an potiùs vitā militiā velit,
ꝙ quoufq; fiat eximit fratrē à mora, & pœna
eius, tum is incertæ rei debitor fuerit, vfque
ad declarationem; quod eft argumentum
Minad. vbi fup.

9 Noto tertiò, quod in liquidatione partis
pretii, eft attendendus valor feudi tempore
emptionis, non verò mortis patris feudata-
rii, ità vt filii fecundogeniti, non debēt fenti-
re, nec vtilitatem incrementi medii tempo-
ris, nec damnum decrementi, infpecto folum,
quod tantum abeft à patrimonio burgenfati-
co patris, quantū fuit expenfum pro emptio-
ne feudi, vt fuiffe fepè iudicatum refert *cit.
Minad. in d.rubr.Conft.in aliquibus, fub num.
32. verf. Tamen fecundum illam interpretatio-
nem*, & iterum in caufa Pirri de Loffredo, cū
Marchione Treuici, *Ann.fenior fingul. 200.&
Ann.iun.conf.76.num.12.Reg.de Pont. in lect.
feudal.lectio.7.num.5. Francifc.de Amic.in
tit.de his qui feud.dar.poff §. ex his caufari po-
teft, in fin.fol.96.cit.Camill.Larath. in Theatr
feudal.tom.1.part.9.dilucid 70.n.11.& Spect.
Dominicus tom. 2. Refolut. cap. 45. fub num.
26.*

10 Ego dubito non mediocriter de hac opi-
nione, neq; de hoc redarguar, quafi audeam
communem fententiam impugnare fi autho-
ritatibus, & rationibus quæ fcribo obuallo,
Afflict enim in *d.§.Præterea ducatus, num 91.
verfic.Sed remanet*, expreſsè dicit effe ad effe-
ctum prædictum attendendum valorem feu-
di tempore mortis, idem tenēt latè *Liparul.
& Ann inn.d cōf.26.*quos fequitur *Dom. Fab.*
Capyc. *Galeot.in addit.ad Camill. de Medic.d.
conf.124.à nu.36* vfq; ad finem, ex dictis cuius
curiosè, & fubtilitèr detegitur error quam-
plurium, qui credunt fuperiorem contrariā
fententiam probari ex *Andre.in d.§. Præterea
Ducatus fub num. 59. in addit* qui nullatenùs
hoc dicit, fed tantum mouet quæftionem, eam
verò non refoluit, vel melius vt cit. *Dom. Ga-
leot.* egregiè inquit, eam refoluit, fed pro hac
fecunda parte, fcilicēt, vt æftimandum fit feu-
dum iuxta valorem tempore mortis, non
tempore emptionis, & hoc fi benè perpendā-
tur verba *Andre.* ibi, qui fuit folitus femper
loqui per cyfras, & enigma, quia in propofi-
to dicit, quod debetur fecundogenitis partis

æfti-

æstimatio, quæ tantum differt à parte pretij, quantum differt prima ab hac secunda sententia, vt doctè speculatur ipse *Dom. Capyc. Galeot.* videndusque cit. *Censal. ad Peregri. d. art. 42. fol. 448. col. 2. versic. Sed quid dicendum.*

Imò quatenùs omittendæ essent hæ scrupulosæ, & delicatæ indagationes, dico quod alia euidenti ratione oportet, quod hæc fuerit opinio *Andre.* nam dum terminis collationis vsus fuit in principali conclusione circà partem pretij, est necesse quod per eosdē alias deriuantes quæstiones determinet; In

11 hac autem collationis materia certissimum est de iure, quod id conferendum venit, quod extat de præsenti tempore collationis faciendæ, pro vt valet, & quanti tunc æstimari posset, adeò quod consumpta, vel deteriora effecta, vel non conferuntur, vel conferuntur pro ea quantitate, quanti eo tempore valent, vt apertè deducitur ex *tex. in l. 2. §. de illis, ff. de collat. bonor. & in auth. quod locum, versic. his cessantibus, C. de collat.* & sic inspici debet quid, quantumq; tempore collationis faciendæ, reperiatur penès eum qui conferre tene-

12 tur; Ergò ita in casu nostro, debet fieri æstimatio, & collatio feudi, pro æstimatione tēpore mortis, non emptionis post quam satis durum esset, quod primogenitus feudi successor sentire debeat solus notabile incommodum, ex notabili feudi deterioratione, vel quod solus itidem potiri debeat, ac frui incremēto, & meliorationibus, fortè etiā post emptionem à defuncto patre sumptibus suis in feudo factis: Primum de deterioratione est iniquum: Secundum verò absurdum; Ponamus enim, quod pater qui emit feudum pro ducatis 10000. impendisset pro melioratione illius alios 5000. ducat. & de expensis istis non reperiatur scriptura, puta quia paulatim erogatæ fuerunt, quæ ratio indè exposcit vt secundogenitus filius, partē pretij, scilicet vigintimilium tantum habere debeat nō autem partem meliorationum? Sanè nulla, quia eadem prorsùs ratio, quæ militat in pretio pro emptione erogato, eadem in pretio pro meliorationibus vrget; Quod si dicatur, posse euenire, quod feudum naturalitèr ex progressu temporis melioretur, absque nouis sumptibus; Respondeo quod si est iniquum primogenitum solum sentire debere damnum deteriorationis naturalitèr, vel ex accidenti obuentæ, erit pariter durum eum solum sentire debere commodum naturalis incrementi, ex regula *tex. in l. cum pro pecunia 24. C. de solut.*

13 Quartò noto, quod si pater non quidem oneroso emptionis titulo, sed lucratiuo donationis feudum de nouo consequutus fuisset, in eoq; iure francorum viuatur, eo sanè casu, eius valoris partem primogenitus frater, secundogenitus dare non tenetur, quia nihil à patrimonio paterno, pro emptione illius feudi abdicatum fuit, sicq; cessat ratio quarè secundogenitis pretij pars danda sit, ità cit. *Andre. d. §. Præterea Ducatus, sub num. 30. in fin. vers. Quandò Rex* & ibi etiam *Afflict. nu. 33. vers. Et hanc vltimam partem, & Loffred. col. 15. in princ. Luc. de Penn.* & alij quos allegat *addit. ad Andre. vbi sup. vers. donat.* Capyc. *decis. 2. num. 7.* Reg. *Rouit. consil. 43. nu. 8. vol. 2. & Bilot. d. consult. 10. num. 33.* Sed idē

14 *cit. Rouit. in pragm. 25. d. num. 38. vsq; ad 45.* conclusionem istam limitat, si feudum fuisset donatum in remunerationem seruitiorum, pro quibus competebat actio patri donatario, quia tunc feudum videtur permutatum, siuè emptum cum seruitijs illis pro quibus actio dabatur, & sicut actio illa erat in patrimonio, ita feudum talitèr acquisitum, sicq; omnes filij facta illius æstimatione, possunt petere partem pretij, sicut communitèr fit, quandò feudum fuit emptum de pecunia cōtanti, vt in, effectu refert decisum *cit. Ann. singul. 201.* exquisitè *Reg. Costan. in l. 1. & 2. sub num. 65. versic. Sed in hac quoq; C. de fil. official. lib. 12.* plenè *Camill. Larath. in Theatri feudal. tom. 1. p. 9. diluc. 71. per totam; & Dom. meus tom. 2. d. cap 45. num. 20.* & videndus omninò *Consiliar. Theodor. allegat. 84. num. 17.* vbi ex quampluribus iuribus, & authoribus, probat, quod feudum acquisitum proptèr seruitia, censetur perindè si fuisset acquisitū mediante pecunia.

15 Quintò noto, partem pretij noui non debere secundogenitis, si eorum communis pater qui feudum acquisiuit, per testamentariā dispositionem, fecisset suorum bonorum diuisionem intèr filios suos, puta si vni feudum, allodialia alijs, pro certis portionibus reliquisset, ea siquidem ratione, quia per huiusmodi hominis dispositionem, cessat dispositio legis, ita in terminis fuit per S.C. decisū teste *Reg. Reuert. decis. 13. circà fin. vol. 2. vers. Licèt omnes* Dom. de S.C. & nouitèr ita etiā refert determinatum *Spect. D. meus tom. 2. c. 85.*

16 Noto Sextò, quod in linea collaterali, quandò fit successio in feudo nouo, non debetur pars pretij fratribus secundogenitis, vt iunctis aulis fuit solemnitèr discussum, & decisum, in anno 1625. in causa Marchionis Campaneæ, cum eius fratribus, referente Regio Consiliario Mattheo Patigno, vt plenè *Rouit. decis. 38.* in qua causa ipse vti vnus ex Dominis votauit, & credo quod tunc reuocauerit contrariam sententiam, quam in hoc articulo ipse idem firmauit, *in d. pragm. 25. num. 47. cum seqq. de feud.* idemque quod non debeatur latissimè quoq; defendit *cit. Camill. Larath. in d. Theatr. feudal. tom. 1. p. 9. dilucid. 72. per totam.*

17 Postremò noto, quod secundogenitus frater cui pars pretii feudi noui debetur, habet pro illius consecutione, non tantum simplicē

Mm per-

personalem actionem contrà primogenitum; sed etiam actionem personalem in rem scriptã, ita vt distracto feudo, sibi debito non dũ sol uto, & fratre soluendo non existente, potest contrà tertium illius possessorem agere, vt plenè probat *Camill. de Medic. cons. 124.* vbi partem pretii, onus intrinsecum feudi, appellat, ad instar legitimæ, seu paragii, ac vitæ militiæ.

Io:Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

FEudum emens sine assensu, de iure communi feudorum ammittit rem, & pretium, num.1. & ita etiam emens partem feudi, num.2.

Constitutio; Constitutionem Diuæ Memoriæ, habet locum etiam in emente partem feudi, num. 3. Sed non habet locum in singulari successore feudi dismembrati, quòad facultatem reuocandi corpora diuisa, num.4.

Reuocandi ius, ex dispositione Const. Diuæ Memoriæ, vt personale non est, nec transmissibile in singularem successorem, nec cessibile, num.5.

Successor in feudo dismembrato, citrà tamen titulum hæreditarium, potest instare pro reintegratione corporum alienatorum, num.6.

Et isto casu, non tenetur restituere possessoribus pretium, num.7.

Emens rem feudalem non est in bona fide, si dicat ignorasse requiri assensum, n.8.

Clausula, impetrato assensu, nec alitèr, nec alio modo, an, & quid operetur, num 9. & 10.

Emens rem feudalem, qui ignorabat esse talem, est in bona fide, & ideò conuentus pro restitutione, recuperat pretium, cum interesse, num.11.

Feudi diuisio est prohibita, num. 12. etiam cum assensu Proregis, num.13.

Pars feudi diuisa à suo integrali, nullo tempore præscribitur, num.14.

Ius præsentandi annexum alicui feudo, potest exerceri, etiam post longissimum tempus, quia non potest præscribi, & quare, num.15.



AD CAPVT CXXIX,

Additio



1 Vemadmodum feudum emẽs sine Regis assensu, de iure communi feudorũ illud amittit, vna insimul cum pretio soluto, per *tex. in cap. Imperialem*, vbi *glos.* in verbo *ex empto, de probib. feud. alien. per Federic. Afflict. decis. 278. nu.3. in fin. & Par. de reintegr. feud. c.* incipiente, *an Rusticus fol.23. col.2. nu 4.* ita
2 pariter, amittit p̃tiũ qui sup. aliqua feudi parte mercatur, quia eadẽ r̃o, q̃ quòad totũ militat, procedit etiã in parte totius, quòad hũc effectum, iuxtà *tex. in l. qua de tota 75. ff. de rei vendic. l. vnus, §. item si pactus, ff. de pact. Gratian. discept. tom.5. cap.968. num.20.* & in propria feudali materia benè confert *Paul. de Castr. cons.102. vol.2. & Dec. cons.389. nu.7.*
3 Non negauerim tamen, quod in Regno, per *Const. Constitutionem Diuæ Memoriæ*, tam emens totum feudum, quam partem illius, sicuti, & venditor possunt ad euitandam pœnã caducitatis feudi, & amissionis pretii, iure proprio, emptionis, & venditionis contractũ reuocare; & quod *Const.* habeat locum in emente, & vendente partem feudi, patet, dum in ea generalitèr omnes contractus de rebus feudalibus prohibentur, & etiam quia dicit ibi, *minuendis.* Et minuere verbum, præsupponit suum integrale, quod diminuitur, sicq; in isto etiam casu, cum ad reuocationem deuenitur debet fieri à contrahentibus mutuò acceptorum restitutio, sicut diximus *sup. cap. 125. num.1.*
4 Hoc secundum me non habet dubium: Posset tamen hæsitari, quid iuris si feudum dismembratum transitum fecisset in alium, qui non sit hæres eius qui illius partem alienauit, an scilicèt huiusmodi successor possit reuocationem tentare vigore dictę *Const.?* Et procedendo resolutiuè respondeo, quod nõ, desumendo hoc ex eadem Regni Sanctione, in illis verbis *Eisdemq; contrahentibus, & alienantibus concedimus potestatem iure proprio prædicta omnia reuocandi*; Ex quo patet, quod
5 huiusmodi reuocandi ius personale est, non transitorium prætèr quam ad eorundem cõtrahentium hæredes, non autem potest transmitti in singulares successores, habentes feudum prætèr titulum hæreditarium, Vnde nõ potest cedi, vti ius directum, & affixum ossibus illorum, quibus id à memorata *Constit.* permittitur, iuxtà quod in simili communitèr tradunt DD. nempè *Euerard. in Topic. cap.*

cap.ob emphyt.ad feud.num.4.Felin.consil.25.
num.14.Guid.Pap.decis. 411.Amade.de Lau-
dem.quaest.13.num.5.cum seqq. Sola ad Statut.
Saband.tit.de iur.emPhyt.§.in casibus, num.7.
circà medium, Cald.de renon. emphyt. quaest.
13.num 6.in fine,Intrigliol.de feud. cent.2.art.
5.num.998. Giurb. decis.51.num.6. & 8.Reg.
de Pont.decis 28.num.12.Franch.decis. 226.n.
2.Tiraquell. de retract. lignag.§. 26.glos.1.nu.
43.Cassan.ad Consuetud.Burgun.tit. de cens.§.
1.num. 3. Ranchin. ad Guid. Pap.d.decis.411.
Nouar.quaest for.lib.2.quaest.50.num.3. & ple-
nè Ciarlin.contr.lib.2.cap.121.

6 Videamus igitur, quo pacto successori in
feudo dismembrato consulatur, pro qua re
adest celebre Consil.Loffred.39. à num.30.vs-
que ad 34. vbi probat, quod possessori feudi
in partes diuisi, competit actio pro reinte-
gratione partium ad caput integrale, non
quidem iure proprio, sed vti procurator feu-
di, quod vt dicunt DD. appellatur homo
mutus, & surdus, ita vt si loquendi potentiā
haberet, instantissimè peteret reintegratio-
nem membrorum, quae iniustè, & inualidè à
se, vti à capite scissa fuere, & Loffred.sequi-
tur latè Dom. Reg. Capyc.Galeot.contr.lib.1.
contr.7.à num.50.cum seqq. & pleniùs Consil.
Theodor.alleg.84. vbi latè scribit pro vnione
corporum feudalium ad caput integrale feu-
7 di, ad fauorem Comitis Melissae; Et in hoc
casu, non tenetur nouus feudi successor, qui
instat pro recuperatione corporum feudaliū,
restituere possessoribus illorum pretium, vt
concludit in praesenti Spect. Dom.meus, quod
euidentèr probatur, primò quia iste casus nō
comprehenditur sub dispositione Const.Diuae
Memoriae, vt diximus sup.nu. 4. & per conse-
quens intrat dispositio iuris communis feu-
dorum, sup.paritèr firmata, num.1. & 2. Se-
cundò, quia haec non dicitur reuocatio, quae
iure proprio fit, sed est reiuendicatio inten-
tata tacitè nomine feudi contrà indebitos
possessores: Tertiò, quia reuocans nullum
habuit pretium, ergò ad illius restitutionem
non tenetur. Vltimò, quia idem reuocans nō
est haeres eius qui distraxit corpora feudalia
(vt supponimus) ergo eius factum non tene-
tur habere ratum; vel melius, ergò de euictio-
ne non tenetur possessoribus.

8 Eisdemq; possessoribus non prodest si bo-
nam fidem habuisse proponant, ipso enim
facto, quod sciebant qualitatem rei, quod
scilicèt erat feudalis, sunt in mala fide, & non
excusantur proptèr ignorantiam solemnita-
tis assensus tex.optimus in l.2. §. si à pupillo,
vers. quod si scias, ff.pro emptor.ibi. Quod si sci-
as pupillum esse, putes tamen pupillis licere res
suas sine tutoris authoritate administrare, non
capies vsu; & ibidem de ratione. Quia in-
vis error nulli prodest vt etiam in l. iuris igno-
rantiv, & in l.regula est, ff.de iur. & fact.ignor.
& in l. nunquam 31. ff. de vsucap.]

9 Neque etiam prodest, quod in contractu
emptionis rei feudalis, fuerit apposita clausu-
la, Impetrato tamen assensu. nec aliter, nec alio
modo, quia licèt per istam reseruationem vi-
deantur omnia in suspenso posita, quousq;
assensus fuerit effectiuè impetratus, sicq;
arguitur ex ea bona fides contrahentium, ta-
men si ante impetrationem illius, rei vendi-
tae possessio capiatur, tunc non obstāte reser-
uatione contrahentes sunt in mala fide, & cō-
tractus est nullus, quia illa protestatio pro
assensu, est contraria facto, & videtur ex cer-
ta scientia spretus assensus Domini, ad quod
praetèr allegatos à Spectab.Dom.meo hic, à nu.
17.cum seqq.addo Petr.Iacob. Aurelian.in
pract.libell.rubr.6.&7.num.9.Mart. de claus.
p.2.claus.66.Mastrill.de Magistr.lib.1.cap.13.
num.11.& plenissimè Io.Baptis.Ciarlin. cōtr.
iur.lib.1.cap.106.per totum, & quamuis velit
contrarium Io.Vincent. Ann. in repet. Constit.
Constitutionem Diuae Memoriae, à num. 190.
vsq, ad 194. quem sequitur Dom.Consil. Mar-
cian.cons 49. num. 3.in fin.tamen Ann.sen.re-
prehenditur ab Ann.iun.ibi in addit.vt aduer-
tit Rouit.in d.pragm.1.num. 175.de tit.scis in-
10 script abus.& de emphyteuta alienāte inscio
Domino reseruato tamen assensu idem vo-
luit Iul. Clar.in §.emphyteusis quaest. 13. nu.5.
videndiq; Pen.decis Rot. Rom.533.num. 6.cum
seqq. Nigr.de laudem.tom 2.quaest.18.à num.1.
fol.232.& Macerat. Variar.Resol.lib.1.Resol.
62.num.2. & 5.

11 Dicit tamen Afflict.decis.278.num 3.quod
in vno casu emens rem feudalem potest esse
in bona fide, si nempè rem illam feudalem
esse ipse ignorabat, ita vt conuentus postea
in iudicio reintegrationis, seu restitutionis,
etiam secundum terminos iuris communis
feudalis, restituendum est ei à venditore, vel
haeredibus eius pretium cum interesse, & pre-
tium quidem habito respectu ad valorem
rei feudalis, tempore euictionis, si pluris tūc
illa valeret, vt plenè Reg.de Pont.de potest.Pro-
reg.tit.4 § 4 num.20.& Rouit.tit.pragm.1.n.
172.de tit.abus.

12 Illud tandem nolo in hac materia omis-
sum facere, quod cum feudi diuisio, & dismē-
bratio, sit iure prohibita, glos.in l.communi
diuidundo, vers. Confundetur in fin.ff.commun.
diuid. Andre.in l.Imperialem, §.Praeterea Du-
catus. num.35. de prohib.feud.alien.per Fede-
ric.Alex.cons.25.vol.5.Petr. Iacob. Aurelian.
in pract libell.rubr.56.num.6.& rubr.61.nu.
17.Zasi.de feud.par.9.num 42.& Iuli. Clar.in
13 §.feudum, quaest.44.etiam cum assensu, Excel-
lentissimi Proregis, quia hic casus diuisionis
feudi est de expressè reseruatis immediatè
Potentissimo Regi nostro vt in pragm. 4 anni
1531 tit.de feudis, & obseruarunt Rouit. in
d.pragm.1.nu.74.de titul.abus. Dom. Reg. Ca-

pyc.Galeot.d.contr.7.num.53.vol.1. & *Damin. Marcian.consil.2.num.14.vol.2.* post *Luc. de Penn.in l.si quis,col.4. in fin.C. de omn.agr.deser.lib.* 11. dicens, quod feudi dismembratio
14 est de regalibus; Fit per consequens ex prædictis, vt nequeat feudi pars, ab integrali suo diuisa, vllo vnquam tempore, quamuis longissimo, & immemorabili præscribi, & hoc proptèr præiudiciũ Regalis Seruitij, & proptèr detrimentum feudi, quod non patitur suorum membrorum scissionem, vt habetur expressè in *Const.Regni, Consuetudinem pravã, hactenùs, &c.in §.caterum,tit.de rei action.& accept.* & optimè *Consil.Theodor.cit.alleg.84.*
15 *sub num.6.& 7.& in Rot.Rom.* notabilitèr ad propositum fuit decisum, quod si ratione alicuius feudi, competeret feudatario possessori ius præsentandi in aliqua ecclesia, isque per multum temporis lapsum iure hoc vsus non sit, non ideò tamen illud amisit, sed potest quandocunq; præsentare, quia feudum cui annexum erat ius illud, semper videtur possedisse, & per consequens non potest censeri præscriptum, *Rot.Rom.decis.1.de iur. patron.* aliàs *decis.140.in non.*

Io:Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Fiscus tenetur soluere Creditoribus cum assensu contractis, feudo ad eum deuoluto, num.1. & 2.vbi.

Laudatur Dom. Præses Io. Hieronymus de Philippis.

Creditores carentes assensu, nihil possunt prætendere super feudis eorum debitoris, ad Dominum deuolutis ob lineam finitam, num.3.

Limita in creditore contracto ex causa emptionis illius feudi, num.4.

Item limita si deuolutio fieret ad beneficium Domini, proptèr delictum feudatarij, cuius bona fuerunt confiscata, & publicata, num.5.

Demum limita si deuolutio fieret ex causa voluntaria, venditionis, donationis, vel testamentaria dispositionis, num.6.

AD CAPVT CXXX.

Additio.

1 Noto breuitèr circà primum punctum, de quo hic, quod quãdo feudum Domino aperitur, ob extinctam feudatarij lineam, quo casu vtilis possessio, quæ penès defunctũ feudatariũ erit, cum directa, quæ penès Dominũ remansit, fit cõsolidatio, tenetur Dominus ipse Creditoribus super feudo, preuio eius assensu contractis, pro concurrenti illius valore satisfacere; Cõsentiendo enim cẽsetur ius suum remisisse, cũ benè potuerit cogitare ad casum deuolutionis, parumq; refert, quod in assensus concessione dixerit, *iuribus curiæ, vel alterius semper saluis*, quia vt concludunt infrà allegandi DD. huiusmodi reseruatio, non porrigitur ad id, super quo fuit specificè præstitus assensus, sed potius ad aliquid aliud, ita sanè *Andreas in cap.1.§. quid ergò, sub num.5. in fin. versic. alij putant, tit.de inuest.de re alien.fact. Frece. de subfeud.lib.2.author.29.num.8. Facchin.contron.lib.8.cap.56. Boer.decis.181.nu.4. Schrader.de feud.tom.1.p.8.cap.4.num.33.& 34. Gallupp.in method.feudal.p.4.cap.5.num.51. Capye Latr.Consult.34.num.23. vol. 1.* & alij
2 plures, quos copiosè de more in vnum coaceruauit Dom.meus Io.Hierony.de Philippis olim Regalis patrim.patronus, & Reg.Consil. integerrimus, ad præsens Regiæ Cameræ meritissimus Præses, in quadam sua elegantissima allegatione, inserta per *Spect. Dom. meũ, tom.3.alleg.116.num.19.* vbi præceteris legitur ordo Suæ Catholicæ Maiestatis de anno 1640. transmissus Excellentiss. Hostiliani Principi, Medinæ Duci, tunc huius Regni moderatori vigilantissimo, addo *Franch. decis.213.num.33. Camill. de Medic. cons.55. num.6.& Marcian.cons.69.num.55.lib.2.*
3 Quandò verò Creditores carent assensu, tunc distinguenda est qualitas deuolutionis, & qualitas Crediti; Quandoquidem si deuolutio pariter fieret ob lineam finitam, & hoc casu, constituenda est regula contraria, vt nimirum hiscè Creditoribus Dominus ad quẽ deuolutio facta est, satisfacere non teneatur, quia feudum redit iure proprio ad sua principia, ob resolutionem contractus concessionis, siuè pacti, idem cit. *Camill.de Medic. cõs. 109.num.15.* & *Consiliar.Theodor.alleg. 83.nu.*
4 20. Nisi tamen oculum haberemus ad qualitatem Crediti, quia accidit sepè, quod quis sit Creditor occasione emptionis feudi, proptèr pecuniam in eam causam mutuatam, quo casu

su licèt feudum mutuanti non sit obligatum propter carentiam assensus, sine quo hypotheca super feudo non radicatur, tamen ex quo sine illa pecunia, non fuisset facta acquisitio, & per consequens nec deuolutio, sit vt sit adeò illud creditum priuilegiatum, vt benè teneatur Dominus ad illius solutionem, *Albert. Brun. consil.* 104. *Lanar. cons.* 80. *nu.* 51. *& 52. Ann. cons.* 4. *Reg. de Pont. decis. Collat.* 4. *à n.* 28. *cum seqq. & Spect. ab. Dom. meus d. tom.* 3. *alleg.* 146. *num.* 10. *&* 11. vbi alios allegat.

5 Si verò deuolutio feudi ad Dominum non procederet ob lineam finitam, sed ob delictū feudatarii, propter quod ad publicationem, & confiscationem bonorum, etiam feudaliū deuenitur, tunc Fiscus tenetur soluere Creditoribus quamuis sine assensu super feudalibus, tum quia delictum debitoris non potuit præiudicare creditoribus, tum quia fiscus succedens ob confiscationem, capit cuncta bona delinquentis, deductis tamen oneribus, vt plenè *Afflict. in Constit. Regni*, incipiente, *Ob filiorum culpas*, & tradit notabilitèr in terminis *Franch. cit. decis.* 213. *num.* 31. *& 32.* vbi notat valdè differre, an feuda deuoluantur ad Fiscum ob lineam finitam, an ob delictum, & propter foriudicationem; Concluditq; differentiam in eo consistere, quia in primo casu Fiscus non tenetur soluere super feudis creditoribus carentibus assensu; Secùs verò in secundo casu.

6 Item tandem tenetur Dominus ad quem deuoluta sunt feuda, soluere Creditoribus etiam sine assensu à feudatario anteà possessore contractis, si nempè deuolutio haberet causam voluntariam, puta venditionis, donationis, vel testamentariæ institutionis, quia etiam isto casu feuda transiuerunt affecta oneribus, quemadmodum erāt penès feudatariū, qui illa contraxit, inspecto quod is creditoribus præiudicare non potuit, ita probat ex quamplurib us *Reg. Rouit. cons.* 53. *n.* 19. *vol.* 2. & simile est pro corroboratione, quod nos diximus *sup. cap.* 101. *n.* 13.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Alienationis probibitio simplex, & nuda, non inducit fideicommissum, nec in casu alienationis, imò nec tenet in vim simplicis probibitionis, num. 1. *Etiam quod testator apposuisset pænam priuationis, in casu alienationis, num.* 2. *Secùs verò si in eodem casu testator iussit admitti alium, n.* 3.

Quid autem si testator probibuit, nè boaa extrà familiam alienentur, n. 4.

Et quid si simplicitèr alienationem prohibuit, volens, quod bona in familia conseruentur, num. 5. *& 6.*

Item quid si alienationis prohibitio esset geminata, n. 7.

Item quid si prohibuisset alienationem extrà familiam, quia vult, quod bona in ea conseruentur, num. 8.

Vel si dixisset, quod bona perueniant ad filios masculos de casata, legitimos, & naturales, de primogenito in primogenitum, n. 9.

Quid si res alienari probibita esset conspicua, & antiqua, idest maiorum testatoris, n. 10.

Item quid si post probibitionem, testator iniunxit hæredi, & successoribus, quod deberent assumere eius nomen, cognomenque, & arma familiæ deferre, n. 11.

Et quid demum, si post alienationis probibitionē, dixisset testator, quod vult ea de domo nō exeāt sed quod in familia perpetuò conseruari debeāt, num. 12.

Fideicommissum, quoad vinculum prohibitionis alienationis, non se extenditur vltrà quartum gradum, num. 13. *Sed limita, vt nu.* 14. *&* 15.

Probibitio alienationis nominatim hæredi facta, non extenditur ad alios successores, nu. 16. *Amplia etiam, quod in probibitione fuisset appositū verbum, in perpetuum, num.* 17. *Sed limita primò, si verba testatoris probibentis essent valdè pragantia, num.* 19. *& Secundò si probibitio in rem esset directa, non in personam, nu.* 20.

Dictio, in perpetuum, sepè capitur, pro vita durante, & non vltrà, num. 18.



A D CAPVT CXXXI.

Additio.



Resoluitur in currenti Capite vetus illa iuris concertatio, an ex alienationis prohibitione facta à testatore hęredi scripto, simplex, & absolutum fideicommissum inductum censeatur, an verò in casu contrauentionis, siuè alienationis dumtaxàt.

Ipse verò in hoc eodem articulo, stylum *Spect. Dom. mei* insequendo, nouem casus
1 distinguere deliberaui: Primus, si alienationis prohibitio simplex, & nuda esset, & ista neque vmbram quidem fideicommissi inducit, nec in casu alienationis, nec in casu mortis, quinimmò vti nuda, nec in vim simplicis prohibitionis tenet, ita vt bona sub ea prohi-
bi-

bitione relicta, liberè, & absque impedimēto, valent alienari, ad *tex. in l. filius familias, §. Diui, ff. de leg. 2.* ibiq; *Rip. num.* 120. alius *tex. in l. Pater filium, 36. §. Iulius agrippa, ff. de leg. 3. glos.* notabilis *in l. quoties* 11. *versic. omnibus, C. de fideicomm. Deci. consf.* 635. *num.* 18. *Rolan. cons.* 23. à *num.* 4. *Thesaur. quest. forens. lib.* 3. *quast.* 117. *num.* 2. *Grattan. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 280. *num.* 3. & 26. *Facchin. contr. iur. lib.* 4. *c.* 49. *in* 2. *column. vers. Secunda opinionis, Camill. Laratb. cons.* 76. *num.* 7. *Camill. de Medic. cons.* 19. *num* 11. & 12. *Gall. de success. part.* 2. *except.* 17. *num.* 9. *Fusar. de fideicomm. subst. qu.* 685. plenè *Censal. ad Pereg. artic.* 14. & *Rot. Rom.* penès *Farinacc. decis.* 316. *num.* 6. *vol.* 1.

2 Quæ sanè opinio, procedit, etiam si in casu alienationis, appofuisset testator pœnam priuationis, quia adhùc præceptum remanet nudum, & non obligatur ex eo hæres, vt nouitèr ex pluribus probat *Domin. Io. Francisc. Marot. discept. forens. cap.* 12. *num.* 142.

3 Secundus casus est, in quo testator nudum paritèr hæredi suo alienandi præceptum iniunxit, deindè verò iussit, vt in casu alienationis Titius, v. g. admitti ad bona sua deberet, & tunc dubio procul illa alienandi inhibitio valida est, vt non simpliciter nuda, sed in vtilitatem vocati facta, ad eiusq; fauorem inductum, est fideicommissum in casu alienationis dumtaxàt, non verò mortis, ita tenet, *Ruin. cons.* 128. *num.* 11. *lib.* 1. idem *cons.* 117. *vol.* 5. *cons.* 76. *num.* 6. *lib.* 6. *consil.* 110. *nu.* 7. & *cons.* 113. *num.* 1. *cum seqq. vol.* 7.

4 Tertius est casus, quandò testator bona sua extrà familiam alienari prohibuit, & tùc nec minùs simplex fideicommissum ad fauorem familiæ, dicitur inductum, sed tantum in euentum cōtrauentionis, *tex.* ieit expressus, *in l. cum Pater, 79. §. cum intèr, ff. de leg.* 2. *Alex. in l. qui Roma,* 122. §. *cobæredes, sub num.* 4. *ff. de verb. oblig. Dec. cōsil.* 376. *n.* 6. *vol.* 2. *Iacob. Mādell. Albens. cons.* 7. *num.* 9. & *Marott. cit. cap.* 12. *n.* 141.

5 Quartus casus est, quando testator hæredi suo simplicitèr, & indè alienandi facultatem inhibuit posteàq; dixit, quia volo, quod bona mea, in familia, vel intèr masculos conseruentur, & isto casu concludit cit. *Iacob. Mandell. Albens. cons.* 54. quod nec minus simplex, & absolutum fideicommissum inductum censeri potest, sed tantum in casu alienationis, quia (inquit ipse) illa sequentia verba videntur magis apposita, causa validandæ prohibitionis, quæ nuda erat, & per cōsequens nulla, vt vidimus, Sed in contrarium ex *Molin.* &

6 *Petr.* videndus *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 25. *nu.* 32. *fol.* 569. vbi dicit, quod per talia verba, expressè testator habuit oculum ad familiam, & ideò fauore eius dicitur inductum absolutum fideicommissum, vt plenissimè post omnes *Præs. Vrsin.* intèr *Consil. Marcian. cons.* 70. *vol.* 2. cogita vtra sit vera.

7 Quintus casus est, si in vnica eademq; dispositione adesset duplex, geminataq; alienationis bonorū prohibitio extrà familiam, quia tunc satis videtur constare de intentione testatoris, volentis conseruationem bonorum in familia, ac ideò resultat ex huiusmodi geminatis prohibitionibus fideicommissum purum, & absolutum, ita notabiliter *Corn. cons.* 59. *col.* 1. & 2. *vol.* 2. *Mandell. Albens. cit. consil.* 54. *num.* 3. & plures alij quos sequitur *Io. Bapt. Ciarl. contr. iur. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 26. addo *Ancbar. iun. quest.* 72. *num.* 15. *lib.* 1. & *Dom. Vrsin. intèr cit. Consil. Marcian.* 70. *n.* 6. *lib.* 2. vbi dicit, quod ex geminatione enixior disponentis voluntas ostenditur.

8 Sextus casus desumitur ex cit. *Mandell. eod. cons.* 54. & est quando testator prohibuit bonorum alienationem extra familiam, cum clausula, quia vult, quod ea in agnatione cōseruentur, cum similibus verbis, & tunc haud dubitatur, quin paritèr inductum sit simplex; & absolutum fideicommissum, ea ratione, quia præcedens prohibitio de per se erat valida, & afficax ad inducendum fideicommissum in euentum contrauentionis tātum, sicq; sequentia verba debent necessariò augere dispositionem, & transfundere eam in absolutissimum fideicommissum, *Soccin. in d. l. qui Roma, §. cobæredes col.* 6. & 7. *vers. Tertius casus,* & *vers. Confirmatur ista intelligentia, ff. de verb. obligat.* idem *cons.* 251. *col.* 4. *vol* 2. *Curti. Iun. cons.* 40 *col. penult.* & *fin. Curt. sen. cons.* 43. *col.* 4. *cum seqq.* & *consil.* 114 *num.* 16. & 167. *Dec. cons.* 481. *vol.* 2. *Paris. cons.* 88. *col.* 4. *versic Nam prædicta, vol.* 2. *Ruin cons.* 101. *nu.* 15. *lib.* 2. *Decian. consil.* 31. *num.* 109. *cum seqq. vol.* 1. *Eugen. consil.* 81. *num.* 40. *Sforz. Odd. cōs.* 65. *num.* 10. *Gabriel. ac fideicomm. conclus.* 9. *n.* 19. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 24. *Molin. de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. *Ceuall. pract. quast. comm. contr. comm. quast.* 725. *Surd. decis.* 84. *num.* 1. & 13. *Mar. de claus. p.* 3. *claus.* 5. *Camill. de Medic. consil.* 126. *num.* 1. *cum seqq. Reg. Rouit. cons.* 83. *num.* 18. *vol.* 2. *Consiliar. Theodor. alleg.* 49. *num.* 9. & plenè *Doctiss. Dom. Consil. Staib. lib.* 1. *Res. for. Resolut.* 39. *num.* 6. & 7. & *Resolut.* 58. *per totam.*

9 Septimus casus est, si testator prohibuisset alienationem bonorum extrà familiam, & deindè dixisset, quia volo, quod dicta bona perueniant ad filios masculos de casata legitimos, & naturales, de primogenito in primogenitum; & hoc in casu dicitur etiam inductum absolutum fideicommissum, alioquin non possent bona transire in descendentes masculos primogenitos de casata, ita habetur ex *l. vnum ex familia, §.* 2. *ff. de leg.* 2. *Cons. Theodor. allegat.* 24. *num.* 9 *cum seqq. Bilot. dec.* 4 vbi ita refert decisum, & nouitèr ita quoq; per S.C. determinatum refert, in causa fideicommissi conspicui Palatij Ill. Ducis Grauinæ,

næ, vt plenè Dom. Consiliar. Francisc. Maria
Prat. discept. tom. 3. cap. 23. in qua causa doctè
de more allegauit, præcipuè circà currentem
nostram materiam, in qua signanter ponde-
10 rat, quod quandò prohibitio alienationis
extrà familiam, est de re conspicua, quæ fuit
maiorum, ac circà quam concurrit particu-
laris affectio testatoris, qui eam rem per suũ
peculiare nomen nominauit, tunc inducitur
fideicommissum simplex, & absolutum, vt ip-
se Dom. Prat. probat loc. cit. præcipuè num. 5.
ex illa celebri decis. Rot. Rom. fideicommissi de
Gaetanis, penès Farinac. decis. 3. 4. & 5. post
repert. vltim. volunt. & alijs quampluribus
authoribus ab eo ordinatè coacervatis, vidẽ-
dusq; Surd. decis. 238.
11 Octaus casus est, quandò testator successo-
ribus pro tempore suorum bonorum alienã-
di facultatem inhibuit, eosdemq; grauauit, vt
nomen, cognomenq; suum, & insignia, siuè
arma familiæ eius desumere deberent, & tũc
quia videtur, quod habuerit oculum ad con-
seruationem familiæ, & ad conseruationem
bonorum in ea, erit profectò ex illa disposi-
tione inductum fideicommissum simplex, ab-
solutumq; intèr omnes vocatos, vt authorita-
te Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. num.
34. & lib. 2. cap. 14. num. 7. docent Gratian. di-
scept. forens. lib. 2. cap. 288. num. 26. & 27. &
Dom. meus Consiliar. Hodiern. controuers. fo-
rens. cap. 31. num. 10. vbi egregiè de more hoc
ponderat ad hunc effectum.
12 Vltimus casus (cæteris alijs omissis) est, si
testator distractionem bonorum prohibuisset;
dispositiuè dicens, quia volo, quod non exe-
ant de domo mea in infinitum, vel, quia volo,
quod in perpetuum in familia mea conseruẽ-
tur, & tunc omnes DD. concludunt, quod est
inductum absolutissimum fideicommissum
intèr omnes de familia, quia alioquin bona
exirent de domo testatoris, in eaq; non con-
seruarentur, si esset inductum ex huiusmodi
tenore verborum fideicommissum in euentũ
contrauentionis tantum, contrà mentem, &
intentionem testatoris, qui familiæ suæ pro-
uidere voluit, nè dum ad tempus, sed perpe-
tuò, ità ex Dec. & Soccin. probat cit. Mandell.
Albens. d. cons. 54. num. 2. idem Dec. consil. 23.
col. 2. vers. ex his enim verbis, & consil. 38. col.
1. vers. Nam primò, Menoch. cons. 197. nu. 11.
vol. 2. De Pont. cons. 46. num. 13. Petr. de fidei-
commiss. quæst. 5. nu. 11 cum seqq. Cardin. Mã-
tic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. in fin.
& lib 8. tit 2 num. 18. Ciarlin. contr. lib. 1. cap.
11. num. 23. & 24. & Dom. Hodiern. cit. cap. 31.
n. 9. & 11. estq; sententia hæc Canonizata per
Rot. Rom. quæ pluries iuxtà eam determina-
uit, nempè in vna Roman. Vineæ de Maximis
28. Maij 1574 coram Rubeo, in alia Fauenti-
na Fideicommissi 16. Ianuarij 1582. coram Blã-
chetto, in alia Bononiens. fideicommissi, de S. Pa-
tro, Mercurij 26. Nouembris 1596. coram Pe-
nia, vt ipse testatur, decis. 438. circà fin. d. num.
14. in alia Perusina de B. gazinis, 14. Nouembr.
1605. coram Litta, in alia Romana domus de
Alexijs, Lunæ 1. Februar. 1580. coram Cantuc-
cio, vt post Cenc. decis. 43. & in alia Firmana fi-
deicommissi Lunæ 27. Iunij. 1611. coram Caua-
lerio, vt videre est apud eum, decis. 167. & idẽ
Caualer. decis 481. num. 4.
13 Et hoc est adeo verum, quod licèt fidei-
commissi vinculum, quoad alienandi prohi-
bitionem non se extendat, nisi tantum vsq;
ad quartum gradum, quãuis testator conser-
uandorũ bonorum in familia intentionem
habuisset, ad tex. in auth. de restit. fideicomm.
cum rubr. ibi. de restitutione fideicommissi, &
nomine familiæ, quod vsq; ad quartum gradum
locum habeat. & plenè ibi Belins. Alex. consil.
56. Consideratis verbis, num. 1. vol. 1. Dec. cons.
321. In causa quæ Alexandriæ agitatur, num. 3.
vol. 1. Curt. Sen. cons. 74. vers. Septimò princi-
palitèr, Ruin. consil. 89. casus iste, col. 11. nu. 26.
vers. nec obstare videtur, vol. 2. idem Ruin.
cons 124. Viso testamento Ludouic. col. 2. cum
14 seqq. eod. vol. 2. Tamen restringitur Conclu-
sio hæc, si testator vsus fuisset verbis impor-
tantibus infinitatem, & perpetuitatem, puta
si dixisset, volo, quod bona mea in perpetuũ
in familia conseruentur, quia tunc perperam
vinculum hoc ad solum quartum gradum
restringitur, ac ideò in infinitum durabit, &
in infinitum cuncti descendentes grauati cen-
sebuntur nè bona illa distrahant, ad perpe-
tuam eorum conseruationem in familia. Ias.
cons. 4. Redemptoris nostri Crucifixi, nu. 5. vol.
1. Alex. cit. consil. 56 sub num. 1. vers. tamen at-
tento, idem Alex. cons. 59 attentis verbis, num.
4. vol. 3. Dec. cons. 481. in casu, num. 9. & cons.
516. num. 16. & cons. 635. Viso Copioso, nu. 12.
vol. 2. addo Couar. Variar. resolut. lib. 3. cap. 5.
num. 4. Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de
inoff. testam. & cit. Molin. de Hispan. Primog.
lib. 1. cap. 4. num. 30. qui dicunt fideicommis-
15 sariam alienationis prohibitionẽ vltrà quar-
tum gradum non transcendere, modò tamen
aliud non constet ex mente, & voluntate te-
statoris, sequitur Reg. Merlin. contr. lib. 1. cap.
72 sub num. 12. videndusq; Tapp. decis. Cãcell.
2. num. 206. & Consiliar. Theodor. alleg. 24.
num. 8.
16 An autem prohibitio alienationis, facta
nominatim hæredi instituto, quia vult testa-
tor, quod bona in familia conseruentur, se
extendat ad successores hæredes, an verò se-
cùs, ita vt possint isti successores ad libitum
alienare? Communis opinio est, quod huius-
modi prohibitio, vti in personam directa, est
personalissima, & ideò non transit ad succes-
sores, ex regula l. cum ita datur 93. vbi DD.
ff. de condit. & demonstr. & in cap. quoniam 14.
de offic. deleg. & in terminis glos. in d. auth. de
restit. fideicommiss. in fine, vers. Voluisse, addo
aliam glos. in §. cum igitur, auth. de non elig.
Se-

Secund.nub.in versic.filios, & §.*fin.inst.* *qui testam. tutor.dar.poss.vers.hac glos.Ias.;in l.filius familias* 118.§.*Diui in* 2.*lectur.num.*151. *ff.de leg.*1. *Alex.d.cons.*1.*num.*13.*vol.*1.*Soccin. reg.* 274.*Dec.cons* 95.*à num.*6.*cum seqq.* idem cõs. 182.*num.*2.*&* 12.*vol.*1.*& cons.*635. *num.*11. *vol.*2.*Tiraquell.de retract.conuent.*§.1.*glos.*6. *num.*23.*Afflict.decis.*361.*num.* 43. *Osas. decis. Pedam.*50.*nu.*5.*Surd.decis.*85. *Conar.variar. lib.*3.*cap.*5.*num.*4. *versic. Secundum, Menoch. consil.*200.*num.*98.*Gratian. discept.forens.tom.* 4.*cap.*776.*num.*32.*Fontanell.de pact.nupt.tom.* 1.*claus.*4 *glos.*26.*fol.*576.*& Fusar.de fideicommiss. subst.quæst.*673.*n.*17.

17 Et ampliatur ista cõmunis sẽtentia, etiã quod in prohibitione nominatim hæredi facta, fuisset appositum verbum, *in perpetuum*, quia adhùc isto casu vinculum de non alienando, nõ durabit vltrà limites personæ prohibitæ, iuxtà illud famigeratum, ac celebre *cons. Decij* 635.cuius doctrinam sequitur *Sforz.Odd.de fideicomm.quæst.*15.*artic.*4.*num.*57. *& Fusar. cit.tract.quæst.*679. *num.*9. & licèt *Domini de Rot Bononiens.*quandoq; iudicauerint contrarium, *in vna de Lambertinis* 22. *Iunij.* 1609. apud *Farinac.decis.*193.*p.*1. quia testator post institutiones, & substitutiones de certis personis factas, dixit hæc verba. *Quoniam voluit ipse testator bona sua omnia, & integra, omninò in perpetuum deuenire debere ad proximiores descendentes masculos de casata, & agnatione ipsius testatoris, omni modo meliori, &c. & penès eos continuò permanere.* Nihilominùs in reclamatione, ponderata meliùs prohibitione certis personis, certis nominibus nominatis facta, fuit decisum contrarium, vt liquet in *decis.*300. apud eundem *Farinacc. p.* 1. quas decisiones inserit *Peregr decis.*134. vbi testatur pluries fuisse in decidendo canonizatum *cit.Deci.cons.*& defendit eius sententiam, imò pro corroboratione refert alias duas *Rot. Roman.decis.* Primam in vna *Fauentina fideicommissi, de Patijs veneris* 20.*Maij* 1588.*corã Pamphylio*,& secundam in vna *Fauentina bonorum luna* 5. *Iunij* 1589. *coram Seraphino*, vndè *Peregrin.*exclamat, quod *cons. Dec.* est canonizatum per *Rot.Rom.*videndusq; *Mart. in summ.totius success. legal. p.* 4.*q.*21. *art.* 1.*n.* 30.*cum seqq.art.*4.*num.*19.*& art.*12.*num* 11. *&* 17.*vsq; ad* 27.*fol.* 399. *& ead. part.*4.*q.*22. *art.*3.*num.* 10. & melius omnium nouissimè *Reg. Merlin.Contr.iur.cent.*1.*cap.* 72. per to-
18 tum, vbi innumeros congerit: Non enim nouum est in iure, dictionem, *in perpetuum*, regulari iuxtà naturam actus cui adijcitur, sicq; solet sepè capi, pro vita durante, & non vultrà, & societas in perpetuum contracta dicitur, si facta reperiretur ad vitam sociorum, ità benè elicitur, ex *tex.in cap.fin.de rescript. & in l.*1.*ff pro soc.Fontanell.de pact. nupt.tom.* 2,*claus.*4.*glos* 9.*num.*111.*fol.*153. *Fusar. d.q.* 679.*num.*18.*& Merlin.d.cap.*72.*num.*9.

19 Restringitur tamen superior principalis conclusio duplici in casu. Primò si testatoris prohibentis verba adeò prægnantia essent, vt possent se extendi non tantum ad primum immediatum hæredem, sed ad alios successores vocatos ità ex *Castrens.Roman.& Curt.* probat *cit.Mandell.Albens.d.cons.*54.*n.*4.

20 Et secundò si alienationis prohibitio esset in rem scripta, non in personam, vt puta si dixisset testator, bona mea prohibeo extrà familiam alienari, quia hoc casu prohibitio vti non facta directò personæ hæredis, non erit personalis, sed realis, & transitoria in successores omnes, in quos bona prohibentis deuenire possunt, vt notabilitèr docet *Bar. in l.pcto.* § *fratre*, *à num.*2. & ibidem *Cuman.in* 1.*lectur.num.*5. *Alex.num.*2. *Alciat. etiam nu.* 2.*ff.de legat.*2.*Paul.de Castr.in l. filius familiae* 117.§.*Diuus Seuerus, num.*9 *ff. de legat.*1.*Capyc.decis.*108.*sub num.*2.*versic.quædam realis*, *cit.Fontanell.de pact. nupt. d. lib.* 1.*clausula* 4. *glos.*25 *nu.*84.*d fo.*576.*Fusar.* magna comitatus cohorte, *d.q.*673.*num.* 3.post *Mandell. Albens.cons.*93.*num.*2. *& Curt. iun.cons.*225. *num.*9.*&* 4.& ita determinauit *Rot.Rom.luna* 1.*Decembris* 1608.vt refert *Card. Gonzaler.decis.*34.& iterum, vt *Cenci.decis.*51.*num.*5.*cum seqq.post.tractat.de cens.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

FIdeicommissum simplicitèr fauore familiæ ordinatum, comprehendit eos tantum qui sũt de familia testatoris effectiua, num. 1. Sed hæc opinio est contrà casum legis, num. 2. Et impugnatur Pat. Afflict. num 3.& 4. & ideò concludit Author, vt comprehendãtur omnes, qui sunt de familia contentiua, num.5.cum Ampliatione, n.6. Seruari tamen debet ordo succedendi intèr plures de familia, & qualis sit iste ordo, nu.7. Et quid si pluribus de familia concurrentibus, proximioritatis notitia in persona alicuius haberi nequeat, n.8.

*Fideicommissum ordinatum fauore familiæ est fauorabile, d.n.*4.

*Iurispatronatus fundator si illos de familia præsentari, pro temporei, & instituì iussit, comprehenduntur non tantum qui sunt de familia eius effectiua, sed etiam illi qui sunt de familia contentiua, n.*9.

Fideicommissum à testatore ordinatum intèr eos de familia sua, comprehendit solum familiam effectiuam, contentiua exclusa, num. 10. *Sed cõtrà num.*11.*& hæc secunda opinio est verior, & probatur, num.*12.*&* 13.

*Loquendi vsus maximè attendi debet, nu.*14.

Fi-

Fideicommissum ordinatum ad fauorem proximio tum de familia in infinitum, & in perpetuum, comprehendit tantum familiam effectiuam, & quarè n. 15.

Ascendentes, & descendentes intèr se sunt in infinitum in eodem gradu coniuncti, n. 16.


Adam si adhùc in viduitate viueret, non haberet, cui nuberet, n. 17.

Fideicommissum ordinatum intèr descendentes de familia, solum effectiuam familiam comprehendit, cum ampliatione, vt num. 18. Sed limita si testator fideicommittens descendentes non haberet, n. 19.

Faemina non continentur appellatione familiae, & quarè, n. 20.


Item nec filij faeminarum, n. 21.

Faemina descendentes per lineam rectam à fideicõmittente ad fauorem familiae, extincta linea masculina, paritèr ab eo descendente, excludunt masculos de familia contentiua, & quarè, n. 22.



AD CAPVT CXXXIII.

Additio.

1 Ppellatione, & nomine familiae, dicunt quamplures DD. in fideicõmissorum materia, quod veniunt tantum illi, qui sunt de familia testatoris effectiua, exclusis ijs qui sunt de familia contentiua, vt illi qui e odem cognomine, & armorum insigniũque genere vtuntur, quiuè testatori per lineã collateralem sunt coniuncti, *Mart. in summ. toti. success. legal. p. 4 q. 21. art. 16. nu. 53. vers. Sed hanc opinionem, & p. 3. art. 5. casu 5. nu. 35. & p. 2. quaest. 4. art. 6. cas. 5. Sim. de Petr. de interpr. vltim. volunt. lib. 3. interpetr. 3. dub. 1. solut. 11. num. 27. Sforz. Odd. de fideicomm. q. 8. artic. 5. num. 82. versic. & visum fuit DD. Maceratvariar. resolut. lib. 1. resolut 82. nu. 2. & nouissimè R. P. Asflict. contr. iur. cap. 32. n. 49. & 50.* qui alios passim pro hac parte allegant.

2 Sed hæc opinio est contrà expressum casũ *tex. in l. pronunciatio 195. §. familiae appellatio, vers. Communi, ff. de verb. signif.* ibi. *Communi iure familiam dicimus, omnium agnatorum.* Sicq; non distinguntur agnati de familia effectiua tantum, ab illis qui sunt de familia cõtentiua, sed omnes comprehenduntur, ordine tamen successiuo, vt infrà dicemus.

3 Respondet *P. Afflict.* mox allegatus, quod ille tex. non procedit in materia fideicõmissaria, quæ vti odiosa strictè accipi debet, vt quò magis posit vinculum reijciatur, & fideicommissum restringatur; Sed pace tanti Venerandi Patris, hæc responsio, siuè potiùs limitatio ad *d. leg.* non tenet, aduersatur enim alio clarioti *tex. in l. fin. C. de verb. sign.* q in

4 propria fideicommissorum materia, vult expressè, quod sub generali familiæ appellatione, non solum liberi, sed omnes propinqui, & agnati comprehendantur, quinimò, & generũ, & nurũ venire specialitèr dispon it; Vltrà q; quando fideicõmissum, est simplicitèr ordinatum fauore familiæ, illud fauorabile reputatur, non verò odiosum, qua de causa latè est interpetrandum *Cuman. cons. 2. num. 4. Galuan. cons. 43. num. 12. & consil. 48. num. 46. & 79. Fusar. de fideicomm. subst. quaest. 351. nu. 9. vers. Ego in puris, & quaest. 290. n. 3.*

5 Firmamus propterea contrariam sententiam, vti veriorem, vt scilicèt in fideicommisso inuitante familiam, non tantum comprehendantur descendentes testatoris per lineã rectã, & sic illi qui sunt de familia effectiua fideicommittentis, sed ij quoq; qui sunt de familia eius contentiua, & hæc pars est magis communis, vt patet ex *Cephal. cons. 313. nu. 61. vol. 3. Gabriel. cons. 132. quaest. 6. num. 56. lib. 1. Menoch. consil. 233. num. 19. vol. 3. idem in tract. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 67. num. 23. & praesumpt. 69. num. 10. Mart.* in contrarium allegatus, *d. tract. de success. legal. p. 2. q. 1. artic. 3. num. 6* latè *Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 26. vers. verum difficultas Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 4 num. 40 Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 195. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 645. nu. 2. & 3. Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 2. sub num. 51. vers. Id quod generale est* post *Sim. de Petr. de interpetr. vltim. volunt. lib. 3. interpetr. 3. dub. 1. solut. 11. num 4.* addo *Fontanell. decis. 36. à num 10. cum seqq. Penn. decis. Rot. Roman. 257. num. 5. 7.* & plenè *Io. Bapt. Ciarlin. contr.*

6 *iur. lib. 1. cap. 23. nu. 14. & 16.* vbi subdit, quod ad huiusmodi fideicommissum simplicitèr fauore familiæ ordinatum, admittuntur etiam illi, qui in diuersis locis, & Prouinciis, extrà testatoris habitationem commorantur, & quamuis propter graduum distantiam sinc penitùs extranei, modò tamen sint de familia fideicommittentis, & eodem armorum, insignumq; genere vtantur, *Petra de fideicommiss. quaest. 11. num. 351. & 521. & Fusar. de*

7 *fideicommiss. substit. quaest. 358. num. 25.* Seruari tamen debet intèr plures ad fideicommissum concurrentes lineæ qualitas, vt scilicèt priùs admitti debeat linea familiæ effectiuæ, postèa verò familiæ contentiuæ, nec non gradus, & proximitoritatis prærogatiua, ex *tex. in d. l. fin. C. de verb. signif. & in l. cum ita 33. §. in fideicommisso ff. de leg. 3.* Et ista proximitoritas attendi debet respectu personæ vltimi

decedentis, non testatoris fideicommittentis,
vt patet ex allegatis per nos sup.*cap.126.n.6.*
licèt larga manu contrarium doctè probet
cit. *Dom Reg.* Capyc. *Galeot.contr. lib.1.contr.*
8 11 pertorum. Quod si tanta sit graduum di-
stātia, vt proximioritas intèr plures cōcurrē-
tes discerni nequeat, tunc supposita identita-
te familiæ, fit æqualis diuisio bonorum fidei-
commisso subiectorum intèr omnes de fami-
lia *Paregrin.cons 43.nu.11.vers. Quartò, lib.*
6 & Ciarlin.d.cap 23.num. 17.

9 Referre non omittam id quod determina-
uit *Rot.Rom.in vna Piacentina Cappellaniæ lu-*
næ 10.Ianuarij 1594.per quam fuit dictum,
quod si in erectione, & fundatione iurispa-
tronatus ordinatum fuisset, vt successiuè in
eo præsentari, ac institui deberet aliquis de
familia, siuè de prosapia ipsius fundatoris, per
talem formam verborum, videntur vocati
non tantum qui sunt de familia effectiua te-
statoris, verum ij quoq; qui sunt de familia
contentiua, ordine tamen successiuo, vt suprà,
*Pent.decis.267.*licq, ex prædictis, & aliis mox
dicendis patet quantum errauerint allegati
sup.n.1.

10 Dicunt tamen, quod quando testator in
vocatione familiæ vtitur verbis immediatis,
& possessiuis, v. g. *familia mea, & simil.* tunc
in tali fideicommisso ex crebriori sententia,
solum illi qui sunt de familia testatoris effe-
ctiua admitti debent, illis de familia contē-
tiua omni tempore exclusis *Paris cons. 1.nu.*
60.vol.3.Menoch cons.233.à num. 15. cum
pluribus seqq.*vol.3.Idem cons. 424. num.19.*
& 22.vol 5.cons.1171.nu.3.lib.12.& in tract.
de præsumpt.lib 4 præsumpt.88. nu.2. Cephal.
cons.510.Christofan. Torniol. cons 76.num.19.
Giouangon. cons. 39.num. 20.lib.1.Ruin consil.
353.num.10.lib.2. Turret. cons.49. num.5.lib.
3.Peregrin cons.57.nu.9. & sub num.12.vers.
Secundò respondetur, & consil.149.num.20.lib.
5.Decian.cons.10.num.75.vol.3.Reg. de Pont.
consil.154.num.60.& 61.vol.2. Rouit.cons.27.
num.19.vol.1.Sforz Odd.de fideicommiss. q.8.
num. 77. Fusar.de fideicommiss. substit.quest.
351.num 27 cum seqq.& q.361.num.7.& 9.
Ioseph Sess. decis.49.num. 9. & omissis aliis
Farinacc decis.707.num.2.& 3.p.2.

11 Profectò hæc sententia primo aspectu vi-
detur indubitata, & minimè sub controuer-
sia constituenda proptèr authoritatē tot Pa-
trum, & Præceptorum. Sed nihilominùs eam
ipse non amplector, adhærendo magis con-
trariæ opinioni, quam tenent infrascripti ma-
ximi nominis DD. quamuis numero paucio-
res, nempè.

Riminald. iun. cons. 739.num.82.cum seqq.
vol.7

Roland.consil 23.num.25.& seqq.lib 4.

*Molin.*vbi latè *de Hispan.primog. lib.1.cap.*
4.num.40.cum seqq. & cap. 5.n.7.

Castill.Sotomaior contr.iur.lib.2.cap.27.nu.
70.cum seqq.

Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib.8.tit.12.num.12.

Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 26.
vers.Contrà verò

Et nouissime *Rot. Rom.in vna fideicommis-*
si Tiberij de Nani lunæ 17.Iunij 1619.*coram*
*Vbaldo.*quam decisionem ad pennam vidi, &
intèr cætera subscripta verba continet. *Sed*
tunc succedit difficultas an dicta familia sit vo-
cata contentiuè, vel effectiuè, & quidem licèt sit
magna controuersia intèr Doctores, an appella-
tione familiæ, præsertim cum nomine possessiuo,
suæ, vt hic intelligatur familia contentiuè, an
effectiuè, quod indecisum reliquit Gabriel.in
terminis huius fideicommissi, cons.132. quest.6.
num. 60. lib. 1. & aduertit Mantic. de coniect.
lib. 8. tit. 12.in fin. nihilominùs verior videtur
opinio, & receptior, quod intelligatur de conte-
tiua, Mantic. vbi sup.nu.12. vers. Sed ego sub-
sisto, & latiùs Peregrin. de fideicomm. artic. 22.
nu. 26. vers. Contrà verò, vbi in fin. concludit
eam esse veriorem, alio non apparente. Hæc
Rot.

12 Probatur hæc opinio primò ex *tex.* Indi-
uiduali, in sepè *cit.l.fin.*C.*de verb.signif.* quem
punctualitèr ad hoc perpendit *Molin.loc.sup.*
cit. & sanè est ineuitabilis, quia ibi fideicom-
missum fuit ordinatum ad fauorem familiæ,
cum verbo possessiuo, *sua*. ibi. *Et si quis per*
suum elogium fideicommissum familiæ suæ reli-
querit, &c. Et tamen idem fideicommissum
ad omnes de familia indistinctè protrahi in
eod.*tex.* apertè habetur, quinimò deficienti-
bus quoq; agnatis, ad illud, & generum, & nu-
rum admitti disponitur (licèt quò ad hoc *tex.*
iste difficilitèr practicari posset) Igitur restrin
gere fideicommissum ad solos descendentes
testatoris, eosq; qui de eius effectiua familia
sunt, prorsùs iuri implicat.

13 Et secundò probatur ex communi loquen-
di vsu, cuncti enim solent de familia sua nun-
cupare eum, qui eodem cognomine eisdem-
que armis, & insignijs vtitur, neq; propterea
prauus, vel corruptus sermo iste appellari de-
bet, quia verè cum prædicta concurrunt re-
ctissimus sermo est, Ergò excludere aliquem,
qui sit de familia contentiua, à fideicommisso
ad fauorem familiæ ordinato, ea tantum de
causa, quia vsus fuit testator verbis possessi-
uis, *mea, sua, &c.* nè dum iuri implicat, sed
14 tutò rationi, menti testatoris, & cōmuni lo-
quendi vsui, qui facilè in omni quacumq; re
contemni non debet, imò maximè efficax
in dispositionibus dubiis interpretandis re-
putatur, vt per *Roman.consil.179.num.2. vers.*
Secundò communis vsus, plenè *Mascard.de pro-*
bationib.concl.1124.num.15. cum seqq. & ple-
niùs *Cardin.Tusc.pract.conclus.lit.V. conclus.*
368.per discursum.

15 Id tamen verissimum puto, quod quandò
testator ordinauit fideicommissum ad fauo-
rem proximiorum de familia *in infinitum, &*
in

in perpetuum, tunc si filios habet, duplici ratione de familia effectiua tantum intellexisse præsumitur, primò ex inuitatione proximiorum, inspecto quod si intellexisset etiam de familia contentiua, facilè id adimpleri nequiret, posset enim succedere aliquis prorsùs extraneus propter magnam graduum distantiam, tam computando à persona testatoris, quam vltimi decedentis, & secundò, quia dū dixit, *in in finitum, & in perpetuum*, necessariò de descendentibus suis tantum, per lineā rectam intellexit, quia isti solum in infinitum, & in perpetuum sunt coniuncti ascendentibus, vt nouissimè de more probat *cit. R. P. Afflict. contr. d. cap. 31 à num. 48. vsq; ad 56.* &

16 quod ascendentes, & descendentes in infinitum semper dicantur intèr se coniuncti, sitq; intèr eos semper idem gradus, elicitur *ex tex. in §. 1. inst. de nupt. glos. in §. cum igitur, verbo, filiorum, auth. de non elig. secund. nuben. alia glos. in §. fin. verbo, appellatur, instit. qui testam.*

17 *tutor. dar. poss.* Vnde Adam si adhùc in viuitate viueret non haberet cui nuberet, quia omnes filij eius nuncupamur, vt per *glos. in cit. §. 1. inst. de nupt. & Cardin. in cap. non debet de consanguin.* & eruditè *Consil. Thodor. alleg. 100. n. 11.* vbi multa cumulat.

18 Item venit sola familia effectiua, si testator liberos habens intèr descendentes de familia fideicommissum constituisset; id quod verum esse dicunt DD. mox allegandi, etiam quod in sequenti, & posteriori sermone simplicitèr, & genericè dixisset, *quod vult vt bona in familia permaneant*, adhùc enim verba hæc de familia effectiua intelligi debent, quia accipiunt sensum à verbis præcedentibus, vt descendentes dumtaxàt, & sic illi qui sunt de familia effectiua inuitati censeantur, *Soccin. iun. cons. 97. num. 62. versic. Et quandò de voluntate, vol. 2. Ruin. cons. 153. num. 11. versic. & quod ita sit vol. 2. Cephal. d. cons. 510 num. 16. & 17. vol. 4. Torniol. d. cons. 76. num. 19 vs. Peregrin. d. consil. 57. num. 5. cum. seqq.* plenè *Fusar. d. tract. de fideicomm. subst. quæst. 351. num. 11. 14. 22. versic. Ego aliquandò, & Rot. Roman. decis. 300. num. 11. & 31. in recentior. part. 2.* in illa celebri causa, fideicommissi de Lambertinis:

19 Dixi tamen *liberos habens*, quia si v. g. testator filios non haberet testamenti tempore, & fideicommissum ordinaret intèr descendētes de familia, tunc ex quo ly verbum, *descendentes*, non potest verificari in familia effectiua, præsumendum est, quod testator necessariò intellexerit de contentiua, sicq; collaterales agnati admitti debeant seruata sexus, & proximioritatis prærogatiua, iuxtà quod diximus sup. & ita in specie tradunt *cit. Caphal. consil. 313. num. 58. Curt iun. cons. 5. num. 10. Griuell. decis. Dolan. 109. num. 14. versic. Sed licèt, Fontanell. d. decis. 36. num. 11.* & magis in terminis *Rot. decis. 49. p. 1. & 193. & 300. p. 2. in recentior.* vbi itā solemnitèr fuit decisum in dicta causa de Lambertinis.

20 Feminæ autem familiæ appellatione non continentur, quia reputantur vas inutile, & inefficax pro conseruatione illius, vt latissimè comprobat *Vin. decis. 10. vol. 1.* maximè vbi vigre statutum exclusiuum fæminarum, vt in Regno, *Mart. d. tract. de success. legal. p. 4. q. 21. art. 5. num. 22. vers. Idem si testator, cit. Fusar. q. 352. num. 16. & Odd. de fideicomm. q.*

21 *9. art. 5. num. 44.* hinc fæminarum filij non dicuntur de familia matris, sed patris, & per cōsequens neq; sub nomine familiç continentur, *l. familiæ appellatione 196. ff. de verb. signif.* ibi. *Fæminarum filios in familia eorum non esse palam est, qui nascuntur Patris, non Matris familiam sequuntur*, idemq; exornat *Alex. cons. 125. viso processu causæ n. 5. vol. 7. & Paul. de Castr. cons. 421. sub num. 3. vers Tertiò sic & ista, vol. 1. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 48. & Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clausf. 4. gl. 25. num. 14. fol. 567.*

22 Verum quò ad hoc non est sub silentio prętermittendum, quod si testator per fideicommissariam dispositionem vocauit familiam, exclusis fœminis, tunc si extinguatur familia masculorum effectiua testatoris, superstitibus fœminis descendentibus ex eadem effectiua familia, fanè istę excludent masculos de familia contentiua, quia verosimile nō reputatur, voluisse testatorem sub nomine familiæ, excludere descendentes suos, & illos admittere, qui fortè sunt ei prorsùs extranei, & incogniti, argumento *l. cum acutissimi, C. de fideicomm. & in l. generalitèr 6. §. cum autem, C. de inst. & subst.* ad quod legendi *Molin. d. tract. lib. 3. cap. 4. num. 15. & 18. cum seqq. & cap. 5. num. 71.* plenè *Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 12. Roman. consil. 100. Cafanat. cons. 47. à num. 2. cum seqq. Valenzuel. cons. 95. num. 111. & 112. & cit. Fontanell. decis. 35. num. 11. cum seqq.* qui referunt illam grauissimam decisionem in causa statuum de Cardona, cum adiacentibus.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

F*Ideiussor de repræsentando post certum tempus, debet interpellari, vt in mora constituatur, num. 1. Sed contraria opinio est verior, num. 2. & seruatur in praxi, num. 4.*

Iuramentum habet vim continuæ interpellationis, num. 3.

Fideiussor de repræsentando intrà certum tempus, potest purgare moram, repræsentando reum, etiā lapso termino, num. 5. & sic euitat pœnam incursam ex mora, num. 6.

Fideiussor morosus in repræsentando, intrà quantum tempus possit purgare moram, ad finem euitandi incursum pœnæ, distinguitur, num. 7. & 8.

Fideiussor de repræsentando non liberatur, si reus committat nouum delictum, num. 9.

Liberatur tamen si pro eo banniatur, num. 10. Sed auctor distinguit an bannum fuerit emanatum ante moram, an post, & quando fideiusserit, num. 11. & 13. Et quid si offeratur saluus conductus, pro illo nouo delicto, pro quo fuit bannitus, num. 14.

Fideiussor de repræsentando, quando liberetur per mortem rei, n. 12.

Et an liberetur si idem reus conditionem suam mutet, & efficiatur Clericus, n. 15.

Fideiussor eius qui tenet mandatum per palatium, liberatur si Iudex concedat ei licentiam discedendi aliquando, num. 16. & quid si habenti domum loco carceris, Iudex concedat licentiam audiendi missam in Ecclesia propinquiori, an fideiussor eius liberetur, n. 18.

Fideiussor liberatur, cum alteratur actus fideiussionis, n. 17.

Fideiussor liberatur ex termini prorogatione facta debitori, num. 19. Contrarium, num. 20. Sed concordantur sententiæ, num. 21. & prima opinio indifferenter procedit, quando cum prorogatione termini, fit mutatio contractus, n. 22.

Hinc fideiussor mutuatarij, qui pecuniam intrà annū restituere promisit, liberatur, si creditor prorogat terminum, & transfundat contractum mutui, in contractum venditionis annuorum introituum, n. 23.

Fideiussor liberatur, si Creditor negligentia sua nō exegit à debitore soluendo, qui postea decoxit, num. 24. Sed limita, & intellige, vt num. 25. & 26.

Fideiussor vnus soluens totum debitum, habita cessione iurium, potest contrà confideiussores agere ad ratam eorum, num. 27. Sed vide n. 28.

Fideiussor tenetur appellare à sententia contrà se lata, & quando secus, n. 29.

Fideiussor proprio nomine potest appellare à sententia lata contrà principalem, n. 30.

Exceptiones omnes reo principali competentes, competunt etiam fideiussori, num. 31. Sed intellige de exceptionibus realibus, non personalibus, num. 32. & quæ sint istæ reales, & personales exceptiones plenè, n. 33. & 35. & vid n. 36.

Reus principalis in præiudicium fideiussoris, quibus exceptionibus non possit renunctiare, num. 34.



AD CAPVT CXXXIII.

Additio.



Practicabilis, & quotidiana est materia quæ hic, & in Capitibus sequētibus laconicè à *Spec.* D. meo dilucidatur, cuius stylum ipse insequendo, Noto primò, quod fideiussor 1 de aliquem intrà certum terminum repræsentando, non est in mora, nisi prius interpelletur per præceptum Iudicis, quod præsentet vt latè per plures rationes probant *Paul. de Castr. cons. 100. vol. 2. Iaf. in l. vniuersa sub nu. 4. versic. Decimò facit, C. de precibus Imperat. offerend. Dec. cons. 2. sub nu. 3. col. 2. in fin. vers.* & in fortiori casu, *Felin. in cap. si autem col. 5. sub n. 4. vers. quos limita, de rescript. Hippolit. de Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 144. in 18. quæst. Afflict. in Const. Regni Baiulos, in 2. quæst.* quem sequitur *Franch. decis. 118. sub num. 6. Decian. cons. 2. n. 7. Cost. tract. de ec integr. distinct. 198. num. 6. Maur. Aret. tract. de fideiuss. p. 1. sect. 2. cap. 3. num. 89. Muscatell. in prax. fideiuss. p. 1. mod. 7.* & concordantes allegant *Osasc. decis. Pedem. 49. num. 1. & 2. cum seqq. & Gomes. variar. resolut. lib. 3. cap. 9. aliàs, tit. de captur. reor. num. 9.* addo nouissimè *Bilot. decis. Benuent. 18. sub n. 3.*

2 Hæc opinio quamuis ex prædictis videatur communis, redditur tamen dubitabilis, & fortè falsa ex traditis per *cit. Gomes. & Osas.* qui ab ea recedunt, & firmissimas inuehunt rationes, ita vt non videatur hæsitandum, quin nulla sit necessaria interpellatio in casu prædicto, inspectis præcipuè terminis tex. in vulgat. *l. magnam. C. de contrah. & commit. stipulat.* cuius dispositio ineuitabiliter ad hunc articulum adaptatur, propter adiectionem certi termini intrà quem præsentatio facienda erat, sicut in effectu cit. *Osas.* decisum refert, & idem tenent *Mart. vol. 125. & 135. nu. 4. Bellac. inter commun. opin. lib. 4. tit. de vsur. & mor. num. 51. & Grivell. decis. dolan. 59. num. 5.* eo magis, quia huiusmodi obligationes in-

3 distinctè obualiantur iuramento, quod habet vim continuæ interpellationis *Abb. in c. breui num. 5. de iur. iur. Ias. in l. quod te, num. 22. &* ibidem *Dec. num. 11. in 1. lect. ff. si cert. petat.* idem *Ias. in l. nam postea, §. si is qui temporali n. 10. ff. de iur. iur. Alex. consil. 146. vol. 7. Gozadin consil 57. num. 11. Crauett. cons. 57. num. 2. Anton. Gabriel. commun. opin. lib. 2. tit. de ius. iur. conclus. 2. & Bellon. decis. Rot. Gen. 129. num. 3.*

4 Imò quatenùs hæc secunda sententia esset du-

dubia de rigore iuris, est tamẽ in praxi manifesta, nã quotidiè obseruatur, quod huiusmodi de præsentando obligationes, vti stipulatæ, & receptæ penes acta Curiæ, & sic vti liquidæ, & indubitatæ transacto termino, incusantur aduersus fideiussores non aliter certioratos, siuè interpellatos, quod præsententent, quod fit, instando apud acta pro incusatione, vt in effectu testatur seruari tã in M. C. quã alijs Regni Tribunalibus, *Thoruet. dec. 62. à n. 4 cum seqq.* qui plenè tractat materiã.

5 Noto secundò, quod licèt huiusmodi de præsentando fideiussor moram contrahat sine interpellatione, ex prædictis; eandem tamen purgare potest, reum debendi, vel pœnæ in iudicio adducendo, etiam post terminum, vt fuisse decisum in *Rot. Rom.* dicit *Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 915. num. 20. vsq. ad 25.* quem sequitur *Reg. Capyc. Latr. decis. 30. num. 14. part 1.* post *Gramm. in vulgar. decis. 95. num. 6.* qui id extendit etiam in obligatio-
6 ne iurata; Et si potest fideiussor purgare moram, euitat per necessarium consequens incursum pœnæ resultantis ex mora, vt DD. mox allegati concludunt, dum inquiunt, quod pœnæ iacturam fideiussor euitat ex purgatione moræ, quamuis contrà eum processum iam fuisset ad bonorum executionem, & subhastationem, id quod videtur quoq; sentire, *Ias. in l. si pacto 14. num. 18. C. de pact.* & idem cit. *Gratian. discept. tom. 4. cap. 708. num. 46. & 47. cum seqq.* qui dicit, quod fideiussor euitat bonorum executionem etiam post illorum subhastationem, modò tamen deliberatio sequuta non sit: Videndi nihilominùs sunt super hoc articulo, eius amplioris cognitionis gratia, cit. *Thor. dict. vot. 62. & 63.* idem in *compend. decis. tom. 1. verb. pœna fideiussoris, fol. 395.* & *erg. Ricc. decis. Cur. Archiepiscop. part. 2. decis. 42. n. 4. & Danz ad Gramm. dict. decis. 95.*

7 Sed solet disputari intrà quantum tempus possit fideiussor de repræsentando moram purgare, ad effectum euitandi pœnam ex mora contractam? Breuitèr dico distinguendum esse, vt si quidem præsentandus sit reus pœnæ proptèr delictum ab eo commissum, & tunc fideiussor tantum temporis habet ad purgandam moram, quantum fuit sibi assignatum ad præsentationem faciendam, vt desumitur ex *text. in l. Sancimus 26. C. de fideiuss.* vt ibi aduertunt *Bart. Angel.* & alij, & ita fuit decisum in Senat. Pedam. teste *Osas. cit. decis. 49. à num. 11. vsq; ad finem*, & signantèr, *num. 14.* vbi ita refert obseruatum contrà quemdam Patrem, qui filium suum intrà tantumdem tempus, quod sibi fuit assignatum, non præsentauit ideòq; pœnam ab eo Senatus
8 exegit: Si vero quis pro reo debendi fideiussit de eo intrà certum tempus præsentando, & hunc puto posse quandocumq; purgare moram, quamuis contrà eum ad executionem, & subhastationem bonorum processum fuisset, iuxtà quod diximus sup. *num. 5.* quæ tamen intelligi affirmo dummodò in aliquo partis conditio deterior effecta non sit, proptèr deteriorationem debitoris in tempore non præsentati, quia tunc nullo pacto concedenda est fideiussori moræ purgatio, vt fuit decisum in *Rot. Rom. in vna Viterbiensi, seù Romana fideiussionis 21. February 1587. coram Cardin. Plato*, quæ decisio impressa reperitur penès, *Mancin. de iuram. part. 4. effect. 13. à num. 48. vsq; ad 52.* & tradit cit. *Gratian. dict. cap. 708. num. 19. & 20.*

9 Noto tertiò, quod fideiussor de repræsentando non liberatur à nexù obligationis, si reus præsentandus, nouum committat delictum, vt testatur seruari in Catalonia *Cancer. varia. resolut. lib. 2. tit. de fideiussor. cap. 5. n. 146.*

10 Secùs verò si pro delicto illo fuisset banditus, quia tunc cum videatur effectus irrepræsentabilis dicitur liberatus eius fideiussor, *l. sed, & si quis*, vbi DD. *ff. si quis caut. Anton. Heringi. de fideiuss. cap. 20. §. 9. num. 34. Facchin. contr. iur. lib. 9. cap. 75. Giurb. consil. crim. 35. n. 14. Viu. dec. 514. n. 12. & Caball. Resol. crim. cent. 2. casu 190* plenè etiam cit. *Gratian. d. cap. 708. & Giazz. discept. crim. tit. de fideiuss. di-*
11 *scept. 21.* per discursum. Sed ego in vna facti contingentia dicebam considerandum esse, verum quis pro alio fideiusserit de eo repræsentando statim post certum tempus, an verò fideiusserit simplicitèr de præsentando ad omnem ordinem, & requisitionem Iudicis superioris; nam in primo casu si reus repræsentandus pro nouo delicto banniatur, priùs tamen, quod expleuerit terminus, & tunc procedit præcedens opinio, ad fauorem fideiussoris. Si verò bannum sequatur post expletum terminum, & sic post contractam moram, & tunc non censebitur liberatus fideiussor, qui fuit in culpa non repræsentando intrà terminum, vt probatur ex *text. in dict. l. Sancimus 26. C. de fideiuss. circà fin.* vbi fideiussor de re-
12 præsentando intrà certum terminum liberatur, si decedat reus intrà terminum illum, secùs verò si termino iam elapso fuerit ab hac luce subtractus, nam tunc benè exigitur à fideiussore pœna commissa, etiam quod duraret adhuc secundus terminus datus ad purgandam moram, vt per *Farinacc. in tract. de carcer. & carcerat. quæst. 34. num. 36. & 78.* In
13 secundo verò casu, nempè quando fideiussio fuit indefinita, scilicèt ad omnem ordinem, &c. tunc quia requiritur interpellatio ad hoc vt fideiussor dicatur in mora, & iterum est distinguendum, aut ante bannum rei, fideiussor non fuit citatus, & dicetur dubio procul liberatus: aut verò præcessit interpellatio ad præsentandum, & tunc quia est contracta iam mora, licèt posteà reus ex nouo delicto banniatur, non ideò tamen censebitur liberatus fideiussor, vt patet plenè ex *Gratian. loc. cit.* vbi in his terminis loquitur, præcipuè exa-

minat

minat qualis debeat esse interpellatio ad finem constituendi fideiussorem in mora,
14 subditq; *num.5.& 6.* quod si reus principalis pro nouo delicto esset bannitus, ita vt fiat casus liberationis fideiussoris, tunc is non cogeretur præsentare, etiam quod offeretur à Iudice saluus conductus pro illo nouo delicto, pro quo fuit emanatum bānum contra reū præsentandum, vt itidem sensit *Berdazz.cons 435. num.3.* quem sequitur *Ricci. decis. Cur. Archiepis part.1. decis.37. sub num.2.* & hæc opinio est verior, quidquid dicant in contrarium, *Gabriel. cons.181. num.27. & Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.16. tit.20 nu.16.* quia saluus conductus dicitur fragilis cautio, *l. quid ità, §.1. ff ad Trebell.* & sepè non obseruatur, vt per *Menoch. cons.100. num.19 lib.1.*

15 Quartò ex prædictis noto, quod fideiussor de representando, liberatur si reus principalis conditionem suam mutet, vt nequeat eum præsentare, *Cephal. cons.187. num.8. & 9. lib 2. Menoch. cons.246. nu.8. cum seqq. vol 3. Nigr. de laudem. tom.2. q. 22. art.8. num.6. & 7.* nam in cunctis actibus subintelligitur conditio, rebus in eodem statu permanentibus, hinc si fortè reus efficeretur Clericus, vel Monachus, fideiussor non tenetur amplius eum repræsentare, quia mutauit statum, & forum, videturq; quodammodò effectus irrepresentabilis, *Hippolit. de Marsil. in rub. de fideiuss. sub nu.132. cum seqq. & Muscatell. in praxi fideiuss part.1. mod.19. nu.17. versic similitèr principalis,* quos sequitur *Gaball. Resolut. crim. dict. casu 190. num.4.* quæ tamen ipse intelligo, dummodò superueniat talis qualitas, antè contractam à fideiussore, mutam, secus verò si postea, per *text. in dict. l. Sancimus in fin.*

16 Quintò noto, quod fideiussor eius qui tenet mandatum per Palatium, vel per Ciuitatem, statim liberatur, si Iudex concedat ei licentiam, vel in scriptis, vel oretenùs, siuè per nutus affirmatiuos discedendi aliqua die, aut tempore de Palatio, vel Ciuitate, vt plenè *Guazz. discept. crim. dict. tit. de fideiuss à num.4.*
17 *cum seqq.* quia per illam licentiam videtur alteratus actus fideiussionis, & per consequens inducta fideiussoris liberatio, *Manent. decis. Senat. Mantuan.38. num. 47. Macerat. varia. resol lib.3. resolut.30. num.5. & 6. & per totam,* & latissimè *Nouar. quæst. forens. lib.2.*
18 *quæst.177.* ex quibus authoritatibus in vna contingentia consului, quod fideiussor de præsentando aliquem, cui fuit assignata domus loco carceris, vel cui mandatum fuit ne de domo discederet, potest statim instare pro liberatione per protestationem partes acta præsentandam, (si Iudex post receptam fideiussionem concedat reo licentiam (vt fieri solet) audiendi Sacrum, & diuina officia in Ecclesia propinquiori, quia per hanc licentiam satis videtur alterata fideiussio, inspecto quod dicitur reus positus in libera facultate deludendi Iudicem, & fideiussorem, constituendo se in Ecclesia; Vndè puto non esse concedendas has licentias, nisi tantum cum consensu fideiussoris, qui aliàs protestatione præmissa, censebitur liberatus, quæ sunt notanda ad declarationem punctualis, *decis. Dom. Reg. Sanfelic.253.*

19 Sextò noto, quod debitoris fideiussor liberatur ex prorogatione termini ad soluendum eidem a creditore concessa, *Alex. in l. dies cautioni, num.10. ff. de damn. infect. Ias.* quem sequitur *Decian. cons.11. num.29. lib.1. Francis. Marc. decis.578. in princip. part. 1. Molfes. ad Consuetud. tom.2. part.4. quæst.16. num.8. & Bilot. decis. Beneuent. 18. num.5.*

20 Verum contrariam sententiam, quod imò ex prorogatione termini debitori facta ad soluendum, fideiussores eius non censeantur liberati, tenent *Bald. in l tam mandatori, nu.8. & 9. C. de non numer. pecun. Alex.* ibi contrarius *cons.72. habita oportuna, num.6. & 7. vol. 7. Facchin. contr. iur. lib 2. cap.88. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.17. tit.4. num.5. & 6.* dicentes quod ex prorogatione termini non inducitur nouatio, *l. obligationum ferè, §. placet, ff. de action. & obligat.* plenè *Ias. in l.1. num.50. C. de iudic.* & consequenter sine nouatione, nequeunt dici liberari fideiussores, *Parlador. rer. quotid. lib.1. § 11. limit.6. num. 53. fol. 195.* & latissimè videndus *Thesaur. quæst forens. lib.2. quæst.57.* vbi agit an fideiussor de præsentando reum inquisitum intrà certum tempus dicatur liberatus, si reo terminus prorogetur, & refert decisum negatiuè, sed aduertes quia ibi prorogatio processit quasi [illegible] conse[illegible] fideiussoris, & ideò non mitum [illegible] ad pœnam fuit condendatus ex præsentatione non facta, [illegible] dubia illa decisio.

21 *Spectab. Dom. meus,* in casu proposito, ita distinguit, quod aut est præfixum tēpus obligationi fideiussoriæ, v, g. fideiubeo pro principali debitore vsq; ad annum vnum, & procedit prima opinio, Aut verò debitor est obligatus soluere in tali tempore, ita vt tempus videatur adiectum solutioni, & tunc habet locum secunda opinio, vt scilicèt ex prorogatione termini ad soluendum, fideiussores non censeantur liberati, addo notabilitèr *Luc. de Penn.* qui ita contrarias sententias cōcordat, in *l. licib. col 4. vers. Pone quod creditor, C. de agric. & censit. lib 11. Surd. cons.445. nu. 7. vol.3. Gaill pract. obseruat. lib.2. obscr.1. &* 30 *Gaball. Resolut. Crim. centur.1. casu 59. nu. 2. & 13. Cenall. commun. contr. comm. quæst. 754. num.40. Facchin. dict. cap.88 lib.2.* & melius *lib.12. cap.30. in princip.* vbi notabilitèr
22 subdit, hoc indistinctè intelligi si vna insimul cum prorogatione termini mutaretur natura contractus, vt tunc indistinctè fideiussor dicatur liberatus, ex *Bald. in l. commendatori*

tori num.5.C.de non numer.pecun. Soccin. sen. cons.62.nu.23.lib.4.& Berdazz.claus.41.glos. 7.sub num.5. & ponit casum in fideiussore

23 mutuatarij, qui mutuatæ pecuniæ restitutionem intrà annum promisit, concluditq; contrà *Ret. decis.* & contrà *Thesaur. decis. 125. num.6.* quod si expleto anno prorogetur à creditore solutionis terminus, & fieret inscio fideiussore contractus venditionis annuorum introijtum, is profectò pro hoc nouo contractu nullo pacto teneri posset, propter nouatio nē euidenter inductā ex transfusione vnius contractus, in aliū duriorem, & incompatibilem cū primo, quale est mutuū gratuitū, cū mutuo feneratio, & sic est inducta nouatio cit. *Surd. cons.345.num.33.vol.3.& Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.134. num.39.* & per consequens fideiussoris liberatio, *Parlador. vbi sup.* vide omninò cit. *Pacebin.* quia magistraliter loquitur.

24 Noto septimò, quod fideiussor nequit amplius à creditore molestari, si culpa, & negligentia sua à reo principali debitum cum esset soluendo non exegit, vt manifestè probatur ex *l. si fideiussores in id 41. ff. de fideiuss.* quem nouissimè in hunc casum explicat eruditissimus *Io: Baptist. Mucci quæst. forens. cap. 27.* post *Soccin.seu.cons.233.vol.2. Ias.in l.decem nu.25.ff.de verb.obligat.Bursat. cons.224. num.27.& Surd. tract. de alim. tit.1. quæst.45. num.73.* alioquin sequeretur, quod negligentia creditoris non curantis exigere esset nociua fideiussori, dum à reo principali dictò tantundem repetere nequiret, si soluere cogeretur creditori, qui potuit, sed noluit creditum suum consequi, citrà omnem fideiussoris iacturam, vt itidem in puncto sentit *Reg. Rouit.decis.43.nu.11.*

25 Dico tamen restringi conclusionem istam, si fideiussor discussionis beneficio renunciasset, ita vt in solidum videatur teneri, quod patet ex *text.in dict.l.fideiussores in id,in princip.* à contrario sensu, dum ibi deganda esse actionem contrà fideiussores concluditur, *si in id accepti sint, quod à curatore seruari non possit*. Ergò accepti in solidum cum renunciatione ad beneficium discussionis liberationem non consequentur ex negligentia creditoris, non curantis exigere.

26 Item intelligenda est dicta conclusio, dummodò fideiussor interpellauerit creditorē, vt exigat cum posset à reo principali soluendo, nam ita duo agit, constituit creditorem in mora exigendi, & animum suum patefacit, quod nolit teneri, reo ad inopiam deuento, *Abb.in cap.fin. num.3.de fideiuss. Alex. in dict.l.decem stipulatus, num.3.de verb.obligat. & Cardin. Mantic.* qui alios allegat, *tract. de tacit. & ambig. conuent tom.2.lib.16 tit. 17. num. 45. infin.* videndusq; cit. *Mucci dict. quæst.27.infra.num.12.*

27 Octauò noto, quod si vnus ex duobus, aut pluribus fideiussoribus, totum debitum soluerit creditori, habita ab eo iurium cessione, & non aliter, poterit contrà alium, vel alios confideiussores agere, vt tatam eorum ei soluant, vt refert decisum *Præs.de Franch.decis. 55.* vbi addentes plura cumulant, idem tenet *Io Francisc.del Castill.decis Sicil.22. num.38.* videndiq; *Thesaur.decis. 191. & Io: de Amic. cons.34.* quos remissinè allegat *Consiliar. Paschal.de patr.potest.lib.lib.1.cap.8. num.173.* de

28 de qua opinione censeo non esse dubitandum, nisi tantum casu quo fideiussores essent recepti in subsidium absq; renunciatione beneficio discussionis, quia tūc alter eorū soluēs voluntariè creditori totum debitum, non priùs agere poterit aduersus confideiussores, nisi principali discusso, tum quia creditor cedendo ei iura, non potuit plus in eum transferre, quam in se habebat, vulgatis regulis, tum quoq; quia fideiussor soluens creditori à quo fuit ei facta cessio, videtur nomen debitoris emisse, *l.cum is,ff.de solut.& Franch.dict.decis. 55.num.12.* fideiussores verò veniunt in subsidium, eo modo, quo fidem eorum adstrinxerunt, & non aliter.

29 Noto nonò, quod fideiussor ad soluendum condemnatus tenetur appellare à sententia contrà se lata, aliàs videretur esse in dolo, & fortè collusus cum creditore in debitoris pereniciem sicq; aduersus eum pro recuperatione soluti non haberet actionem, *Bart. in l.exceptione num.2.ff.de fideius.& mandat.* nisi tantum sententia esset iusta (vt præsumitur) ita vt appellatio foret inutilis, quia tunc appellando, magis diceretur in dolo, nam calumniosè id faceret, *Bald. in l. pro ea, num.3. C.*

30 *mandat.* sed an possit fideiussor appellare à sententia contra principalem lata, proptèr suum formatum interesse? Respondeo affirmatiuè per doctrinam *Speculat.lib.2.tit. de appellat.§.1.num.2.cit. Bart.in l. à sententia, ff. de appellat.& Sigismund. Scacc. in cod. tract. quæst.5.num.31.* subdens in *verf. difficultas subgeret*, huiusmodi appellationem posse à fideiussore interponi proprio, & priuato nomine, & non pro parte ipsius principalis (vt alij putant) ex *Ruginell. in tract. de appellat.§.2.cap.4. num.24.*

31 Vltimò noto, quod omnes exceptiones reo principali competentes, prosunt quoq; fideiussori suo, qui propterea non prohibetur eo etiam inuito illis vti, eadem ratione sui formati interesse, ad *text.* vulgatum *in l. omnes 19. ff. de except. Bald. in l.cum mandatori, num.10.C.de non numerat.pecun. Hippol. de Marsil.in rub.de fideiuss.num.136. Natt. cons. 50.num.24.& cons.5 P.num.13.Becc.cons.45. num.46.Surd.cons.20.num.1.cum seqq. vol.1. & cons 271.num.23.cum seqq.Consiliar. Arias de Mes.Variar.Resolut.lib.2. cap.12.num.5.& Nouar.decis.4 num.12.*

32 Sed intelligenda est hæc conclusio, vt tantum

tum procedat in exceptionibus, quæ respiciũt contractum, non verò in exceptionibus, quæ personam debitoris respiciunt, & sic realibus tantum, non personalibus, vti potest fideiussor *l. exceptiones, 7. ff. cit. tit. de except.* plenè *Alex in l. sed hoc idem, §. quod autem, num. 5. ff. de re iud. Muscatell. in prax fideiuss. p. 2. q. 8. d. num. 1. & Gomes. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 14.* aliàs *tit. de restit. minor. n. 10.*

33 Exceptiones autem respicientes contractum, & nullitatem illius, quibus vti potest fideiussor, sunt vz. rei iudicatę, solutionis, præscriptionis, nouationis, iurisiurandi, pacti de non petendo, non numeratæ pecuniæ, doli, metus, actionis non dum natæ, compensationis, & similes, vt per *Gomes. loc. cit.* addo *tex. in d. l. tam mandatori, C. de non num. pecun* qui de hac exceptione loquitur, sicũt quoq; *Angel. in § idem iuris, num. 13. inst. de except. & Cardin. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. tom. 2. lib. 16. tit. 15. num. 6.* quamuis debitor confessus fuisset effectiuè recepisse pecunias, *tex. & ibi glos. Bar. Bald.* & alij, *in l. si is cui, & Bald. in d. l. tam mandatori, num. 26. C. de non numer. pecun. Franch. de fideiuss. cap. 3. num. 74. & Heringi. de fideius. p. 4. cap. 27. num. 50.* De exceptione actionis non dum natæ, loquitur *Mantic. loc. cit. num. 7.* de exceptione pacti de non petendo, loquitur *Alex. in l. si quis iniquũ, §. si is pro quo, num. 11. ff. quod quisq. iur.* de exceptione præscriptionis, loquuntur *Bald. in d. l. tam mandatori num. 16. & Anton. Heringi. d. p. 4. cap. 27. num. 44. cum seqq.* & de exceptione compensationis plenè *Menoch. cons. 119. lib. 2. & cons. 212. num. 13. lib. 3. & cons. 389 vol. 4 & Mantic. loc. sup. cit. num. 10. cum seqq.* qui omnes exceptiones reales, quibus iu-
34 uari potest fideiussor enumerat. Non omittendo, quod huiusmodi exceptionibus reo principali competentibus, nequit ipse renũciare in fraudem fideiussoris, *tex. in d. l. omnes, vbi glos. ff. de except.* alia *glos in d. l. tam mandatori, versic. competit, & Cæsar Manent. decis. Mantuan. 38. nu. 37.*

35 Personales verò exceptiones, quibus non potest iuuari fideiussor, sunt vz. remedium restitutionis in integrum, beneficium nè quis conueniatur vltra quam facere valet, & priuilegium fori, vt de restitutione in integrum, plenè apud *Gomes. d. lib. 2. varia. cap. 14. num. 10.* de beneficio nè quis conueniatur in plus quam facere potest, est *tex. in l. & si fideiussor 24. ff de re iudic. l. verum 64. ff pro soc.* vbi *glos. vers. verum,* dat rationem, *Hippol. de Marsil. d. rubr. de fideiuss. num. 273. Matthe. Brun. de cession. bonor. q. 6. nu. 8 fol mihi 24. at. Caphal. cons. 437. num. 12. vol. 3. Par. cons. 16. nu. 100. vol. 2. Carthar. decis. 7. à num. 9. vsq. ad 12. & Card. Seraphin. decis. 1328. n. 8.* cum pluribus declarationibus ad hunc articulum positis p *Barbos. in l. Maritum, num 81. cum seqq ff. solut matrim.* & tradunt cautelam in contrarium *Bar. & Bald. in d. l. verum ff. pro soc. & Arnon. cans. 32.* & demum de priuilegio fori, vt illud competens reo principali, non competat fideiussori, desumitur ex *tex. in l. si reus 12. ff. iudic. solu. & in l. sed & si restituatur 28. in fin. ff de Iudic. Speculat. in tit. de compet. Iudic. adit. §. 1. n. 26. vers sed pone Clericus, col. 11.* qui loquitur de fideiussore alicuius Clerici, *Bald. in l. vnic. num. 10. C. de priuil. dot. Roman. singul. 627. & 633. Guid. Pap. decis. 562. num. 6. Afft. & ibi Vrsill. decis. 206. Mantic. d. tract. de tac. & ambig. conuent tom. 2. lib. 16. tit. 15 num. 18. Gabali. Resolut. Crim. cent. 2. casu 153. Franch. decis. 400. num. 4. Misinger. obseru iur. cent. 2. obseru 5. Muscatell. de fideiuss. p. 2. q 9. nu. 34. Vulpell. tract de libert Eccles. p. 3. nu. 28. vers. quod in fideiussore Clerici, & Carol. de Grass. de effect. Cleric effect. 1. num. 988.*

Præd cta latè etiam prosequitur *cit. Consil. Ari. de Mes. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 16. num.*
36 *8. & 9.* subdens posteà *nu. 10.* pro declaratione dictorum, quod fideiussor in iudicio conuentus, potest reo principali litem denũciare, ab eoq; defentionem implorare, vt in iudicio veniens, personales exceptiones ex propria persona opponat sicq; eis is quoque in consequentiam iuuetur, ex *tex. in l. idemq; 10. § generaliter, ff. mandat.* vbi *Bar. & in d. l. verum, num 3. ff. pro soc.* cum alijs ab ipso doctè cumulatis.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

FIdeiussor de representando liberatur, si reus culpa Iudicis efficiatur inrepresentabilis, nu. 1. & vid. n. 4.

Hinc Iudex p nona causa eltans reum, aliàs sub fideiussoribus existentem, ità vt ob illam nouam causam sit effectus inrepresentabilis, dict. fideiussores censebuntur liberati, n. 2.

Fideiussor debitoris censetur liberatus, si culpa creditoris, quicum terruit, nec potest præsentari, num. 3.



A D

AD CAPVT CXXXIV.

Additio.

1 
Ideiussor de represẽtando liberatur, si reus representãdus, culpa Iudicis, qui eũ terruit, sit effectus inrepresẽtabilis *Hippolit. de Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 150. Caphal. consil. 187. num. 5. Gabriel. cons. 181. nu. 2 cum seqq. vol. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. cõuẽt. lib. 16. tit. 20. num. 16. vers. Item si reo, & Mazcerat. var. Resolut. lib. 3. Resolut. 30. n. 7.*

2 Plures alios concordantes ad hoc allegat *Ricc. decis. Cur. Archiepis. p. 1. decis. 37.* vbi refert decisum, quod fideiussor de representando ad omnem ordinem, &c. censetur liberatus, si priùs quam interpellatus fuerit pro præsentatione facienda, Iudex pro alia causa eicet reum, qui ob id effectus sit inrepresentabilis, & ità refert decisum, videndiq; *Grat. discept. tom. 4. cap. 708.* per discursum, & *Giaz. discept. crim. tit. de fideiuss. n. 23. fol. 152.*

3 Confert etiam *Franch. decis. 344. num. 1.* dicens quod si reus debendi, facto, & culpa creditoris perterreatur, ità vt fugam arripiat, non tenebitur amplius fideiussor eius, eum representare, & *addent. ad Franch.* ibidẽ, præcipuè *Flau. Amend. num. 12. & Viscont. in princip.* quamplures ad eandem rem legendos cumulant, & signantèr allegant *Parid. de Pute. in tract. de Syndic. verb. fideiussor, vers. Subijcio quæstionem,* dicens, quod si fortè officia-

4 les Curiæ minati sint reum principalẽ, quod velint eum mori facere, eo casu fideiussores, si reus præ timore positus sit in fugam, vel in Ecclesia, ad nihilum conueniri, nec condemnari possent, & *Parid.* sequitur *Vrsill. ad Affl. decis. 130. num. 3.*

Io: Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Fideiussores liberãtur ex nouatione contractus, n. 1. Sed limita, si expressè fieret cautelarum, & fideiussorum reseruatio, n. 5.

Nouatio non inducitur cum aliquid additur contractui, vel actioni, sicut nec inducitur per interuentum nouæ personæ, n. 2.

Fideiussores primi non liberantur datione secundorum, n. 3.

Sed intellige, dummodò secundi simplicitèr dentur, secùs verò si darentur loco primorum, num. 4.



AD CAPVT CXXXV.

Additio.

1 
Onstituo breuitèr ad hanc materiam vnã indubitatam regulam, quod per nouationem contractus, fideiussores in eo dati liberãtur *l. vbi eiusq; 61. ff. de fideiuss. l. pacta cõuẽta 72. §. Paulus, ff. de contrah. empt. l. cum hermes. C. locati & l. nouatione, C. de fideiuss. Anton. Hering. in eod. tract. cap. 20. § 3. num. 1. cum seqq. Camill. de Medic. cons. 26. nu. 66. Nouar. quæst. forens. lib. 2. q. 77. n. 5. & Parlador. rerum quotid. lib. 2. § 11. limit. 6. n. 53. fol. 195.*

2 Nouatio autem nullo pacto inducitur, cùm aliquid additur contractui, quod non sit cum eo incompatibile, quia tunc dicitur auctus contractus, non verò nouatus, *l. vbi quis 28. ff. de const. pecun.* ex quo inferunt, vt per interuentum, siuè accessum nouæ personæ, quæ ex contractu obligatur, non inducatur contractus nouatio *Rot. Gen. decis. 2. num. 20. & Dom. Consil. Modiern. ad Surd. decis. 188. nu. 5.* Sicùt nec nouatur actio, si aliquid addatur ei, nisi tantum expressè nouandi animo id fiat, *l. si te non obtulit, §. si ex conuentione, ff. de re iudic.* ibi. *Cæterum si non nouandi causa id factum est manebit ordo executionis, sed si pignora accepta sint, vel fideiussores in rem iudicatam, consequẽs est dicere, non cessare executionem: Quippè cum accesserit aliquid rei iudicatæ, non est à re iudicata recessum.*

3 Quibus consequentèr fit, vt fideiussores primi, secundorum fideiussorum datione liberari non censeantur, cum id non quidem nouandi animo factum videatur, tanquam quid incompatibile, sed tantum gratia vberioris cautelæ ad fauorem eius, cuius interest plures habere fideiussores, pro sui, vel bonorum suorum, itemq; iurium indemnitate, vt magistralitèr *Bar. in d. l. Valerianus, in fin. sub num. 5. vers. Sed si post primos, ff. de prætor. stipulat.* quem sequitur *Reg. Lanar. consil. 7. Muscatell. in prax. fideiuss. p. 1. mod. 8. num. 20. Caball. Resolut. Crim. centur. 1. cas. 73. num. 9.* & plenè *cit. Parlador. d. lib. rerum quotid. §. 11. limit. 6. num. 51.* ad finẽ, *fol. 193.* post *Soccin. consil. 18.* per discursum, & *Bald. in l. pacta nouissima, nu.*

12 circà medium, *vers. finalitèr conclúdo, C. de gall.* dicentes, quod cum secundi fideiussores dantur, non liberantur primi, quia cumulantur tantum cautelæ, non verò nouantur.

4 Referre tamen minimè omittam, doctrinã *Paul. de Castr. in d. l. si te non obtulit, §. si ex conuentione, sub num. 4 ff de re iudic.* vbi declarando superiorem conclusionem originalem *Bar.* inquit eam procedere cum secundi fideiussores simplicitèr dantur; Cæterum contrarium concludit, si loco primorum, darentur secundi, quia tunc dubio procul dati videntur animo recedendi à primis fideiussoribus, ex *tex. in l. si rem, 9. §. casus,* aliàs *§. omnis pecunia, ff. de pignor. action.* & fiunt applicabilia allegata *sup. n. 1.*

5 Postremò vt principium fini copulemus, est notandum, quod tradit *Grat. cons. 126. num. 8,* Qui dicit, quod licèt nouatione liberentur fideiussores, tamen si in contractu per quem prætenditur inducta nouatio, fieret reseruatio primarum cautelarum, & fideiussorum, nulla tunc liberatio induceretur, sed potiùs cautelarum cumulatio, idem sequitur *cit. Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. cap. 20. §. 13. num. 13.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Fideiussor temporalis officialis, non tenetur si expleto tempore officij, officialis ille confirmetur, num. 1. Sed Muscatell. distinguit. num. 2. eius tamen distinctio displicet authori, num. 3.

Fideiussor conductoris ad certum tempus, finita conductione, non tenetur pro tempore tacita reconductionis, n. 4.

Tacita reconductio videtur celebrata, cum omnibus pactis, & qualitatibus, sub quibus fuit stipulata prima conductio, exceptis iuramento, & ijs quæ tertij præiudicium respiciunt, n. 5.

Item nec censetur facta pro totidem tempore quo durauit prima conductio, sed tantum in annum, num. 6.

Officialis finito officio, si in eo refirmetur, videtur adeptus nouum officium, numero, non qualitate, num. 7.

Fideiussores Castellani dati ad mensem vnum, si Castellanus refirmetur, non tenentur pro tempore refirmationis, n. 8.

Fideiussores compromissi dati ad certum tempus, nõ tenentur expirato termino compromissi, licèt posteà prorogetur, num. 9.

AD CAPVT CXXXVI.

Additio.



1 Temporalis officialis fideiussor, quæritur in præsenti, verũ teneatur, si expleto officij tempore, in illo cõfirmetur, & sic an remaneat obligatus pro tẽpore refirmationis? Concluditur negatiuè addo *Marf. in rubr. de fideiuss. nu. 54. Soccin. cons. 21 sub n. 11. vol. 1. Strocc. tract. de Mercatur. tit. de decoctor. p. 5. sub num. 1. Anchar. itm. variar. quæst. q. 67. num. 2. lib. 1. Viui. decis. 129. num. 6.* quem sequitur *Cancer. Variar. Resolut. lib. 2 cap. 2.* aliàs, *tit. de iurisdict. omni Iudic. sub num. 279.* plenissimè *Gaball. Resolut. Crim. cent. 1. casu 59.* signantèr *nu. 3.* & facit pro corroboratione *tex. in l. Valerianus, 10. ff. de prætor. stipulat.*

2 Sed quò ad hoc reperio, *Muscatell. in prax. fideiuss. p. 1. mod. 14. d num. 13. vsque ad 17.* pũctualitèr in his terminis distinguẽtẽ, quod aut officialis fuit in officio confirmatus, intercedente noua commissione ei à Domino facta, & noua quoq; captura possessionis illius, & tunc cõcludit esse liberatos fideiussores, eosq; ampliùs non teneri pro tempore cõfirmationis; Aut verò prædicta non intercesserunt, puta quia expleto tempore eum tacitè confirmauit Dominus, patiendo quod exerceat, absq; contradictione, & tunc *cit. Muscatell.* concludit contrarium, vt non alitèr fideiussores eius pro sequenti tempore confirmati

3 censeantur: Mihi tamen hæc distinctio nullo pacto arridet, ac ideò indistinctè puto adhærendũ fore superiori conclusioni, nam si vera esset, *Muscatell.* opinio, sequeretur idem dicẽ-

4 dum esse in fideiussore conductoris, vt is expleto primo conductionis tempore, remaneat sub fideiussoria obligatione, si tacita eiusdem rei reconductio fieret, sine interuentu nouarum cautelarum, sed tantum continuando in conductione; quod tamen est falsissimum, quia nullatenùs pro hoc tacitæ reconductionis tempore tenetur fideiussor, ad *tex. in vulgat. l. si cum hermes 7.* vbi notabilitèr *Odofred. C. locat. & conduct. Marc. Mantu. cons. 242. vol. 1. Boer. decis. 284. num. 14. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 15. num. 22. & Tiraquell. in l. Bonei, 6. hoc sermone, num. 131. ff. de verb. signif.* allegans magis in terminis alium vulgatum, *tex. in l. item quæritur, 14. §. qui impleto ff. locat.* vbi expresè cauetur, pro tacita reconductione, non teneri fideiussores, nisi eorum nouus consensus

5 accesserit Quia licèt in tacita reconductione re-

repitita censeantur omnia pacta, pignora, conuentiones, & qualitates, quæ accessere in prima conductione, excipiuntur tamen iuramentum, & ea, quæ tertij præiudicium respiciunt, vt est fideiussoria cautio, vt in *dict. §. qui impleto, Afflict. decis. 365. Boer. dict. decis. 284. num. 14 Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 17. num. 5. Benuenut. Stracc. tract. de assecur. glos. 35.* per discursum *Tiraquell. in d. §. hoc sermone, num. 121. Alex. cons. 28. in fin. vol. 4. Bursat. cons. 220. num. 21. & 31. vol. 2. Bero. cons. 153. nu. 66. vol. 1.* idem *quæst. 100. & Ruin. cons. 78. num. 5. vol. 1.* Sicuti neque

6 intelligitur facta reconductio pro totidem tempore, quo durauit prima conductio, quæ si pro triennio fuit conuenta, reconductio tacita subsequens non intelligitur facta pro alio triennio, sed tantum in annum, *Ias. in l. diuortio. § quod in anno, vers. vltimo facit per istam regulam, ff. solut. matr. Alex. dict. cons. 28. in fin. vol. 4. & cons. 76. num. 5. vol. 5. cit. Bursat. cons. 23. nu. 17. vol. 1. Soccin. Iun. cons. 25. vol. 2. Bero. cons. 152. num. 12. & cons. 154. num. 13. vol. 1. cit. Ruin. cons. 61. num. 8. vers. Præterea ratio, vol. 1. Laurent. de Pin. cons. 120. num. 5. & Alciat. cit. præsumpt. 17.*

7 Neque etiam omittendum (vt ad rem redeamus) quod quando officialis expleuit tempus officij, si in eo refirmatur, siuè tacitè, siuè expressè, non quidem videtur idem continuare, ita vt dicatur vnicum esse tractum temporis continuatum, sed censetur nouum officium fuisse adeptum, quia iam primum erat expletum, vt plenè *Dom. Reg. Capyc Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 45.* per totam, & signanter *à num. 19.* quidquid dicat *Boer.* distinguens prorogationem à renouatione, *dict. decis. 284. num. 12.* & liceat mihi pro corroboratione subnectere singularem rationem, nam officia temporalia, distinguntur eodem modo, sicut distinguuntur tempora quibus officia illa durari solent, igitur si officium est annale, & officialis post annum confirmatur, siuè tacitè, siuè expressè, nouum officium videtur assecutus, numero diuersum à primo, non qualirate; Sicq; consequentèr nequeunt fideiussores eius teneri pro hoc nouo refirmationis tempore.

8 Sicut in effectu, fideiussores Castellani, dati ad mensem pro securitate Castri, mense elapso, & prorogato, non ampliùs tenentur, quia aliàs prorogaretur vinculum fideiussoriæ cautionis vltra tempus præfixum, contrà fideiussorum intentionem, & contra tenorem obligationis, *Anton. Henringi. de fideiuss. cap. 20. §. 12. num. 19. & Tiraquell. de retract. conuent. §. 1 glos. 7. nu. 33.*

9 Et fideiussores compromissi, dati ad certum tempus, non tenentur prorogato compromissi termino, si fuerit expiratum primum tempus datum ad laudandum, *Tiraquell. loco cit. num. 34. & in dict. l. Boues, § hoc sermone, num. 30. ff. de verb. signif. Galganet. de iur. publ. lib. 2. tit. 59. nu. 40. Nouar. quæst. forens. lib. 2. quæst. 77. num. 3.* videndusq; *Barzi. decis. Bonon. 20.* per discursum.

Cætera in hac materia plenè suppleri possunt, ex traditis per *Petr. Gaball. Resolut. Crimin. cent. 1. dict. casu 59.* vbi multa ad propositum nostrum cumulat.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Fideiussor de iudicatum soluendo datus coram Iudice delegato, liberatur eo defuncto, neque amplius tenetur si alio causæ cognitio delegetur, num. 1.

Item præstitus in vno Tribunali, non tenetur si causa ad aliud tribunal remittatur, nu. 2. cum ampliatione, nu. 3.

Item præstitus coram Iudice, expresso eius nomine, Iudice mutato non tenetur, nu. 4.

Fideiussor de soluendo quidquid fuerit indicatum per tertium bonum virum, non liberatur, si causa terminetur à Iudice seruato ordine iuris, num. 5.

Fideiussor alieuius administratoris, qui semel rationes dedit, & non fuit repertus debitor, non ampliùs tenetur si rationes reuiderentur, ex qua reuisione administrator ille sit declaratus debitor, nu. 6.

Et ita etiam fideiussor officialis, qui in sindicatu fuit absolutus, nam liberatus censebitur, quamuis iterum eiusdem sindicatus reuisio ordinetur, nu. 7.

Fideiussor de soluendo iudicatum, reo absoluto in prima instantia, non tenetur in causa appellationis, num. 8. cum duplici ampliatione posita, num. 9.

Fideiussoria obligatio est strictissimi iuris, cum aliis, nu. 10.

Fideiussor de soluendo iudicatum, reo in prima instantia condemdato, non liberatur in secunda instantia, si reus ipse appellaret, num. 11. & contraria opinio reiicitur, num. 12. nisi tantum actor ipse, qui obtinuit appellaret à modica condemnatione, quia tunc liberantur fideiussores, num. 13. vel si in secunda instantia prior sententia in aliquo augeretur, vel reformaretur, num. 14.



AD CAPVT CXXXVII.

Additio.



D hanc materiam text. in l. cum apud sempronium, ff. indic. solu. multa possunt de iure considerari, quapropter conclusiuè procedendo dico primò, quod fideiussor de iudicatum soluendo, data coram Iudice delegato, liberatur eo mortuo, neque tenetur, si alio cum noua delegatione, eiusdem causę cognitio committatur, tum quia finito officio expirat fideiussio eorum illo officiali præstita, tum quoq; quia delegatus non dicitur habere successorem, cum eius dignitas sit personalis, & ideò coram nouo, & prorsùs diuerso Iudice fideiussor non tenetur, Salic. in l. 2. sub num. 3. C. de protur. & plenè Macerat. Varia. Resolut. lib. 3. Resolut. 29. num. 1. & 2. qui hoc in terminis probant.

2 Dico secundò, quod fideiussor de iudicatum soluendo præstitus in vno tribunali, non tenetur, si ad aliud tribunal causa remictatur, Molfes. ad Consuetud. Neapol. part. 4. quæst. 16. num. 30. & Nouar. quæst. forens. part. 1. quæst. 73. num. 12. hinc fideiussor de soluendo quidquid fuerit iudicatum per S. C. non tenetur causa remissa ad Regiam Cameram, vel ad aliud tribunal. Franch. decis. 601. tit. Molfes. ad dict. Consuetud. part. 4. quæst. 63. num. 26. & Gallup. in prax. part. 2. cap. 3. sub num. 23. &

3 procedit hæc conclusio, etiam quod in fideiussione non sit expressum nomen curię, cum satis expressum videatur, si pænès acta illius fideiussio præstita sit, Franch. decis. 208. sub nu. 2. vers. nec obstare.

4 Dico tertiò, quod vbicumq; nomen Iudicis iudicare debentis expressum repetitur, tunc fideiussor coram eo præstitus de iudicatum soluendo, non tenetur mutato Indice, Paul. de Castr. in l. 2. sub num. 10. C. de iur. iur. propt. calum. & c. Vrsill. ad Afflict. decis. 182. num. 4. & 5. Cæsar. Manent. decis. 45. num. 11. Facchin. contr. iur. lib. 8. cap. 57. Consilior. Gizzarell. decis. 14. Gallup. loco sup. cit. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clausul. 4. glos. 10. part. 2. num. 66. fol. 244. & plenè idem Fontanell. decis. 438. per totam, signanter num. 8. vbi

5 multos congerit; Sin autem promisisset quis sub fideiussoria cautione soluere quidquid fuerit iudicatum per aliquem tertium bonum virum, etiam non expresso nomine, tūc tenebitur fideiussor, quamuis per Iudicem seruato ordine iuris fuisset sententiatum, vt refert decisum Gizzarell. cit. decis. 14. Fontanell. dict. decis. 230. num. 12. & Caualca. decis. 5. num. 2. lib. 2. quia Iudex adhuc boni viri nomen retinet. l. si quis arbitratu, vbi DD. ff. de verb. oblig.

6 Dico quartò, quod fideiussor alicuius administratoris, qui semel rationibus dispunctis fuit liberatus, non ampliùs tenetur, quāuis iterum per decretum Iudicis reuideri computa fuerit mandatum, ita vt in secunda reuisione administrator ille sit liquidatus debitor in aliqua pecuniarum quantitate, vt habetur ex doctrina Bart. in l. fin. circa principium, ff. de pact. vers. Per hanc l. vbi ita in facto refert decisum Bononiæ; & hoc est valdè notandum, quia in dies per Regiam Cameram instantibus creditoribus vniuersitatum expediuntur prouisiones contrà præteritos Sindicos, qui semel computa administrationis reddiderunt, quod iterum veniant in dicta Regia Camera ad reddendas rationes;

7 Quinimò per eandem authoritatem, concludit Mustatell. in prax. fideiuss. part. 1. mod. 12. num. 8. quod si aliquis officialis pro sindicatu præstitit fideiussores, isq; posteà fuerit absolutus, si deindè eiusdem sindicatus reuisio ordinetur, & pro aliquo defectu in hac noua reuisione condendetur, non ideò fideiussores quos præstitit tenebuntur, pro tali condendatione alia vice, ab alio sindicatore facta, vt itidem alijs adductis probat Hippolit. de Marsil. in rub. ff. de fideiuss. nu. 93.

8 Dico quintò, quod fideiussor de soluendo iudicatum, liberatur, si reus pro quo fideiussit in prima instantia liberetur, licèt postea in causa appellationis fuerit condendatus, vt communiter tradunt omnes in dict. l. cum apud Sempronium, per illum text. ff. indic. solu. Paris. consil. 171. n. 30. vol. 4. Francis. Marc. decis. 357. num. 1. & 2. vol. 2. Boer. decis. 315. Bald. decis. 99. Parlador. rerum quotid. lib. 2. part. 5. §. 5. num. 8. fol. 243. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib. 6. tit. 14. nu. 6. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 46. vers. sis tamen cautus, & plenè per quamplures, rationes hoc probat Anton. Henringi. de fideiuss. cap. 20. §. 20. à

9 num. 4. cum seqq. quæ indubitata conclusio habet locum, etiam quod fideiussor fidem suam cum iuramento astrinxisset, Angel. in tract. de malefic. rub. Pro quib. & quolibet earum, & c. in vers. Et sis benè cautus in Iudex, sub num. 2. & quamuis quoq; se in solidum obligasset de soluendo, quidquid fuerit iudicatum contrà titium reum, cum expressa renunciatione beneficio, auth. præsente, C. de fideiuss. ea ratione, quia hoc casu obligatio contrà reum non oritur ex prima instantia, pro qua quis insolidum fideiussit, sed trahit originem ex secunda instantia, quæ est diuersa à prima, & ideò nullo pacto potest talis fideiussor qui se insolidum obligauit vrgeri, sicut in effectu videtur tenere, Franch. dict-

dict. decis. 208. à cuius opinione monet non esse recedendum, *Muscatell. in prax. fideius. dict. part. 1. mod. 12. num.* 7. vbi notabilitèr loquitur.

10 Et confert ad prædicta omnia, quod fideiussoris obligatio, est strictissimi iuris *l. fideiussores Magistratum* 69. *cum § seqq. ff. de fideius. Natt. cons.* 202. *num.* 5. *Curt. Iun. cons.* 36. *num.* 5. *& Surd. decis.* 212. *num* 1. & ideo quidquid omittitur omissum censetur, nec quidquam vltrà venit siuè per viam extensiuam, siuè comprehensiuam, *Muscatell. dict. tract. part. 1. mod. 7. num.* 3. *& part. 2. quæst. 2. num. 2. Roland. cons.* 58. *num.* 10. *vol.* 1. *& Farinac. cons.* 62. *num.* 2. & variata re, Iudice, vel actione extinguitur, *Gratian, discept. forens. lib. 1. cap. 3. num.* 27. quia non extenditur de persona ad personam, de casu ad casum, de tempore ad tempus, de re ad rem, & de loco ad locum, plusquam simplex verborum tenor sonat, *l. cum quærebatur* 13. *§. si fuero, ff. in die solu. l. non à Iudice, §. 1. ff. de re iudic. Caball. Resolut. Crim. centur. 1. casu* 59. *num.* 3. *& Ioseph Sessè decis. Aragon* 203. *num.* 6. *part.* 2. dicens quod in hac materia, nec modicissima extensio fieri potest.

11 Sed vt ad rem à qua pauiò digressus sum redeam, notandum est, quod si fortè reus principalis, qui fideiussorem præstitit de soluendo iudicatum, in prima instantia condẽdetur, isq; idem appellet, durabit in hac secunda instantia fideiussoria obligatio, alioquin sequeretur absurdum, vt sit in manu rei, & in eius libera facultate fideiussorem appellando liberare, iuxtà sententiam *Guliel. de Cune.* quam sequuntur *Bar. in l. Iulianus, in 2. lectura sub num. 4. ff. qui satisd. cogan. Bald. in dict. l. cum apud Semproniũm, num. 8. vers. sed Gulielm. de Cune.* eumq; sequuntur *Boer. dict. decis.* 315. *sub nu.* 1. *Balb. decis.* 99. *vers. præmissa limitari possunt, & Fontanell. dict. decis.* 238. *num* 15. & hæc opinio
12 est verior, quidquid conetur ex pluribus probare *Petr. Caball.* qui plenè tractat materiam istam, *Resolut. Crim. centur. 2. casu.* 109. *sub num.* 24. 25. *&* 26. dicens, quod etiam si reus condendatus appellet, fideiussores eius liberantur, Quę opinio si vera esset, sequeretur quod nullo vnquam casu fideiussor de soluendo iudicatum posset esse in damno, non enim si reus absoluitur, licèt ab absolutione appelletur, vt diximus *sup. num.* 8. *&* 9. non etiam si reus condendetur, isq; appellet, vt sentit *Caball.* ergò obligatio fideiussoris esset inutilis, quod est maximum absurdum.

13 Vera est tamen *Caball.* opinio in eo, quod dicit *num.* 27. vt nimirum si actor ipse appellet à modica condendatione, benè liberati censeantur fideiussores in prima instantia à reo præstiti, quamuis confirmetur sententia in gradu appellationis, idq; duplici ratione, primò quia huic actori appellanti à modica condendatione datur actio contrà reũ, ex sententia emanata in secunda instantia, nam sententiæ latæ in prima instantia, pro qua fideiussores interueuerunt, appellando renunciasse videtur; Et secundò quia quando actor appellat, cessat ratio ponderata in contrarium, vt non debeat esse in manu rei condendati fideiussores suos appellando liberare; Et sibi actor imputet in hoc casu, quare cum appellauit, nouitèr sibi caueri non curauit, noua enim instantia, nouas requirit cautiones, *Cardin. Alex. in rubr. de appellat. effect. 11. nu.* 8 c. *& Rebuff. in eod. tract. de appellat. artic. vltim. glos. vnic. num.* 45. *&* 46. *tom. 3. fol.* 538.

14 Item tandem vera est *Caball.* sententia, in eo quod ipse dicit in *dict. casu* 109. *sub num.* 20. 27. *&* 28. si scilicèt appellatione à reo condendato interposita, in hac secunda instantia, prior sententia reformaretur, vel augeretur, nam cum hoc casu actori non competat actio aduersus reum condendatum, nisi tantùm ex hac secunda sententia, in secunda instantia lata, fit per consequens, vt nequeant in illius executione molestari fideiussores in prima instantia à reo appellante præstiti, de soluendo quidquid fuerit iudicatum, ità magistralitèr docet *Bart. in dict. l. Iulianus, in 2. lectur. sub num. 4. vers. Ideò dico ff. qui satisd. cogan.* quam doctrinam notabilem appellat, & sequitur *Augustin. de Arim. in addit. ad Angel. tract. de malefic. rubr. Pro quibus, & quolibet eorum, &c. in vers. & sis benè cautus, fol. mihi* 130. *col.* 1.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Fideiussores Banci, eo decocto, non tenentur pro illis Creditoribus, qui post depositam in banco pecuniam; ab eo annis singulis aliquid interessurij nomine pro centenario recipiunt, & quare, nu. 1. *&* 5.

Bancum habet duplex peculium, nu. 2.

Pecunia in Banco deposita dominium in eum transit, si deponens aliquid annuatim recipiat interessurij nomine, & quare, num. 3. *Secùs verò si pecunia simplicitèr custodia causa deponatur, num.* 4.

Fideiussores mercatorum facientium cambia, non tenentur pro alijs priuatis negotiationibus, quamuis etiam descripta reperiantur in libro artis cambij, num. 6.


Fideiussores Castellani tenentur pro omnibus, etiam pro augumento superueniente castro, n. 7.

non

non' tamen tenentur pro priuatis delictis, & robarijs Castellani.nu.8.

Banco decocto, præferuntur super extanti pecunia creditores ex causa simplicis depositi, omnibus alijs creditoribus, etiam priuilegiatis. & hypothecarijs, quidnè super alijs bonis stabilibus proprij ipsius Banci, num. 9. vbi latè interpetratur text. in l. si ventri 8. §. in bonis, ff. de priuileg. credit.

Refertur contraria decis. Ludouic. Peguer. 28. num. 10. *& impugnatur, atque reijcitur. nu. 11. & 12.*



AD CAPVT CXXXIX.

Additio

1 

Ddo punctualitèr ad hunc articulum, *Paul. de Castr. cons. 285. visis, & pōderatis vol. 1. per totū*, vbi plenè probat, vt Bāco decocto, fideiussores eius non teneantur satisdare creditoribus, qui consignata in eo pecunia, annatim certam quantitatem pro interessurio recipiunt, ea principaliori ratione, quia huiusmodi fideiussores pro depositis obligantur, atqui per receptionem interesse mutatur, atque transfunditur natura depositi in creditum, ergò fideiussores nequeunt pro illis quantitatibus teneri.

Ex nostratibus tamen, omniū meliùs, & latiùs hoc idē tradit *D. Camill. de Medic.* doctrina insignis ac natalibus pclarus, *cōs.* 27. vbi copiosè articulū hunc ad trutinā ponit, examinat, atque resoluit in eadem causa fallimenti illorum de Calamatia, & Pontecorbo nummulariorum, de quibus in præsenti mentionem facit *Spectab. Dom. meus*, qui in fine huius capitis restatur scripta per eum collegisse à quibusdam allegationibus *Dom. Scipionis Constantij* I. C. egregij, ac Regij Consiliarij, quod sanè maximam mihi admirandi occasionem præbet, propter *cit. cons. Dom. de Medic.* qui vel sibi allegata per *Constatium* mutauit, vel *Constantius* scripta per eum exarauit, vterq; enim eadem scribendi forma, tenore, & verbis vtuntur, vt videantur ad inuicem sibi mutuasse spiritum, vt videre est penes. *Dom. Camil. de Medic. vbi sup. & Spectab. Dom. meū*, hic, qui *Cōstant.* allegationē adducit; nisi dicamus citatos authores eo tēpore fuisse collegas in illa causa, eosque vnicam allegationem simul confecisse, vt potuerit indè eorum quilibet eam sibi adscribere.

2 Redeamus modò ad rem, & pro germana, ac meliori ratione superioris conclusionis noto, quod Bancum duplex dicitur habere peculium, proprium scilicèt, & alienum; Proprium illud est, quod in patrimonio suo principalitèr describitur, estq; in eius pleno dominio, & hoc appellatur patrimonium domus; Alienum verò illud dicitur, quod in mensa nummularia à diuersis personis deponitur.

Huius verò depositionis peculij species duplex est, vna per quam pecuniæ depositæ dominium in Bancum transfertur, alterā verò per quam nulla dominij trans-
3 latio celebratur. Prima species fingi potest in eo qui pecunias Banco nummulario dat, & ab eo annis singulis certam quantitatem pro centenario, interessurij nomine sibi reddi paciscitur, & huius pecuniæ dominium non dubitamus, quin exeat à deponente, & efficiatur proprium peculium domus, cui iure licito permittitur eam in vsus proprios conuertere, vel eandem pro industrijs faciendis erogare ex vi taciti pacti, cum non sit verosimile, quem otiosam pecuniam tenere velle, & de ea interessurium soluere, ad quod est *text.* punctualis *in l. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, ff. deposit. & glos. in l. 3. vers. obnoxium, C. eod.* ex quibus euidentèr habetur, adeò dominium huius pecuniæ in bancum nummularium transferri, vt possit illam in vsus proprios conuertere.

4 Secunda species depositionis pecuniæ in Banco est, quæ fit custodiæ causa, vt millies à diuersis in dies fit à quibus nulla quātitas interessurij nomine exigitur, & huius pecuniæ dominium penitùs à Domino deponente egreditur, quia cum fecisset de ea simplex depositum in Banco, nulla consequentèr in eum dominij translatio celebrata est, neque eiusdem pecuniæ vsum habet, quam continuò eam paratam tenere debet, vt mox petente Domino, illius restitutio fiat, iuxtà *tex. in l. licèt, §. rei ff depos.* ibi. *Rei autem depositæ proprietas apud deponentem remanet*; & in terminis de pecuniæ depositione est, *glos. in l. Lucius, vers. terminos, ff. eod. tit.*

5 Quibus positis, fit euidentèr, fideiussores qui pro Banci securitate fidem eorum astrinxerunt, non alitèr teneri, nisi tantum pro hac secunda specie depositionis pecuniæ, quia illi solum qui talitèr eam relaxauerunt cum Banco contraxisse videntur; ij verò qui interessurium recipiunt, videntur contraxisse cum domo, & extra causam Banci, transfudisseq; mutuum in contractum crediti, penitùs diuersum, vt inquit *Vulpian. in l. si ventri, §. aliud est. ff. de priuil. credit.* ibi in terminis. *Aliud* (dicit) *est enim credere, aliud deponere*, sicque meritò non tenentur pro eo fideiuf-

deiuf-

deiussores, aliàs protraheretur obligatio eo-
rum vltrà formam, & causam obligationis,
proptèr negotij, & contractus diuersitatem,
resultantem ex illa interessurij receptione,
6 quemadmodum in simili videmus de fide-
iussoribus mercatorum facientium cambia,
quos certissimum est non teneri pro debitis
ab eodem mercatore contractis, pro aliqua
alia negotiatione separata à negotiatione
cambiorum, quamuis hæc quoq; debita ipse
descripsisset in libro, cuius titulus est, Artè di
cambio, vt benè tradunt *Bald. cons. 187. ge-
neralitas, lib. 4 & cons. 142. lib. 5. Dom. Cardin.
Tusch. pract. conclus. lit. F. conclus. 308. nu. 12.
& Caualc. decis. Pinzan. 5. num. 35. lib. 2.* Et
7 de fideiussoribus Castellani præstitis pro se-
curitate castri, legimus eos teneri pro om-
nibus concernentibus munus illud, *l. ammisi
53. § fideiussores, & l. si quis pro eo 57. §. num-
mos, ff de fideiuss. l. si seruum 91. §. acceptionib.
ff de verb. oblig.* etiam pro augumento super-
ueniente, cir. *Caualc. dict. decis. 5. num. 6.* Nihi-
8 lominus si Castellanus priuatum delictum,
siuè priuatam robariām committat, tunc fi-
deiussores eius pro ea minimè tenentur, vti
negotium diuersum à causa, & forma fide-
iussionis, iuxtà *text. in l. vnic. C. de peric. eor.
qui pro magistr. interuen. l. 2. ff. ad municip. glos.
in l. Curatores, vers. Itē si fideiussor, ff. de admi-
nistr. rerum ad Ciuit. perten.* in puncto *Bald. in
l. 1. in princip.* per illum *text. ff. de magistr. con-
uen. & Caldin. Mantic. tract. de tacit. & am-
big. conuent. lib. 16. tit. 14. nu. 22.*
9 Ex quibus quoque alia oritur decidenda
indignatio, vt nimirum Banco nummulario
decocto, creditores qui pecuniam in eo pu-
blicam fidem sequuti deposuerunt, præfe-
rantur super extantibus nummis cūctis alijs
creditoribus hypothecarijs, & priuilegiatis,
videntur enim qui nummos deposuerunt pro-
priam extantem rem vendicare, sicq; in re
propria debent meritò omnibus anteponi,
text. est in terminis, *in d. l. si ventri 8. §. in bo-
nis, ff. de priuil. credit.* dū ibi distinguuntur tria
genera creditorum, nempè priuilegiati, qui
dederunt ad rem reficiendam, creditores qui
interesse pro deposita pecunia à Banco reci-
piunt, & ij qui simplicitèr nummos in eo de-
posuerunt, bonam, & publicam fidem se-
quuti: Quo posito subdistinguitur indè vtrū
concursus creditorum Banci decocti fiat su-
per eius bonis stabilibus; Vtrum verò fiat su-
per extantibus nummis; in primo casu deci-
ditur esse in bonis stabilibus præferendos,
qui ad rem reficiendam dederunt, vt ibi. *Post
priuilegia*, & post eos anteponi debere con-
cluditur eos, qui ex causa puri, & simplicis
depositi creditores reperiuntur, etiam quod
cum illis concurrent alij creditores hypo-
thecarij interesse recipientes: In secundo ve-
rò casu, nempè cum concursus fit super ex-
tanti pecunia, & tunc indifferentèr, & indi-
stinctè *Vulpianus* respondit, eos potiores es-
se qui puri, & simplicis depositi causa credi-
tores sunt, cunctis alijs postpositis, quouis
priuilegio suffultis, quasi quod ij propriam
rem dominij iurè vendicent; & in specie de
creditoribus recipientibus interesse anno sin-
gulo à Banco pro pecunia in eo deposita,
benè tradit *cit. Paul. de Castr. dict. cons. 185.
sub num. 4. vol. 1.* dicens. *Hinc est, quod si non
verè deposuit sed mutuauit, quia vsuras ex de-
positio recepit, quo casu excedit naturam depo-
siti, l. lucius, ff. depos. non habet priuilegium, vel
prærogatiuam, posito, quod apud mensam con-
traxerit.*
10 Neq; hæc indubitata conclusio confundi-
tur ex traditis per *Ludouic. Peguer. decis. 38.*
vbi refert in puncto iuris decisum, credito-
res hypothecarios Banci, eo decocto præfer-
ri super pecunia extanti, cūctis alijs qui eam
simplicitèr numeratā deposuerunt, dicēs tūc
contrariam sententiam procedere, cum num-
mi non numerati, sed obsignati in sacculo
deponuntur, quasi quod ex illo numeratio-
nis actu, transgrediantur notissimi termini
depositi, & transferatur pecuniæ dominium
in Bancum per *text. in dict. l. dte sponsaliorum
§. qui pecuniam, ff. depos.* vbi depositarius reci-
piens pecuniam numeratam potest eam in
proprios vsus conuertere, nec eandem spe-
cie restituere tenetur, sed dumtaxàt tantun-
dem, iuxtà *text. in l. in naue Saufeij, §. nam si
quis pecuniam, ff locat.* sicq; consequentèr de-
cocto Banco, vel depositario, censeri debet de
ea pecunia ad numerum data, tanquam de
patrimonio proprio, ex *l. procuratoris, §. ple-
nè, vers. sed & si dedi, ff de tribut. action.* & in
patrimonio proprio debitoris, semper po-
tior est causa creditorum cum hypotheca, *l.
eas, C. qui potior. in pignor. habean. & dict. §.
planè.*
11 Hæc sunt figmenta *Peguer.* cui hoc tan-
tum satis respondi videatur, loqui eum con-
tra expressum casum, *text. in dict. l. si ventri, §.
in bonis, ff. de priuileg. credit.* ex quo etiam
detegitur ipsius error, in eo ꝙ dicit pecuniæ
depositæ dominium transferri in deposita-
rium, nam ibi extantis in Banco pecuniæ, iis
qui illam in eum deposuerunt vendicatio
permittitur, ergò est falsum suppositum *Pe-
guer.* circà dominij translationem; rei enim
vendicatio, dominii iure, id est rei Domino
competit, *l. officium 9. ff. de rei vendic. cum
concord.*
12 Quod si dicatur hoc procedere cum pe-
cunia non ad numerum, sed obsignata depo-
nitur; Respondeo hoc etiam esse falsum, quia
text. in dict. §. in bonis, eos qui pecunias sim-
plicitèr in Banco deposuerunt indistinctè
anteponit; & in effectu cauendum est ab hoc
discrimine inter nummorum depositionem
factam ad numerum, & non ad numerum, ad
finem acquirendi illorum dominium, quia
licèt

regiſtrata à *Vulpiano, in l. ſi plures 28. §. Præterea, verſ. ſic aũ. ff. de fideiuſſ* ibi. *Sicut ipſis fideiuſſoribus, ita hæredibus quoq; eorum ſuccurrendum Pomponius ſcribit*. Et magis in ſpecie idem habetur in *l. intèr eos 51. §. fin. ff. eod.* ibi. *Bonis damnati fideiuſſoris Fiſco vĕdicatis, intèr fideiuſſores actio poſteà ſi diuidi caperit, vt hæredis, ità Fiſci rationem haberi oportet.* traditque etiam *Franch. in tract. de fideiuſſ. cap 5. n. 459.*

3 Idemque in pluribus debendi reis iure ſãcitum eſt, vt hi quamuis ſimpliciter ad debitum obligati reperiantur, non tamen tenentur niſi pro virilibus portionibus, seq; pro rata, *l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis auth. eod. tit. collat. 7. l. Paulus la 2. ff. de re iudic. & l. 1. C. ſi plur. vnis. ſenten. &c. Pute* qui hoc ampliat *deciſ. Rot. Rom 177 lib. 1. & Pe-*
4 *ni. deciſ.* eiuſdem *Rot 190.* vbi refert determinatum, quod plures eiuſdem rei conductores, non tenentur, niſi pro rata, tam quoad penſionis ſolutionem, quam quoad rei conductæ reſtitutionem, ex *Caſtrenſ. in l item quæritur, §. 3. & in l. cum apparebit, ff. locat.*

5 Quinimò etiamſi contractus eſſet nullus in perſonam vnius ex pluribus debendi reis, puta quia mulier eſt quæ Velleiano ſolet iuuari, filius familias proptèr exceptionem Macedoniani, vel demum minor proptèr defectum ætatis, & ſic in cunctis alijs caſibus, ex quibus contractus reſpectu obligati non ſubſtinetur, non ideò cæteri correi debendi pro portione eius tenebuntur, quiſque enim à principio pro rata ſua tantum voluit teneri, vt benè elicitur ex *tex in l. ſi mihi, & titio, & l. bis verbis, ff. de duobus reis, Anton. Gom ſ. variar. reſolut. lib. 2. tit. de duob. reis, aliàs cap. 12. in princip. verſic. Quod extende*, & nouiſſimè *R. P. Afflict. contr. inr cap 30. num. 51. & 52.*

6 Et ſi euenerit, quod vnus ex pluribus debẽdi reis, qui tantum ad ratã ſuam tenebatur, totum debitum ſoluat, poſſet ipſe (habita tamen a Creditore iurium ceſſione) repetere à correis, quidquid vltrà portionem ſuam ſoluit; modò verò debitum à cauſa onerosa dependeat, quia ſecùs ſi à cauſa lucratiua ortum haberet, vt ex doctrina *Bar in auth. hoc ita, C. eit. tit. in l. reos col. 2. ff. eod. & in l. Modeſtinus. ff. de ſolut.* docet cit. *Gomeſ. d. cap. 12. num. 3 lib 2.*

7 Sed obſeruandum eſt, quod licèt ſi contractus eſt nullus in perſonam vnius ex correis debendi, cæteri correi ad eius portionem nõ tenentur, quia quilibet à principio voluit pro rata obligari (vt diximus) hoc tamen verum non eſt in pluribus confideiuſſoribus qui quamuis ex *Epiſtola D. Hadriani*, diuiſionis beneficium habeãt, cum tamen hoc procedat, ſi omnes ſoluendo ſunt, & præſentes, nec alitèr; fit conſequentèr vt data inefficacia obligationis in perſonam vnius, portio illius cedere debeat in detrimentum cæterorum confideiuſſorum, qui ſunt efficacitèr obligati, atq; ſoluendo. Ipſo enim facto. quod contractus eſt nullus reſpectu vnius, proptèr defectum aliquem, fingitur ad fauorem Creditoris, hunc non eſſe ſoluendo, & propterea altèr qui efficacitèr obligatus reperitur in ſolidum tenetur, *tex. eſt in l. Titius 49 ff de fideiuſſ.* & plenè examinat *Hermonopul. lib. 3. epit. tit. 6* per diſcurſum.

8 Item etiam eſt obſeruandum, quod ſi plures debendi rei ſe inſolidum obligent, eo caſu rectè eorum quilibet, pro integra quantitate vrgeri poteſt; nã ex illa inſolidũ obligatione, videtur ſatis renunciatum beneficio de duobus reis, quæ renunciatio de iure valida eſt, & efficax, *gloſ. in d. auth. hoc ita, in fin.* facit *tex. in l. 2 ff. de duob. reis, & in §. 2. inſt. eod. tit Pute d. deciſ. 177. num 2. p 1. & R. P. Afflict. d. cap. 30. num 51.* & poteſt quoq; hæc inſolidum obligatio tacitè induci, ex promiſſione à quolibet ex correis facta, cum verbo diſtributiuo, vt cum dicitur, quilibet eorum, &c. cit. *Gomeſ. d cap. 12. ſub n. 1. verſ. Secundò limita, lib. 2.*

9 Non ſic tamen eſt in pluribus confideiuſſoribus, qui cum de iure inſolidum in omni caſu teneantur, quamuis id non eſſet expreſsè cautum, vt in *in § ſi plures, inſt. de fideiuſſ.* fit, vt licèt ſe inſolidum obligent, non ideo tamen diuiſionis beneficium, eis ex *Epiſtola D. Hadriani* indultum amittunt; non alia profectò ratione, niſi quia illa obligationis forma, nil noui contractui addit, ſed explicatur ſolummodò, & exprimitur id quod aduersùs ipſos confideiuſſores ex diſpoſitione iuris iam cautum erat, ſicq; meritò nequeũt ex ea inſolidum obligatione nihil noui inducente priuilegijs ſuis priuari, quando omnes præſentes ſunt, & ſoluendo; ita manifeſtè habetur ex *tex. in l. 3. C. de fideiuſſ in §. nam licèt*, ibi. *Nam licèt ſignifices adiectum in obligatione, vt ſinguli inſolidum tenerentur, tamen nihil hac res mutat conditionem iuris, & conſtitutionem, nam & cum hoc non adijciatur ſinguli inſolidum tenentur, ſed vbi ſunt omnes idonei in portionem obligatio diuiditur.* Et cõmuniter omnes ad idem conueniunt, nempè *Speculat. in tit. de renunciat. & concluſ. §. 1. n. 10. verſ beneficium ergò, Bar. in cit. auth. hoc ita, num. 33 Hippolit de Marſil. in rubr. ff. de fideiuſſ. num. 27. Io. Godde. de contrah. ſtipulat. cap. 9. concluſ. 5. declarat. 2. num. 106. & 107.* & ſepè cit. *Gomeſ. d. cap. 12. ſub n. 2. verſ. hodiè tamen.*

10 Oportet enim ad hoc vt plures confideiuſſores nequeant tale beneficium conſequi, quod ei expreſsè renunciauerint, quia per talem renunciationem alteratur natura fideiuſſoriæ cautionis, qui tamen effectus non reſultat ex inſolidum obligatione (vt diximus) repetendo eoſdem allegatos authores, nempè *Speculat. Bar. & Marſil. loc. cit. Gomeſ. in*

vers. adde tamen, cit. Bellon. in d. §. si plures, n. 12. vbi pariter *Pichard. num. 13. instit. de fideiuss. Hartm. Pistor. part. 1. quaest. 48. num. 16. Io: Lancer. in tract. de except. p. 2. cap. 15. nu. 17. Koppen. q. 56. num. 15. Schen. in viridar. conclus. conclus. 90. Borcold de pact. cap. 2. in 3. diuis. num. 8. Martin. Coler. p. 1. cap. 10. nu. 363. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 23. idē lib. 3. quaest. c. 95. & Berdazzol. de claus. claus. 40. glos. 2. num. 15.*

11 Hac igitur renunciatione non vrgente, potest vnus ex pluribus confideiussoribus Creditorem prouocare, vt priùs quam cæteri confideiussores non soluendo efficiantur, eos cõueniat, ab eisq; ratam eorum exigat, aliàs quod non intendit pro illis teneri, si fortè eorum decoctio sequatur; Nec non potest quoq; vltrò citroq; petere, Iudicis implorando officium, quod debitum intèr confideiussores pro portionibus diuidatur, ad hoc vt diuisione facta, nequeat cæterorum decoctione sequuta, pro porrionibus eorum inquietari; Primam partē firmat *Paul. de Castr. in l. fideiussor. obligari, col. 1. sub num. 2. ff. de fideiuss.* eumque sequitur *Gomes. variar. Resol. lib. 2. cap. 13. sub num. 9. in fin. vers. adde quod.* Secundam verò partem firmat *glos. in l. auroluis, §. centum. ff. de liberat. legat. Abb. in cap. si quis contrà Clericum, circà princip. de for. compet. Bartholom. Blarer. in repet. l. diffamari cap. 2. num. 20. C. de ingen. manumiss. Ludouic. Gilhausens. in tract. de iniur. & famos. libel. §. 5. num. 145.* & expressè *Capyc. decis. 18. n. 3.*

12 Imò quod magis est, prodest huiusmodi beneficium ex *Epistola D. Hadriani* resultans, etiam ad impediendam, vel moderandam instrumenti liquidationem forte à Creditore pro integra quantitate petitam, aduersùs vnum ex pluribus fideiussoribus obligatis p instrumentum liquidum, & quarantigiatum *Angel. in l. fideiussores, §. idem respondit. ff. de fideiuss. & Roderic. Suarez. in l. post rem iudicatam, § sed pro euidentia, num. 43. ff. de re iudic. Pichard. in d. §. si plures, num. 12. vers. ex quo vtilitèr, inst. de fideiuss. & Gomes. variar. lib. 2. cap. 13. sub num. 15. vers. ex quo infertur,* vbi monet non esse recedendum ab hac sententia, nec in iudicando, nec in consulendo, quid quid dicant in contrarium *Bar. in l. fideiussores, §. idem respondit, ff. de fideiuss. Angel.* sibi contrarius, *in l. si dubitet, num. 3. ff. eod. & in d. auth. hoc ita num. 2. C. de duobus reis, & Barzi. in tract. de instrum. quarãtig. p. 2. princ.*

13 *quaest. 13.* Quotiès enim exceptio contrà instrumentum liquidum resultat ex ventre illius, & apparet euidentèr ex fonte cõtractus, nunquam eo casu reijci debet, sed admittitur ad impediendam, vel moderandam liquidationem, vt notat *Marin. Frecc. de instr. liquid. p. 8. quaest. 2. num. 60. Roderic. Suar. d. n. 43. & sup. cit. Coler. de process. execut. p. 4. cap. 1.*

14 *nu. 96,* & talis est exceptio diuidendæ actionis intèr plures confideiussores, quia nullis indiget extrinsecis probationibus, vel prolixis disputationibus, vti super articulo de apicibus iuris, satis enim decisus est ex *Epistola D. Hadriani*, cui vtrum fideiussores renunciauerint, ex oculari contractus inspectione euidentissimè cerni potest, sicq; iure meritò, ex huiusmodi exceptione impediri,

15 vel moderari debet liquidatio, vti de qualibet exceptione, quæ in promptu probatur, est *rit.* nostræ M.C. 166. cuius dispositionem authoritatibus exornat *cit. Marin. Frecc. d. tract. de instrum. præsent. p. 16.*

16 Nequit verò Iudex ex officio de hoc diuisionis beneficio, aliquã in Iudicio habere rationem, si illud confideiussor conuentus minimè opponat, quia quando beneficium conceditur per modum defensionis, siuè exceptionis, tunc si aduersùs propositam actoris actionem non opponatur, nihil de per se valet operari *Bar. in l. 1. sub num. 1. C. si aduersùs Credit. præscript. oppon. & Rebuff. in comment. tract. de resciss. contract. art. 1. glos. 19. nu.*

17 *13.* Diuisionis autem beneficium resultans ex *Epistola D. Hadriani*, confideiussoribus competit, non quidem actionis iure, sed exceptionis, scilicèt quatenùs proponatur, alioquin remanet aduersùs eos insolidum obligatio, quæ semper contrà confideiussores efficax est, quousq; per exceptionem diuisionis non eneruetur *l. fin. C. de const. pecun. & d. §. si plures, in fin. inst. de fideiuss. Capyc. cit. decis. 18.* per discursum, & *Anton. Thesaur. decis. 191. num. 2. & 5.* Illud verò quod diximus, posse vnum ex confideiussoribus Creditorem vrgere ad diuidendendum intèr eos debitũ, non operatur vt diuisionis beneficium actionis iure competat, quia talitèr confideiussor instando, futuram Creditoris actionem impugnare videtur, & per consequens exceptio necessariò nuncupari debet, nam quandocũque ea fideiussor vtatur, ad actionem aduer-

18 sarij impugnandam vtitur; & in simili idem legimus de beneficio excussionis principalis debitoris, si fideiussoribus sit indulto, priùs quam conueniantur, vt & illud paritèr cesset si non opponatur, *Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obseru. 29. Franc. tract. de fideiuss. cap. 5. num. 404. Muscatell. in pract. fideiuss. p. 2. q. 10. num. 37. post Bar. in l. si mancipium nu. 1. ff. de euict. & Marc. Mant. singul. 593. num. 1.* quos sequitur *Anton. Heringi. tract. de fideiuss. cap.*

19 *28. num. 5.* Verum tamen est (vt ad diuisionis beneficium redeam) quod illud quamuis in prima instantia oppositum non sit, ità vt condemnatio vnius confideiussoris ad totum debitum sequuta fuerit, poterit tamen eo appellante in secunda instantia, & sic in gradu appellationis rectè proponi, quia cum appellatio reponat rem ad statum pristinum, nihil propterea præiudicij inductum est cõpetentibus beneficijs in prima instantia neglectis.

glectis, vt in puncto habetur per *glos. in l. fideiussor, 10. in fin. C. de fideiuss. Bar. in l. si dubitet, ff eod. & Anton. Gomes. cit. cap. 13. sub nu. 15. vers. adde tamen lib. 2.*

20 Sed si fortè in vtraque instantia negligat confideiussor conuentus diuisionis exceptionem proponere, isq; ad totum debitum condendatus sit, & solutionem totius fecerit, hic in pœnam negligentiæ, nequibit à creditore dimisso ratas confideiussorum repetere, quasi ei indebitè soluisset, ipso enim facto quod conuentus diuisionis exceptionem non opposuit, in solidum obligatus remansit, sicque rectè ab eo creditor insolidum exegit, *glos.* notabilis, in *cit. §. si plures, in fin. vers. sed quid si soluit, inst. de fideiuss* traditq; *Franc. in eod.*

21 *tract. cap. 5. num. 443.* Imò nec repetit ab eisdem confideiussoribus ratas eorum, nisi tantum si confideiussor soluens, cedi sibi aduersùs eos iura à creditore curasset, ad *text. in l. vt fideiussor 40. ff. cit. tit. de fideiuss.* quia eo solum casu videretur nomina confideiussorum expresse emisse, ad tradita per *Franch. decis. 55. num. 12. per text. in l. cum is, ff. de solut.*

22 Neque etiam plures desunt casus in quibus confideiussores beneficio diuisionis (quãuis opposito) non potiuntur, eosq; enumerat *glos. in dict. §. si plures, vers. partes,* deducens quinq; casus in quibus hoc fit, primus in fideiussoribus tutorum, *l. fin. ff. rem pupill salu. for. & l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutel. & ration. distrah.* Secundus in fideiussore fideiussoris, vt scilicèt intèr eum, & fideiussorem principalem nequeat diuidi debitum, quia principalis fideiussor tantum, si soluendo est, totum debitum soluere tenetur, *l. si plures 28. §. fin. ff. de fideiuss.* Tertius si cæteri confideiussores litis contextatæ tempore soluendo non essent, vt *dict. §. si plures;* Quartus si pro eadem summa à pluribus promissa, plures diuersis tẽporibus fideiussissent, *l. si à Titio 44. ff cit. tit.* Et vltimus, si aliquis ex confideiussoribus se talem esse negauerit, vel inficiauerit, *l. si dubitet, §. ita, ff. eod. tit. de fideiuss.*

Cum tamen *glos. in dict. §. si plures,* succinctè processerit, monitum propterea te esse vellem eosdem quinq; casus plenè examinari, & declarari, per doctissimum *Anton Hering.* qui integram materiam *Epistolæ D. Hadriani,* elegantèr scribere curauit, *in tract. de fideiuss cap. 27. part. 2.* vbi quamplures DD. authoritates, plurosque intellectus theoricè, & practicè congerit, præcipuè tamen superiores quinque casus ad trutinam ponit, primum *à num. 50. cum seqq.* Secundum *nu. 25.* Tertium *à nu. 17. cum seqq. & nu. 34.* Quartum *num. 2. &* 3. Quintum verò *nu. 53 cum seqq.* & tandem *à num. 92. vsq; ad finem,* alium quoq; casum notat, in quo superius diuisionis beneficium locum non habet, cum nempè fideiussores dati sunt pro eo, qui non diuiduam quantitatem, sed factum promisit, hoc namq; cum indiuiduum sit, indiuiduam meritò reddit confideiussorum obligationem, nisi tantum in defectum facti, quantitas promissa esset, vt plenè ipse *Heringi.* probat loco

23 co cit. idemq; de pluribus correis ad indiuiduum factum obligatis, vt & ij quoq, in solidum teneantur, ex vndecim manifestissimis iuribus probat *Gomes. Varia. Resolut. dict. lib. 2. cap. 12. sub num. 1. vers. Quod tamen limita.*

24 Postremò omissam non faciam authoritatem *Præsid.* nostri, *de Franch. decis. 55. num. 11. & 13.* dicentis, quod si plures fideiussores pro eadem quantitate diuersis temporibus se obligarent, quamuis inter eos cesset beneficium diuisionis, quia quilibet pro integra summa videtur se voluisse obligari, per *text. in dict. l. à Titio 44. Bar. in l. si stipulatus esses, §. fin. vers. Primo casu, ff. de fideiuss.* ità ve vnus totum debitum soluens cedendarum actionum exceptionem contrà alios non habeat, *Neguf. tract. de pignor. memb. 3. 5. par. sub num. 36. in vers. Quintò fallit,* cessat ta-

25 men hæc conclusio, si secundi, vel viterioris fideiussoris obligatio fuisset facta contemplatione primorum iam datorum, vel si primus fideiussor se obligasset contemplatione secundorum dati promissorum, quia tunc cum obligatio vnius sit correspectiua ad obligationem alterius, quamuis diuersis temporibus facta reperiatur, non ideò tamen, & diuisionis beneficium, & cedendarum actionum exceptio cessabit, ità magistralitèr docent *Bar. Neguf. Franch. loc. cit.* cum alijs pænès *Heringi. vbi sup. num. 2.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

FIlii in conditione positi, non censentur dispositiue vocati, num. 1.

Limitatur tamen si efficaces coniecturæ in contrarium concurrant, nu. 2.


Et istæ coniecturæ remittuntur arbitrio Iudicis, num. 3.

Sed prima est si filii in conditione positi essent de descendentibus testatoris, num. 4. Hæc tamen sola coniectura non sufficit, sed est efficax si sit vnita cum aliqua alia licet leui, nu. 5.

Alia est coniectura si testator intèr immediatos cohæredes suos fecisset reciprocam substitutionem, cum vocatione extranei, casu quo omnes sine filiis decederent, nu. 6.

Item si filii essent positi in conditione, cum qualitate masculinitatis, num. 7. contrà opinionem Iul. Clar.

Item si filii positi in conditione essent grauati de restituendo, num. 8. vbi itidem Iul. Clar. *contraria sententia reiicitur, & nu. 9.*
Item si testator ad plures substitutionum gradus progressus esset, nu. 10.
Sextò si filii ponerentur in conditione sub qualitate legitimitatis, nu. 11.
Vltimò si testator bonorum suorum alienationem extrà familiam prohibuisset, nu. 12.
Alienationem extrà familiam prohibere, idem est, ac velle quod bona in familia conseruentur, num. 13.
Filii positi in conditione, quamuis ex coniecturis dicantur dispositiuè vocati, hoc tamen procedit, quoad portionem patris tantum, non patrui cohæredis, nu. 14.
Sed hæc quoq; conclusio restringitur, nisi aliæ coniecturæ vrgeant, quia tunc etiam ad portionem patrui cēsentur vocati, & quæ sint istæ coniecturæ, remissiuè, num. 15. Author verò in currenti contingentia vnicam efficacem coniecturam ponderat, nu. 16.



AD CAPVT CXLI.

Additio.



Trum filij in conditione positi, vocati censeantur, quæritur? Pro cuius dubij resolutione cum plura scribere decreuissem, memini tandem me eundem punctum examinasse in anno 1661. ad fauorem Magnificorum Matthei Io. Baptistæ, & Thomæ de Fasolino fratrum, quapropter sufficientissimum censui, allegationem illa Typis dare, vt quæ in ea ipse ponderaui, cunctis pateant pro Iustitia dictorum fratrum, qui me consuluerunt, vt responderem, quid in conscientia sentirem, estque allegatio tenoris sequentis. v3.

Adsit Gratia Spiritus Sancti.

Testatus diem functo in anno 1629. Magnifico Io. Baptista Fasolino, relictis Antonio, & Petro filijs quos hæredes sibi fecerat pro æqualibus portionibus, eis ità substituit: *Voglio, ordino, & espressamente comando, che morendo alcuno di detti miei figli quandocunque senza figli masculi legitimi, e naturali, in tal caso l'vno debbia soccedere all'altro, nella metà della mia heredità, che à ciascheduno di loro spetta, & ritrouandosi nel tempo della morte dell'vno senza figli, vt sup. già morto l'altro con figli mascoli, quelli debbiano vgualmente soccedere; Et morendo ambedue (quod absit) senza figli mascoli legitimi, & naturali, ò pur morendo detti lor figli senz'altri figli, in tal caso soceeda, & debbia soccedere il Magnifico Pietr' Antonio Fasolino, ò li suoi figli ritrouandosi morto, per il quale effetto prohibisco l'alienatione delli miei beni, volendo che si conseruino nella fameglia di casa Fasolino.*

Decessit Antonius primogenitus sine filiis, ob q̄ occupauit portionem suā Petrus frater superstes vigore fideicommissariæ substitutionis, qui tandem in anno 1660. postremos dies expleuit, relictis Mattheo, Io. Baptista, & Thoma filijs, quos testamento hæredes fecit, pluribus tamen eis iniunctis oneribus ascendentibus ad summam ducator. 6000. Quapropter vti plurimum onerati iuxtè petunt eis assignari integra bona relicta à quon. Io. Baptista seniore eorum auo, vti ad ea expresse vocati, protestantes se nolle penitùs paternę dispositioni annuere, tanquā summoperè præiudiciali.

Vndè hæsitatur primò, vtrum vti in conditione positi verè vocati sint?

Secundò verò an supposito quod sic, eorū vocatio se extendat non tantum ad portionem Patris, & sic Petri, sed etiam ad portionem patrui prædefuncti, in qua vigore fideicommissariæ substitutionis pater eorum successit?

1 At ipse de his consultus in vtroque articulo ad fauorem actorum breuiter ex infrà dicendis respondi, & quò ad primum, data pro veriori, & magis communi sententia eorum qui dixerunt filios in conditione positos nullo pacto censeri vocatos ex proprijs personis ad bona testatoris, sed tantum esse eis reseruatum ius legitimæ successionis in exclusionem substituti, sequuti authoritatem *glos. in l. Lucius la 2 ff de hæred. instit.* vt patet ex *Clar.* qui allegat binas columnas Doctorum ità tenentium, *in §. testamentum quæst. 77.* & aliam columnam adducit ibi *in addit. Io. Harprecht.* Germanus, eandem etiam sententiam acutissimè rationibus probans, sicuti pariter, *Anton. Gomes. variar. Resolut. lib. 1. cap. 5. tit. de substit. fideicomm. num. 42.* quidquid inter modernos in contrarium dicat *Faccbin. contr. iur. lib. 4. cap. 51.* putans per sophisticaa argumenta, quod semper, & indistinctè filij in conditione positi censeantur dispositiuè vocati, contra sensum *glos. in dict. l. Lucius*, & contrà communiorem, & meliorem opinionem, quam propterea idem *Facchin. lib. 12. cap. 40.* amplexatur, reiiciendo quæ dixerat, *dict. cap. 51.*

2 Tamen vtcumque de hoc sit, limitatur superior conclusio, quotiès coniecturæ in contrarium vrgent, tunc enim dubio procul filii posi-

positi in conditione dicuntur dispositiuè vocati, *Soccin. Senior l. cum auus in fin. ff. de condit. & demonstrat. & cons. 73. col. penult. vers. solum in hac difficultate lib. 4. Paul. de Castr. cons. 263. in princip. vers sed in contrarium, vol. 2. Iacob. Mandell. Albens. cons. 87. num. 10. Paris. cons. 66. lib. 3. Decian. cons. 89. num. 13. & seqq. lib. 3. Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. nu 78. Cardin. Caualer. decis. 496. num. 13.* & ita conciliat differdentes DD. sententias *Iul. Clar. in cit. §. testamentum quæst. 77. circa fin.* vt scilicet coniecturis cessantibus habeat locum opinio *glos.* coniecturis verò concurrentibus, habeat locum opinio cōtraria, vti humanior, & æquior ad fauorem filiorum, positorum in conditione, sicut in effectu propter circomstantias, & coniecturas bis pro filijs fuit in nostro S.C. decisum teste *Dom. Capyc. Latr. decis. 1. & decis. 110. lib. 1.* cuius nouissimè menti mem facit *R.P. Afflict. contr. iur. cap. 32. num. 43.* compendiosè coniecturas enumerans.

3 Quinimò quod magis est, cum nequeat super puncto hoc certa veritas, & determinatio assignari, dicunt ob id coniecturas hasce Iudicis arbitrio remittendas fore, vt is qui causæ finem est impositurus, is idem circumstantias, & coniecturas ponderet, efficaciores, magisq; menti testatoris congruas eligendo, vt ex vtroq; *Soccin. Curti.* & alijs probat *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. casu 148. num. 2. & Surd.* quampiures alios allegans *decis. 162. num 11.* concludens propterea debere ad effectum hunc, qui iudicaturus est, rectè conscientiam suam examinare.

4 In currenti verò casu omnes ferè coniecturæ concurrunt ad fauorem actorum, vt mox patebit, ideòq; maximum adhibendum examen opus non esse censeo: Primò enim illi sunt nepotes testatoris descendentes per lineam rectam, ergò positi in conditione censendi sunt dispositiuè vocati, propter eius præsumptam affectionem, quæ magis ergà dilectos nepotes præsumitur, quam ergà alios extraneos, quos potuisset grauatus hæres instituere, si filij sui non essent dispositiuè vocati; ità sentiunt *Soccin. cons 140. col. 2 lib. 1. cons. 73. col. 2. in fin. lib. 2. & cons. 43. nu. 30. lib. 4. Curt. Seni. cons. 45. nu. 2. Corne. cons. 180. num. 2. lib. 4. Iul. Clar. in cit. quæst. 77. circa fin. in §. testamentum,* & intrepidè hāc opinionem ex vehementia huius coniecturę, fūdat *Boer. decis. 155. à num. 19. cum seqq. vsq; ad fin.* & post eum *Thesaur. decis. 96. num. 2.* quem sequitur *Reg. Rouit. cons. 53. num. 7. vol. 1.* magis enim præsupponendum est, voluisse testatorem dispositiuè vocare nepotes suos in conditione positos, quam voluisse eosdem extraneis postponi, iuxta dispositionem *text. in vulgat. l. cum acutissimi, C. de fideicom. & l. generaliter 6. §. cum autem, C. de inst. & subst.*

5 Non negauerim tamen tenuisse quamplures, hoc tantum quod positi in conditione sint de descendentibus testatoris, non sufficere ad effectum, vt valeat dici esse eos dispositiuè vocatos, *Cardin. Mantic.* qui de communi testatur *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 1.* quem sequitur *Cardin. Caualer. cit. decis. Rot. Rom. 496. sub num. 13.* Nihilominùs sufficientissima iudicaretur coniectura ista, si cum ea aliqua alia concurreret, licèt pauci momenti, *Marzar. cons. 5. num. 5. & Capyc. Latr. d. dec. decis. 1. nu. 41.*

6 In casu nostro non vnica alia concurrit leuis momenti coniectura, sed aliæ in numero copioso, quinimò, & efficacissimæ, eamq; pro nunc capio, quam ponderat *Fusar. de fideicomm. subst. quæst. 437. num. 88. cum seqq.* dicens, quod si testator inter filios suos reciprocam substitutionem fecisset, casu quo sine liberis eorū alter mori contingerit, & casu quo omnes sine filijs decederent, alius deberet succedere, tunc profectò filii eorum talitèr in conditione positi, censerentur dispositiuè vocati, istamq; doctrinam nouissimè prosequitur *Io. Baptis. Giarlin. controu. forens. lib. 2 cap 166. num. 4. & 5.* Ità est in currenti causa, nam Io. Baptista Fasolinus testator, habens Antonium, & Petrum filios, intèr eos reciprocam compendiosam ordinauit, casu quo alter eorum sine liberis decedere contingisset, & deindè omnibus sine filiis decedentibus substituit Magnif. Petrum Antonium eius fratrem, igitur punctualiter applicanda est *Fusar. & Ciarlin.* authoritas.

7 Rursùs ponderandum est, quod actores fuerunt expresè positi in conditione, sub qualitate masculinitatis, ibi. *Che morendo alcuno di detti miei figli quandocunque senza figli mascoli, &c.* quò casu communitèr concludunt limitari *glos. in d. l. Lucius, ff. de hæred. instit.* sicq; censeri filios sub hac qualitate in conditione positos expresè dispositiuè vocatos, ità *Deci. in l. 1. num. 16. ibiq; Curt. Iun. num. 14. C. de pact.* idem *Curt. iun. cons. 43 num. 7. Paris. cons. 37. num. 35. vol. 2. & cons. 53. nu. 44. & cons. 66. num. 50. vol. 3. Menoch. cons. 152. num. 3. cum seqq. vol. 2. Crauett. cons. 62. num. 15. Roland. cons. 6. num. 29. vol. 4. Riminald. Iun. cons. 21. num. 42. Decian. cons. 31. num. 96. cum seqq. vol. 1. Iacob. Mandell. Albens. cons. 86. num. 11. & cons. 87. num. 11. & 14.* qui de magis communi testatur *Surd. cons. 99. num. 30. vol. 1.* idem *decis. 162. nu. 10. Thesaur. decis. 96. num. 21. Boer. dict. decis. 155 num. 19* & plenè *Guid. Pap. decis. 184.* cuius authoritas in hoc reputatur sinodalis, concludens expresè, filios in conditione positos sub qualitate masculinitatis censeri vocatos, præsumitur enim, quod testator habuerit animum conseruandi bona in linea masculina, saltim vsque ad nepotes quos talitèr in conditione posuit, vt magistralitèr con-

concludunt sup.cit.DD. quibus addo *Card. Mantic.de coniect.vultim.volunt.lib.11.tit.3. num.3.Ciarlin.contr.iur.lib.1.cap.25. nu.25. Gratian.discept.forens.tom.4.cap.766. num 5. & 6.Viui decis.262.num.12.& Io. Vincent. Ann.allegat.10.num.25.* post *Vasqui. de success.progress.§.4.num.4.Anton. Gabriel.comm. conclus.lib.4 tit.de fideicom.conclus.4.& Crass lib.1.recep sentent.§ fideicommissum,quaest.14. num. 1.* exquibus satis apparet aberrasse *Iul.Clar.in dict.§.testamentum,quaest.79. n 1.* dicētē coniecturam hanc communitèr damnari,nulloque inniti iuris fundamento,contrà opinionem *cit.Guid.* communissimè ab antiquis,& modernis receptam ; & ipse *Clarus* super hoc articulo pleriq; solet contra communem loqui, fortè vt ingenii sui acutiem
8 ostenderet,namque in praecedenti *quaest.* 78. tenuit filios in conditione positos,& de restituendo grauatos, minimè censeri dispositiuè vocatos; quae opinio nè dum est contea sententiam *Bart. in l. centurio num.3. ff. de vulgar.& pupill. & Bald. in l.vnum ex familia,§.sed & si fundum,ff.de legat.2* quam praetee alios innumeros quos consultò omitto, sequuntue *Alex.cons.64.num.2.vol.5. Soccin. cons.249 col. 4. & cons.250. col. fin. lib.2. & cons.62.num 19.lib.3.Curti.Sen. cons.51. col. 7.cum seqq. Bertrand. cons.113. lib.3. Corne. cons.146.num.20 lib.2.Gozadin. cons.26. nu. 23.Cott.in memorial.verb. filij in conditione positi,vers. Quarto*, & intèr modernos *Cancer.variar.resolut. lib.1. dict. cap.1. num.90. Fontanell decis.172.num.17. Nigr.de laudem. tom.2.quaest.22 artic.6 num.26.*subtilissimus *Facchin.contr.iur.lib.12.cap.40. & Viui. dict. decis.262. num. 19.* est etiam rationi contraria, Quomodò enim possent filii in conditione positi,eis sine liberis decedentibus vocato restituere iuxtà praeceptum testatoris, si non essent dispositiuè vocati? Quomodò posset fideicommissarius bona testatoris cōsequi,si posset pater quorum filii fuerunt in conditione positi,& de restituendo grauati, in casu mortis sine filiis testatoris fideicommittentis bona extraneis relinquere, si filii eius non essent dispositiuè vocati? Profectò nullo pacto,ergò cauendum est ab opinione contrà *Bar.* vti euidentèr erronea.

9 Facit Rursùs pro hac parte, quia quando testator grauat filios suos decedentes sine filiis, & filios paritèr sine liberis morientes, de restituendo alicui, qui non sit de descendentibus testatoris, videtur ordinasse fideicommissum intèr omnes grauatos,quod fieri nequiret si illi filii in conditione positi non essent vocati,alioquin non potuisset eos grauare,*Bald.in l.1.§. pro secundo num 8. C. de caduc.tollen. Alex.cons.105. perspectis verbis num.6.vers.& nec, Bar. vol.1. cit. Mandell. Albens.dict.cons.86.num.12.& cons.87.paritèr,num.12.*plenè *Gomes.variar. resolut, dict. lib.1.cap.5.num.43.*

10 Et pee eundem disponendi modum per quem testatoe ad plures gradus substitutionum progreditur,(nam vocat filios filiorum, & in eorum defectum extraneum) veget alia efficax coniectura, qua filij talitèr in conditione positi, vocati censentur, peoptet progressum quem facit testator ad plures substitutionum gradus, *Anchar. cons.74. Curt.iun. cons.16.col.3. Rutn.cons.153. num. 6. Cephal. cons.252.num. 17.* qui dicit hanc sententiam esse communi DD. Calculo receptam, idem *consil.251.num.79.vol 2.Caualc. decis.5.num. 9.lib.3.*post *Alex.d.cons.64.num.2.lib.5. Corn. cons.146.num.20.lib.1.& Cardin. Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.11.d.tit.3.num. 13.in fin.versic.Item hac coniectura,Viui.*qui sic refert decisum, *cit.decis 262.a num.13.vsq; ad. 15.*& nouissimè *Doctiss. Dom.Cōsil.Staib.Resolut.forens.lib.1,Resolut.58.nu.43.*videndiq; *cit.Albens cons.106.nu.16. Ciriac.Contr.iur. contr.96.num.66.lib.1. & Giouangon. consil. 82.num.78.& 110.lib.1.*

Star igitur firmissimè impugnatus *Iul. Clar.*qui perperam recedit à coniectura. Masculinitatis, quae ad fauorem actorum efficacissimè vrget,coniuncta etiam cum alia coniectura legitimae qualitatis, vt in exaratis verbis testamenti, dicti quond.Io: Baptistae, aui qui dixit. *Morendo alcuno di d.miei figli, quandocunq; senza figli mascoli, legitimi, &*
11 *naturali,&c.*& quando filij ponuntur in cōditione sub ista legitimatis qualitate,eo casu praesumuntur dispositiuè vocati,vt tenent innumeri, quos sequuntur cit.*Caualc.d. decis.5. num.11.lib.3 Grat.disc pt.tom.4. cap.747.n. 5.Io. Baptist. Ciarlin.Contr. iur.lib.1.cap.25. num.23.Viui.d.decis 262.nu.16.& cit.Dom. Staiban.d Resolut.58.num.42.* addo omnium meliùs *Sura.d.decis.162.*

12 Posttemò in currenti causa est ponderandum, quod testator vt redderet efficaces, & vtiles substitutiones, & vocationes filiorum, quos in conditione posuit, prohibuit haeredibus suis alienationem bonorum, dicens. *Per il quale effetto prohibisco l' alienatione delli miei beni,volendo che si conseruino nella fameglia di Fasolino.* Ex qua quidem alicuandi inhibitione,resultat vt filij politi in conditione dicantue vocati expressè *Curt. Jen. consil, 95 num.5.& 6.*quem sequitur sepè *cit. Mandell. Albens. d. cons. 87.num.13* post *Fulgos. cons.20. num. 3.* & licèt dicat *Viui. cit. decis. 262.num.* 21. esse ad effectum praedictum necessarium, quod specificè testator assignet illam vulgarem rationem prohibitae alienationis, quia volo quod bona in familia conseruentur,nec satis esse si dicat, prohibeo bonorum meorum alienationem extrà familiam; tamen non est vera haec opinio, & ideò satis
13 erit, si vel vnum, vel aliud dicatur, nam ipso facto quod prohibetur alienatio extrà familiam, pee tacitum, imò necessarium con-

sc

sequens videtur expressa ratio cõseruationis illorum in ea, vt per *Cyn. Bar. Salic.* & alios, *in l. quoties la prima, C. de fideicomm.* dicentes vtrumq; idem significare, *Petr. de fideicomm. quæst. 1. num. 51. & 126.* & latius *quæst. 5. num. 5. Menoch. cons. 333. num. 15. lib. 4.*

14 Deuenio modò ad secundum articulum, in quo breuitèr concludo, quod licèt regula sit in contrarium, vt nimirum filij in conditione positi, quamuis ex suprà ponderatis coniecturis sint dispositiuè vocati, huiusmodi tamē vocatio ad portionē patrui dūtaxàt porrigitur, nō verò ad portionē patrui, sine filijs defuncti, in qua vigore reciprocæ fideicommissariæ, dictus eorum pater superstes successit, vt prætèr innumeros alios, quos consultò omitto tenent *Curt. iun. cons. 96. num. 5. & cons. 235. num. 6. Crauet. cons. 130. nu. 5. Beltran. cons. 82. sub num. 6. vol. 5. & consil. 105.* per discursum, *vol. 3. Paris cons. 18. num. 61. vol. 2. Bero. cons. 66. num. 10. vol. 2. Natt. cons. 501. num. 7. vol. 2. Bursat. cons. 64. num. 18. vol. 1. Caphal. cons. 292. num. 9. vol. 2. & cons. 401. num. 13. vol. 3. Beretr. cons. 74. num. 27. Pancirol. cons. 156. num. 3 Simon. de Petr. cons. 39. num. 14. & cons. 47. num. 15. Gabriel. cons. 115. num. 8. & consil. 121. num. 33. vol. 1. & cons. 2. num. 6 vol. 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. d. lib. 11. tit. 3. num. 27 Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. sub num. 86. cum seqq. Rustic. tract. de fili. in condit. posit. lib. 5. cap. 9. num. 1. Thesaur. decis. 248. num. 16. & 18. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 10. p. 2. num. 37. fol. 243. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 847. num. 35. & Reg. Merlin. contr. forens. centur. 2. cap. 1. num. 59.*

15 Nihilominùs quandò adsunt coniecturæ efficaces, ex quibus mens testatoris declaretur, eo casu non est absurdum, vt filij positi in conditione, non tantum patris, sed & patrui portionem consequantur, vti dispositiuè vocati; sic docet *Viui. decis. 393. lib. 2.* in qua nonnullas considerat coniecturas, ex quibus in effectu fuit Iudicatum ad fauorem actorū, quibus integra bona ab eorum auo obuenta, vti ab eo dispositiuè vocati data fuerūt, etiā quò ad portionē patrui cohæredis pdefuncti.

16 In casu nostro omnes illæ coniecturæ applicari possunt pro magnificis fratribus de Fasolino actoribus, quas apud *Viu.* legèndas relinquo; eam tamen solam ponderandam esse perquam vtile existimaui, quam notat *Fusar. cit. quæst. 437. num. 85. cum seqq.* dicēs, quod filij positi in conditione censentur dispositiuè vocati non tantum ad portionem eorum patris, sed etiam patrui, si testator in casu deficientiæ vnius ex filijs suis hæredibus sine liberis, vocat non solum alium superstitem, sed etiam suos filios, si prædecedere contingat, idem prosequitur *Io. Baptist. Ciarlin. contr. iur. d. lib. 2. c.* 166. *num. 2. & 3.* Hoc quidem expressè ordinauit prudens Io: Baptista testator, vt ex præmissis eius testamenti verbis, ibi. *Et ritrouandosi nel tempo della mort' dell' vno senza figli, vt sup. già morto l'altro con figli mascoli, quelli debbiano vgualmente succedere: Igitur, &c.*

Et ita iuris esse censeo, sub correctione rectiùs sentientis.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Filius familias quomodo disponat de bonis suis maternis in Ciuitate existentibus, n. 1.

Consuetudo Capuana, & Nidi, quæ solet in Capitulis matrimonialibus apponi. operatur parentum exclusionem à successione filiorum ab intestato decedentium, n. 2.

Hinc filij testamentum ad fauorem consanguineorum maternorum conditum, Patre præterito valet, num. 3. Paritèr valet ad fauorem extranei, præteritis Patre, & consanguineis, num. 4. Non valet tamen ad fauorem Patris, præteritis consanguineis, num. 5. Sed contraria opinio est verior, & ex pluribus probatur, num. 6.

Exclusus à successione per statutum, intelligitur ab intestato tantum, num. 7.

Vndè fæminæ, quæ per masculos excluduntur, non prohibentur ex testamento capere, num. 8.

Pater qui iuxtà nouum vsum matrimonium contraxit, potest petere legitimæ supplementum, si quid ei minùs legitima à filio relinquatur iuxtà Rouit. sententiam, num. 9. Sed hæc opinio reijcitur, & contraria firmissimè probatur, à num. 12. vsq; ad fin.

Filia ob dotem exclusa petit legitimæ supplementum, vti ad succedendum habilitata, si ei quid minus legitima relinqueretur, num. 13. Sed contraria opinio est verior, n. 19. Vid. tamē num. 20.

Mater binuba quæ à filiorum successione excluditur, potest petere supplementum legitimæ, si quid ei filius relinquat, num. 11. Sed intellige hanc sententiam cum distinctionibus relatis, num. 21.

Qui à successione ab intestato repellitur à legitima etiam excluditur num. 13.

Legitima debita ascendentibus potest in totum tolli, non verò legitima debita descendentibus, & quare, num. 14.

Qui à toto repellitur, à parte etiam excluditur, num. 15.

Legitima vocatur pars hæreditatis, n. 16.

Legitima est tertia eius quod quis habiturus ab intestato, num. 17.

AD CAPVT CXLII.

Additio.

1 Atre vel matre in medio existente, qualiter valeat filius familias disponere de bonis suis in Ciuitate existẽtibus, plenissimè examinaui suprà *cap.70.nu.26.* vbi notabilem, & fundatam impugnationem tradidi ad dubitandi rationem, quam ponit *Franch. decis.92.* in finalibus verbis, & ad allegationem *Dom.Consil.Io:Bapt.Melior.* quã registrandam curauit *Ronit. cons. 28. vol.2.* Sicq; indistinctè inibi concludi, posse filium familias liberè disponere de bonis suis Neapoli existentibus, etiã quod fratres habeat; vel sorores, relicto tantum patri, vel matri debito bonorum subsidio, vt inconuincibilitèr patet ex rationibus à me adductis *loc. sup.cit.* Sed videndus nouissimè *Dom.Io.Fracisc.Marot.discept.forens.cap.20.nu.22.* quo loci mentionem facit de *Spectab. Dom. meo in præsenti.*

2 Videamus modò non inutilitèr, an idem iuris sit, si matrimonium contractum reperietur iuxtà nouum vsum Nobilium Capuanæ, & Nidi, per quem parentes à filiorum successione excluduntur, non tantum ab eorũ bonis antiquis, verum etiam à bonis, quæ nouitèr ipsi quæsiuerunt *Franch. decis.492. in vers.Excipiebat Marchio* vbi ita refert decisum, idem tenet *G org.alleg.23.* per discursum, *& Reg.de Pont.de potest.Proreg. tit.9. aliàs,de success. mulier.in Regn. sub num 22. vers. & decisio*, vbi paritèr ità refert determinatum, & sequitur *Reg. Capyc.Latr. decis. 32 n.18.*

3 Respondi in proposito articulo plures casus distinguendos esse. Primus, quando filius familias facit testamentum ad fauorem proximiorum ex parte matris, quibus ab intestato dotis restitutio spectabat, & tale testamentum vti vniforme Consuetudini Capuanæ, & Nidi valebit, etiam quod in eo sit præteritus superstes Pater, qui propterea nequibit filij dispositionẽ impugnare *Frãc. decis.522.* quem sequitur *Molfes.ad Consuet. p.3.q.24.num.15. & 16. & Consiliar. Georg. alleg.27.num.15. & 20.* quia parentes iuxtà nouum vsum contrahendo, se ipsos excludunt, & reddunt inhabiles, & vti habentes os clausum, quod semel eis placuit, de cætero impugnare non valent, ad regulam *tex.in cap. quod semel, de reg.iur.in 6. Can si testes, §. si quis, 4. quæst.3. & l.Pomponius, ff. de negot. gest.*

4 Secundus casus est, quandò filius patrem habens, & consanguineos defunctæ matris, testamentum facit ad fauorem extranei, & tunc valebit etiam talis dispositio, & nequibunt, nec pater, nec consanguinei ex parte matris eam impugnare, nam quoad patrẽ, is satis exclusus est proptèr propriã pactionem, ad nouum vsum nobilium Capuanæ, & Nidi, vt in præcedenti casu, demonstratum est; Quò verò ad proximiores ex parte matris, isti nullum ius habent ad dotium recuperationem, nisi tantum ab intestato; ergò condito testamento ad fauorẽ alterius, quid prætendere non habent; ità benè elicitur ex *Afflict. decis.202* dicente. *Vtrum consanguinei ex parte matris possint petere restitutionem dotis prædictæ à dictis hærede, & legatarijs. Fuit iudicatum in Consilio, quod non competit dictis consanguineis ius petendi dictas dotes à dictis legatarijs, quia dictum pactum à contrario sensu excludit dictos consanguineos, quia consanguinei possunt petere dotem, quando filij moriuntur ab intestato, ergò (audite) à contrario sensu, si moriuntur cum hærede testamentario, non possunt petere dotem ab hærede testamentario. per tex.in l.inter Socerum, §. cum inter, ff de pact.dotal.firmant scribentes in l.1. §.huius rei ff de offic. eius cui mandat.est Iurisdict. & Bald.in l.venditi, ff. de action. empti. & ita fuit dictum, quod semper fuit obseruatum: Hæc Afflict.*

5 Tertius casus est, quandò filius disponit ad fauorem patris, qui alias ab intestato excludebatur, præteritis consanguineis ex parte Matris, & tunc dicunt quamplures veteres Consuetudinum interpretes, quod dispositio non tenet in fraudem proximiorum ex parte matris, quibus necessario dotis restitutio fieri debebat, *Anton.de Alex.* & alii quos sequitur *Capyc.decis.210 in fin.vers. Imò quando appareret, de Ponte cons.61. num.73. & Ann. cons.2. num.16. & 17.* quos sequitur *Dom.Reg.Capyc.Galeot.in addit.ad Camill. de Medic.cons.11.num.29.* addo *Io:Angel. Pisanell* qui ita refert decisum, ipso patrocinante *ad Consuetud.si quis, vel si qua*, in Apostill. incipiente *Vide in Consuetud.&c in fin. vers. & prædicta, fol.mihi 137.* dicentẽ. *Et prædicta sane intelligas, nisi matrimonium esset contractum alla noua manera, quia tunc nec ab intestato, nec ex testamento consideratur pater, vel mater, ità quod testando non posset fraudare coniunctos, pro vt posset quando esset nouus vsus, & ità me existente aduocato fuit declaratum per S. C. in testamento Io: Antonij de Iannario, instituta Dom. Ioannella Orilia auia paterna, quæ erat maritata secundum nouum vsum, de quo in decis.Capyc.210.*

6 Sed hæc opinio habet suos contradictores, maximi nominis, dicentes, quod liberã est filijs facultas præteritis consanguineis ex parte matris, patrem instituere, quamuis matri-

trimonium, iuxtà nouum vsum contraxisset,
Minad. decis. 38. quem sequitur *Franch. cit.*
decis. 552. *num.* 3. *Molfes. ad cit.* Consuetud.
part. 3. *quæst.* 24. *num.* 12. *&* *Consiliar. Georgi.*
dict. allegat. 24. *num.* 14. *in fin. vers. est tamen*
aduertendum , & hæc pars est verior carens
omni scrupulo , tum primo quia si potest fi-
lius instituere extraneum præteritis consan-
sanguineis maternis, ex relata *Afflict. decis.*
quantò fortiùs potest patri bona sua relin-
quere , tum secundò quia vt idem *cit. Afflict.*
inquit, consanguinei materni, succedunt filio
in bonis maternis, exclusio patre, si is impubes
decedat, vel ab intestato quandocumq; Igi-
tur condito testamento nullæ sunt consan-
guineorum partes, tum tertiò quia ità ex in-
ueterata consuetudine seruatur, nam paren-
tes, qui iuxtà nouum vsum contraxerunt , fi-
lijs ad legitimam ætatem deuentis , statim
procurant , quod testentur ad eorum fauo-
rem, suntque circà hoc benè cauti, & ità quo-
tidie excluduntur consanguinei materni,
7 absq; contradictione ; Tum tandem, quia
etiam in punctu iuris , semper quod aliquis
per statutum, vel Consuetudinem excluditur,
intelligitur id, ab intestato tantum , non
verò ex testamento, nè arctentur voluntates
testatorum, sicq; reducitur negotium ad ca-
sum intestati simplicitèr, ità *Alex. consil.* 131.
Transmissum est , *num.* 3. *versic. & etiam vol.*
1. & *Cardin. Caualer. decis. Rot. Rom.* 256 *n.* 7.
8. Hinc fæminæ excluduntur per masculos (vbi
tale statutum viget) Sed ab intestato tantum,
vndè non prohibentur ex testamento cape-
re, *Peregrin. de fideicommiss. art.* 38. *num.* 14. *in*
fin. vers. Et horum opinio.
9 Vltimus casus est, (omissis alijs) quandò fi-
lius condito testamento relinquit patri ali-
quid, quod sit minus legitima , & tunc dicit
Reg. Rouit. decis. 99. *num.* 11. quod potest pa-
ter, non obstante quod iuxtà nouum vsum
contraxerit, vti habilitatus ad succedēdum,
legitimæ supplementum petere; & subdit idē
10 *Rouit. ead. decis. num.* 12. ad corroborra-
tionem præcedentis conclusionis parita-
tem filiæ dotatæ, quæ licèt proptèr dotem
excludatur à successione patris dotantis, ta-
men si eidem relinqueretur aliquid , quod sit
minùs legitima , non prohiberetur supple-
mentum petere, vti ad succedendum habilita-
ta, allegans *Soccin. cons.* 150. *num.* 14 *lib.* 1 *&*
11 *Marant. disput.* 10. *num.* 26. Ipse verò aliam
addo congruam paritatem , matris , quæ ad
secunda vota conuolauit, nam licèt à de-
functorum filiorum successione repellatur ab
intestato, per *tex. in vulgat. l. fæminæ , C. de se-*
cund. nupt. cum concord. tamen si ei à filio
testatus decedente aliquid relinqueretur , quod
sit minus legitima, poterit vti ad succedendū
habilitata supplementum petere , vt plenè
probat *Pacchin. contr. iur. lib.* 3. *cap.* 63. & vi-
dendus *Merlin. de legit. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 2.

12 Sed non obstantibus prædictis , *Rouitum*
capio impugnandum, in eo quod dicit com-
petere patri (qui iuxtà nouū vsū cōtraxit) le-
gitimæ supplementum , si filius à cuius suc-
cessione ab intestato repellebatur , ei quid
minus legitima relinquisset ; Neq; impugna-
tio hæc rationibus caret, ex infrascriptis .n.
13 firmissima vndequaque detegitur . Primò
ex illa communissima regula, vt qui à succes-
sione alicuius ab intestato decedentis repel-
litur, (qualis est pater in casu nostro) à legiti-
ma quoq; excludatur *Alex. consil.* 168 *visis,*
& ponderatis, num. 2. *versic. istis tamen non*
obstantibus, vol. 7 *Iacob. Mandell. Albens. cōs.*
7. *num* 3. *Camill. de Medic. consil.* 144. *num.* 22.
cum seqq. Cæsar. Manene. decis. Mantuan. 24. *n.*
12. *Surd. decis.* 167. *nu.* 7. *idem in tract. de alim.*
tit. 3 *q* 1. *num.* 42 *& tit.* 8. *priuileg.* 33. *num.* 1.
& Merlin. de legit. lib. 1. *tit.* 1. *q.* 1. *num.* 12. quid
quid dicant in contrarium *Thesaur. decis.* 68.
14 *& Rec. in collect. decis p.* 3. *collect.* 625. Tantò
magis, quia legitima debita ascendēti, in bo-
nis descendentis, potest in totum tolli , licèt
sit contrarium in legitima debita descēden-
tibus, *Imol. in l. Titio centum,* §. *Titio genero,*
num. 11. *ff. de condit. & demonstr. Menoch. de*
præsumpt. lib. 4. *præsumpt.* 33. *num* 3. *cit. Ca-*
mill. de Medic. d. cons. 144. *nu.* 39. *Rot. decis.* 1.
sub num. 1. *&* 2. *tit. de Consuetud. in nou. Ma-*
rant. in singul. & iur. notabil. lit. L. fol. 61. *col.*
2. *vers. legitima, Minad. in Const. in aliquibus,*
num. 15. *Molfes. cons.* 10. *num.* 25. *& Theodor.*
alleg. 20. *num.* 25. vtraq; enim legitima diuer-
so iure debetur , nam patri est debita de iu-
re ciuili , filio autem de iure naturali *Meno-*
ch. loc. cit. num. 4. *Fontanell. decis* 92. *num* 3.
15 Secundò quia, qui repellitur à toto, à par-
te etiam excluditur *l. si quis cum totum, ff de*
except. rei iudic. & l. Iulianus, in princip. ff. de
leg. 3 ergò pater qui à successione filij repelli-
tur, proptèr conuentionem , iuxtà nouum
vsum, repelli etiam debet à legitima , & eius
16 petitione , cum & legitima pars hæreditatis
vocetur , non bonorum , vt plenè defendit
Pariador. quotid. different. differ. 146. *num.* 9.
fol. 270. *& cit. Pacchin. controuers. lib.* 12.
cap. 40.
17 Tertiò quia , legitima est tertia eius, quod
quis habiturus esset ab intestato *Paul. de Castr.*
consil. 29. *num.* 6 *vol.* 1. *Alex. cons.* 140. *num.* 9.
lib. 1. *Io. de Imol. cons.* 114. *num.* 11. *Paris. cons.*
25. *num.* 34. *lib.* 2 *& Crauett. cons.* 110. *in fin.*
Sed ab intestato non debetur Patri hæredi-
tas filij, ergò non debetur legitima, nec eius
supplementum.
18 Vltimò quia voluntaria , & gratiosa filij
dispositio ad fauorem patris de aliqua quā-
titate facta (cum ad id, nec teneretur, nec co-
gi posset) ad necessitatem reduceretur si pa-
tri , liceret aliud vltrà petere, quod tamen
falsum est, contrà regulam *tex. in l. solet, C.*
de offic. Proconsul. vbi quæ gratiosè fiunt , ad

necessitatem non debent reduci, ergò falsa est *Rouit.* opinio; eò magis quia allegata per ipsum nihil probant, loquuntur enim in casu, quo ab intestato successio non est prohibita, in quibus terminis nec ipse censeo dubitandum, quod si talis sit persona cui legitima debetur, potest illius supplementum petere, iuxtà *tex.* quem ipse adducit, in *l. si quando, §. & generalitèr, C. de inoffic. testam.* casus noster non est iste, igitur, diuersa constituenda est iuris dispositio.

19 Et per easdem rationes minus vera etiam detegitur paritas filiæ dotatæ, quam *Rouit.* pro corroboratione inuehit, & nos sup. adduximus n. 9. Si enim filia proptèr dotem excluditur à successione dotantis, quo pacto poterit indè supplementum legitimę petere, si aliquid minoris quantitatis ei ab eodem patre dotante relinqueretur? Sanè nullo modo, vrgentissimæ siquidem sunt rationes mox sup. ponderatæ, & authoritates etiã punctuales sensum nostrum obuallant, nempè *Pute. decis. Rot.* Rom. 38. *num. 4. lib. 3. & Camill. Salern. ad Consuetud. si moriatur, in Apostill. incipiente, Paragium quid sit, circà medium, vers. Si filia, fol. 95. in fin.* vbi refert opinionem *Soccin. & Angel.* & cum eis residet, per hæc verba, *Si filia exclusa per statutum, sit in aliquo instituta in testamento patris, & habeat dotem, an petat supplementum legitima, Soccin. cons. 150. num. 14. & cons. 30. num. 1. lib. 1. vbi num. 18. quod exclusus à successione, videtur exclusus à legitima, & quod filia exclusa per Statutum, non petat supplementum legitima Angel. consil. 359. num. 4.* Hæc *Salern.*

20 Contraria verò opinio posset procedere in filia quæ excludebatur proptèr masculos, nam eo casu si masculi deficiant, vel exhæredentur, tunc filia fæmina debet à patre institui, saltem in quantitate legitimæ, cuius supplementum non prohiberetur petere, si aliquid minoris summæ fuisset ei relictum, quasi quod eo casu cesset ratio, & causa exclusionis, vt magistralitèr ponderat *Paul. de Castr. consil. 196. in puncto quæritur, num. 3. vol. 1.* dicens, quod quandò instituitur extraneus, cum cesset fauor masculorum, qui sunt causa exclusionis, non debet habere locum exclusio feminæ; quandò verò instituitur ille masculus, qui foret exclusurus fæminam, tũc hæc non petit supplementum legitimæ, si aliquid minoris æstimationis fuisset ei relictũ, quæ secunda pars concordat cum præcedēti opinione.

21 Ad aliam verò paritatem matris quæ ad secunda vota conuolauit, quam ego adduxi *sup. num. 10.* Respondeo, vt non sit vera simplicitèr, & propterea distinguendum arbitror, quod aut filius disposuit de bonis proprijs, onuitèr ab eo quæsitis, & quia ab illorum successione non excluditur mater, etiã binuba, vt plenè alibi diximus, ideò si quid minus legitima fuerit matri relictum, poterit supplementum petere, iuxtà opinionē *Facchin.* Aut disposuit de bonis paternis, & est subdistinguendum, vel fratres non habet, & quia mater secundis nuptijs nõ obstantibus, etiam succedit, *d. l. fæmina*, poterit meritò eo quoq; casu petere supplementum; vel fratres habet, & quia horum existentia operatur exclusionem matris, quæ ad secunda vota migrauit, nequibit penitùs instare pro supplemento legitimæ, si ei quid minùs relictum fuit, applicãdo ad hoc omnes rationes suprà adductas; & in terminis ita elicitur ex *Bald. in auth. ex testamento, col. 1. vers. ibi qualibet, C. de secund. Nupt.*

Ex quibus satis puto impugnatam opinionem *Rouit.* relatam suprà *num.* 8. cui nullo pacto in contingentijs puto adhærendum.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM

Filij in vita Patris nullum ius habent super legitima, & confutatur Guid. Pap. sibi contrarius, num. 1. Neq; in spe, num. 2.

Pater alienando cuncta bona sua titulo oneroso, potest per indirectum filios legitima priuare, num. 3.

Pater in vita non cogitur assignare filijs legitimam, num. 4. Amplia, etiam quod filius proptèr delictum contrahat pœnam pecuniariam, num. 5. Item etiam quod committat Crimen Læsæ Maiestatis, contrà Laudens. num. 6. Imò si Pater in vita assignasset filio legitimam, non posset super ea fieri à Fisco esequtio proptèr delictum filij, num. 7.

Potest tamen Pater eo viuente filium inuitum cōpellere ad accipiendam legitimam, num. 8.

Pater donando non potest filios legitima priuare, vndè eo defuncto filij capiunt legitimam etiam computatis bonis donatis, num. 9.

Legitima debetur filijs statim emissa per Patrem professione, non expectata eius morte naturali, num. 10.

Item debetur in vita Patris filio ad bellandum proficiscenti, gratia adiuuandi Regem, item filio volenti Sacros Ordines suscipere, & filia volenti nubere, num. 11.

Item debetur filio Hebrei ad fidem conuerso, & quare, num. 12.


Item debetur in vita, si Pater dissipet, & ludi vitio sit deditus, num. 14.

Hinc filius detrahit legitimam suam, etiam de bonis per Patrem in ludo amissis, n. 15.

Filij etiam viuente Patre detrahunt eorum legitimam, Paternis bonis confiscatis, n. 16.

Con-

Conuersi ad fidem, retinent iura sanguinis, & ius succedendi, num. 17.
Pater tenetur dare filiis alimenta, & compelli potest, etiam officio Iudicis, num. 18.
Sed limita in filijs ingratis, quia alimentorum denegatio ex eisdem causis permittitur, ex quibus exhæredatio licita est, n. 19.
*Item limita in filio habente vndè viuat, n.*20.
Alimenta debentur filio, etiam naturali, lite pẽdente intèr ipsum, & Patrem, quamuis quoque de paupertate non doceat, n. 21.



AD CAPVT CXLIII.

Additio.

1 
Filiis in vita patris nullum ius competit super eius bonis, pro portione, & quãtitate legitimæ, *Bar. in l. 1. §. impuberi, nu. 1. ff. de collat. bonor. Bald in l. data, sub n. 2. C. de donat. Deci. cons 438 num. 9.* & anteà *cons. 19. col penult. versic. quia ad hoc breuitèr, Curt iun. cõs. 196. num. 45 lib. 3. Putc. de f. 237. num. 5 lib. 2. Grat. discept. forens. tom. 4 cap. 728. num. 25. Cancer. variar. Resolut p. 3 cap. 15 num. 50. Reg. Merlin. contr. forens. centur. 1. cap. 23 nu. 4. & Dom. m us Consiliar. Hodier. ad Surd. decis. 167. num. 2.* post *Gnid. Pap. decis. 486.* vbi hoc firmitèr defendit, cum *addit.* ibi; Vndè fit, vt ipse idem longè errauerit, dum in *decis. 632. num. 5,* voluit expressè oppositum, putans competere filijs viuente patre ius formatum super legitima, contrà cõmunem sententiam omnium DD. & contrà ea
2 quæ ipse idem dixerat *cit. dec. 486.* Quinimò ait. *Bar.* loco sup allegato, quod in vita patris non competit filio ius super legitima, neque re, neq; spe, sequitur *Iacob. Mandell. Albens consil 66 num. 3.* & licèt aliqui dicant oppositum, vt competat ius in spe *Barbos. in l. 2. in 1. p. num. 171. in fin ff. solut. matrim. Segur. in l. cohæredi. § cum filio, num. 129. cum seqq. ff. de vulgar. & pupill.* & ex multis *Io. Guttier. in repet text in § sui, num. 89. inst. de hæred qual t. & differ.* vera tamen opinio verior sic non insisto, nominis enim non rei, quæstio est, cum & ipsum ius in spe nullum
3 vtilem effectum parturiat; Liberè enim potest pater, bona sua oneroso titulo distrahendo, per contractum scilicèt venditionis, vel remunerationis acceptorum fructuūtorum per indirectum filium legitima priuare. *Ias. in auth. Vndè si parens, col. 1 num. 3. C. de inoffic. testam. & Mo fes. ad Consuetud. tom. 1. p. 3. q. 1. num. 14. & 15.*
4 Ex quibus etiam consequentèr fit, vt eo fortiùs nequeat pater in vita cogi, ad assignandum filio portionem legitimæ, ad quã actio immatura est, cum adhùc viuat is de cuius bonis detrahenda est, ad vulgatum *tex. in l. 1. §. si impuber. in ve sic. Caterum ff. de collatio bonor.*
5 Quem *tex* ampliat *Bar.* ibi, vt procedat, etiam quod filius proptèr delictum esset ad quantitatem aliquam condemnatus, vel pecuniariam pœnam contraxisset, quia non ideò pro satisfactione illius, posset pater cogi ad tradendam legitimam, sequitur *Deci. cons 438. num. 12. Guid. Pap. cit. decis 486. P ancis Becc. cons. 34.* & alij relati per *Peregr. de fideicommiss. art 36. num. 14.* addo *Io. Guttier. in d. § sui. num 90 instit. de hæred. qualit. & differ. & Fabi. Ann. in addit ad singul. 531.* circa medium; plurimumq; aberrauit *Pater Mo fes ad Consuetud. p. 4. q. 3. num. 3.* volens posse astringi patrem ad dandam legitimam filio delinquenti, vt ita pecuniariam pœnam quam delinquendo contraxit, fisco soluat, ex *Surd. dec. 167.* qui quãuis hoc ibi dicat, fundatur tamen super peculiari statuto patriæ, hoc expressè volente, sicque non est allegabilis vbique locorum, sed tantum in loco statuti.
6 Grauitèr etiam errauit *Martin. Laudens.* qui existimauit limitari superiorem conclusionẽ in crimine læsæ Maiestatis à filio commisso, quasi velit, quod propter huiusmodi criminis atrocitatem, pater viuens cogi possit ad dandam legitimam filio, vt Fiscus indè eam ab ipso auferat; Vel quod confiscatis bonis filij proptèr læsæ Maiestatis crimen, veniat sub confiscatione legitima, filio post patris obitum obuentura, contrà veros iuris terminos, subtilitèr ad confutationem *Laudens.* indagatos ab *Anton. de Meneses in l. 3. num. 32. 33. & 34. C. de iur. & fact. ignor.* cuius doctrinam commendat cit *Io Gu tier. in d §. sui, sub d num 90. & 94. inst. de h.e. ed qualit. & differ.*
7 Prosequendo igitur *cit. Bar.* sententiam, in *d. l. 1. §. si impubere,* ampliando dicimus quod si fortè, pater in vita assignasset legitimam filio, isque indè delinquat, & pro tali delicto pecuniariam pœnam contrahat, nequibit à Fisco esequtio fieri in illa legitimæ quãtitate, quam Pater liberè potest à filio reuocare, & Fisci executionem impedire, *Duen. regul. 356 in 2. ampliat. Maccabr. cons 45. n. 14. Peregr. d. artic 36. n. 15 & Surd. cit. dec. 167. num. 2. & 3.* qui Classicos DD. huius sententiæ authores copiosè, cum ratione allegant, addo *Fabi. Ann. in addit. ad sing. 531. versic. Imò dicit.*

8 Non omittam tamen, quod licèt non possit cogi Pater eo viuente ad tradendum filio legitimam, potest nihilominùs Pater ipse sua sponte filio in vita legitimam tradere, eumq; contradicentem ad recipiendum compellere, *Franch.decis.133.Merlin.de legit.lib.5.tit.3.quæst.1.sub num.1.& 12.* & sepè *cit.Peregri.dict.art.36.sub num.16.in fin.*

9 Secundò etiam declarando dico; quod quamuis possit Pater filium legitima per indirectum priuare, bona sua alienando; hoc tamen intelligendum est, si bona oneroso titulo distracta sint, vt sup.diximus, *num.* 3. Non ità verò si titulo lucratiuo donationis, patrimonium suum Pater dissipasset, vt annuit *Ias.in cit.auth.Vndè si parens, col.1. num.3.C.de inoff.testam.* Vndè filius genitore defuncto, integram legitimam etiam computatis bonis intèr viuos donatis, petere non prohibetur, *dict. auth.Vndè si parens, cum glos.ibi, verbo, ex hæreditate, & Castre.* ibidem latè quoque *Bald. nouell. in subscript. ad cons. Soccin. 148.col.2.vers.qua legitima, vol.1. Corn.cons. 190. in 4.dub. vol.2.* exquisitè *Crauett. cons. 165. num.4.5. & 6. Decian.cons.1. num.47. lib.4. Rot. decis. 488. num. 9. in nouis.* cuius mentionem facit *Menoch. cons. 641. num. 1. lib.7.& cons.1126.nu.19.& 20.cum seqq.*

10 Dico tertiò ad limitationem eorum, quæ sup.firmauimus, quod Patre monacho effecto, statim emissa professione assignari debet filiis portio legitimæ, non alitèr eius naturali morte expectata, & siuè monasterium in communi incapax sit, siuè capax, vt probat, reijciendo contraria *Mari.Cutell. de donat.tom.1.tract.1.discurs.2. part.14. à nu.53. cum seqq.cit. Merlin.de legit.lib.5.tit.3. quæst.3.à num.11.cum seqq* & hæc opinio est verior; quamuis velint aliqui, vt tunc tantum post Patris professionem debeatur filijs legitima, cum monasterium est incapax in communi *Bar.in auth.si qua mulier, C.de Sacrosan. Eccles.& in tract.minoritarum, part. 4. vers. isti etiam hæredes, & Vasqui Contr.Illustri.lib.1.cap.37.num.10.cum seqq.* qui demum satis impertinentèr putat, vt etiam isto casu, naturalis Patris mors expectanda sit.

11 Dico quartò, quod cogitur Pater in vita assignare legitimam filio ad bellandum proficiscenti, gratia adiuuandi Regem.

Item filio volenti sacros ordines suscipere.

Et filiæ vt nubat, plenè *cit. Molfes. ad Consuetud. part.4. quæst.4.* per discursum, *& cit. Cutell.dict.tom.1.de donat.contemplation.matrim.tract.1.discurs.2. particul.14. à num.52.* Non ità tamen mater, *Bald.in l.quicumque num.16.C.de seru.fugit.Præs. Vrsin.de success. feud.part.1.quæst.7. artic.1. num.12.* circà finem.

12 Quintò Hæbrei filius ad fidem conuersus in vita Patris potest legitimam petere, eumque ad assignandum compellere, *Felin.Ferret.& Vrsill.* quos sequuntur *Leoni. in Thesaur.for. Eccles.tit.de Iude.cap.4. nu.2. Vgolin.de offic.Episc.part.1.cap.23.§.7.num.2. Graff.in decis.aurc. lib.2.part.2.c.23.n.2.* & ità est specialitèr dispositum per *Bullam Pauli III.* Pontificis maximi, quæ incipit, *cupientes in vers.Ità vt,* & duplex dari potest ratio, tum vt filius ad Catholicam fidem conuersus proprium habens patrimonium, à pestilenti parentum perfidia seorsum more-
13 tur; tum quoq; quia huiusmodi ad fidem conuersi ius sanguinis, & succedendi non amittunt, *cap.Iudæi,* vbi *Abb.num.2. de Iude. Leon.Vgolin. & Graffius loc. cit.* & de omnibus plenè *Io. Baptis.Ciarlin. contr.forens. lib.1.cap.42.nu.44.& 45.*

14 Vltimò Pater dissipans, & ludi vitio deditus, potest à filijs compelli implorato etiã Iudicis officio ad assignãdam eis legitimam, qua indè tradita, hypothecari ab ipso Patre minimè potest, vt authoritate *Cassan.* probat, & decisum refert *Vrsill. ad Affl.ct. decis. 86. à num.3.* cuius doctrinam commendant *Petr. ad Capyc.decis.56.vers.iuxtà, Molfes.ad Consuetud.tom.2.in addit.part.3 quæst.1.num.4.& Thor.in Compend.decis.tom.1.verbo. legitima an debeat assignari.fol 318.col.1.* quidquid latis inuolutè dicant *Ann. singul. 531.* & ibi *Ann.filius in addit. & Vasqui. Contr. Illustr. lib.1.cap.37.à num.2.cum seqq.* videndusque *cit.Mari.Cutell.tract. de donat. contempl. matrim.tom.2.tract.1. discurs.2.par.14 à nu.58. vsque ad 62.Peregri.dict. tract. de fideicom m.*
15 *artic. 36. num. 16* Quinimò subdit *Vrsill.* mox citatus *num. 5.* quod si Pater cuncta bona sua in ludo amisit, possunt filij reuocare à victoribus, quatenus est eorum legitima, qua non potuerunt dilapidando fraudari, ex *Bald.in l.si quid, ff.de his quæ in fraud patr. & Cassan.ad Consuetud. Burgun.tit.de success.rub. 6.* per discursum.

16 Dilapidationi verò similis est casus delicti, proptèr quod ad bonorum confiscationem deueniendum est; Vndè recto iure possunt delinquentis filij, eorum legitimam detrahere de bonis confiscandis, viuo etiam Patre, *Bald.cons.171.Condemnatus, lib.1 Menoch cons.1192. num.14. lib.12.* & alij quamplures pænes *cit. Molfes. dict. tom.2. part.3. quæst.1.nu.5.*

17 Quatenùs tandem in præsenti tractatur, de alimentis filiis dandis, noto quod ad illa indifferentèr ex naturali charitate parentes tenentur, & cogi possunt etiam officio Iudicis implorato. *l.si quis à liberis, ff. de lib. r. agnoscend. & alen. à parent. l. 1. & toto tit. C. de alend.liber.* exceptis tamen duobus casibus.

18 Primus si ingrati essent, vulgaris enim est regula, quod eisdem de causis, pro quibus exhæredatio permittitur, alimentorum quoq; denegatio licita est *Petr.Iacob. Aurelian.in*

pract.

pract.libell.rubr.52.num.16. Gomes. varia. resolut.lib.1.cap.7.tit.de succeß.contr.testam. num.13. Cevall.practi. conclus. commun contr.commun. quæst.757. num.34. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom.1.lib.12. tit.16. num.10. Minado.in repet.Const. in aliquib. in princip.num 3 fol.5.& est hoc specialitèr sancitum in hac Neap.Ciuitate, vt habetur in Consuetud.in omnib.tit.de alim præstand.

19 Secundus est casus si filii proprium haberent, vt puta beneficium, militiam, & simil. vel si comodè possent propriis operibus sibi ipsis de alimentis prouidere, excepto casu infirmitatis, vel alio quouis casu impotentiæ, glos.in dict. l.si quis à liberis, vers. Ita quid si filius meus,ff.de liber. agnoscen.Geri.Spini.cons. 1.num.41.laté Nonar.quæst.forens.lib.1.quæst. 9.num. 10. vsq; ad 12. & decis. 233. num.3. cum.seqq.

20 Verum si fortè intèr Patrem, & filium litem oriri contingerit, siuè pro alimentis, siuè pro aliqua alia causa, eo casu pendente lite illa, debentur filio, etiam naturali alimenta, quamuis de paupertate, vel de impotentia ad lucrandum non doceat, vt fuit decisum In Rot. Rom. in vna Bonouiens. alimentorum Luna 23. Maij 1594. coram Penia, vt ipse testatur dec. 291. Afflict. decis.10. & 11. & decis.152.num.3. Couar.pract. quæst.lib.1. cap.6. num.8.cum seqq.& alii per Pen.allegati, loco sup. cit.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Filius familias an iuuetur Macedoniani exceptione, si se pro re ad Patrem pertinente, eum eius consensu obliget, num.1. Affirmatiuè ex quampluribus DD.in lecturis, num.2. In consulendo, num.3. Et in tractatibus, decisionibus, & controuersiis, nu.4.

Sed pro contraria opinione, quod scilicèt contractus sit nullus, ex beneficio Macedoniani, adducuntur innumeræ authoritates, num.5. & hæc pars est verior, & probatur, num.6. 13. & per totum.

Authorari ad sui commodum nemo potest, num.7.

Tutor non potest authorari pupillo contrahenti, & actum aliquem facienti ad sui fauorem, nu. 8.& 9.

Episcopus non potest ad sui commodum authorari, num.10.

Prorex si emat feudum, non potest assensum suum super ea fundi emptione impartiri, num.11.

Statuto si caueatur, vt non possit mulier contrahere sine consensu duorum consanguineorum, vel viri, si contrahat, vel testamentum faciat ad fauorem dictorum consanguineorum, vel viri, ueq; contractus, nec testamentum valet, nu.12.

Traditur cautela per quam validè contrahit filius familias ad fauorem Patris, num.13.



AD CAPVT CXLIV.

Additio.



Certima est quæstio ista, & vrgent pro vtraque parte non dicam plura, sed infinita acutissima argumenta, & innumeræ authoritates DD. adeò vt expedientissimum esse censerem, si Cæsarea determinatione, ad tollendam in futurum ambiguitatem semel de-

1 cideretur; Dubium tale est, vtrum stante statuto, per quod prohibita est filiis familias contrahendi licentia, absq; authoritate, & consensu Patris (vt in hoc Regno, per Pragm. 1. ad Maced.) possit filius familias contrahere cum consensu Patris, ad eius tamen commodum; ità vt videatur Pater sibi ipsi authorizare?

2 Affirmatiuam partem pro validitate contractus tenent infrascripti in lecturis, nempè Cynus l.fenium, in pauul quæst & ibi etiam Castre. f.num.7.vers sed an possit,C qui testam facer.poss. idem Castrens. in l.qui testamentum, in fin ff.de testam Angel.in l.1.§ fuit quæsitum num 1. vers. Ego tam consului, & ibi quoque Ias. Alex. & Rip.num.2. vers An filius familias,ff ad Trebelle. Petr. de Bellapertic. in l.1. ibiq; Imol ff.de author.tutor Bald.in l bonorum nu.11.vers.ex prædictis, C. qui admit. Roman. in l.1.C. vnd.vir. & vxor. Felin.in cap. cum nuntius, num.4.vers.ad idem, de testam. & Guliel.de Bendic.in cap. Raynutius, verbo, Matris insuper Cleram.num.46.eod tit.

3 In consulendo Bald.cons 62. num.3. vers. sed Petrus, vol 4. Angel.cons 303. Factum tale est, num.2.vers hinc tamen, & cons.143. Tria videntur obstare, vers. secundo videtur, Alex. cons. 106. Quòd ad præsens quæsitum, num. 2. vers. Vnde mihi, vol.1.& ibi addentes, verbo mortis, Oldra, cons.182. licèt de victoria, nu 2. Roman.cons.515. per totum, & ibi Mandos. in addit lit B vers.Interponere, Decian. cons. 2.num.46.cum seqq.vers.Non obstat quintum vol.5.& Bertran.cons.156.num.10.lib.1. in 2. part.

part.& cons.162.post num.1.lib.1.ead.part.2.

4 Et tandem in tractatibus, decisionibus, & controuersijs, Tiraquell.ad leg.Connub.glos.8. à num 115.vsq; ad 122. Emil.Gall.de excep. success. excep. 9 vers. Item infertur, Ranchin. ad Guid.Pap.decis.223.vers. Angel.tenet, Sanfel decis.190 num.3. & 4. Thor. in compend. decis.tom.3.verb.Contractus celebratus fol.227 col.1.cum verbis seqq.Facchin.contr iur. lib.5. cap.26.vers.Sed quoniam. Reg. Merlin. contr. lib.2.cap.99.& 100.Nouar.quæst forens.lib.1. cap.117.Horat.Montan.contr.39. & nouissimè Dom. Io. Francis. Marott. contr. cap.26. num.6. cum seqq. & eruditissimus Io. Baptis. Mucri.quæst.forens.cap.2.

Ex qua quidem numerosa authoritatum allegatione, temerarium videretur ab hac sententia recedere, nisi alia quoque DD.copiosa catena in oppositum produceretur.

5 Contrariam itaque sententiam, quod scilicèt nequeat filius familias Patre authorante ad eius commodum se obligare, & quod ob id habeat etiam locum Macedoniani exceptioj, vrgens ad fauorem eius pro nullitate obligationis suæ, tenent Ias.in l.pactum, nu. 5.C.de collat Deci.in l. Seuinm, num.57.in fin. C.qui testam.facer.poss.Guliel.de Benedic in cap.Raynutius, verbo duas habens filias, num. 259 de testam.Couar.in rubr.cod.tit.part.3.nu. 7.Riminald.Iuni.inst.de donat.num.1347. Socin.Sen.cons 25.num 8.lib.4.Ias.cons.69.in 2. dubio, vol 1.Gabriel.cons.157.nu.4 lib.1.Paris cons.97. num.21. & seqq lib.3. Paul. de Castr. legendus omninò, cons.465 Viso comprom.ff., num.1.vol.1 loquens in terminis Statuti Senarum, prohibentis filiorum familias obligationes, sin expresso eorum Patrum consensu Reg.Rom.in cons.68.vol.2.post Corn.cons. 294.num.3.lib.1. & Molfes. cons 4. num.24. Guid.Pap. qui sic decisum refert, decis.223. Vrsill.ad Afflict. decis 308.num.22. Franch. decis 14.n.1. & 4 Canale.decis.Rot.Fiuiz.31. num. 36. lib.1. Rot. Rom. in vna Bononiens. census, Lunæ 17. Martij 1608.coram R. P. D. Marcomontio, & in alia Beneuentana census veneris 28. Nouembris 1608.corã R.P.D Ottembergio, vt post tract.Cenci.decis.19.à nu.9. cum seqq. & decis.20. num.12. idem Cenci. de censi.quæst.15. num.13. Tiraquell. ad leg. connub glos.8.num.115.Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt.2. num.5.Clement.de patr potest. cap.6.effect 10.num.6.plene Clar.in §.donatio quæst.6.num.7. Fontanell.de pact. nupt. tom.1. claus 4.glos.10. part. 2. num.48. fol.268. doctissimus Dom.Consiliar.Staib.Resolut.forens. lib.1.Resolut.70 per totam, vbi latissimè sententiam hanc tutatur, & secundum eam refert nouissimè decisum, & Spectab. Dom. meus cap sequent.à nu.23.vsq; ad finem.

6 Et hæc quidem secunda opinio, vti frequentiori rerum iudicatarum numero roborata mihi magis arridet; & pro ratione aduertatur, quod consensus Patris, ad validandam contractum filij familias, reputatur vti de quacumq; qualitate sine qua non, & vocatur consensus authorizabilis, & habilitans personam filij ad contrahendum; Sicq; igitur, quandò contractus est ad fauorem ipsius Patris, pro re ad eum pertinente, vel nequit super eo consensum suum impartiri, vel impartitus non debet operari; Nemo enim

7 sibi ipsi, & ad sui commodum valet authorari, Tiraquell. de retract. lignag.§.1. glos.9. nu.73.cum seqq. Surd. cons.9.num 41. Ioseph. Ludouic.commun.conclus.tit.de author.& consens.conclus.vnic.vers sed fallentia, & Nigr.de laudem.tom.1.quæst.30.num.57.fol.487.

8 Hinc est, quod pupillus (qui respectù tutoris sui, est sicut filius respectu Patris, nã sicut iste nequit, sine expresso eius cõsẽsu cõtrahere, sic& ille sine cõsensu tutoris) non potest ad fauorẽ illius, vel pro re in eius cõmodũ principalitèr, vel quasi in cõsequentiã redundante, se obligare eiusdem tutoris consensu accedente, cũ nequeat ipse sibi eidem authorari, vulgat. l.1.ff.de author.tutor.ibi in rem suam tutorem authorem fieri non posse; Vnde si tutor consensum accomodaret pupillo promittenti seruo, vel filio suo, promissio non tenet, quasi consensum suum tutor accomodauerit in sui ipsius commodum, vt in dict.l.1.

9 Facit aliud text. à nemine hactenùs pro hac opinione ponderatus, in l.1.§ fuit quæsitum, ff.ad Trebell.cuius tatum verba referam, ibi Fuit quæsitum, si ipsi tutori rogatus sit restituere pupillus. an ipso authore restitutionem facere possit? Et est decretum à Diuo Seuero, nõ posse tutori, se authore restitui hæreditatem, quia in rem suam author esse non potest.

10 Per eandem regulam, quod non liceat sibi ipsi authorari, ex iuribus, mox allegatis, dicit glos.in Clement.2. verbo, Mensæ suæ, de reb. Eccles.non alien. quod nequit Episcopus, cuius consensus est necessarius super aliquo negotio authorari, si negotium illud in sui cõmodum vergat.

11 Et simile prorsùs est, quod dicitur de Domin.Prorege, qui si emat feudum non potest super illo emptionis contractu, assensum suum impartiri, quamuis aliàs, in cunctis feudorum alienationibus (paucis tantum exceptis casibus) hoc ei expressè permissum reperiatur, nam in illo casu videretur sibi ipsi authorari, contrà omnia iura, & DD.placita, vt benè in terminis sensit Mastrill. de Magistr tom.2.lib.5.cap.6.num.73 fol.152.

12 Et confert postremò, quod si per statutum prohibeatur mulieribus contrahendi facultas sine licentia, & consensu duorum consanguineorum, vel maritorum sicut in Ciuitate Ianuæ, vt in lib.statut.tit de contract. minor.& mulier. isto casu, si qua mulier, authorantibus consanguineis, vel marito, eos, vel eum instituеret, vel contractum celebraret,

iet, redundantem in commodum illorum, nullæ essent Institutionis, vel contractus vires, propter deficientiam consensus, & authoritatis, quæ non potuit interponi super actu redundante ad commodum debentis consentire, plenè *Ias. in d. d. l. 1. §. fuit quæsitum à num. 4. cum seq. ff. ad Trebell. Alex. in addit. ad Bar. in dict. l. 1. ff. de auth. tutor. Vrsill. ad Afflict. decis. 260. num. 3. & Marant. in singul. & iur. notabil. verbo, Mulier si ex forma statuti fol. 67 col. 1. in fin.*

13 Ità etiam (vt ad rem redeamus) nequebit Pater, filio ad sui commodum contrahenti, consentire, & consentiendo, vel nullitèr consentiens erit contractus inualidus; Pro quaquidem opinione aliam singularem rationem ponderauit. *Rot. Rom. in dict. Bononiensi census Lunæ 17. Maij* 1608. dicens, quod finis statuti prohibentis filiorum familias obligationes, sine expresso Patris consensu, est, ne filii ipsi decipiantur, & lædantur, cum pater præsumatur bonum capere consilium pro filio; Atqui ipso facto, quod filius authorante Patre, ei donat, vel se obligat pro re ad eum pertinente, læditur, & decipitur, ergò iure meritò contractus debet esse nullus, quamuis Patre consentiente, nam satis manifestè apparet, consensum fuisse præstitum contrà finem legis, volentis imbecillitati filiorum familias prouidere, ità *Rot. vbi sup. ex Gabriel. tract. de statut. conclus. 2. num. 7.* & sequitur *Cenci.* legendus *dict. tract. de censi. quæst. 15. num. 14.*

14 Cautela itaque est, quod adhoc, vt validè filius familias contrahat ad fauorem Patris, interponatur decretum Iudicis, loco consensus paterni, qui ad eiusdem Patris commodum minimè potest interponi, *Ias. in dict. l. 1. §. fuit quæsitum num. 8. ff. ad Trebelle. Deci. cons. 345. in censis, &c. num. 7. in fin. & cons. 379. Placet mihi, nu. 5. vol. 1. Couar. in 3. part. rubr. de testam. num. 7 fol. 22. col. 2. in princip. Molfes. in ict. cons. 4. num. 25. & Reg. Rouit. cons. 68. num. 3. vol. 2.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Filius familias obligatus cum Patre, effectus sui iuris, non tenetur, nisi in quantum facere potest, si hæreditatem eius repudiauerit, nu. 1. & 2. Et prodest hoc beneficium etiam ad impediendam liquidationem, & exequutionem sententiæ contrà eum latæ, cum sub Patris potestate esset, num. 3.

Filius se cum Patre obligans potest renunciare beneficio legis, quod cum eo, num. 6. Sed hæc renunciatio debet esse specialis, num. 7. Hinc non sufficit, quod renunciet omni legum auxilio nu. 10. cum seqq. & si post Patris mortem diù in obligatione permanserit, neq; censetur illi renunciasse, nu. 13.

Beneficium legis, quod cum eo, habet locum etiam si filius Patris hæres sit, cum beneficio tamen legis, & inuentarij, num. 14.

Sed cessat si filius, se cum patre obligans, fraudulentèr sui iuris esse dixerit, num. 16.

Item etiam cessat in Regno proptèr pinguius beneficium Macedoniani, quod habet locum in filio familias contrahente cum consensu Patris, pro re ad eum pertinente, num. 18. sed vid. nu. 19.

Filius familias ratificans contractum cum defuncto Patre gestum, an potiatur beneficio Macedoniani, & legis, quod cum eo; Affirmatiuè, num. 20. sed negatiua sententia est verior, num. 21. Obligatio tamen filij familias isto casu incipit à die ratificationis, non à die contractus, num. 22.

Beneficium deducto ne egeat, impedit instrumenti liquidationem, num. 4.

Sicuti qualibet iuris exceptio, num. 5.

Priuilegio electionis fori, resultans, ex l. vnic. C. quando Imperat. *&c. non censetur renunciatum, neque derogatum, nisi id specialissimè fiat, num. 8.*

Beneficio Capit. Odoardus de solut. non censetur renunciatum, nisi specialissimè dicatur; num. 9.

Iuri de futuro dependenti, debet specialissimè renunciari, aliàs generalis renunciatio non sufficit, nu. 11. & 12.

Hæres cum beneficio inuentarij, videtur quasi sè ab hæreditate abstinuisset, & dicitur impropriè hæres, nu. 15.

Dolus operatur priuilegij amissionem, nu. 17.



AD CAPVT CXLV.

Additio.



1 Filius familias vna insimul cum Patre obligatus, pro re ad eum pertinentente, sui iuris effectus, vel per emancipationem, vel per ipsius Patris mortem, certum est, quod repudiata eius hæreditate, molestari nequit, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, *l. 2. ff. & Cod. quod cum eo*, & ibi latè

Castr.

Castr. & *Ias.in l.qui iurasse,§.si Pater, nu.2.ff. de iur.iur. Paris. cons.94 num.12.* & *43.cum seqq lib.1.Cepoll.cautel* 14. *Carthar. decis.7. num.1.Vesill.ad Afflict decis.308.num.20.* & *Mat h. Brun.de cessio.bono.quæst.7.principal. num 8.fol mihi 20.*

2 Hinc pro cautela tradunt præcitati DD. quod filius post quam se cum Patre obligauerit, emancipari procuret, nam ità in plus quam facere potest conueniri nequiret, etiam quod creditor filio ipso esset pauperior, ex *Bald.in d §.l.2.num.5. Alex.in addit. ad Bar. in rubr.ff.eod.Paris.dict.cons 94.num.50. vol. 1.* & *Surd.de alim.tit.1.quæst 78.num 36.*

3 Quinimò prodest hoc beneficium, ad impediendam quoq; sententiæ esequutionẽ, & instrumenti liquidationem; nè dum contrà filium obligatum sui iuris effectum petitam, sed etiam cum in potestate esset inchoatam, Hinc filius familias conuentus in vita patris, in cuius fortijs constitutus erat, ad libertatem deuentus sententiæ contrà se latæ, vel liquidationis cursum impedit, ex beneficio, nè conueniatur vltra quam facere potest, deducto nè egeat, ad *tex.* sinodalem in *l.si filius familias 5 ff.cit.*ibi. *Si filius familias viuo patre conuentus, & condemnatus sit, in emancipatum, vel exhæredatum posteà, Iudicati actio, in id quod facere potest, danda est.* idem tenent *Paul.de Castr.in l. si ex alio, C. eod.Paris.d.cons.94 num.46.lib.1. Paschal. de virib patr.potest.cap 6.num.134. Molfes.* qui sic iudicatum refert *consil.4.num.1.* & 3. & *cons.42.num.36.* & *37.Amat.cons.41.* & *Sanfelic.*alios allegans *decis.190.nu.6.* quidquid dicat in contrarium, quando viget statutum, vt contrà liquidationem nulla exceptio opponi possit (sicut in Regno, p *rit. M.C.166.*) *Bar,in d.l si filius familias, versic. Sed quæro.*

4 Generale enim est, vt beneficium, deducto ne egeat, liquidationem, & incusationem instrumenti quarentigiati impediat, etiam vrgente statuto prædicto, *Felin.in cap.esecutione, col.14.versic. Item fallit, de except. Ias in l. 1.num.18.C.de iur.* & *fact.ignor.Roman cons. 300.* & *Soccin.consil.221.col. 1.* cum alijs nouissimè adductis per *Dom.Marott discept.forens.cap. 9.num. 16.* cum seqq. vbi dicit pro
5 tatione, quod hoc beneficium vocatur exceptio iuris, quæ qualiscumq; sit, benè opponitur ad impediendam liquidationem, & executionem ex liquidatione orientem *Giurb.decis.44.nu.5.* cum alijs plenè per *cit. Dom.Marot.*adductis, *loco sup.cit.*

6 Et quamuis (vt ad rem redeam) possit filius se obligans cum patre, pro re ad eum pertinente, renunciare beneficio *l.2. ff. quod cum eo, &c.* vt *Alberic.* & *Paris.* locis mox allegandis *Franch.decis.164 nu.7.*& de communi testatur *Giurb.decis.44.num.7.* Tamen
7 est aduertendum, quod non sufficit simplex, & generalis renunciatio, sed debet esse specialis *Alberic.in rub ff.cit.tit.Paris.d.cõsil.94. num.45.Carauit.Rit.M.C. 166.nu. 79. in fi.* & Reg *Sanfel.cit decis.190. num.7.* ad instar
8 priuilegij, quod viduis, pupillis, & alijs miserabilibus personis indultum reperitur, ex *l. 1.C.quand.Imperat. inter pupill.* & *vidu.* cui renunciari non potest, nisi specialissimè *Bar. cons.590.num.15. Neuiz in Sylu. nuptial.lib. 3.num.38.* Neque ei derogatum censetur, nisi specifica illius priuilegij mentio facta sit, si aliter ex necessitate verborum non appareat vt cumulatis omnibus, tradit *cit Dom.Marot. discept.cap.7 num.49.50. vsq; ad 56. Ciarlin. contr. forens. lib.1. cap. 102. num.6.* & *7.* & *Thor.in compend. decis.tom.1.verbo. Priuilegium leg.vnica fol.417.col.2.* & ad instar pri-
9 uilegij Canonica equitate Clericis indulti, ex dispositione *cap.Odoardus de solut.* cui nec minùs censetur renunciatum, nisi id specialissimè fuerit dictum *Ferret. cons.154. num. 14.* licèt magis communiter dicant DD. quod huic beneficio, etiam cum iuramento nequeat renunciari, rationibus adductis per *Genuens.in prax cap.3.nu.4.*

10 Hinc si filius cum patre contrahens pro re ad eum pertinente, renunciet, omni iuris, & legum auxilio, non ob id videtur renunciasse beneficio legis, quod cum eo, vt iuribus, & rationibus probat *Corbul. de priuat. ob non solut.Canonem limit.41. nu.3.fol 506.* quidquid in contrarium dicant *Barbos. de clausul clau.76.num.5. Berdaz. in eod. tract. claus.40.glos.6.num.4* & *Mart.claus.136. num.1.part.1.* nostra enim, & *Corbul.* opinio, ea ratione corroboratur, quia cum beneficium de quo agimus sit in suspenso, & pendeat ex euentu liberationis à patria potestate, & sic
11 à futuro dependens, non proderit simplex renunciatio, omni legum, & iuris auxilio, cum hoc de competenti auxilio, non de competituro intelligatur, *Bar.in l.1.num 4.C. de pact.*ibiq; *Rip. num. 16* id. in *Bart. in l.sed si quis,§ quæsitum, vers.oppono iuri futuro, num. 1 ff si quis caut. Tiraquell. in l si vnquam, in præfat.num.130.C.de reuoc. donat. Surd.cons. 15.num.28.* & *cons.418.num,24.lib 3.Mangil. de euict.quæst.152.num 3.* & *31.Cæsar. Manent.decis.46.num.31.* & *Cardin.Caualer.decis.340.num 6.*

12 Qui omnes concludunt etiam, quod iuri de futuro non potest renunciari, nisi specialiter, *Abb.in cap.3. de renunc. num.2.* & *12. Ias.in l.sed,* & *si quis,§. quæsitum, num.6. ff. si quis caut. Alex. in l.quod seruius num. 5 ff. caus.dat.* & *non sequu. Roman.cons.472. num. 4.* & *5 Ruin.cons 98.num.6. lib 5. Riminald. iun.cons 72.num 93.lib.1.Roland.cons.13.nu. 37.lib.1.Gabriel.de fideius.conclus.1.num.94. Corbul.dict.tract de priuat. ob non solut. Canon.limit.41.num.3.Cardin. Mantic. de tacit.* & *ambig.conuent.lib.16 tit.18 nu.16. Mart. dict.claus.136.nu.22.Ann. singul.439. Capy…*

decis.

decis. 159. num. 19 Giurb. decis. 42. num. 21. & 22. & Nigr. de laudem. tom. 2. quæst. 7. art. 3. num. 36. fol. 130.

13 Sicq; ampliãdo dicimus, ꝙ si filius familias sui iuris effectus, in obligatione, quam cum patre contraxit, pro re ad eum pertinente, diù permanserit, non ideò præsumitur renunciasse dicto beneficio, *l. 2. ff. quod cum eo*, si patris hæres non sit *Franch. decis. 221. nu. 6. & 7.* etiam si centum anni labant, *Molfes. cons. 4 nu. 19. & 20.*

14 Dixi tamen hic, & in principio, compete-
re hoc beneficium ijs tantum qui se à pater-
na hæreditate abstinuerunt; Modò notan-
dum est, quod etiam si filius hæreditatem
adeat, cum beneficio legis, & inuentarij, hu-
iusmodi beneficij salutari effectu potitur; ea
enim est vis inuentarij, vt hęres cũ eo habea-
tur quasi se ab hæreditate abstinuisset, ità in
puncto *Alex. cons. 13. Perspectis his, nu. 3. vol.*
5. de Pont. cons. 87. num. 3. Giurb. decis. 43. nu.
25. circà medium, *Ann. allegat. 30. num. 13.*
Mirado cons. 117. num. 3. Molfes. cit. cons. 42.
num. 29. Amend. in addit. ad Franch. decis. 70.
in fin. vers. Item nota, & Dom. meus Consiliar.
Hodiern. ad Surd. decis. 315. num. 6. Et quod
15 hæres cum inuentario, habeatur quasi se ab
hæreditate abstinuisset, prætèr cit. tradunt
Bald in l fin. §. in computatione, nu. 3. & Ias.
num. 17. & eo casu vocatur impropriè hæres,
proptèr effectum, & virtutem inuentarij, *Ce-*
phal. cons. 203. num. 7. Montic. de inuent. sub
nu. 130. tom. 8. tract. part. 2 fol 243. Phanucc.
in eod. tract. part 5 num. 1. Scacc. de commerc.
& cambi. 9. 7 glos 7. sub nu. 15. fol. 498. Ann.
sing l. 233. Giurb. dict. decis. 43. n. 25. & Surd.
decis. 92. nu. 5.

16 Cessat tamen beneficium legis, quod cum
eo, si filius familias, se cum patre obligans,
pro re ad eum pertinente, patrem familias,
& sui iuris appellet, vt contrahentem credi-
torem dolo deciperet, & fraudaret *l. sed, & si*
ex parte §. interdum autem, & l cum qui, 6. ff.
cit. tit. quod cum eo, l sed hoc ita 22. §. 1. ff. de
re iudic. Paris. cons 94. num. 8. 13. 42. & 54.
lib. 1. & Ferret. cautel. 24. Dolus enim bene-
17 ficij, & priuilegij amissionem operatur, *Bar.*
in l. etiam 21. §. 1. in princip. ff. solut. matrim.
Franch. decis. 164. nu. 11.

18 Item etiam cessat in Regno, proptèr fauorabilius, & pinguius remedium Macedoniani, quo contractus filiorum familias prorsus annullantur, ex dispositione *Pragm. 1. ad Macedon.* & habet locum quamuis contraxisset cum expresso consensu patris, pro re tamen ad eum pertinente, ex autoribus, & rationibus in præcedenti capite cumulatis, Sicque non est disputandum, de beneficio legis, quod cum eo, stante nullitate, & inualiditate obligationis, proptèr obstaculum legis Regni.

19 Dicimus tamen ad cautelam, quod si fortè contractus à filio familias celebratus, cum consensu patris, pro re ad eum pertinente, foret declarandus validus, contra opinionem à me firmatam in cit. præcedenti capite, eo casu haud dubio haberet locum beneficium leg. quod cum eo; nè ab vtroq; remedio, Macedoniani nempè, & *dict. l. 2.* obligatus filius excludatur, vt per *Reg. Sanfelic. cit. decis. 190. nu. 4. & 5.*

20 An autem filius familias sui iuris effectus, ratificans contractum cum patre gestum, potiatur beneficio Macedoniani, & *legis 2. ff. quod cum eo?* Affirmatiuè *Reg. Rouit. in dict. pragm. 1. d num. 25.* authoritate *Minad. in Constit. Regni, in aliquibus, notab. 2. num. 34. & cons. 17.* ponderantes pro ratione originalem nullitatem obligationis, cuius initium attendendum est, ad *text. in l. si procuratorem ff. mandat. in l. 1. §. non solum, ff. depos. in l. Pomponius, la 2 ff. de negot. gest. in l. 3. C. ad Macedon & in l. si vxor, C. ad Velle.*

21 Contrariam verò sententiam, quod scilicèt proptèr contractus ratificationem, excludatur filius sui iuris effectus à beneficio leg. quod cum eo, & Senat. Consult. Macedon. tradunt *Io Castagn. tract. de benefic. deduct. nè ege. quæst 6. fallent. 11. Molfes cons. 4. num. 19. Reg. Merlin. contr. centur. 2. cap. 53. Horat. Montan. cap. 38. cit. Dom. Marot. discept. cap. 26. num. 29.* & hanc partem nouitèr acutissimè tuetur *Dom. Io. Baptis. Mucci quæst. forens. quæst. 1.* qui opinionem istam 20. argumentis obuallat, & contraria *Rouit.* figmenta subtilitèr reijcit, idcircò ab ea non est recedendum; indistinctè enim cum agnoscitur contractus, & aliquid in esequtionem illius fit, purgatus dicitur defectus quo coinquinatus erat ad fauorem obligati ratificantis, *l. 2. C. de ijs, quæ vi metusq; caus. l. ad solutionem, C. de re iudic.* & legendus *Sforz. Odd. tract. de restit. in integ. quæst. 25.* per discursum.

22 Benè tamen verum est, quod obligatio filij familias hoc casu, sumit vires, à die quo eam, cum sui iuris esset ratificauit, & sic ex nunc, non autem ex tunc; adeò quod ad interesse decursum ante ratificationem nullo modo tenetur *Deci. cons. 367. num. 4. Surd. decis. 245. num 5. cit. Molfes. cons. 42. num. 40.* cum allegatis per *Dom. Consiliar. Hodier. ad Surd. decis. 70. nu. 1.*

Io. Leonardus Rodoerius.

S V M M A R I V M.

C*Ausæ in quibus fiscus est actor, vel reus, author laudatus, vel habet aliquid considerabile,*

bile.& præsentaneum interesse, remiĉtuntur ad Regiam Cameram, nu.1.

Causæ verò, in quibus dubium est vtrum fisco intersint, vel non, minime remiĉtuntur, sed expediuntur cum assistentia Domini fisci Patroni, num.2.

Et hoc fuit practicatum in debitore fisci, vt eius causa expediatur cum assistentia fisci Patroni, & de ratione, nu 3.

Tribunal Reg. Camer. est incompetens in litibus priuatorum, & non potest in illis procedere, etiam quod partes concorditer eligant Reg.Camer.& etiam quod adsit commissio Sua Excellentia, num.4.

Causa priuatorum dependentes à facto fisci, expediuntur in Reg.Camera, nu.5.

Cessionarius fisci potest conuenire debitorem cessum in curia fiscali, nu.6.

Sic etiam soluens pro debitore fisci, habita ab eo cessione, nu.7.

Articulus vtrũ in aliquo feudo viuatur iure Francorum, an Longobardorum, remittitur ad Reg. Camer.num.8. Item si disputaretur an aliquod feudum sit quaternatum, vel non, num.9. Vel si dubitaretur, an aliqua res sit feudalis, vel non, num.10.

Causa possessorij alicuius rei, de qua dubitatur an sit feudalis, vel nõ determinatur per S.C. nec est necesse, quod ad Reg.Camer. remiĉtatur, nu.11.

Refertur tamen authoritas Ann. dicentis contrarium, & reijcitur, atque interpetratur, nu.12.

Fiscus succedens priuato, auocat causam ab illo incohoatam coram suo Iudice, num.13. sed intellige, vt nu.14.



AD CAPVT CXLVI.

Additio.



1 Obseruatur in hoc Regno ex dispositione Regiarum *pragm.* quod omnes causæ, in quibus fiscus est actor, vel reus, author laudatus, vel habet aliquod considerabile, & præsentaneum interesse, remiĉtantur ad Supræmum Regalis Patrimonij Tribunal, quale est, Regia Camera Summariæ, ità disponentibus, *prag.12. 13.61. & 62. de offic. procur. Cæsar.* & tradunt *Peregr. de iur. fisc. lib.7. tit.1 num.9. Capyc. decis.117. num.4. & 5. vers. Secus est in fisco, Ann. allegat.121. Couar. pract. quæst. cap.8. num.3. Cancer. varia. resolut par. a. cap.16. tit. de tertijs opposit. num.42. & 44. & Fontanell. decis Catalon.202. nu.20.*

2 Quod si fortè fisci interesse non esset cer-
tum, neque præsentaneum, sed sub dubio
vtrum ei intersit, vel non, tunc quidem non
conceditur remissio ad Regiam Cameram,
sed practicatur, vt expediatur causa cum in-
teruentu, & assistentia Regalis Patrimonij
Patroni, qui expeditionis tempore venit in
S.C. iura fisci si quæ actiuè, vel passiuè futura
sint defensurus, *Franch. decis.117.* circà me-
dium, cuius mentionem faciunt *Gaball. Re-
solut. Crim. certur.2. casu 168. nu.7. & 8. Reg.
Rouit in d.ct. pragm.12. & in pragm.13. num.
24 ff. de offic. procurat. Cæsar. Dom. Reg. Ca-
pyc. Galeot. contr. iur. lib.1. contr.24. nu.4. 59.
& 60 Consiliar. Carle. de iudic. tom.1. tit.1.
disput.2 quæst.6. section.9. num.705. Reg. San-
felic. decis.70. nu.22. & Dom. Consiliar. Rocc.
Respons.55. num.8. vol.1.* & fuit hoc practica-
3 tum in quodam fisci debitore, qui cum con-
ueniretur in S.C. comparuit fiscus, & petiit
remissionem causæ ad Regiam Cameram,
allegando quod sua intererat eum defende-
re, vt ità faciliùs ab illo potuisset exigere, &
facta relatione fuit denegata remissio, verum
quod liceat fisco assistere, & interuenire in
expeditione causæ in ipso S. C. teste *Rouit.
in dict. pragm.62. num.2. de offic. procur. Cæsar.*
& ità tenuit in puncto *Paul. de Castr. in l.1. C.
ne fisc.* quem sequitur *Peregrin. de iur. fisc. lib.
4. tit.6. nu.47 Nouar. in prax. elect. for. section.
2. quæst.15. num3. Thor. in compend. decis. ver-
bo. Remissio causæ, an sit facienda ad Reg. Ca-
mer. instante, &c. vol.1. Capic. Latr. decis.175.
num.39 & decis.186. num.7. in fin. & num.8.
vol.2 & consult 65. nu.28. lib.1.*

4 In aliis verò priuatis concertationibus, penitùs Tribunal Regiæ Cameræ est incompetens; Hinc si illud partes sua spontè concorditer eligant, etiam cum commissione Excellentissimi Proregis, neq; adhùc possent ibi priuatæ lites agitari, *Dom. Consiliar. Marcian. cons.5. num.19. vol.1.* & sequitur, eo tamen non relato, *cit. Carle. dict. tract. de iudic. tom.1. num.488. fol.493* duplici ratione, tum nempè quia perniciosum est Regi, si Iudices pro gubernatio patrimonii sui electi, priuatorum litigiis se inuoluant, tum quoque quia statim atque cessat fisci interesse eorundem iudicum iurisdictio nulla, & incompetens est, *Dom. Galeot. dict. contr.24. num.20. lib.1.*

5 Est tamen verum, quod quandoq; etiam
cessante fisci interesse, causa quæ inter priua-
tos agitatur, remiĉtitur ad Reg. Camer. nem-
pè cum à fisco, & eius facto dependet, *l. cum
vendente. C. vbi caus. fiscal. & c. l. minori, C. de
iur. fis. lib.10. Peregr. in eod. tract. lib.7. tit.1.
num.3. & Capyc. Latr. cit. decis.186. num.3.*
addo *Capyc. decis.197. num.3. Consiliar. Carle.
dict. tom.1. tit.1 disput.2 quæst.6. section.9. nu.
107.* quidquid dicat *Thesaur. decis.213.* Hinc
6 fisci cessionarius habet priuilegium conue-

nica-

nendi debitorem cessum in curia fiscali, *Afflict. decis. 2. num. 1. & Peregri. dict. lib. 7 tit. 1.*
7 *num. 8.* Sicut quoque qui pro fisci debitore soluit, potest eum eo modo, via executiua, & in eodem foro conuenire, quemadmodum poterat fiscus, cessis tamen iuribus; *l. si cum pecuniam 3. C. de priuileg. fisc. Menoch. cons. 444. lib. 4.* quem sequitur *Gratian discept. forens. tom. 1. cap. 154. num. 23.*
8 Aliæ etiam sunt causæ, pro quibus remissio ad Regiam Cameram conceditur, principalior tamen ea est, cum disputatur quo iure in aliquo feudo viuatur, francorum nempè, an Longobardorum, proptèr formatum fisci interesse, quod ità mutari, & alterari potest, quemadmodum succedendi forma mutatur, ex Francorum, vel Longobardorum iure, vt fuit practicatum in causa Dominorum de Sabellis, in successione Castri Andredochi, in qua cum simpliciter disputatum fuisset, quo iure regulari deberet, tamen ad relationem Regiæ Cameræ, in Collaterali Consilio emanauit decisio, quod in eo viuatur Francorum iure, de qua decisione mentionem faciunt, præter *Regen. Constant.* à hic *à Spectab. Dom. meo n. 5.* allegatum *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. lib. 2. contro. 1. 2. & 3.* & de remissione causæ ad Reg. Cameram, ipse idem testatur *contr. 4.* vbi eo instante vti fisci patrono, ita fuit decisum, *Dom. Marcian. cons. 8. & 9 vol. 2. Dom Capyc. Latr. consult. 3. vol. 1. & dict. decis. 186 sub nu. 9. & 18. vol. 2.*
9 Item etiam si disputaretur an aliquod feudum sit quaternatum simpliciter, quaternatum secundum quid, vel planum, & de tabula, decisio ad Regiam Cameram remittenda est, proptèr formatum interesse fisci, cuius summoperè interest feuda esse quaternata, quoniam ita existentibus debetur ei adhoa, & releuium, non verò si feuda essent quaternata secũdum quid, vel plana, & de tabula, quia tunc huiusmodi redditus releuij, & adohæ, debentur Baronibus, qui habent sub se talia subfeuda, ab eis concessa, *Precc. dè subfeud. lib. 2. in 5. author n. 2. in fin. & Camerar. in l Imperialē. fol 67. col. 4. lit 5. in fin.* & per hanc, & alias rationes in puncto de competentia fori, tradit *cit. Dom. Capyc. Galeot. dict. contr. 24. lib. 1. & dict. contr. 4. num. 46. lib. 2.* vbi refert decisionem factam in anno 1613. iunctis aulis in Collaterali Consilio, in causa Cardinalis Aldobrandini, cuius nempè qualitatis esset feudum Torcini, & fuit dictum, quod remittatur articulus qualitatis feudalis ad Reg. Cameram, vti etiam testatur *Reg. Carol. Tapp decis. S. C. 18. & Capyc. Latr. dict. decis. 186 sub num. 9.* idem cir. *Dom. Galeot. contr. 8. lib. 1. circa finem, vers. & per S. C. eum vers. seqq.*
10 Postremò remitti omninò debet ad Regiam Cameram quæstio vtrum aliquod Castrum, Territorium, & simile sit feudale, vel burgensaticum, proptèr eandem rationem formati interesse Regij fisci, cuius interest feudale esse, proptèr ius deuolutionis, solutionis adohæ, Releuij, & Vassallagij, *Iul. Cæsar. Gallupp. in prax. part. 2. cap. 6. num. 73. Dom. Consiliar. Carlc. dict. tract. de Iudic. tom. 1. tit. 1. disput. 2. quæst 6. section. 9. nu. 700. vers. & quoties fol. 284. Dom. Galeot. dict. controuers. 8. circa finem, & contro 24 vol. 1. & contr. 4. vol. 2. & Capyc. Latr cit. decis. 186. lib. 2.* vbi facta relatione in Collaterali Consilio, ita refert decisum, sub die 17 Iunij 1647. in causa intèr Episcopum Abellinensem, cum Barone Terræ Pratæ, penès Magnif. Anastasium Regium à Mandatis Scribam.
11 Verum quò ad hoc est apprimè notandum, quod si tractaretur in S. C. aliqua causa possessorij, retinendæ, recuperandæ, vel adipiscendæ, etiam de re aliqua, de cuius qualitate occurrit dubitari, an nempè feudum sit, vel non, vel an sit feudum quaternatum secundum quid, vel planum, & de tabula tunc huiusmodi possessorij causa, non debet ad Regiam Cameram remitti, sed benè per S. C. determinatur; nullum enim ex possessorij determinatione fisco affertur præiudicium nullumq; eius interesse consideratur in nihilo enim rei qualitas mutatur, sed tantum priuatorum partium concertatio in possessorio determinatur, ità sanè tenet *Consiliar. Georgi. in repet. feudal. cap. 49. num. 9.* referens ita fuisse decisum iunctis aulis in causa feudi Luseti, eiusq; etiam mentionem faciunt *Capyc. Latr. decis. 33. à nu. 14. cum seqq Reg. Sanfelic decis. 70. cum addit. ibi,* & sepè cit. *Reg. Capyc Galeot. dict. contr. 24. lib. 1.* signantèr à *num. 45. vsque ad 49.* vbi adeò opinionem istam copiosa rerum iudicatarum authoritate obuallat, vt penitùs de ea in futurum sit hæsitandum.
12 Non obscondam tamen *Ann. allegat. 121.* in contrariam sententiam fuisse, vt scilicèt etiam in possessorij causa S. C sit Tribunal incompetens, cum fortè super re aliqua disputari contingerit, vtrum feudalis sit, vel non, quinimò ità refert in ea causa decisum, remittendo tam possessorium, quam petitorium ad Reg. Camer. & *Ann.* sequuntur *Reci. coll. ll. decis collect. 424. & Thor. in compend. decis. verbo. remisso*: Nam pro responsione aduertatur, quod modernior, & frequentior iudicandi vsus, est secundum relata per *Georgi,* & sequaces, locis sup. cit. vltrà quod vt dicebat Dom. Constantinus Casarus, Aduocatus Primarius nuper defunctus, qui in quadam contingentia scripsit pro S. D. A G. P. huius Ciuitatis, vti Domina Terræ Vineolæ, contrà Spectab. Comitem Potentiæ, *Ann.* scripsit die 10. Martij 1557. vt ex cit. eius *allegat sub num. 5.* post quod tempus superuenit *Regia Pragm. 63. de offic. Procur. Cæsar.*

sar. promulgata die 17. Nnuembris 1585. quæ nmnem iurisdictinnem Regiæ Cameræ abdicauit, exceptis casibus ibi expressis; sicq; merito non est curandum de his, quæ ipse refert, vti implicitè correcta, & per moderniorem,& frequentiorem vsum iudicandi retuncata.

13 Vtrum verò fiscus succedens priuato, qui habebat litem cnram suo Iudice, possit causam illam auocare ad suum Tribunal, an verò teneatur stare instantiæ cæptæ coram predecessoris Iudice? De hnc est *text.* punctualis *in l. si constante. §. fin. ff solut. matr im.* vbi publicatis bonis mulieris, quæ exactionis dotis iudicium cæperat, ex quo bnna transeunt in fiscum, extinguitur iudicium, quod à fisco coram sun Iudice continuatur, idem benè tradit *Bald. in l. 1 C. de hered. vel action. vendit. & Peregrin. dict. tract. de iur. fisc. lib. 7. cap. 1. num. 12.* dicentes quod fiscns trahit litem incæptam à priuato coram suis iudicibus.

14 Animaduertit tamen *Salic. in l. 1.* per illum *text. C. si pendent appell* quod pdcta conclusio procedit tantum, si fiscus succedit priuato habenti litem, durante adhuc prima instantia; At secus esset si succederet in secunda instantia, & sic in causa appellationis, quia tunc nullo iure cauetur posse fiscum causam trahere coram procuratore Cæsaris, idem tenent *Lucan. de priuileg fisc. in proem. part. 1. num. 70. Reg. Sanfelic. dict. decis 70. nu. 27.* & doctè *cit. Dom. Capyc. Latr. decis. 175. num. 24. & 25. lib. 2.*

Io:Leonardus Rodoerius

S V M M A R I V M

Fiscalium rerum venditiones, & locationes, sub hasta celebrantur, nu. 1.

Et cum pacto, licèt tacito, adiectionis in diem, num. 2.

Hinc ad fauorem fisci admittuntur noua oblationes sextam trascendentes, & intrà quantum tempus hoc sit verum, num. 3.

Veteres rerum fiscalium conductores, nouis præferuntur, & quandò, nu. 4.

Gabellarius anni precedentis, præfertur nouo eiusdem gabellæ licitatori, & quomodò hoc sit verum, nu. 5.



AD CAPVT CXLVII.

Additio.

De stilo Regiæ Cameræ, venduntur, & locantur bona fi-
1 scalia præuia solemnitate
subhastationum, iuxtà terminos *text. in l. 1. & 2. & toto tit. C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10.* testatur etiam *de Pont. de potest. Proreg. tit. de regal. imposit. tit. 4. §. 5. n. 24.*
2 Fiunt tamen hæ venditiones, & locationes
cum pacto adiectionis in diem (licèt tacito)
l. Lucius, §. fin. & ibi *Bar. ff ad municip. l. tem-*
pora 4. C. cit. tit. & Gardin. Mantic. tract. de ta-
cit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 11. num. 35. &
3 *lib. 4. tit. 8. num. 30.* Adeò, quod noua oblatio
sextam transcendens indifferenter admitti-
tur, etiam si res vendita remanserit vltimo
licitatori ad extinctum candelæ, & essent ex-
peditæ debitæ prouisiones, & desuper inter-
positum decretum liberationis, vt refert de-
cisum in Collaterali Consilio, referente Reg.
Camera, *Dom. de Pont. loc. cit. num. 62.* viden-
dusque *Consiliar. Ari. de Mes. varia. Resolut.*
lib. 2. cap. 20. num. 2. 10. 11. 20. & 21. vbi ple-
nè tractat intrà quantum tempus nouæ hæ
oblationes admitti debeant tam de rigore
iuris, quam *Regia Pragm. 71. de offic. Procur.*
Cesaris, Et quæ diximus *sup. cap. 46.* respectu
fisci; vt ad eius fauorem non admittantur
nouæ vberiores oblationes, ex *cit. Arias de*
Mes. intelligēda sunt post adiectionum tem-
pora, ne ibi errasse videar.

4 In quantum verò hic dicitur, vt veteres fi-
scalium rerum conductores nouis debeant
præferri, addo *Luc. de Penn. in l. congruit, C.*
de locat. prædior. ciuil. lib. 11. modo tamen
tantam offerant soluere pensionem, quan-
tam noui soluere promiserunt, & non alitèr
Paul. de Castr. cons. 4. circà primum, num. 6 vol.
1. Boer decis. 107. sub num. 3. & facit *Afflict.*
5 *decis. 208.* per discursum; Hinc Gabellarius
anni præcedentis, præfertur nouo eiusdem
gabellæ licitatori, si idem pretium offerat,
quantum nouus, *Robert. Marant. in quæst. le-*
gal. disput. 8. num. 41. vbi notabilem rationem
assignat.

Io. Leonardus Rodoerius.

S V M M A R I V M.

Fiscus acquirit hypothecam in bonis administratoris suorum bonorum, à die ceptæ administrationis, num. 1.

Sic

Sic etiam pupillus in bonis sui tutoris, n. 3.
Fiscus, & pupillus quò ad priuilegium tacitæ hypothecæ pari passu ambulant, num. 2.
Fiscus cum tacita hypotheca præfertur cunctis Creditoribus etiam anterioribus in bonis à debitore acquisitis, post suam hypothecam, num. 4. Sed an hoc procedat contrà pupillum, & dotē, nu. 5. Itē quid si tacita hypotheca resultaret ex delicto, ex quo ortum habuit pœna pecuniaria, num. 6.
Fiscus pro pœna pecuniaria omnibus creditoribus postponitur, num. 7.
Condemnatus ad soluendum quinquaginta fisco, & quinquaginta parti, si non sit soluēdo, nisi tātū in quinquaginta, vter præferri debeat, Fiscus an priuatus, pro Fisco, num. 8. Pro priuato, num. 9. Author concludit, quod debet fieri diuisio pro rata, & equalitèr intèr priuatum, & Fiscum, num. 10. Vid. tamen num. 11.
Fiscus Creditor ex causa Tributorum, præfertur omnibus alijs Creditoribus, etiā anterioribus, & eum hypotheca ex causa onerosa, num. 12.



AD CAPVT CXLVIII.

Additio.



1 Iscus in bonis sui administratoris, habet tacitam hypothecā à die cœptæ administrationis, non verò à die quo malè cœpit administrare *l. aufertur 46. ff. de iur. Fisc. l. 2. cum glos. verbo, ius Fisci, C. de priuileg. Fisc glos. in l. 2. C. de debit. Ciuit. lib. 11. Cardin. Mantic. tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 18. num. 7. & 8. & Munoz. de Escob. de ratiocin. administ.*
2 *cap. 39. num.* 8. & prò corroboratione facit, quia Fiscus, & minor in priuilegio tacitæ hypothecæ pari passu ambulant *Reg. Rouit:*
3 *decis. 83. num.* 5. Et minor quoque in bonis sui tutoris, tacitam habet hypothecam à die cœptæ administrationis, non à die, quo malè cœpit administrare *Negusan. de pignor. p. 2. memb. 4. num. 12. & 17. Borgni. tract. de tutor. & curat. num. 187. Montan. in eod. tract. cap. 3 t. effect. 2. num. 20. Stafile. Pacif. de Salutan. Interdict. inspect. 3. cap. 4. num. 491. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 53. num. 6. & tom. 5. cap. 935. num. 5. 22. & 25. Cost. de retro. tract. casu 31. cap. 8. num 7. Castill. decis. Sicil. 2 21. nu. 11. p. 3. & cit. Cardin. Mantic. d. tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 8. nu. 18.*

4 Et quod magis est, quò ad Fiscum, quod ipse ex tacita hypotheca, præfertur cunctis Creditoribus, etiam anterioribus, super bonis à debitore quæsitis post eius hypothecā *Rip. in l. priuilegia, num. 29. ff. de priuileg. Credit. Negusant. de pignor. p. 5. memb. 2 num. 11. vers. Intellige tamen,* & meliùs *num. 42. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 72. nu. 12. Peregrin de iur. Fisc. lib. 6. tit. 6. num. 15. Bossi. in tit. de Fisco, num. 24 Couar. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 16. num. 2. in fin. vers. ex his suffraga-*
5 *tur, & Capyc. decis. 129. num. 12.* qui tamen hoc limitat contrà pupillum; licèt quod idē prælationis priuilegium locum habeat ad fauorem Fisci, contrà dotem velit, *Salic. in l. fi. circà finem, vers. ad legem in rebus, C. qui potior. in pignor. habeant.* & ibi etiam *Fulgos.*
6 Sed animaduertendum est, quod si hæc tacita hypotheca resultet ex delicto, propter quod pecuniaris pœna solui debet, tunc nullo pacto valet Fiscus, cæteris creditoribus ex causa onerosa, vel cum hypotheca anteriori pro quantitate pœnæ præferri, vt doctè *cit. Cardin. Mā ic. tract. de tacit. & ambig lib. 11. tit. 18. num 31.* dicens, quòd licèt Fiscus pro pœna peconiaria quam delinquens contraxit, acquirat super eius bonis tacitam hypothecam, intelligitur tamen hoc, absq; prælatione, vt itidem sensit *Parlador quotid.*
7 *different. different 111. num. 15.* Quinimò cunctis Creditoribus, Fiscus postponitur, in exactione pœnæ pecuniariæ super bonis delinquentis, *tex. in l. in summa 17. ff. de iur fisc.* ibi. *In summa sciendum est, omnium fiscalium pœnarum petitionem Creditoribus postponi.* concordat alius *tex. in l. quod placuit 37. ff. eod.* & tradunt rationem DD. quia Fiscus tractat de lucro, vt videre est apud *Ias. in l 1. num. 37 ff solut. matrim. Bouadill lib. 2. Politic. lib. 5 cap 6 num 7. Guttier. Canonic. quæst. lib. 3. cap. 5 à num. 52.* circà medium. *Couar.* quē sequitur *Iul. Clar. in § fin. quæst. 78 num. 31. Capoblanc. tom. 2 cap. 38. in fin.* & exquisitè *Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 304. nu. 10. & 17.*
8 Quid autem ioris sit, quandò ex delicto quis condemnatur ad quinquaginta fisco, & & quinquaginta parti, & non habeat in bonis, nisi dumtaxàt quinquaginta, vter præferri super ea quantitate debeat, Fiscus nēpè, an pars? Quod debeat præferri Fiscus, tenet *Couar. d. lib. 1. Variar. Resolut. cap. 16. num. 8.*
9 Sed contrarium, quod debeat preferri pars, probat *Pappon. lib 2. tit. 16. arrest.* 1. qui ibi refert decisum in Gallia, eomq; sequitur *Iuli. Clar. in d. §. fin. quæst. 78. versic. In Francia.*
10 Melior tamen opinio est; quod neuter preferri debeat, sed quod vterque, tā Fiscus, quam priuatus pro rata concurrant, & ita

refert determinatum in Senatu Parisiensi *Io. Gall. quaest.* 130. & latè hanc sententiam defēdit *Peregri. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. de pan. & multis*, *num* 12. cuius doctrinam approbat *Gaball. Resolut. Crimin. centur. 3. casu* 202. *à num.* 10.


11 Dicit tamen idem *Gaball num* 12. quod si propter offensam alicui illatam, & sic propter detrimentum in bonis, vel in personam passum, condemnaretur quis ad sui fauorem ad summam aliquam, eo casu pro hac quãtitate hic præfertur Fisco, qui ad pœnam pecuniariam ex eodem delicto ortũ habẽte, agit, ex *Peregri. & Clar. loc. sup. cit.* tum quia priuatus tractat de resarciendo interesse passum, sicq; venit vti Creditor ex causa onerosa, tum etiam quia pœna ad fauorem Fisci, venit in consequentiam ad delictum patratum in personam priuati, qui damnum, & iniuriam passus fuit, ergò omni iure priuato priùs est satisfaciendum, deinde Fisco.

12 Et hac occasione noto postremò, quod si fortè Fiscus esset Creditor occasione Tributorum, tunc cunctis Creditoribus etiam anterioribus, & cum hypotheca ex causa onerosa præferri debet. *l. 1. C. si propt. public. pēsit. Riminald. consil.* 79. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 4. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 2. *Lessi. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 15. *tit. de ordin restit. dubit.* 4. *num.* 31. *fol.* 151. *col.* 1. *& Reg. Merlin. Controu. centur.* 1. *cap.* 2. *num.* 22.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Fiscus quod non teneatur ad interesse, & vsuras, quomodò intelligatur, remissiuè, num. 1.



AD CAPVT CXLIX.

Additio.

1 Fiscus quandò teneatur, vel non, ad interesse parti, & quomodò intelligatur, q dicitur Fiscum non teneri ad vsuras, nec pro eis conueniri posse, videndus *Camill. de Medic consil.* 70. *nu* 13. & plenius à materiam huius Capitis, Doctissimus *Dom. Consil. Staib. Resolut. foren. lib.* 1. *Resolut.* 69. *num.* 18. 19. *&* 20.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Fiscus de iure communi potest appellare à sententijs contrà se latis, tam in causis criminalibus, quam ciuilibus, num. 1. *De Consuetudine tamen Italiæ, à criminalibus sententiis non appellat, num.* 2. *Et hoc in Regno est specialiter dispositum per binos rit. M. C. vt num.* 3.

Fiscus in Tribunalibus Ecclesiasticis appellat, & maximè in Curia Archiepiscopali Neapolis, num. 4.

Reus condemnatus si appellet ab excessiua condemnatione, Fiscus tunc censetur adhærere appellationi, ità vt potest augeri condemnatio, n. 5. *Sed quando hoc sit verum, n.* 6.

Fiscus in gradu appellationis à reo interposita, non potest impingnare, neq; in integrum restitutionem ad impinguandum petere, & quando hoc procedat, n. 7.

Fiscus potest dicere de nullitate, n. 8.


Appellatione remota, vel prohibita, non censetur remota facultas allegandi nullitates, num. 9.

Clausula appellatione remota, quid importet, num. 10.

Fiscus licèt non appellet, habet tamen recursum, num. 11. *Sed vid. num.* 16. *Et quomodo iste recursus petatur, num.* 13. *Et intrà quantum tẽpus, num.* 15.

Appellatione prohibita, non censetur prohibitus recursus, num. 12.

Recursus est species appellationis, num. 14.



AD CAPVT CL.

Additio.

1 Licèt de iure cõmuni possit Fiscus appellare à sententijs contrà se latis in causis criminalib. & ciuilibus, per *tex. in l. illud, ff. de appellat. Innocent. & Abb. in cap. cum clamor, de testi. Imol. consil.* 142. *col* 2. *Peregr. de iur. Fisc. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 1. *Far. nacc quaest. variar. quaest.* 101.

101. num.30. cum seqq Gabriel. de mal. fi .eo. clus.14. Franch. decis.148. num.8. Caraunt rit. 258. per discursum, Borrell. in Summ. decis. p.2 tit.33. num. 748. de appellat. Baiard. ad Clar in § fin. quaest 94 num.24. & Scacc. de appellat. quaest. 17. limit. 49. num.14. fol. 527.

2 Tamen de Consuetudine totius Italiae, à sententijs absolutorijs in criminalibus causis latis, Fiscus non appellat; nisi tantum speciali Principis commissione appellatio ordinetur Farinacc. d. quaest. 101. num. 32. Ios ph Ludouis decis. Lucens 1 nu. 41. & seqq. & alij quos allegat Io. Baptist. Ciarlin. contr. forens. lib.1. cap 10. n.156.

3 Et in Regno hoc est specialitèr sancitum, vt nequeat Fiscus appellare à sententijs absolutorijs in causis criminalibus, per binos M.C. rit. 258. & 261. vbi noller Caraunt. & Grammat. decis. 14. num.12. Marant. in spec. part. 6. act. 2. principal. rubr. & quandoque appellatur, num.328 fol. mihi 529. Scacc. d. limit.49 num. 2. & Franch. decis.722. num. 19. versic. nam vt sepè dictum est, & d. decis. 148. per discursum.

4 Verum intelligendum est hoc in Curijs, & Tribunalibus Laicorum, Siquidem in Curijs Ecclesiasticis, & praecipuè in Archiepiscopali huius Ciuitatis, indifferentèr Fiscus appellat, Genuens. in prax. Eccles cap.37 alias, tit. de Fisco si appellet, & ità practicari, ac fuisse decisum testatur Ricc. decis. 81. part.2.

5 Item etiam est notandum, quod licèt in Tribunalibus Regijs huius Regni, Fiscus non appellet à sententijs absolutoriis reorum, tamen si fortè reus vti grauatus appellaret ab excessiua condemnatione, tunc Fiscus censetur adhaerere appellationi, ità vt benè posset in secunda instantia augeri condemnatio, ità cauetur per pragm 7. de appellat. super qua legendus est Rouit idemq; tradunt Reg. Capyc. Latr. decis 78. num.9. cum seqq. lib.1. & Dom. meus Consiliar. Hodiern. ad Surd. decis. 143. num.13.

6 Oculatè tamè de more animaduertit Dom. Consiliar Francisc. Maria Prat. discept fo ēs. tom.3. cap.40. num.78. quod licèt hoc verum sit per cit. pragm. intelligendum nihilominùs est, vt tunc tantum procedat, cum non adest accusator, qui partem faciat; Caeterū si accusator adesset, cessat tunc Fisci adhaerendi facultas, per expressam doctrinam Praesid. de Franch. decis.467. num.6. & 7. Reg. de Pont. tract. de potest. Proreg. tit. de elect. offic. al. §.1. num.33. Regent. Sanfelic. decis. 22. num. 22. & 23. & Regent. Rouit. in sup. cit. pragm per quas

7 met authoritates, idem cit. Dom Prat. d. cap. 40. num 92. & 93. tom 3. concludit, quod in g adu appellationis, à reo cōdemnato interpositae, non potest Fiscus impinguare, nouasque producere probationes, si in iudicio accusator assistat, ad quod etiam videndus Caraunt. rit. num. & facit Campagn. in cap. Regni Plerumq; num.10. vbi dicit, quod fisco non conceditur restitutio ad pinguius probandum.

8 Sed an Fiscus, cui appellandi facultas prohibita est, de sententijs absolutorijs, vel modicis condemnationibus in causis criminalibus queat nullitates proponere? Respondeo affirmatiuè per punctuales authoritates Angel in l tale pactum, §. qui procurauit ff. de pact. Foller. in prax. crim. rub. paenis debi is feriantur. num.83 Farinacc. in supr. cit quaest 101. nu. 111. Amend ad Franch. decis 467 nu.4. ide in Franch decis 148 num.7. Borrell. in Summ. decis. tit.33. de appellat. nu 749 tom.3. Mastrill. decis.158 nu.18. Reg. in de app llat. §.12. cap.3. num.14. & cap.4. num.3. Zuccard. consil. 37. n.

9 25. & Nouar. decis 41 num. 8. & hoc ex illa communi, & generali conclusione, vt cui appellatio praeclusa est, possit indistinctè nullitates allegare, Marsil. de Banlit versic. nullitas, num 9. qui loquitur de commissione facta, cum clausula, appellatione remota, sicut etiam sentit Merchesan. de commiss part,1. n. 56. fol.301. & 302. Nouar. d. decis. 41. num.4. & videnda Rot Rom. post Cenci. decis.109. n.5.

10 Vltrà quod per dictam clausulam, appellatione remota, friuola tantum appellatio; non verò iusta videtur exclusa, gl of in l.1. § interdum. sub vers. ab eo prouocare, ff à quibus appell non lice Balb. decis 463 Marant in spec. p. 6. act 2 principal. rubr & quandoq; appellatur num 337. versic. Verum dicit Bar. & cit. Nouar. quaest fort nf. par. 2 quaest.13 nu.14.

11 Recursus quoq; fisco appellate prohibito in causis criminalibus, denegandus non est, cum is se plurimum grauatum nosceret, sicq; potest supplicare, Capyc decis.144. nu.3. & plenè Capyc. Latr. decis 161. & 165 à num.24. lib. 2. vbi ita testatur practicatum post Minad. decis.27. qui referr sn sc fisco concessum recursum, nè videatur ei sublata defensio, vt idem Minad. in Const. Regni, in al quibus, in versic Nota primò ex ista Conclusione, nu. 54.

12 fol 63. Quia regularitèr appellatione remotea, recursus saltim ab excessiuo grauamine, non censentur praeclusus, Mangon. dec. f. Lat ēs. 37. Cost de remed subsid. remed 22. Pute. de Sin. dic. verbo, Condemnatio Gaill. pract. obseru. lib. 1. cap.135. Menoch. de arbitr. Iudic. quaest. 70. num. 16. Plot. cons.130. num.64. inter consil. crim. diuers. tom.1. & Gratian. decis Rot. Marc 51. cum alijs allegatis per Capyc. Latr. in cit decis quidquid velit in contrarium Foller. in pract. crimin. rubric. paenis debitis feriantur, num.84.

13 Dat tamen rit. Capyc. Latr. d. decis. 165 à n. 18 vsque ad 21. praxim petendi recursum, & considerat primò, an M. C. procedat vti Tribunal ordinarium, & tunc fiscus dat supplicationem Spectab. Praesidi S.C. sub nomine Regis, petitq; recursum, vti plurimum grauatus, & Dom. Praeses emanat decretatione,

quod

quod M.C. verbum faciat in S.C. ad finem videndi an sit deferendum petito recursui; Si verò M. C. procederet vti delegata, & eo casu cum nullæ sint partes S.C. Fiscus asserens se notoriè grauatum supplicationem porrigit Excellentiss. Protegi, à quo pariter ordinatur M.C. quod relationem faciat in Collaterali Consilio.

14 Cum tamen recursus; & supplicatio ab immodico grauamine, species appellationis sit *Franch. in cap. dilecto. num. 168. de appellat. Corn. consil. 188. lib. 4. Hippol de Marsil. singul. 89. Blanc. de compromiss. quæst. fin. num. 17 & Menoch. de arbitr. quæst. 70.* per discursum;

15 Idcircò praxis inoleuit in Tribunalibus, quod vbicumque recursus petendus est, infrà decē dies, à die latæ sententiæ implorari debet, *Ronit. decis. 14 & Ricc. collect. 3517. versic. limita vt licèt*, allegans punctualitèr *Franch. decis. 148. num. 2.* tradique etiam *Capyc. Latr. cit. decis 165. num. 27.* penès quem integra præsens materia oculatè enucleatur.


16 Post hæc scripta legi quandam allegationem *Petri Antonij Pansa*, insertam à *Spectab. Dom. meo, tom. 3. alleg. 16.* vbi probatur, quod vigore rit. *M. C.* Fiscus nè dum non potest appellare, sed nec supplicationem, neque recursum, ac in integrum restitutionem implorare, legenda est in contingentijs, & ponderanda.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Pater potest remittere iniuriam illatam filio etiam eo inuito, num. 1. Sed limita tribus modis, num. 2. 3. & 4.

Frater consanguineus, an per fratrem vtrinq; coniunctum, à defuncti fratris successione excludatur per ius Consuetud. huius Ciuitatis, remissiuè, num. 5.



AD CAPVT CLI.

Additio.



Pater etiam inuito, & nolente filio, potest remittere iniuriā ei illatam, *glos. in l. in persona 31 ff. de pact. & Aret. in l. moribus, in 8. col. versic. pro opinione Bart. ff. de vulgar. & pupul.* cum tamen hoc nō

2 ità de plano procedat, idcircò limito primò regulam; si Pater esset persona vilis, & abiecta, filius verò honoratus, & honestus vir *l. sed si vnius 17. §. interdum tamē, ff. de iniur.* ibi *Interdum tamen putamus, & si pater remittat iniuriarum actionem filio dandā, vtputà si Patris persona vilis, & abiecta sit, filij honesta; Neq; enim debet Pater vilissimus, filij sui contumeliam, ad sui vtilitatem metiri;* concordat *glos in d. l. in persona*, & ibidem cummunitèr *DD.* iuncto *Bar. in l. Lucius 39. num. 2. ff. solut. matrim.*

3 Secundò limito in iniuria illata filio per coniunctam personam, & de ratione *Bar.* ibidem, & *Foller. in prax. p. 1. 2. part. rub. andiantur excusatores, num. 44.*

4 Limito tertiò in iniuria graui, descendente ex lege Cornelia, quia eam pater nequit remittere, sed solum iniuriam ax actione Prætoria *Franch. decis. 715. & Paschal. de patr. potest. part 1. cap. 10. num. 3.* quos sequitur *Rouit. decis. 49. sub num. 11. vers. Nam vt suprà dictum est.*

5 Alium articulum, quem hic *Spectab. Dom. meus* resoluit, an attento iure, Consuetudinario huius Ciuitatis, Consanguineus frater excludatur à successione fratris defuncti, ab alio vtrinque coniuncto fratre, ego ipse plenè examinaui *sup. cap. 70. in 3. dub. à num. 17.* Idcirco circà eum nun insisto.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Fructus pendentes in rebus dotalibus, vxore mortua, quomodo diuidantur intèr eius hæredes, & virum superstitem, num. 1. & quid è conuerso, scilicèt mortuo viro, quo nam pacto diuidantur intèr eius hæredes, & vxorem superstitem, num. 2.

Fructus pendentes in feudo, quomodo diuidantur intèr hæredes feudatarij, & Dominum, ad quē illius deuolutio facta est, n. 3.

Et quid in fructibus pendentibus in bonis subiectis fideicommisso tempore mortis grauati, num. 4. & 5.

Expensæ sunt semper detrahendæ à fructibus, quorum restitutio facienda est, n. 6.

Fructus pendentes in fundo tempore mortis vsufructuarij illius, sunt integri proprietarij successoris, num. 7. ebent tamen detrahi expensæ, num. 8.

Et quid de fructibus pendentibus in re emphyteutica, cuius deuolutio ad Dominum facta est, num. 9.

Quidnè de fructibus pendentibus in re, quam emptor

emptor retrahit vigore pacti de retrouẽdẽdo, num. 10.

Fructus in re vendita pendentes, quomodò intèr emptorem, & venditorem diuidantur, num. 11. Et quid si venditor esset Fiscus, num. 12.


Legatarius certa quantitatis anno quolibet, dum vixerit, si decedat anno non dum expleto, trãsmittit ad hæredes suos integrum anni legatũ, num. 13.

Legatum factum vxori de decem faccis frumenti anno quolibet, donec vidua vixerit, debetur ei integrum pro vno anno, etiam si infrà duos menses nubat, num. 14.

Fructus beneficij à solo separati, sunt beneficiati, eiusq; hæredum, num. 15.

Fructus verò pendentes diuidi debent pro rata intèr hæredes beneficiati mortui, & successorem, num. 16.

Sed contraria opinio est verior, quod scilicèt integri reseruari debeant pro successoribus in beneficio, num. 17. & vid. n. 18. 19. & 20.



AD CAPVT CLII.

Additio.



Decem practicabiles modi diuidendorum fructuum alicuius rei, inter hæredes mortui, & successorem in ea
1 dinumerantur. Primus circà fructus rei dotalis, qui mortua vxore, etiam si pendentes essent, nec dum collecti, ad virum pertinent, vxoris hæredibus exclusis, *l. diuortiõ, §. interdum, ff. solut. matrim. Vini. decis. 8. num. 2.* quidquid dicat *Pontanell. tract. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 15. num. 18.* asserens, diuidendos esse fructus pro rata tẽporis, quo maritus matrimonij onera sub-
2 stinuit; Hæc enim opinio vera est in casu contrario, nempè cum vir vxori præmoritur, quia tunc pro rata temporis, quo maritus onera matrimonij supportauit, diuiduntur fructus in rebus dotalibus pendentes, intèr eius hæredes, & vxorem superstitem, *Molin. de Hispan primog. lib. 3. tit. 11. nu. 6. Reg. Carol. Tapp. decis. S. C. 45. num. 1.* & quomodò isto casu sit computandum, impartiendumq; tempus pro præfata diuisione facienda, legendi *Alex. in l. de diuisione, num. 1. ff. eit. tit.* meliùs *Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. glos. 4. num. 4. & Pontanell. loco cit. num. 19.*

3 Secundò diuiduntur fructus in feudo pendentes, intèr hæredes feudatarij, & Dominũ, ad quem deuolutio facta est proptèr lineam finitam, hoc modo, vt omnes spectent ad hæredes si feudatarius decesserit post Kalendas Martij, & omnes ad Dominum, vna cum feudo, si mors ante Kalendas prædictas sequuta sit, ad *tex. in cap. 1. §. is consequentèr, hic finitur lex, glos. in cap. si proptèr tua, de rescript. in 6. Alex. in d. l. diuortio, num. 3 ff. solut. matrim. Tiraquell. loc. sup cit. nu. 3. Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libell. rubr. 62. num. 19.* cum multis seqq. *Capyc. in l. Imperialem, fol. 6. col. 2. versic. feudo itaq, de probib. feud. alienat. per Federic. Franch. decis. 19. & decis. 572.* & ità fuisse decisum refert *Reg. de Pont. decis. 12. num. 7.*

4 Tertiò fructus pendentes in bonis fideicõmisso subiectis tempore mortis hæredis grauati, sunt omnes successoris fideicommissarij, qui illos consequitur exclusis grauati hæredibus, etiam si maior pars anni ante diem fideicommissi lapsus esset, ad *tex. in l. postulante, §. sed in huiusmodi, & l. deducta, §. qui post, ff. ad Trebell. l. berendius la prima, ff. de vsur. Tiraquell. loco cit. num. 2. Molin. d. tract de Hispan. primog. lib. 3. tit. 11. num. 2. Fusar. de fideicomm substit. quæst. 626. nu. 67. Vini. cit. decis. 8. n. 9. Pereg. de fideicõm. d. art 48. nu. 66. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 24. & Horat. Viscont. ad Franch. decis. 13.*

5 Sunt tamen detrahendæ expensæ, erogatæ in cultura bonorum gratia percipiendorum fructuum, & debet fieri talis detractio, siuè expensarum æstimatio, ad fauorem hæredũ, hæredis grauati *Peregrin. dict. tract. de fideicommiss. art. 49. num. 93. versic. detractis tamen;*
6 Semper enim, quod fructuum restitutio faciẽda est, id intelligitur, detractis expensis, *l. si is qui fiuccum, §. quod dicitur, ff. de vsur. dot. glos. in cap. cum cont. d, verbo, fructus, de pignor. Capyc. decis. 20. num. 1. Olasch. decis. 83. num. 7. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig conuent lib. 4. tit. 24. num. 90. Pontonell. decis. 108. num. 14. & Georg. allegat. 1. num. 2.*

7 Quartò fructus pendentes in fundo, cuius aliquis vsumfructum habebat, eo mortuo sunt proprietarij, non autem hæredum vsufructuarij, qui eos tantum fructus capiunt, quos à solo vsufructuarius defunctus iam separauit, vt in *§. is verò inst. de rerum diuis.* ibi. *Non alitèr fructuum Dominus efficitur, quam si ipse eos perceperit,* Et postea subdit ibi idem Imperator; *Et ideò licèt maturis fructibus nõ dum tamẽ perceptis decesserit, ad hæredes eius non pertinent, sed Domino proprietatis acquiruntur.* Concordat ad literam alius *tex. in l. in singulos annos 28. ff. de ann. legat. & in l. si vsufructuarius messem, ff. quibus mod. vsusfr. amitt.* ibi. *Fructuarij fructus, tunc fieri, cum eos perceperit.* Et in specie *Alex. in d. l. diuor-*

S s tio,

tio, num. 1. latissimè *Castill. de Vsufruct. cap. 77. Viui.d decis.* 8 *num.* 10. *Molin loc. sup. cit. num.* 34. *Gomes. ad leg Taur.* 45. *num.* 74. *vers. Secūdò est in specie, Petr. Iacob. Aurelian. in pract libell. rub.* 13 *num.* 12. *Caualc. de vsufr. mulier. relict num.* 242. *Reg. Tapp. cit. decis.* 45. *num.* 2. videndusque; *Peregr. decis. Perus.* 83. per discursum, Et plenissimè *Dom. Hodier. centr.* 4 vbi doctè.

8 Debent tamen eadem superiori ratione refici à proprietario successore hæredibus defuncti vsufructuarij, expensæ erogatæ gratia percipiendorum fructuum *Tiraquell. loco sup. cit. num.* 10. *vers. Et ad hoc faciunt, & Castill d. cap.* 77. *num* 5. *&* 6.

9 Quintò quod diximus de heredibus vsufructuarij, & proprietario successore, circà collectionem fructuum in re pendentium, identicè locum etiam habet in emphyteuta, & Domino ad quem deuolutio facta est. *Molin. loc. cit. num.* 7. *Viui. d. decis* 8. *num.* 11 *& Tapp. cit. decis.* 45. *num.* 3.

10 Sextò agitur de fructuum diuisione facienda intèr emptorem, & venditorem retrahentem virtute pacti de retrouendendo, & de de hac videbimus infrà *cap.* 154. per totum.

11 Septimò hæsitatur quò pacto sint diuidendi fructus pendentes in re vendita, intèr emptorem, & venditorem, & super hoc puncto plenè distinguit *Iaſ. in l. si quis l. gauerit.* 75. *num.* 6 *ff de leg.* 1. *Gomes. ad d. l. g. Taur.* 45. *n.* 74. *versic. Tertiò facit*, latiùs *Viui d. decis.* 8. *n.* 15. cum multis sequ. vsq. ad finem, & notabilitèr *Peregrin. de iur. Fisc lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 34.

12 *cum. seqq.* vbi etiam tradit quid dicendum, quò ad octauam diuisionem fructuum pendentium in re, intèr Fiscum venditorem, & emptorem priuatum.

13 Nonò legatarius certæ quantitatis anno quolibet, dum vixerit, si decedat anno non dum expleto, transmittit ad hæredes suos integrum legatum vnius anni, non verò pro eo tantum tempore quo vixit, ad *tex. in l. à vobis ff. de ann. legat.* per quem aduerit *Iaſ. in*

14 *d. l. diuortio, nu.* 7. *ff solut. matrim.* quod si quis reliquerit vxori suæ anno quolibet decem saccos frumenti donec vidua vixerit, & ipsa intrà menses duos nubat, non consequitur legatum pro rata tantū temporis, quò innupta vixit, sed integrum vnius anni, & ità consuluit *Signorol. de homod. cons.* 53. *Quidam nomine Iacobus*, ac refert deeisum *Præs. de Franch. decis.* 155. conferunt tradita per. *Rube, consil.* 23. *col fin. in fin. Caualc. de vsufruct. mulier. relict sub num.* 166. *vers. hinc est*, & per *Viui. decis.* 85. *nu.* 4.

15 Vltimo fructus beneficij maturi, & à solo separati, sūt beneficiati, eiusque hæredum, *gloſ. in cap si proptèr tua, verbo, Primi anni, de rescript. in* 6. *Ioseph Ludouic. decis. Perus.* 3. *nu.* 23. *Reg. Cassyc. Latr. decis.* 62. *num.* 7. *p.* 1. *&* facit *Alex in l. deducta* 58. 5. *qui post, num.* 1. *ff. ad Trebell.*

16 Fructus autem maturi, licèt pendentes, & nō dum à defuncto beneficiato collecti, diuidendi sunt pro rata temporis, intèr hæredes suos, & nouum successorem beneficiatum. *cit. Castill de vsufr. cap.* 79. per totum, signantèr, *num* 4. *Molin d tract. de Hispan. primog. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 4. *Episc. Geneuens. in prax. Eccles. cap.* 53. *de resign. benefic. nu.* 11. *Conar. var. resol. lib.* 1 *c.* 15. *sub n.* 12. *Viu. d. decis.* 8. *nu.* 11. post *Alex. in d. l. diuortio, n* 5 *ff solut. matrim.*

17 Sed hæc secunda conclusio nullo pacto valet substineri, ex *gloſ.* per illum *tex. in cap. fin. de offic. ordin in* 6. *cap. cum vos sod. tit. & cap qui à sede, de elect in* 6. ex quibus elicitur manifestè, quod beneficij fructus, etiam maturi, sed non dum collecti, non pertinent ad hæredes beneficiati defuncti, sed integri reseruandi sunt pro successoribus in beneficio, vt itidem resoluit *Tiraquell. de retract. conu.* 5. 5 *gloſ.* 4. *sub nu.* 2 *vers. Et idem quoq. Tepp. d decis.* 45. *num.* 5. *Iacob. Mandell. Albens. cons.* 79. *num.* 15. Et hæc opinio caret omni scrupulo, proptèr peculiarem *Pontificiam Sanctionē* super hoc emanatam à *Iulio. III. die* 26. *Iunij* 1550. iuxtà quam ita resoluit *Macerat. var. iar resolut. lib.* 1. *resolut.* 46. *Card. Caualer. decis Rot.* 104 per totā, & plenè *Thes. decis.* 143.

18 Hinc pensiones decursæ & maturatæ in vita beneficiati, in emphyteusi Ecclesiastica, etiam per lapsum 40. annorum, si exactæ non fuerint, eo postmodum defuncto, hęredes eius quidquam penitùs prætendere possunt, nam omnes, & integræ, successoribus sunt reseruandæ, vt sepè sepius decisum refert *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4 *gloſ.* 18. *part.* 1. *à num.* 140. *cum. multis seqq. fol.* 431.

19 Et in duriori casu est notandum, quod si beneficiatus locet prædia beneficij ad certam annuam pensionem alicui, & deindè decedat, non transmittit ad hæredes suos affictus, & pensiones illorum prædiorum, quorum fructus conductor ante eius mortē collegit, vt fuit decisum in vna *Romana, seù nullius fructuum, Lunæ* 20. *Iunij* 1594. teste *Peni. decis.* 300. per quam fuit dictum, nō sufficere illam fructuum collectionem a cōductore factam, cum id tantum in hac re inspici debeat, an realitèr, & effectiuè in vtilitatem beneficiati versi sint, per actualem commixtionem, & incomparationem cum bonis suis, ex memorata *Iulij III Constitutione*

20 Vndè subdit *Peni. vbi sup. num.* 12. *& &* 13. hæc verba. *Quod patet euidentèr ex eo, quod etiam si venerit dies solutionis, & beneficiatus fecerit exactissimam diligentiam exigendi, & percipiendi affictus, si tamen illos verè, & realitèr non exegerit, Constitutio censet, successori in beneficio, non beneficiato, eiusuè hæredibus deberi, cum rebus ipsius commixti, & incorporati, non dum fuerint.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.


F Ructus rei venditæ, non sunt restituendi ab emptore, rescissa venditione ex remedio l. 2. C. de rescind. vendit. proptèr enormem læsionem, num. 1.

Secus autem si læsio esset enormissima, & quare, num. 2.

Et quæ dicatur læsio enormissima, num. 3.

Item minori in venditione læso, sunt restituendi fructus rei venditæ, pro quantitate, in qua fuit læsus, n. 4.

Remedium l. 2. C. de rescind. vend. an possit intentari contrà tertium possessorem remissiuè, n. 5.



AD CAPVT CLIII.

Additio.

1 
Æsitatur notabiliter, an intentato remedio l. 2. C de rescind. vendit. sint ab emptore restituendi fructus rei emptæ, pro quantitate excessus valoris illius? Super quo puncto distinguit Spect. Dom. meus, vt siquidem læsio sit enormis, scilicèt tantum vltrà dimidiam, & tunc restitutio fructuum non est facienda, quia emptio à principio fuit valida, quamuis veniret rescindenda per d. l. 2. vt ibi tradit Caguol. num. 39. & 40. vltrà quem, ad do Dom. Reg. Lanar. consil. 79. num. 13. Ann. cons. 24. & subtilissimum Pacchin. Contr. iur. lib. 2. cap. 24. vbi sententiam hanc plenè probat, & contrarijs abundè satisfacit.

2 Si verò enormissima esset læsio, tunc profectò, ex quo adest dolus ex proposito, qui in tam enormi læsione præsumitur, vt communitèr concludunt DD. facienda meritò est, vna cum re fructuum restitutio, vt in terminis Cancer. Var iar. Resolut. part. 1. tit. de emption. & vendit. cap. 13. num. 4. etiam si venditionis iudicialis authoritas accessisset, & publica subhastatio, Fontanell. decis. Catalon. 66. à num. 15. vsque ad finem, & testatur num. 28. Senatum illum sententiam hanc in contin-

3 gentijs sequi; Iudicando quoque, eam enormissimam læsionem nuncupari, quando venditori nihil remansit, nisi sola tertia pars valoris rei, adhærendo opinioni Anton. Fabr. in Cod. rerum Iudic. lib. 4. tit. 30. de rescind. vendit. definit. 3. quamquam in hac re diuersæ sint DD. opiniones, quas recenset Fontanell. ibidem, & vltrà eum Ruin. cons. 109. col. 5. vol 1. Cepoll. consil. 29. num. 12. & Anton. Gabriel lib. 3. de emption. & vendit. conclus. 1 n. 9.

4 Quandò tamen venditor est minor, tunc si in venditione enormitèr lædetur, scilicèt vltrà dimidiam, posset vna cum re, vel valore illius, fructus quoque pro quan itate in qua fuit læsus, petere; & pro ratione aduertatur, quod aduersùs venditionem istam minor nō tantum venit ex remedio l. 2. (Quod etiam maioribus competit) sed quoq; ex beneficio restitutionis in integrum, ex iuribus coacervatis per Boer. cons. 39. num. 3. quod quidem beneficium cum ad rei recuperationē datur, non tantum rei ipsius, sed & fructuum quoq; restitutionem operatur l. qui restituere 68. ff. de rei vendic. l. videamus 38 §. nam & verbum, ff. de vsur. & fruct. Et in puncto ad rem nostram, tex. in l. quod si minor, 25. §. restitutio, ff. de minor. 25. ann. & Praf. Auell. de Amat. consil. 87. num 9.

5 In quantum tandem hic copiosè tractatur, vtrum remedium l. 2. C. de rescind. vendit. habeat locum aduersus tertium possessorem, scilicèt contrà eum in quem primus emptor alienauit, remissiuè addo legendum Domin. Reg. Capyc. Latr. consult. 124. tom. 2. quo loci articulum ad partes examinat, cū omnibus, quæ pro huius dubij resolutione possunt desiderari, ad eum igitur me remitto, & pleniùs Dom. Cons. Hodier. post hæc scripta visus, controu forens. cap. 3. per totum.

Iō: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

F Ructus in re vendita pendentes, quomodò diuidendi sunt inter emptorem, & venditorem, retrahere volentem vigore pacti de retrouendendo, num. 1. & 2.

Emptor renitens ad retrotradendam rem vigore pacti tenetur ad fructuum restitutionem, à die quo ad restituendum interpellatus fuit, num. 3.

Meliorationes in re factæ, qualescumq; sint, debēt emptori refici, à venditore volente rem reemere, vigore pacti, num. 4. Cum ampliatione ibidem.

Venditor volens pactum retrouendendi exercere, an teneatur pretij depositum facere, ad finem consequendi rei fructus à die interpellationis, num. 5.



AD CAPVT CLIV.

Additio.

1 

Ontrouertitur, qualitèr fructus in fundo vendito pendentes, diuidendi sint intèr emptorem, & venditorem, qui vigore pacti de retrovendendo venditionem reuocare intēdit; & concluditur fore illos diuidendos pro rata temporis, addo *Cagnol. in l. 1. num.* 100. *C. de pact. int. emptor. & vendit. Couar.* latissimè *Variar. Resolut. lib. 1. cap. 15. num. 6. & 7. Viui. decis. 8. nu. 13. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 11. num. 9.* & idem *Spect. Dom. ment sup. cap. 152. sub num. 7. versic. Septima est diuisio.*

2 Sed inuenio eundem articulum examinasse. *R P. Leonardum Lessium*, Iesuitam, *in tract. de iust. & iur. lib 2. cap. 21.* aliàs *tit. de empt. & vendit. dubit. 15. num. 123. versic. Secundò fol.* 240. quò loci ità distinguit, quod aut retrouenditio est pactata pro eodem pretio, & tūc fructus omnes, vsque ad tempus retrouenditionis sunt emptoris, secundum valorem, quo tunc possunt appretiari ex *Couar. loco sup. cit. & Molin. disput.* 374. Aut verò diuerso pretio fieri debet reemptio, scilicèr pro valore currente tempore retrouenditionis, & eo casu fructus omnes pertinent ad venditorem reementem; ea potissimum ratione, quia cum appretiantur augent pretium, & ita obseruatur pactum retrouenditionis faciendæ pro valore tunc temporis currente.

3 Annuit tamen idem *Less.* ibidem, quod si emptor ad rem retrotradendam interpellatus, vigore pacti de retrouendendo, renitens fuerit, & recusauerit, tunc, ex quo iniustè recusat, quia contra formam pacti, tenebitur meritò à die quo fuit in mora constitutus, fructus rei restituere.

4 Non negauerim verò, quod potest emptor ad retrotradendum requisitus, proptèr pactū retrouendendi, de meliorationibus in re factis excipere, quæ qualescumque sint, siuè vtiles, siuè necessariæ, debent ei à venditore retrahere volente refici, *Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 4.* absq; quod teneatur fructus cum melioramentis compensare, *Bald. consil. 303. ad euidentiam, vol. 1. Ruin. cōsil. 84 col penult. vol. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 50. sub num. 64. versic. Aut verò, & Boer. decis. 44. num. 1.*

5 An autem volens retrahere vigore pacti de retrouēdendo, teneatur essentialitèr pretij depositum facere, an verò satis sit, emptorem simplicitèr interpellare, ad effectum cōstituendi eum in mora, vt is ad fructuū quoq; restitutionem debeat condemnari? Senatus Sabaudiæ, teste *Anton. Fabr.* determinauit ad fauorem venditoris, rei retrotraditionem petentis; Sicque dictum fuit, non esse necessariam pecuniæ obsignationem, ad effectum consequendi rei fructus, à die quo emptor in mora fuit constitutus, verum quod teneatur ipse ab eodem die interesse emptori soluere, nè & pretium, & rem consequi videatur, &. hanc sententiam prosequitur *Cancer. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 13. tit. de empt. & vendit. num. 49.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

FRuctus cum melioramentis compensantur. num. 1.

Sed intellige hoc verum in simplici bonæ fidei possessore, quia secus in possidente cum titulo, n. 2.

Tertius cum titulo possidens, conuentus hypothecaria, tenetur fructus cum melioramentis compensare, & à quo tempore, n. 3.

Possidentes bona fide, à die litis contestatæ, efficiuntur pares cum prædonibus, num. 4. & 5. Contrarium verò in Iudicijs hypothecarijs intentatis contrà tertios cum titulo possidentes, num. 6.

Fructus meliorationum, non sunt cum melioramentis ipsis compensandi, num. 7. Limita in mala fidei possessore meliorante, n. 9.

Laudemium non debet solui de melioramentis factis in re emphyteutica, n. 8.

Malæ fidei possessor amittit melioramenta, quæ in re fecit, n. 10.

Melioramenta in re facta, quò pacto appretiari debeant, plenè n. 11.

Dicto appretiatoris concorditèr, vel publicè electi, standum est circà valorem meliorationum, num. 12.

Tertius possessor cōuentus hypothecaria, totum debitum Creditori offerre debet, ad hoc vt liberetur, licèt res sit minoris valoris, num. 13. Sed limita, si rem meliorauit, quia tunc vt liberetur sufficit quod offerat valorem rei, deductis melioramentis, num. 14.

Tertius possessor conuentus hypothecaria, potest rē retinere, quousq; fuerint ei soluta melioramenta, n. 15. Sed vid. n. 16.

Meliorationum exceptio opposita ante sententiā, impedit exequtionem illius in iudicio assistentiæ, cum ampliatione, num. 17.

AD

AD CAPVT CLV.

Additio.

1 
Eliorationibus probatis, potest vice versa articulãdo probari, qualiter is qui eas fecit, & eepetere intendit, tantum ex fenctibus rei lucratus est, quanti melioeationes ipsę, & expensæ in eis eeogatæ valent, quo probato congrua hinc indè meliorationum, & perceptorum fructuũ compensatio fieri deberet, ex dispositione text. in l. super empti 16. C. de euict. in l. sump tus 49. & l. emptor 65. ff. de rei vendic. & tradit Dom. Calà de mod. articul. glos. vnic. §. 2. num. 135.

2 Intelligenda tamen est cõclusio ista, si melioramenta facta eepetirentur à simplici bonæ fidei possessore, quia iste, cum ex equitate tantum suos fructus faciat, eadem suadente equitate illos cum melioramentis compensare teneretur, ex iuribus mox allegatis, Cæterum si illa facta essent à Domino rei, scilicèt ab eo qui eem, dominij titulo possidet, hic vtiq; cum meliorationibus fructus compensare non teneretur; quia eodem iure, & titulo, quo eem habet, eodem inquam fructus colligit, ità distinguendo tradunt glos. in d. l. emptor 65. in verbo, superfluum, vers. Et quid si pendente, ff. de rei vendic. Bocr. d. decis. 44. n. 20. & 21. Molin. de Hispan primog. lib. 1 cap. 26 sub num. 14. vers. Nec in hoc casu, Maugil. tract de euict quæst. 153. à num. 3. vsq; ad 12. Gratian. discept forens. tom. 1. cap. 139 num 3. cum seqq. Afflict. decis. 87. num. 6. Franch. decis. 109. num 4. & Censal. ad Peregr. in. de fideicom. art. 50. in fin. fol. 512. col. 2. in fin.

3 Sed & hæc quoq; conclusio, cum grano salis accipienda est, vt nempè tunc tantum non teneatur possidens cum titulo, fructus cum melioramentis compensare, cum scilicèt sine controuersia possidet; sed si fortè anterioris hypothecæ quæstio ei moueretur, pendente hoc iudicio super actione hypothecaeia, compensare deberet rei fructus quos à die litis contextatæ percepit, cum meliorationibus quas fecisse auctumat Pappon. lib. 18. tit. 3. arrest. 13. & ita determinauit Curi. Paris. vt habetur in lib placit. Cur. lib. 11. tit. 16. de fruc. in decis. diuers. cap. 1. licèt in Regno magis recepta opinio sit, vt talis compensatio fieri debeat à die publicationis in postea, vt pee Afflict. decis. 59. nu. 2. & in puncto ita refeet decisum contrà tertium possessorem conuẽtum in actione hypothecaria, vt ob eo tempore, fructus perceptos, cum melioeationibus compensare teneatur, teste Capyc. Latr. decis. 65, num. 7. cum seqq.

4 Licèt enim cuncti bona fide possidentes, conuenti, à die litis contextatæ in mala fide constituantur, & pares efficiantur cum prædonibus, tam quoad rei detentionem, quã quoad fructuum perceptionem, l. sed si lege 28. § si ante, ff. de petit. haeredit. l. 2. C. de fruct.

5 & litis expens. procedit tamen hoc, vt diximus in bona fide possidentibus, & in iudicio rei vendicationis, l. si fundus 16 §. in vendicatione,

6 in fin. ff. de pignor. Secùs verò in iudicijs hypotecarijs, quæ contrà tertios possessores intentantur, in his enim nullam litis contextatio malam fidem inducit, imò potiùs possidentẽ in bona fide confirmat, nam actoe cõcludit, rem illam à reo conuento possessam, fuisse in bonis, & de bonis vendituris, à quo ipse causam habet, sicq; rei titulum corroborat magis, quam debilitat, vt ex Bart. & Neguf. qui de communi testantur, ratiocinatur Reg. Sa felic decis. 119 num. 7. legendusq; in casu duriori Bursat. cons. 85. num. 35. lib. 1.

7 Notandum tamen apprimè est, quod in omni quocumq; casu in quo quis fructus cum melioramentis tenetur compensare, deduci debent ante omnia, fructus ex ipsis melioramentis percepti, qui ideò non compẽsantur, quia ex re propria meliorantis percepti sunt, cit. Afflict. decis. 87. sub num 7. versic. tam. n. in casu isto Capyc decis. 93 num. 10. cum seqq. Negusan. de p gnor. part. 5. membr. 4. num. 20. Franch decis. 109. num. 4. Surd. decis. 294. num. 11. Cauale. decis. 28 num. 8 lib. 1. Puis. quẽ sic decisum refert decis. 276. p. 3. Cardin. Caualer. decis. eiusdem Rot. 219. num. 19. Anton. Monac. decis. Bonon. 58 num. 6. Gam. decis. 364. num. 1. Valasc. decis. 38. num. 16 Menoch. de recuper. poss. ff. rem. d. 15. num. 610. Escob. de ratiocin. lib. 2. comput 13. per totum. Garsi. de expens. c. 23. num 54 & Peregr de fideicomm. art. 50. nu. 67 vbi etiam Censal. in addit fol. 510 col. 1.

8 vers Octauò obseruo. Hinc laudemium solui nõ debet de pretio meliorationũ, in re emphyteutica, ab emphyteuta factarũ, quia illæ meliorationes sunt propriæ meliorantis, vt ex quampluribus probat Nigr. de laudem. tom.

9 1. quæst. 23. num. 68 fol 349. Nisi (vt ad rem eedeam) melioramenta facta essent in re, à malæ fidei possessore, quia tunc illorum quoque fructus in meliorationum compensationem veniunt, Roman. singul. 333. Couar. Variar. Resolut lib. 1 cap 8. num. 4. & Peregr. d. art 50. num. 67 in fin. vbi Censal. loco cit. adducit præter alios clasicos Barbos. in l diuortio. §. fin. num. 45. cum seqq ff solut. matrim. Fabr. in Cod. rerum iudic. lib. 7. tit. de fruct. & litis expens. alias tit. 18. different. 70. num. 4. & Peier. decis. Portugall. 47. num. 6. versic. Contrarium

10 alij, Nam meliorationes ipsas, quas in re fecit malæ fidei possessor amittit, l. dominus, &

de rei vendic. l. si ij.C.de edific priu. & ex *Garzi Franch.*& aliis plenè probat in casu longè durioriè *Dom. Consiliar. Francisc.Maria Prat.discept.forens.tom.3.cap.24.à num. 51.cum seqq.*

11 Item etiam obseruandum est, solere in hac materia acriter disputari, vtrum in meliorationibus appretiandis, spectandum sit tempus quo illæ factæ fuerunt, an potiùs inspiciēdus sit valor, tempore quo restitui, vel in rationibus poni debēt? Super quo puncto, sex opiniones copiosè refert *Macerat.Variar.Resol. lib.1.resolut.23.* Melior tamen, & magis recepta opinio ea est, vt siquidem melioramenta facta sint à simplici bonæ fidei possessore, tūc appretiari debent pro quantitate erogata tātum, nulla augumenti ratione habita, quia cum is dominium aliquod in re non habeat, satis erit si ei impensæ tantum soluantur, augumentum vero solo debet cedere; *l.in fundo 39.ff.de rei vendic.* Sin autem qui melioramēta fecit, possidet cum titulo valido, & iuxto, licèt reuocabili, vt hæres fideicommisso grauatus, emphyteuta, vassallus, emptor cū pacto de retroendendo, & similes, & tunc non solæ expensæ, sed integer meliorationū valor, licèt impensa maior, detrahi debet, *l.domos 61 ff.de legat.1.* ibi *Ex fictorum quantitatibus estimatis*, & ibidem *Bar.* & communitèr DD.ex *tex.in.cap.1.§ si Vassallus,hic finitur lex*, ibi *soluat pretium meliorationis*. Et fusissimè contrà *Bursat.conf 71.n.23.* probat *Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.32.num. 6.cum seqq.* signantèr *num.* 8. quem videtur sequi *Franch.decis.109 num.5.in fin.* dum vltimo loco refert *Menoch.* contra *Bursat.* Et simplicitèr iuxtà hanc sententiam in tertio possessore conuento hypothecaria, refert decisum idem *Franch decis.38. in fin.versic. Itē aduertendum*, & idē magis apertè confirmat *decis.456.num.7.*addo *Roland.à Vall.cons 28. num.11.& 18.lib. 1.* quibus in locis habetur, quod possessori conuento hypothecaria, debetur integer valor meliorationum, non verò sola impensa in illis erogata, idem de hærede grauato, & alii cum dominio, licèt reuocabili, tradunt *Molin. de Hispan. primog. lib.1.cap.26.num 10.Boer.decis.* 44. *num.* 12. *& 13.Thesaur.decis.251.nu.3.in fin. & seqq. Cost.de remed.subsid.remed 99.num.6. Maugil.* qui innumeros congerit, in *tract.de euict.qu. 353.num.20* allegans intèr alios *Bursat.* sibi contrarium, *consil.85.num.35.lib.1* qui dicit hanc esse veriorem opinionem, & in iudicando seruari, *Cancer Variar. Resolut.lib.3.cap. 6. num.123.in fin. Ann.singul.182.*& ibi *addit. Ann.iun.Ruin.cons. 14. lib.* 1. hoc exquisitis mediis probans, *Reg. de Pont. cons.52.num. 33.vol 1.*qui loquitur de vassallo meliorante, ad cuius fauorem refert fuisse iudicatum in Reg.Camera, & in causa intèr Fiscum, cum hæredibus Pardi Pappacodæ, & iterum ita fuisse decisum, testis est, idem *de Pont. decis.* 12. *num.* 6. *in fin.* aliamq; decisionem refert *Consiliar. Theodor.* qui opinionem istam fir-

12 mitèr tutatur, *alleg.77.* Non omittendo tamen, quod de valore impensarum, & meliorationum, standum est dicto appretiatoris concorditèr, vel publicè electi, nisi quatenus ab eius appretio appelletur, *l.3. C. de appret. & aur.illat.lib.10.*& ibi *Bart.*& alii, quos sequitur *Mascard.de probat.concl.654.num.13. & conclus.1403.num.21. & Cardin. Caualer. decis.Rot.Rom.86.num.1*

13 Tertiò successiuè est notandum, quod tertius possessor conuentus hypothecaria, si nullas fecit meliorationes in re per eum possessa, vt valeat se aduersus creditorem agentem defendere, & ne res de manibus suis egrediatur, tenetur dicto Creditori totum creditū offerre, etiam quod res hypothecata, sit minoris valoris, *l.tutor,§.Lucius ff.de vsur.* & refert decisum *Vrsil.ad Afflict.decis.199.sub n.4. in fin.versic.Tamen audio, & Præs. de Franch. decis.38.*

14 Quod si tamen huiusmodi tertius possessor rem melioravisset, isto casu liberaretur offerendo Creditori agenti, æstimationem rei ab eo possessæ, deductis meliorамentis, etiam quod dicta æstimatio, non ascenderet ad integram satisfactionem Crediti, ex peculiari priuilegio meliorantis, *Bart.in l.2.C. de præd.& aliis rebus Nauic. Negusan. de pignor.p.5.memb.4.num.21.Facchin. Contr.iur. lib.11.cap.12.Franch. d.decis.38.* post *Couar. variar.resolut.p.1.cap.8.num.2.* addo *Cent de censib quæst.96.sub num.* 81. *versic. Verum enim.*

15 Vltimò obseruandum est, quod potest tertius possessor, qui hypothecaria conuenitur, rem retinere, quo vsque ei soluantur expensæ, erogatæ in melioramentis, *l Paulus respondit,29 §.Domus pignori, ff de pignor.l.idq; 146.§.illud,ff de actiou.empt. Capyc.decis 17. num.7 Iesf.sub Ludouic.decis. Perus. 58. num. 13.Mangon.decis.Rot.Florent.49.num. 13.& decis.Lucens.81. Ricc.decis Cur. Archiepisc. Neapol.lib.2.decis 175.Peregrin d.art.50. nu. 55.Pappon.lib.18 tit.4.arrest.12.* post *Bart in l. in fundo*, *num.* 16. *ff. de rei vendic. &* habetur in *lib.Placit.Curi.lib.11.tit 6.cap.4.*

16 *de fruct. in dic.f.diuers.* Benè verum, ad effectum impediendi sententiæ executionem in iudicio assistentiæ, ex causa melioramentorum, deber talis exceptio ante sententiam opponi, nisi tantum illa tempore sententiæ essent liquida, alioquin demandabitur executioni, præstita tamen per creditorem cautione de illis soluendis, vt patet ex vulgata *decis.Præsid.de Franch.*112. post quem *Peregrin.d.tract.de fideicomm.art.50.nu.60. & 81.* omniumq; latiùs *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr.iur lib.2.contr.46. & Dom. Io.Francisc. Marot.discept.forens.cap.30.* addo *Dom. Consil.Prat.discept.tom.3.d.cap.24.num.57. Pute. decis.*

decis. 471. *num.* 5. *lib.* 2. & ita fuisse decisū in *Rot. Rom.* testatur Cardin. *Caualer. dec.* 54. & consecunt tradita per eundem, *decis.* 86. *nu.* 4. & 5.

17 Et quod, exceptio meliorationum in re factheum, opposita ante sententiam aduersùs Creditorem agentem hypothecaria, impediat sententiæ exequtionem, pendente illatum liquidatione, & satisfactione, etiam si cautio offerretur, tradit *Capyc. decis.* 17. videndusq; *Ruin. cons.* 84. *col. penult. vers. Circà secundum, vol.* 1.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

ASsensus Regius sufficit, in impositione nouarum Gabellarum, ab Vniuersitatibus faciēda, & ità practicatur, ac de consuetudine seruatur, n. 1. & 10.

Gabella ab Vniuersitatibus tribus modis solent imponi, num. 2.


Barones habentes merum, & mistum imperium, non possunt nouas Gabellas in eorum terris imponere, num. 3. etiam consentiente Maiori parte Ciuium, vel etiam consentientibus ijs, qui pro Gubernio Vniuersitatis fuerunt deputati, num. 4.

Gabellæ impositio est de Regalibus, & solis supremis Dominis, & Ciuitatibus, Dominos non recognoscentibus licet, num. 5.

Gabella tunc dicitur iusta, cum est imposita, assentiente, vel iubente supremo loci Domino, num. 6.

Gabella in imponenda, non sufficit consensus maioris partis Ciuium, sed omnes debent consentire, num. 7.

Consensus maioris partis, quod alijs dissentiētibus præiudicat, quandò sit verum, num. 8. Et quādò non, num. 9.



AD CAPVT CLVI.

Additio.

1 DE Spect. D. meo in præsēti, mentionē facit *Io. Maria Noua. in tract. de grauam. vassall. grau.* 335. signanter, *num* 3. dicens, sufficere Vniuersitatibus Regium assensum impetrare, pro imponendis nouis Gabellis, ob aliquam vrgentem necessitatem, sicut in effectu practicari, testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. §. Item per Collaterale Consilium, num.* 3 *fol. mihi* 328. *col.* 2. per hæc verba, *Et ex cadem ratione vrgentia, & necessitatum, decreta in-*
2 *terponuntur, super impositione Gabellarum.* Et tales Gabellæ solent ab Vniuersitatibus quādoq; per Capita Ciuium imponi, sepè etiam pro viribus patrimonij vniuscuiusq, & interdum per foculacia, vt dicit *Montan. in pragm.* 5. §. 14. *num.* 2. *de administr. Vniuers.*

3 Barones verò etiam habentes merum, & mixtum imperium, nouas Gabellas in terris eorum nequeunt imponere, *Murt. decis. Pisan.* 160. quem sequitur *Mauson. de caus. execut. ampliat.* 30. *num.* 6. quamuis quoque,
4 quod maior pars Ciuium cōsentiat, vel quod deputati pro regimine Vniuersitatis annuāt, vt voluit *Nouar. d. grauam.* 335. *in* 1. *vol.* Et hæc opinio caret dubio, licèt contrarium velit *Capyc.* proptèr merum, & mixtum Imperium, *decis.* 148. *num.* 4. cuius doctrina dupliciratione nequit sustineri.

5 Primò quia Gabellæ impositio, cum sit de regalibus, ideò solis Supremis Dominis Ciuitatibus, & Republicis, alium Dominum non recognoscentibus, id facere licèt, *cap. super quibusdam,* 26 § *Prætereà, de verb. signif.* iuncto *cap.* 1. *quæ sint Regal Bar. in l. infamem, sub num.* 14. *ff de public. Iudic. & in l. acta, §. de ampliandà, in princip ff de re Iudic. Abb consil* 83. *Videtur primò, num* 3. *vol.* 2. *Deci. consil.* 534. *num.* 2. *Guid. Pap. decis.* 197. & 498. *num.* 2. & *Reg Carol. Tap. decis. Cancell.* 23. *num.* 44. sub-
6 dens *num.* 25. tunc tantum iuxtam dici Gabellam, cum assentiente supremo loci Domino, vel eo iubente imponitur, sicuti etiam sentit *Caroc. tract. de locat. & cond uct. p.* 3. *tit. de locat. Vestigal. quæst.* 1. *num.* 7. *fol. mihi* 139. *ut. col.* 1.

7 Et secundò quia, licèt in impositione Gabellæ maior pars Ciuium consentiat, horum tamen consensus non sufficit, neq; præiudicat dissentientibus, qui ad contribuendum in noua taxa, siuè Gabella nequeunt compelli, vt notabiliter concludit *Anton. Fab. in*
8 *Cod. lib.* 9. *tit.* 29 *d. finit.* 18. Nam regula illa, vt consensus maioris partis, cæteris dissentientibus præiudicet, *l. quod maior, ff ad municip. l. nulli, ff. quod cuiusq; Vniuers. nomi. l. nominatorem, C. de Decur. & in cap.* 1. *de his quæ à maior. part. capit.* procedit quando agitur de re spectante ad omnes, vt vniuersos;
9 Quandò tamen omnes, vt singuli interesse prætendunt, tunc omnium consensus requiritur, neque sufficit ille maioris partis, ad finem præiudicandi dissentienbus, vt in *reg.* 6. *in* 6. ibi, *quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari,* concordat alius *tex. in l. per fundum* 11. *ff de seruit. Rustic. Prædi. & in l. fin. in fin. C. de auth. præstand.* ibi. *Vt quod omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur.* tradit glos.

glos.in l.& sunm, 8. versic.Creditoribus,ff. de pact.Peregr.cons.57.num.15.vol.2. & consil.3. vol.3.Loffred.cons.51. Franch. decis. 2.num.4. Caualer.decis.134.nu.5.& Francis.Marc.dec. 465.& 889.p 2.

10 Vltrà quod, vt in principio dixi, communis consuetudo in Regno se habet, quod interponatur Proregis assensus, super nouis gabellis, ab Vniuersitatibus imponendis.

Io:Leonardus Rodoerius.

S V M M A R I V M.

Cessante causa cessat effectus,n.1.

Gabella,vel Tributi exactio cessat, cessante causa impositionis,n.2.

Sed limita, si à Ciuibus continuaretur solutio, num.7.

Item limita, si gabella esset imposita proptèr causam habentem tractum perpetuum, quia tunc licèt aliquandò cesset, illius tamen solutio,non debet cessare,n.8.

Cessante causa immunitatis alicui concessæ, à solutione Gabellæ; debet etiam cessare ipsa immunitas, n.3.& vid.n.4.& limita,n.9.

Gabellam fraudare est peccatum,n.5.

Sed limita si fraudaretur Gabella, cuius exactio durat, licet cessauerit causa impositionis illius, num.6.



AD CAPVT CLVII.

Additio.

1 
Essante causa, cessat
effectus, regula est
vulgatissima, desũ-
pta ex *tex. in cap. cũ
cessante,60.de appel-
lat. in cap. cum infir-
mitas 13.de pænit.&
remis. in cap. & si
Christus,26.* circà fi-
nem *de iur.iur.& in l..2.§.nam priore casu, C.
qui non poss.ad libert. peruen.*
2 Hinc meritò Gabellæ,vel Tributi exactio,
cessare debet, cessante causa impositionis,
*Petr.Iacob.Aurelian.in pract. libell. rubr. 65.
num.11.Roland.à Vall.cons.91. num.45. vol.
2.& Dom.Reg.Carol. Tapp.decis. Cancell. 23.*
3 *nu.39.* Sicùt quoq; immunitas alicui conces-
sa, ob aliquam iuxtam causam, ab onere sol-
uendi Gabellas, cæt rasq; publicas impositiones, cessare debet, cessante causa immunitatis, *Tiraquell.tract.cessant.caus.in princ. nu.
117.Bar.Io.Andr.Pancirol.*& alij, quos sequi-
tur *Carol.de Grassis de effect.Cleric.effect.1.nu.*
4 1186.quod etiam est generale, in cũctis priui-
legijs, dispensationibus, concessionibus, immunitatibus, saluo conductu, gratiis, & beneficiis, vt cessent, cessante causa concessionis, teste *Nouar.quæst.forens par 1. quæst. 31. num.7.& 8.*vbi pleuè, & *Pen decis. Rot. Rom. 93 num.3.*
5 Vndè (vt ad rem redeam) quamuis fraudare
gabellam sit peccatum, quia Dei præcepto
scriptum est, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,
& quæ sunt Dei Deo*; quo in loco D.*Hieron.
& Theosilact.* inquiunt, per ea verba, præce-
pisse Saluatorem nostrum, dari, reddiq; Tri-
buta Principibus mundi; & *Doctor Gentium
ad Rom.13.*ait.*Ideò enim, & tributa præstatis,*
6 *Ministri enim Dei sunt*.Nihilominùs si frauda-
retur gabella, cuius exactio non cessauit,
quamuis causa impositionis cessauerit, non esset peccatum, quia si vel iniusta non est soluenda, quantò fortiùs poterit fraudari. *Tiraquell.de retract.Consanguin.in præfat. num.69.* & in terminis *Vincent.Carocc. tract. de locat. & conduct.lib.3.tit.de locat.vectigal quæst.1.n. 10.fol.139.àt.col.2.* legendus omninò, quia curiosè super puncto isto ratiocinatur.

7 Animaduertit tamen *Præs.de Franch.decis. 56.sub num.18.versic.Nec etiam, & num. 19.* quod si post quam cessauerit causa impositionis Gabellæ, vel collectæ, eius solutio a Ciuibus continuaretur, eo casu in processu temporis, nequiret à solutione desisti, ob prætextum deficientis causæ, ex doctrina *Iacobi. in tract.de homag.col.fin.vers.cessante verò, tali necessitate.*

8 Item etiam est aduertendum, quod si ga-
bella imponeretur proptèr causam aliquam
habentem tractum perpetuum, vtputa pro
custodia ab inuasione hostium,& infidelium,
&c.tunc etiam si aliquando causa cesset, non
tamen cessabit gabella, inuasiones enim in
puncto, & omni tempore possunt euenire, vt
benè elicitur *ex glos.in cap.quamuis 17.in ver-
bo,* Concesserit,*versic. & ea fuit causa, extrà*
9 *de decim.*per quam ad propositum habetur, quod
antiquitus Ecclesia concessit laicis decimas,
& alia bona in feudum, vt eam ab inuasionibus, atq; oppressionibus infidelium, & hæreticorum tutarentur,& in vim illius concessionis multi laici ad præsens possidēt decimas, & alia bona eis in feudum concessa, quamuis cessasset causa concessionis.

Io:*Leonardus Rodoerius.*

SVM:

SVMMARIVM

GAbella Dominus, si eius ordinarios dirictus alicui locauerit, ad solutionem gabellæ pro rebus suis ad fauorem conductoris, non tenebitur, n. 1. Sed refertur distinctio Dom. Nicol. Anton. Marot. dicentis hoc procedere tantùm in Fisco locante, non in priuato, vel communitate, n. 2. Reijcitur tamen distinctio ista, & quare, n. 3. & 5.

Vbi militat eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio constituenda est, n. 4.

Gabellá dirictus locans, si hæreditatem aliquam post locationem fuerit assecutus, pro bonis hæreditarijs, tenebitur conductori ad gabellam, nu. 6.



AD CAPVT CLVIII.

Additio.



1 Abellæ Dominus, si ordinarios eius dirictus alicui locet, cóncluditur in præsenti, quod non teneatur ad illius solutionem, si fortè, frumentum, sal, & alia ad domus suæ victum, eũ emere contingat, addo *D. Card. Tusch. pract. conclus. lit. G. concl. 2.* qui opinionem istam multis similibus confirmat, latissimè quoq; *Dom. Camill. de Medic. cons. 96. per tot. Peregr. de iur. fis. lib 6. tit. 5. n. 24 Laurent. de Pin.* & alij, quos sequitur *Negr. de landem. tom. 2. quæst. 57. n. 4. fol. 486.* & ante istos *Bald. cons. 119. Ad euidentiam est præmittendum, n. 3. vers. Tertiò præmitto, lib. 4.*

2 Sed in hoc eodem puncto distinguit *Dom. Nicol. Ant. Marote* in suo compendioso *tract. de Collect. seu Bonaten. cap. 14. n. 2. & 3.* vt si quidem locans Gabellam sit Fiscus, & iste eã conductoribus soluere non tenebitur, si verò sit Vniuersitas, vel priuatus, & tenebitur, nisi tãtum se pacto à solutione exemptum egerit.

3 Sed profectò distinctio ista nedùm est cótrà sententiam omnium DD. sup. allegatorũ, sed imò nullo iuris fundamento inniti ex eo euidentèr patet, quia nulla adest inter vnum, aliumq; casum, congrua disparitatis ratio; Ideò enim fiscus locans gabellas, eam conductoribus non tenetur soluere, quia à seipso ante locationem nequibat illam exigere, nè detur actio, & passio in eodem subiecto, contrà *tex. in l. hæres 22 §. seruo, ff. de fideius.* ergò neq; potuit in conductorem facultatem exigendi transferre, ex regula *tex. in l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. & l. si domus 74. ff. de legat. 1.* Et secundò, quia nunquam in generali sermone loquentis persona comprehenditur, *l. inquisitio, ff. de solut.* ergò persona Fisci locantis, non debet censeri comprehensa, sub onere soluẽdi ordinarios gabellę dirictus conductoribus illius; Atqui rationes istæ ità pro fisco ponderatæ, in quocumq; alio gabellæ Domino militant, ergò reijcienda est distinctio per *Dom. Marot. loc. cit.* adductam; vbi enim eadem ra-
4 tio militat, ibi quoq; eadem iuris dispositio constituenda est, *glos. in Auth. Cassa, vers. per totam, C. de sacrosanct. Eccles. & Franch. decis. 651. n. 5.*

5 Vltrà quod inter DD. quos allegat ad firmandam distinctionem suam, est *Peregr. in tract. de iur. fisc. lib 6. tit. 4. n. 46.* vbi id neq; fuit somniatus; quinimo vt sup. diximus, ipse idem *in eod. tract. d. lib. 6. tit. 5. n. 24.* voluit expressè, vt tam fiscus, quàm communitas, locantes alicui gabellas, non teneãtur conductoribus ad illarum solutionem, sicut quoq; de priuato, concludunt omnes DD. sup. allegati.

6 Est tamen verum, quod si Dominus gabellæ, qui dirictus eius alicui locauit, conueniretur alio titulo, scillicèt vti hæres alterius, post locationem, isto casu dubio procul, pro bonis hæreditarijs, ad gabellę solutionem teneretur; alio enim diuerso, nouoq; titulo ad id conuenitur, sicuti decisum refert Spectabilis Dom. meus in præsenti, cui addo *Thor. in compend. decis. tom. 3. par. 3. verb. Gabella, fol. 493. col. 2.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

GRatia concessa pro secundo delicto, non valet, si non fuerit in supplicatione facta, mentio de primo delicto nu. 1.

Gratia generalis, comprehendit ea tantùm crimina, quæ ad forum deducta sunt, & accusata, non verò delicta, quæ vti occulta silent, n. 2. Sed limita, nisi gratia esset cõcessa motu proprio Principis, n. 3.

Gratia cõcessa motu proprio Principis, habet multa specialia, nu. 4.

Indultus generalis comprehendit etiam vassallos Baronum, nu. 5.

AD CAPVT CLIX.

Additio.

1 Vo habentur in præsenti, Primum quod gratia pro secundo delicto ab inquisito petita, nulla de primo delicto facta mentione, si concedatur est nulla; Tutò enim pro geminatis criminibus gratiam Princeps non concessisset, addo *Bald. in l.3.nu.4.C.de Epis. audien. Iul.Clar. in §.fin.quæst.*59.*nu.*10. *& Francis.Marc.dec.* 503.*num.*15.


2 Secundum verò est, quod generalis gratia pro cunctis criminibus concessa comprehendat tantum, ea crimina quæ iam fuerunt patefacta, ad & forum deducta, non verò, ea quorum accusatio, & inquisitio non dum est formata, sed quæ vti occulta silent, addo *Bald.* quem sequitur *Nigr. in cap. Regni* 12. *Incipiente, Misericordiam, num.*13.*fol. mihi* 58.*col.* 1. in quam sententiam inclinat etiam *Capyc. Latr. decis.* 71. *per totam, vol.* 1. & pro hac parte multos congerit *Halis. Daus. in addit. ad Gram.decis.*4.*nu* 23. *&* 24.

3 Ipse tamen opinionem istam veram intelligo tunc tantum, cum gratia concessa reperitur instante reo; secùs verò si concessa fuisset proprio motu Principis, nemine pro ea instante, quia tunc extenditur non solum ad crimina iam ad forum deducta, ac super quibus pendet processus, verum etiam ad nondum accusata, & instituta, iuxtà celebrem *Bart.* doctrinam, *in l. de pupillo, §. in pluribus, ff. de non. oper. nunciat.*

4 Cuius quidem sententiæ ea videtur potissima ratio, quia gratiæ, quæ motu proprio Principis conceduntur, dicuntur fauorabiles *Franch.decis.*403. *nu.*11. idcircò sunt latissimè interpetrandæ, etiam contrà ipsum concedentem, *Gramm.decis.*59.*nu.*30. *Reg.Rouit. in pragm.*2. *de abolit. nu.*45. *& Nouar decis.* 3.*nu.*10. neque possunt in controuersiam reuocari, *Mohedan. decis.*131. quinimò omnis subreptionis macula cessat in illis *Alex.cons.* 41. *visis quæ notabiliter, num.*14. *vol.* 5. *Dec. cons.* 407. *visis, & diligenter consideratis, nu.* 19. *vol.* 2. *Peregr. de iur. fisc. lib.*1. *tit.*3. *nu.* 38. *Consil. Georg. allegat.* 37. *nu.*2. & conferunt notata per Paul. *de Castr. cons.*357. *nu.* 2. *vol.* 1. & per *Dom.Reg.Constant. in l.* 1. *nu.* 100. *C. pan. fiscal. credit. præfer. lib.* 10. vbi voluit, quod adeò amplæ censendæ sunt gratiæ concessæ motu proprio Principis, vt etiam Ius tertij possit quodammodò tolli.

5 Ad quem propositum subdit *idem Constant. ibid.nu.* 101. quod generalis Indultus, & abolitio Criminum, concessa à Principe motu proprio, comprehendit quoque vassallos Baronum, non obstante quod præiudicium eis videatur inferri, proptèr dirictus compositionum, aliosq; prouentus, sicue in effectu refert decisum *Reg. Sanfelic.decis* 55. *per totam* signantèr *nu.* 11. *&* 12. vbi latè.

Io. Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

Remissio obtenta à delinquente, prodest Socio eiusdem criminis, ad finem vt mitius puniri debeat, nu. 1. sed vid. nu.3.

Appellatio à delinquente interposita, eiusdem criminis correo prodest, nu. 2.

AD CAPVT CLX.

Additio.

D corroborationem articuli, quem notabilitèr de more resoluit Spectab. Dom. meus

1 in præsenti addo tradita per *Cataldin. de Boncompagn. in tract. de Syndic. quæst.* 187. *sub nu.* 127. *versic. Item an pax producta,* dicentem, quod remissio à parte offensa obtenta ab vno delicti socio, alteri prodest, ad finem, vt mitius debeat puniri, quia in criminalibus factū vnius prodest alteri habenti eandem causam, eandemq; defentionem, per *text. in l.* 1. *& toto tit.C. si vn. ex plur. appell.*

2 vbi supplicatio pro appellatione à delinquēte interposita, eiusdem criminis consocio prodest, concordat alius *text, in l. si ex duobus* 15. *ff. tutel. & rat. distrab.* & tradit *Put. decis.*469. *lib.*2.


3 Post hæc scripta inueni *Petr. Gaball. Resolut. crim. centur.* 1. *cas.* 75. vbi de suprà cit. *Cataldin. Boncompagn.* mentionem facit, & allegat *Vulpell.* contrarium tenentem *tract. de pace quæst.* 65. vid. eum qui multa ad propositum ponderat.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.

Patria quæ dicatur, & quid veniat appellatione Patriæ, rem.ssiuè nu.1.



AD CAPVT CLXI.

Additio.

1 Patria quæ dicatur, videndi *Bar. in l. si quis nu.1. & 2. C. de naturali Liber. Luc. de Penn. in l. filijs in princip. C. de Decur. lib. 10. Anebaran. conf.75. num.4. & Robert. Marant. in spec. par. 3. num.43.* Quiuè locus, Patriæ appellatione contineatur, habetur ex *text. in l. 1. §. cum Vrbem, ff. de offic. Præfect. vrb. cit. Bart. in l.2. sub nu.2. versic. est ergò, ff. de verb. signif. idem in l. vxorem 41. §. legauerat, ff. de legat. 3. & Barbat in cap. Rodulfus de rescript.* Alia pertinentia ad hoc Caput, sunt legenda apud *Baldax. de Angel. Ioseph Mele, & Didac. de Mar. in addit. ad Gizzarell. decis. 23.* qui multa ad rem pertinentia copiosè cumulant.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

Contribuere oneribus hæreditarijs, tenentur omnes hæredes in feudalibus, & burgensaticis pro rata valoris bonorum, quorum separatio non fit, neque attenditur quorum occasione debita fuerint contracta, num.1. & confutatur opinio illorum qui dixerunt, contributionem faciendam esse secundum numerum hæredum, non secundum valorem bonorum, nu.2.

Contributio non fit attento valore introituum, sed attenta æstimatione bonorum, nu.3.

Succedens in feudo, contra, vel præter testatoris voluntatem, etiam tenetur ad contribuendum oneribus hæred tarijs, nu.4.

Hæredes in burgensaticis tenentur contribuere cum hærede in feudalibus, in solutione annuorum introituũ super feudo cum assensu constitutorum, nu.5.

Non tamen tenentur si Primogenitus vellet reemere feudum in totum alienatum, nu.6.

Fiscus hæres institutus in feudalibus tenetur contribuere cum hæredibus in Burgensaticis oneribus hæreditarijs, nu.7.


Contribuere nõ tenetur oneribus hæreditarijs succedens in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, nu.8. Secus si feudum ex pacto esset nouũ, num.9.

Feudum ex pacto, & prouidentia nouum, vendicat sibi omnes qualitates feudi hæreditarij, num.10.

Hæredes in allodialibus non tenentur contribuere oneribus contractis occasione feudi ex pacto, & prouidentia antiqui cum successore in illo, n.11.

Contributio cessat, si testator eam tacitè, vel expressè prohibuisset, nu.12.

Tertius possessor alicuius feudi, habens causam à successore qui ad contribuendum oneribus hæreditarijs tenebatur, cum hæredibus in allodio, non potest occasione dictæ contributionis conueniri, nu.13.



AD CAPVT CLXII.

Additio.

1 Quandò plures sunt alicuius hæredes, nempè in feudalibus vnus, in burgensaticis alter, omnes pro rata contribuere tenentur Creditoribus hæreditarijs, nulla facta patrimonij feudalis, ab allodiali separatione, neque etiam attento, vtrum onera intuitu feudi contracta sint, an verò intuitu burgensaticorum; adeò vt qui plus possidet, plus soluit, quoniam contributio illa, pro rata valoris rerum possessarum facienda est, *Reg. de Pont. consf.13. Ann. allegat.96. nu.1. & alleg. 126. nu.11. Ann. filius, cons.4. nu.5. & 10 Franch. decis.10 nu.41.* qui testatur sententiam hanc esse communiter in Regno receptam, *Dom. Consil. Marcian. cons 9. nu 9. vol.1.* vbi latè Dom. meus *Consil. Hodier. ad Surd. decis. 90. nu.15. & Thor. in Compend. decis. tom. 1. verb. Hæres in Burgensaticis, fol. 255. col. 2.* adeò vt si onera hæreditaria essent super feudo cum assensu radicata, non vtique teneretur ad ea solus hæres in feudo, sed pro rata & valore bonorum tenerentur etiam hæredes in burgensaticis contribuere, *Molfes. ad consuetud part.2. quæst.12. nu 24.* & è conuerso, si Creditores hæreditarij carerent assensu, non ideò eis solui deberet de patrimonio burgensatico tantum, & ab hæredibus in illo, quia hæres in feudo teneretur quoque ad contribuendum pro valore illius, vt annuunt omnes DD. sup. cit. quibus addo, *Consil. Georg. allegat.19. nu.62.* quia nempè, non debet fieri bonorum, & patrimonij diuisio, attento quod tempore obligationum, & hypoth. carum contractarum, vnicum erat, & indiuisum, quia ab vno possessum, sicuti

etiam nquissimè tenet *Bilot. consult.* 15. *num.*
18. vbi taliter testatur in dies iudicari, sicq;
non est ab hac communi sententia recedendum,
2 dumlicèt longè aberrauerint nonnulli, qui
sequuti *glos. Parisiens.* damnatæ memoriæ, *tit.*
1.§.11. *nu.* 8. remissiuè allegatam à *Fab. de Ann. in l. Ap st. ad allegat.* 96. *Io Vincent. de Ann.* sui Genitoris, voluerūt, huiusmodi onerum contributionem, non esse faciendam secundum valorem bonorum, sed secundum numerum, & pluralitatem hæredum, qui si tres sunt, in feudo vnus, in allodio duo, quilibet pro tertia parte teneetur, contrà omnem iuris, & iustitiæ ordinem, cutò enim vel successor in feudo, vel hæredes in allodio grauarentur, quia æqualitèr omnes ad onera tenerentur, secundum computationem personarum, tunc quandò inæqualis est patri-
3 monii feudalis, & burgensatici valor, Quod est adeò verum, vt dixerit *Capyc.* contributionem hanc (de qua loquimur) non esse faciendā pro rata introijtuū, sed pro rata æstimationis bonorum, tàm feudalium, quam burgensaticorum, vt in eius *decis* 198. vbi ità refert determinatum in anno 1466. per sententiam Regis Roberti, & non debet vnus plus alio grauari, vt idem *Capyc.* in terminis inquit, *in inuest feud. rubr. feudorum e requitiones fol.* 196. *col* 2. *in fin. sub versic limita quarto*, & *Dom. R g. Capyc. Galeot contr iur. lib.* 2. *contr.* 22 *nu* 32.
4 Quibus ita generalitèr cognitis, infero primò ad *decis. Præsid. de Franch. prim.* ex qua benè elicitur, quod ad huiusmodi onerum contributionem tenetur successor in feudalibus, etiam quod feuda habuerit, contrà, vel pratèr voluntatem defuncti feudatarii, sicuti accidit in eo cui testator feuda reliquerat, quæ demum ab eo fuerunt per alium reuocata, pro vt in terminis euenit disputari intèr Magn. Laudoniam Comam, cum Lucretia sorore secundogenita, quæ fuit instituta hæres in feudalibus à Io. Francisco Como fratre, absque liberis defuncto; Cum enim dicta magn. Laudonia reuocasset feudalia ab hærede instituta, vti in præeminentiori gradu constituta, dicebat se non teneri ad contributionem onerum hæreditariorum, ex quo feuda illa fuit assequuta contrà, vel prætèr voluntatem defuncti feudatarii; Nihilominus post quam aduersùs huiusmodi assumptum scripsisset *Dom. Reg. de Pont.* vt patet ex eius *consil.* 13. vbi *nu.* 19. & 26. testatur in aliis causis, fuisse determinatum contrà successorem in feudalibus; ad contribuendum dicta Magn. Laudonia (iunctis aulis) nouit se condendara, vt per *Consil. Grizarell. decis.* 28. qui apologeticam (vt ità dicam) illius decisionis defensionem formauit, dum prouocatum, lacessitumq; se appellat, ab aduocatis, qui dictæ Laudoniæ partes fuerunt tutati, intèr quos extitit *Camill. de Curt.* qui *in diuersorio iuris feudal. part.* 1. *cap* 14. *nu* 60. inuehit contrà sententiam prædictam, dicens non esse habendam rationem de ea, quia non causa, sed personæ fuerunt per S. C. iudicatæ; & licet non sit negandum, quod eandem partem pro succedente in feudo citrà voluntatem defuncti, vt ad contribendū non teneatur, defendat latissimè *Ann. allegat.* 126 *à nu.* 6. *versic. nam Respondeo*, vsque ad finem, vbi eam quoque sequitur doctissimus eius filius *in addit.* & *consil.* 4. *nu.* 44. iuncto *Consil. de Georg. allegat.* 19. & 20. per discursum; tamen difficilitèr consulo recedatur à superiori contraria opinione, vti rerum sæpè Iudicatarum authoritate munita, pro qua etiam scripsit *Reg. Lanar. cons.* 80. *à nu.* 45. *cum seqq. versic. nec dicatur.*
5 Secundò infero ad aliam *decis. Præsid. de Franch.* 159. in qua legitur, fuisse per S. C. determinatum, quod si facta reperiatur à defuncto feudatario vēditio annuorum introituum super feudo ab eo possesso, præuio Regio assensu, & in defectum feudi super aliis bonis, cum facultate affrancandi, & retrouendendi, huiusmodi debiti solutio non ad solum successorem in feudo pertinet sed cum eo alij etiā hæredes in burgensaticis ad contribuendum tenentur, tam scilicet ad solutionem ratæ annuorum introituum quam sortis principalis, ex eo præcipuè, quia licet specialitèr super feudo contractum reperiatur, cum tamen nullum sit translatum dominium in emptorem, consideratur illa annua introituum præstatio, vti debitum hæreditarium, ad quod saltim ex vi personalis obligationis, omnes hæredes tenentur, sicuti in puncto tenuerunt quoque *Molfes. ad consuet. part.* 2. *quæst* 12. *nu.* 24. *Milanes. decis.* 7. *num.* 43. & 46. *lib.* 2. *Gutierez quæst. ciuil. lib.* 2. *cap.* 146 *nu.* 4. & latissimè *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. lib.* 2. *d. contr.* 22. *à nu.* 36. ad finem, *versic. Sed illud remanet* Reiecta contraria *Camill. de Curt.* opinione *in diuers. Iur feud. part.* 1. *cap.* 9. *à num.* 13. & 18. *fol. mib.* 34 contrà quem faciunt non mediocritèr ponderata per *Consil. Theodor. allegat.* 38. per discursum, signantèr verò *num.* 29. vbi punctualitèr *Franch.* sententiam sequitur, allegando tum concordantes, tum quoque alias firmissimas rationes, quia scilicèt illi annui redditus non respiciunt solam rem illis suppositam, sed integrum debitoris Patrimonium, per *tex. in l. fideicommissum,* §. *tractatum . ff. de legat.* 1. & consequentèr non transeunt in solum particularem successorem rei suppositæ, verum in omnes etiam supponentis hæredes, ità vt cuncti contribuere inter se teneantur, vt ipse *Dom. Theodor.* neruosè probat.
6 Quod si tamen feudi dominium recto iure, esset plenè in alium translatum (non sicut fit per venditionem super eo cum assensu factā;

annuo-

annuorum introiituum) eo casu, si primogenitus legitimus feudalium successor, vellet feudum illud reemere, solus ad debitum teneretur, omni contributione ab hæredibus in burgensaticis facienda exclusa, & in isto casu procederet cit. *Camill. de Curt.* sententia, quia talis reemptio non consideratur vti debitum, sed vti ius in hæreditate remansum, sicq; meritò in reemptione facienda à primogenito hærede in feudalibus ad contribuendum non tenentur secundogeniti heredes in burgensaticis, quoniam isti ad sola debita persoluenda pro eorum ratis sunt obligati, sicuti in terminis tradit *Grammat. decis. 103. nu. 47.*

7 Infero Tertiò (omissis aliis) ad authoritatem *Capyc.* qui in *inuest. feud. verb. Feudorum exequutiones, in fin. in vltima limit. fol. 197. col. 1.* voluit, quod si fiscus succederet in feudo citrà titulum, vel ius directi dominii, fortè titulo institutionis, teneretur pro valore feudi, ad contribuendum cum herede in allodio, pro exoluendis Creditoribus hereditariis, non minùs ac teneretur alius quicumq; successor, hæc sunt verba *Capyc. Limita dummodò feudum deuolueretur ad dominum, vt dominum, secùs sicut ad quemlibet alium priuatum, vt quia Vassallus illi feudum donaret, vel haredem eundem institueret, ligabitur enim Dominus his casibus, vt suprà de successore dictum est.* Suprà verò dixerat Capyc. primogenitum succedentem in feudo, teneri ad contribuendum, oneribus hereditariis, contractis absque assensu, & citrà causam feudi, vna insimul cum heredibus in allodio. Meritò igitur dicendum est, sentiisse eundem ex relatis verbis, teneri paritèr fiscum succedentem in feudo citrà titulum directi dominij, ad contribuendum cum hæredibus in allodio, pro dimittendis Creditoribus defuncti feudatarii, quod omni iure ipse verissimum puto.

8 Cessat tamen contribuendi necessitas pluribus in casibus quorum duos tantum in presenti referam; Primus est, si feudum in quo primogenitus successit, esset ex pacto, & prouidentia antiquum, tunc enim nullo modo tenetur contribuere cum heredibus in allodio, pro dimittendis Creditoribus hereditariis, duplici sanè ratione, tum nempè quia nequiuit primogenitus grauari in eo feudo, cuius successio ei ex propria persona ex forma inuestituræ spectabat; tum secūdò, quia ad contribuendum hæredes tantum tenentur, Primogenitus verò quò ad feudum illud non dicitur hæres, sicuti in effectu tenent *Frecc. de subfeud. lib. 3. de differen. int. feud. ex pact. & prouid. & Feud. hæredit. cap. 13. versic. Quandò enim feudum, fol. 261. Capyc. in cit. inuest. feudal. verb. feudorum exequutiones, versic. successor. fol. 196. col. 1. in 1. limit. & Ann. d. allegat. 126. nu. 12.* vbi *Ann. fili. in addit. in final. verbis.*

9 Dixi tamen, *antiquum*, quia si fortè feudum
ex pacto, & prouidentia esset nouum, tene-
retur vtiq; primogenitus succedens, ad con-
tribuendum, cum hæredibus in allodio, one-
ribus hæreditariis; Non alia profectò ratio-
10 ne nisi quia feudum nouum, licèt ex pacto,
vendicat sibi omnes qualitates feudi hæredi-
tarii, adeò vt tenetur succedens in eo, ad
onera pro integro valore illius, vt videtur
annuere *Camerar. in l. Imperialem fol. 95. col.
1. in fin. versic. Quoniam feuda noua, perpe-
tuò vim habent hæreditarij*, & ex alijs docet
Consil. Gizzarell. cit. decis. 28. nu. 3.

11 Quandò verò feudum ex pacto, & prouidentia est antiquum, tunc quemadmodum succedens in eo, non tenetur contribuere oneribus hæreditariis, cum hæredibus in allodio, ità paritèr isti, non tenentur contribuere cum successore in feudo ex pacto antiquo, oneribus occasione illius feudi contractis, vt per *Billot. conclus. feudal. 11. nu. 5.*

12 Secundus casus in quo cessat contributio, est quandò ità testator expressè, vel tacitè ordinauit, potest enim ipse vnum hæredem grauare, aliosq; exonerare à solutione debitorum, argumento *l. vnic. §. sed vt manifestetur, C. de caduc. tollend.* & in expresso ex *Franch. Lanar. & Molin.* probat cit. *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. 22. nu. 2.* vbi tamen docet, non censeri voluisse testatorem eximere eum quem in feudo instituit ab onere contribuendi, licèt illum in feudo, vel in re particulari, quasi legati nomine instituisset, & etiam quod eundem grauasset de soluenda aliqua ingenti pecuniarum quantitate, probans non satis ex his appare, voluisse testatorem contributionem prohibere, & quod proindè talitèr feudū capiēs, tenetur pro rata valoris illius ad soluēdū Creditoribus hæreditarijs, vna insimul cū hæredibus in allodio.

13 An autem si hæres in feudalibus vendat feudum, stante eius obligatione contribuendi, possit agi à Creditoribus, contrà tertium illius feudi possessorem? Respondeo quod ex quo hæres in feudalibus non tenetur ad contribuendum nisi tantum in actione personali, idcircò actio contra tertium non est danda, quia tertius tenetur tantum in actione hypothecaria, quæ sine assensu nunquam fuit acquisita super feudo, ità dicebat quidam Doctor Neapolitanus *Fulu. Ventrilia* in quodam eius opere manuscripto, cuius verba refert *Dom. Consil. Hodier. ad Surd. cit. decis. 90.* circà finem, suntq; Talia. *Et vtilitas est magna, nam si hæres venderet feudū cum domini assensu, licèt ipse remaneat obligatus in actione personali, pro rata feudi ad legatum, vel debitum, non tamen dabitur actio illa contrà tertium possessorem, ff. de contrah. empt. l. fin.* hæc ille.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM.

SVMMARIVM.

HÆredes plures non possunt conueniri in actione personali, nisi pro hæreditarijs portionibus, non verò in solidum, nu. 1 Sed limita si inuentarium non confecissent, nu. 2. Item si eorum aliquis conueniretur actione personali in rem scripta, nu 3.

Hæredes plures quandò possint in solidum ad census solutionem conueniri, & quandò non, nu. 4.

Creditor potest conuenire in solidum in actione hypothecaria vnum hæredem, possessorem alicuius rei sibi generalitèr, vel specialiter à defuncto obligatæ, nu. 5.

Emphyteutica re diuisa, intèr plures hæredes, potest ab altero eorum in solidum peti Canon, n. 6.

Legatarius quantitatis, pro consequutione legati, debet omnes hæredes pro hæreditarijs portionibus conuenire, & quarè, nu 7.

Legatarius certæ speciei, potest speciem legatam in solidum petere ab vno hærede possessore illius, num. 8.

Legatarius certæ speciei, super re legata præfertur Creditori anteriori cum hypotheca, hæreditate soluendo existente, nu. 9.

Hæres non potest vendere rem specialitèr legatã, pro soluendis Creditoribus, si hæreditas ex alijs bonis soluendo sit, nu. 10.

Legatum alimentorum, de equitate ab vno hærede in solidum solui, ac peti potest, quanè sint eired hoc partes Iudicis, nu. 11.


Incommodum maximum causatur ex particularibus exactionibus. nu. 12.

Legatum pium potest in solidum peti ab vno hærede, nu. 13.

Legatum pium ab vno hærede relictum, potest ex priuilegio ab alijs etiam peti, nu 14.

Legatum dotis relictum alicui puellæ, potest in solidum ab vno hærede peti, nu. 15.

Legatum relictum vxori in compensationem dotis non potest in solidum ab vno hærede peti, & quarè, & quandò secùs, nu. 16.



AD CAPVT CLXIII.

Additio.



1 HOC caput in duas partes vtilitèr diuiditur, in Creditore prima, in legatario secunda: Quòad Creditorem pertinet subdistinguendũ breuitèr est, vt si quidẽ personalem actionem velit contrà hæredes debitoris intentare, & isto casu tenetur omnes conuenire pro hæreditarijs portionibus, nequè valet in solidum agere, quia personalis actio intèr debitoris cohæredes pro rata diuiditur, *l. pro hæreditarijs*, C. *de hæred. act.* vbi hoc verum habetur, etiam si de Fisco Creditore ageretur *l. 1. & 2. C. si vn. ex plur. hæred. Consil. Gizzarell. decis. 12. nu. 6. & 7. & Reg. Capye. Latr.*
2 *decis 83. nu. 12.* Nisi hæredes inuentarium
non confecissent, quia possent tunc insolidũ,
etiam in actione personali condennari. & sen-
tentia esset valida, quia licèt insolidum con-
dendatio non habeat locum in ea actione
contrà plures hæredes, benè tamen militat
inuentario non confecto, vt plenè probat
Macerat. variar. resol. lib. 2. resol. 8. à nu. 28.
3 *vsque ad 34.* Vel nisi conueniretur vnus ex
pluribus hæredibus actione personali in rem
scripta, vti possessor fundi censui suppositi,
quia benè posset eo casu ratione suæ posses-
sionis insolidum pro integro censu conueni-
ri, sicuti authoritate *Alex. Trentacinq.* docet
Cenci. de censib. quæst 97. sub nu. 4. vers Attamen si vnus, Pænès quem etiam latè habetur
4 quandò possint plures hæredes debitoris
census insolidum conueniri, quidué quandò
fundus censuatus integer ab vno hærede possidetur, vel à pluribus, & distinguitur quoq; qua actione agatur, hypothecaria, personali, an verò personali in rem scripta, vt plenè ipse Cenci. docet *d. tract. quæst. 80. & quæst. 95. à nu 4. & quæst. 98. à nu. 29. cum seqq.*

5 Si verò ageret Creditor actione hypothecaria, aduersùs vnum debitoris hæredem, & tunc indistinctè condendatio insolidum habet locum, neque tenetur sequi plures rerum hypothecarum possessores, sed ei satis est si agat contrà vnum possessorem rei sibi obligatæ, *d. l. pro hæreditarijs, versic. Nisi pignus, C. de hæred. action. d. l. 1. & 2. C si vnus ex plur. hæred. glos. in l. mulier, C. qui potior. in pignor. habean. Bart. in l. moschis nu. 1. & ibi. Alex. in addit. lit. C. ff. de iur. Fisc. Negusan. de pignor. membr. 1. 8. part. princip. nu. 16. Facchin. contr. iur. lib. 2. cap. 47. Gizzarell.* qui sic decisum refert *d. decis. 12. nu. 6. & 7. Capyc. Latr. d. decis. 83. nu. 13.* innumeros congerit *Cenci. d. tract. de censib. quæst. 98 nu. 29. & 30. & Nigr. tract. de Laudem. tom. 1. quæst. 7. art. 7. nu. 64. fol. 90.* vbi dicit, quod sufficit Creditori, si agat super aliqua re sub generali hypotheca obligata, licèt ab vno hærede possessa, neque discussionẽ facere tenetur rei specialitèr hypothecatæ.

6 Qua occasione idem *Nigr.* Ibidem, *nu. 65.* refert *decis. Afflict. 153.* in qua habetur, quòd diuisa re emphyteutica intèr plures emphyteutæ hæredes, non prohibetur Dominus directus, integrum annuum Canonem ab vno ex possessoribus petere, quasi omnes insolidũ teneantur, inspecto quod obligatio ad Canonem est realis, & nequeunt dicere hæredes, pro rata volumus conueniri, quia factum eorum nequiuit Domino solidi actionem habenti, præiudicare sicuti cit. *Afflict.* decisum

refert

refert, & decisionem illam rationibus obuallat *Vrsill. ibi in addit.*

7 In quantum verò hic de legatarijs tractatur, Noto distinguendo tres casus. Primus in legatario quantitatis, qui pro legati consequtione, non potest insolidum contrà vnum ex pluribus hæredibus agere, sed omnes pro rata, & portione hæreditatis debet conuenire *Bart. Bald. Paul. de Castr. & Ias.* per illum *text. in l. 1. C. commun. de legat. Negusant. de pignor. membr. 1. part. 8. nu. 51. Surd. cons. 191. nu. 9. Cæsar Manens decis. 48. nu. 7. & Franch. decis. 203. nu. 1.* qui dicit, actionem hypothecariam spectantem legatario pro consequtione legati, diuidi sicut actio personalis, ideòq; hæredes omnes pro rata bonorum debent conueniri, *ex d. l. 1. §. fin. & d. l. pro hæreditarijs, C. de hæred. action.* quibus addo nouissimè *Nigr. de Landem. tom. 1. quæst. 7. artic. 7. nu. 82. & 83. fol. 62.*

8 Secundus casus ponitur in legatario certæ speciei, & iste, si ex diuisione intèr cohæredes facta, res illa pænès vnum tantum peruenisset, nò prohiberetur eam actione hypothecaria, à possessore insolidum reuocare, *Reg. Lanar. cons. 10. sub nu. 4. versic. Sin autem;*

9 Quinimò quandò cum legatario certæ speciei concurrit Creditor hypothecarius anterior, præfertur in re illa legatarius Creditori, modò tamen hæreditas soluendo sit, & habeat Creditor vndè sibi posset satisfacere *cit. Franch. dec. 236. nu. 4. Natt. cons. 199. nu. 8.* quem sequitur *Surd. decis. 316. nu. 12. vers.*

10 *Ratio est*, & confert notabilitèr *Pent. decis. Rot. Rom. 32. nu. 3.* dum voluit, quod si hæreditas soluendo sit, & sufficiens pro Creditoribus, nequiret hæres pro illis soluendis bona specialitèr legata distrahere, quoniam in bonis illis hæreditate soluendo existente, legatarij, Creditoribus hypothecarijs anterioribus præferuntur.

11 Tertius casus fingitur in legato priuilegiato alimentorum, & istud potest insolidum ab vno ex pluribus hæredibus exigi, vt collatur incommodum, quod ex pluribus particularibus solutionibus, posset alimentario causari. *Bald. cons. 232. Fœmina regularitèr, in fin. lib. 3. Anchar. cons. 254. in fin. Ruin. cons. 80. in princip. lib. 2.* & ità fuisse resolutum, testatur *cit. Franch. d. decis. 203.* quem sequitur *Ricci. collect. 307. circà finem, versic. Septimum, part. 2.* post *Ludouic. decis. Perus. 92. lib. 2.* videndusq; *Cost. de port. rat. quæst. 31.* Vndè Iudex mandabit vni ex pluribus hæredibus, quod integrum legatum alimentorum anno quolibet soluat, alijs verò, quod ei pro hæreditarijs portionibus contribuant, *Franch. d. decis. 203 nu 3. Mysi ger. singul. obseruat. centur. 1. obseruat. 62.* & melius *Surd. tract. de alim. tit. 4. quæst. 15. nu. 21.* Maximũ
12 siquidem causatur incommodum, ex diminutis, & particularibus exactionibus, *l. planè ff. fam. hercisciund. & l. cum ij, §. causa, ff. de transact. Thes. quæst. for. lib. 1. quæst. 19. nu. 20.*

13 Sic etiam legatum pium, potest ab vno tantum hærede insolidum exigi, vt *Euerardus*, docet, *in loc. argum. loco 25. de dot. ad piam causam sub num. 5.* quem sequitur *Dom. Consil. Hodier. ad Surd. decis. 90. num. 2.* & *Ioseph Mele ad Gizzarell. decis. 50. num. 14.*

14 Aliudq; singulare priuilegium legati ad pias causas relicti, notat, & menti perpetuò retinendum admonet *Reg. Ronit. in pragm. 1. nu. 7. tit. de legat. pijs*, dicens, quod si vni hæredi, legatum pio loco dare iussum fuerit, alij nihilominùs cohæredes ad præstationem legati illius tenentur, ex *Roman.* quem sequitur *Dec. cons.* nihil 182. *in casu occurrenti, nu. 6.* circà finem, *Euerard. loc. sup. cit. versic. Itẽ tertiò*, & legendus *Franch. decis. 483.*

15 Paritèr tandem legatum dotis alicui puellę relictum, cum etiam pium dicatur, neque esse debeat deterioris conditionis legato alimentorũ, poterit meritò insolidũ ab vno hærede peti, atquè exigi, valet enim argumentum de pia causa, ad Dotem, quæ etiam maximum pium opus vocatur, *Euerard. loc. sup. cit.* & hæc opinio mihi videtur indubitata, in casu quo legaret quis alicui puellæ, certam quantitatem pro eius dote, cum nequeat hæsitari huiusmodi legatũ pium dici, vt in pũcto *Mo. fes. ad consuet. par. 6. q. 9. n. 10.*

16 In alio verò casu, nempè quando testator relinquit vxori suæ legatum in compensationem dotis, tunc ex quò illud non valet dici pium, quia non in causam dotis, sed in satisfactionem debiti dotalis relictum fuit, nequit insolidum exigi ab vno hærede, sed omnes ad illud pro hæreditarijs portionibus tenentur, quemadmodum de cunctis alijs defuncti Creditoribus, vel legatarijs dicitur, per *tex. in d. l. 2. C. de hæredit. action.* sicque nullum isto casu consideratur dotis priuilegium; nisi tantum ab vno hærede, legatum in dotis compensationem solui testator iussisset, quià tunc benè posset illud insolidum à grauato hærede exigi, vel consimilis dotis quantitas, legato ab vxore repudiato, per *text. in l. cum ab vno, ff. de legat. 2.* & hoc quidem, non in vim priuilegij dotalis, sed proptèr expressam defuncti dispositionem qui vnum voluit grauare hæredem, quasi eũ dotis debitorem constituisset, de qua quidẽ te, prætèr antiquos Classicos, intèr quos acerrima fuit concertatio, legendus *Surd. decis. 90.* cum plenissima obseruatione Dom. mei *Consiliar. Hodier.* qui innumeros DD. cumulat, & intellectus quamplures ad Theoricam, & praxim pertinentes, doctè inuehit, nec non *Consil. Gizzarell.* qui ad veritatis metam acutissimis medijs in hac quæstione peruenit, *decis. 50. & Farbin. controu. iur. lib. 12. cap. 51.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.

Vsucapi potest contrà hæreditatem iacentem, num. 1.
Præscriptio contrà hæreditatem iacentem, non potest inchoari, nu. 2.
Inchoata tamen cum defuncto, potest cum ea expleri, nu. 4.
Præscriptio cessat, vbicumq; cessat negligentia in non petendo, nu. 3.
Hæreditas iacens non potest contrà aliquem præscriptionem inchoare, nu. 5.
Inchoatam tamen à defuncto præscriptionem, hæreditas iacens potest explere, nu. 6.
Tempus petendi beneficia ad probandum, non currit contrà iacentem hæreditatem, nu. 7.
Præscriptio contrà minorem non potest inchoari, num. 8.
Inchoata tamen cum defuncto, potest contra successorem minorem expleri, absque spe restitutionis in integrum, nu. 9.
Intellige tamen hoc de præscriptione conuentionali, non verò de legali, nu. 10.



AD CAPVT CLXIV.

Additio.



Distinguendo materiam istam per separatas conclusiones, Dico primò, quod contrà iacentem hæreditatem, vsucapio rectè potest inchoari, ea enim non quidem in Domini negligentis odium inducta est, sed in merum possidentis fauorem, *Angel. in l. sed & si sub conditione, ff. de hæred. instit. & Alex. in l. si constante, §. 1. ff. solut. matrim.*

2 Dico secundò, contrà hæreditatē iacentem, præscriptionem inchoari non posse *Bal. in l. licèt, nu. 13. C. de iur. delib. Angel. in d. l. sed, & si sub conditione, Alex. in d. l. si constante, & in l. eius qui in Prouincia, 41. n. 38. ff. si cer. petat. Natt. cons. 488. Turret. cons. 69. nu. 64. vol. 1. & Macerat. variar. resol. lib. 1. resolut. 25. nu. 19.* quia (vt diximus) Præscriptio inducta est in odium Domini petere negligen-
3 tis; Sicq; vbicumq; negligentia in petendo cessat (sicuti de hæreditate iacente apparet) non habet locum præscriptio, quasi cesset causa illius *Guid. Pap. decis. 416. nu. 2. Surd. decis. 5. nu. 1. Facchin. contr. iur. lib. 1. cap. 65. & Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 15. nu. 26.*

4 Dico Tertiò, benè posse inchoatam contrà defunctum præscriptionem, cum hæreditate iacente expleri, quia continuatur cum ea præscriptio, *Angel. in d. l. sed si sub conditione, nu. 1. ff. de hæred. instit. Ias. in d. l. si constante, §. 1. ff. solut. matrim.* idem *cons. 126. nu. 1. vol. 2. & cons. 226. in fin. versic. Prædicta Consultatio vol. 2. Balb. tract. de præscript. par. 1. principal. casu 25. versic. Secundò fallit, & Menoch. de recuper. possess. remed. 13. nu. 47.*

5 Dico quartò, iacentem hæreditatem, non posse contrà aliquem præscriptionem inchoare, *Alex. in sæpè cit. l. si constante, §. 1. nu. 3. ff. solut. matrim.* & neque vsucapionem, vt à contrario sensu eijcitur, *ex tex. in l. captam 40. ff. de vsucap.* & expressè *glos. ibi in princip.*


6 Dico vltimò, posse hæreditatem iacentem, inchoatam à defuncto præscriptionem explere, sicuti inchoatam vsucapionem, per *tex. in d. l. captam, Alex. in cit. l. si constante, §. 1. & Anton. Gomes ad leg. Taur. 45 nu. 113.*

7 Qua etiam occasione, non desinam notare celebrem illam *Reg. Rout. decis. 41.* vbi testatur fuisse decisum, quod tempus triginta dierum statutum *per Reg. pragm.* editam in anno 1621. ad petenda beneficia ad probandum à personis priuilegiatis, non currit aduersus iacentem hæreditatem, quæ quandocumq; huiusmodi beneficijs potest iuuari, rationibus *per Rout.* adductis, & est hæc *decis.* apprimè menti tenenda, signantèr à Curatoribus hæreditatum iacentium, qui in dies dati solent, nè ignorantibus eis decisione ista, ab illis salutaribus beneficijs, ad probandum, personis priuilegiatis, atque miserabilibus indultis, elapsis 30. diebus statutis *per cit. pragm.* excludantur.

8 Sed quid de minoribus dicendum? Fateor nō posse cōtrà eos præscriptio inchoari, *l. fin. C. ex quib. caus. in integr. restit. non est necesse ex Alex. Tiraquell. Boer. & Berdaz.* docat *Caualc. decis. 21. nu 63. lib. 3.* post *Ias. d. cons.*
9 *226 in fin. vol. 2.* Tamen si fuerit cum defuncto maiore cæpta præscriptio, rectè illa cum hærede minore, durante etiam minori ætate, potest expleri, *Ias.* loco mox allegato, & hoc absque spe restitutionis in integrum, *glos. in l. vnic. in fin. versic aut à Prædecessore, C. si aduers. vsucap. & in d. l. fin. verb. concesserunt, versic. sed ibi,* iuncto *Bart.* & alijs *Rum. cons. 54. vol. 5. Roland. cons. 99. nu. 39 Sforz. Odd. de rest. in integr. quæst. 88 artic. 4. Cald. Molin. & Gomes.* quos sequitur *Censal. ad Peregr. de fideicom. artic. 52 fol. 542. col. 2. in princip. vers. ad imaginem præscriptionis, quæ inchoata cum prædecessore, completur in minori ætate,* & tradit etiam *Bilot. consult. 20 sup. nu. 8. versic. Quarto* quia videndus, tamen *Macerat. var.*
10 *resol. lib. 2 resolut. 5. nu. 4.* & præter eum *Gomes. variar. resol lib. 2. tit. de empt. & vendit. cap. 2. sub nu. 27. versic. & in tantum,* quò loci rectè docet, præcedentem conclusionem, vt præscriptio cum defuncto incæpta, expleri possit

possit durante minori ætate successoris absq; ipse restitutionis integrum, intelligi, de præscriptione conuentionali, non autem de legali, quam vel non currere, vel decursam remedio restitutionis in integrum reuocari, ipse Gomes. docet, quem sequitur allegando consentientes authores Candlc. tit. decis. 16. nu. 22. lib. 2. & sunt applicabilia notata per *Macerat. loco sup. cit.*

Io: Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

HÆres tenetur adimplere votum defuncti, nu 1. & 3. Sed intellige, vt nu. 4 5. 6. & 7. & 8. vbi distinguitur plene votum personale, reale, & mixtum, & argumentum contrarium, vt non teneatur hæres adimplere votum defuncti, reijcitur, nu. 9. ad finem.

Vouens ligatur sub peccato ad satisfactionem voti, nu. 2.

Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti, num. 3.

Pollicitatio simplex non inducit obligationem, nec de iure Ciuili, neque Canonico, sub nu. 9. Sed limita si esset facta Deo, vel ad fauorem Ecclesiæ, nu. 11.

Votum tenet præcisè in vim Pacti, intèr vouentes, & Deum solemnitèr celebrati, nu. 10.

AD CAPVT CLXV.

Additio.



1 Aeres quod teneatur explere votum defuncti, probatur ex tex. in l. si quis 14. ff. de pollic. ibi. *Si quis sui, alteriuè honoris causa, opus facturum se in aliqua Ciuitate, promiserit, ad perficiendum. tàm ipse, quàm hæres eius, ex constitutione D. Traiani, obligatus est*, latè *Sum. Pisanell. verb votum fol. mihi* 349 *col. 4. vers. virum Pater moriens*, vbi loquitur de filio hærede Patris, vt teneatur eius votum adimplere, sicut etiam tenet *Eman. de Olar. aqu. singul. 172.* quem sequitur *Arism. Tepat. var. iur. sentent. tit. de vot. cap. 3. versic. ex voto*
2 *Patris*. Cum enim defunctus vouens in conscientia fuerit obligatus, cum vinculo peccati, ex natura voti, vt *Deuteron. cap. 23. ibi. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum*, habetur etiam in *lib. Prouerb. cap. 6.* dum dicitur, *Fili si spondidisti illaqueat es, es verbo oris tui*. Item etiam *Eccles cap 5* ibi. *Si quid vouisti Deo, nè moreris reddere, displicet enim ei infidelis, & stulta promissio*. Et per Prophetam Regium *psalm. 75. vouete, & reddite Domino Deo vestro*, & in *Psalm 115. vota*
3 *mea Domino reddam*. Consequens igitur est, vt mortuo vouente, voto non adhùc adimpleto, teneatur hæres eius, quem Canones ad exonerandam defuncti conscientiam astringunt, ad *tex. in cap. literis de raptor. in cap. fin. de sepult. glos in Can. Ecclesia, verb. conquisita, 1. quæst. 4. Roman. cons. 149. num. 4. Soccin. cons. 203. nu. 2. lib. 2. Ruin. cons. 20. nu. 2. lib. 4. Curt. Iun. cons. 181. Paul de Castr. cons. 81. num 4. lib. 2. Alex. cons. 4 nu. 21. lib. 2. Deci. cons. 262. num. 6. & cons. 303. nu. 4. & Vinc. decis. 195. nu 8.*
4 Animaduertit tamen de more *Spectab Dom. meus, hic, & sup. cap. 96. sub num 6. & 7.* conclusionem quam de hæte l: firmanimus, vt ad obseruandum votum à d. funct. peractum teneatur, intelligendam esse cum distinctione, intèr votum personale, & votum
5 reale, addo, & votum mixtum; In primo casu, quandò votum, est personale, non obligatur ex eo vouentis hæres, addo *Leonard. Less. de iust & iur. lib. 2. cap. 40. tit. de voto dubit. 10 nu 62.* ponens hæc verba. *Dico primò, si votum sit personale non obligat nisi personam vouentis, tale est votum Ieiunij, peregrinationis, militia Sacra, ingrediendæ Religionis, & similia, Ratio est, quia hæc vota solum sunt de actionibus personalibus, quæ à sola persona vouentis, sunt exequenda, hæc enim sola promittuntur, nulla autem res externa, ergò non pertinet ad personam hæredis, itaq; si huiusmodi votis, non dum solutis, vouens decesserit, non tenetur hæres*. Hæc ille.
6 In secundò verò casu, nempè cum votum est reale, v. g. dandi centum, vel simile quid merè reale faciendi, & tunc procedit conclusio, sup. in princip. firmata, vt teneatur hæres ad implementum, vouente mortuo, addo *Less. loco sup cit. nu. 65.* inquientè. *Dico secundò. si votum sit reale, nisi ante mortem persolutum fuerit, obligat hæredem, colligitur ex cap. si hæredes de test. vbi dicitur.* Hæredes qui iussu testatoris non impleuerint, esse interdicendos hæreditate, *talia enim vota intèr iussa priùs censenda sunt*, idem patet ex *l. 2. ff. de pollic. vbi dicitur*. Si decimam quis bonorum vouit, decima non priùs in bonis desijt esse, quam fuerit separata, & si fortè qui decimam vouit decesserit ante sepositionem, hæres eius hæreditario nomine ob-

 strictus

ftrictus est decimæ, voti enim obligationem ad hæredem transire constat. *Idem doceat communiter DD. Si luest.verb.votum quæst.11. Ratio est, quia sicut hæres succedit in bonis, & in actionibus, ac iuribus defuncti, ita etiam in oneribus, quæ hæreditatem attingant, etiam si nulla res per se sit obligata; Vndè sicut ea quæ testator promisit homini, tenetur soluere, ità etiam quæ promisit Deo.*

7 Hinc vouens construere templum, vel pitamidem erigere, si decedat, tenetur hæres eius, iuxtà *text.in d.l. si quis, ff. de pollicit.* & docet *Abulens. quæst.58. cap.30. numerorum,* qui loquitur de vouente, ædificate Monasterium, vel aliquam aliam piam fundationem instituere.

8 In tertiò tandem casu, cum nempè votum est mixtum, partim scilicet reale, partim vero personale, vtputà eundi ad S. Mariam Lauretanam, & secum dono ducere argenteam Lampadem, Calicem, Sericum apparatum, vel quid simile, & tunc, quatenùs votum est reale, consistens in dando, tenetur hæres vouentis illud adimplere, ità docet *cit. L. ff. vbi sup nu.67.* per hæc verba, *Dico tertiò, si votum sit mixtum, partim obligat, partim non obligat hæredem, obligat quà reale, non obligat quà personale, vt si vouisti Peregrinationem Lauretanam, & offerre ibidem Calicem, hæres tuus tenetur mittere Calicem, non autem curare peregrinationem.*

9 Hinc canendum est ab argumento nonnullorum, volentium, non teneri hæredem ad obseruantiam voti, quia illud cum aliud non sit, nisi simplex pollicitatio, meritò ad præstandum non obligat, inspecta magis communi opinione, vt per pollicitationem, quæ indiscreta, & fragilis promissio appellatur, nec de iure Ciuili, neque Canonico, actio oriatur ex DD.& rationibus doctè nouissimè cumulatis, *per Dom. Ial.Capon. in tract. de pact. quæst 4. à num 53. ad finem.* Cauendum inquam est ab hoc argumento vti falsissimo; Sequeretur enim quod nec vouens ad adimplendum teneretur (quod sapit hæresim) vti contrà ea quæ in Sacris scripturis pluries registratum est, vt sup. diximus, *nu. 2.*

10 Item etiam quia falsissimum quoque est fundamentum argumenti, negamus enim votum tenere in vim simplicis pollicitationis, vti à solo promittente factum, nemine acceptante, sed dicimus illud tenere in vim solemnis pacti, intèr vouentem, & Deum, vbiq; præsentem, & acceptantem celebratū; sicuti de quolibet pacto dicitur, vt sit duorum, pluriumuè in idem placitum, & consensus; *l.1.§ 2.ff. de pact. & l.3.ff. de pollicit.*

11 Tertiò, & tandem pro responsione est aduertendum, quod dato, votum tenere in vim simplicis pollicitationis, adhùc etiā, quandò pollicitatio est facta Deo, vel Ecclesiæ, obligat promittentem ad efficacitèr faciendū, & ad pollicitationis executionem, *l. si quis rem ff. eit. ut de pollicit. glos. in l. illud, C. de Sacrosanct. Eccles. in Can. quoties, 1. quæst. plenè etiam cit. Dom. Caponus, tract. de stipulat. quæst.3 nu.4.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

ANnua pecuniarum quantitas alicui à Rege concessa quoad viueret, non extinguitur per concessionary ingressum in aliquam Religionem professione etiam sequuta, num. 1.

Vsusfructus alicui legatus, non finitur per legatary monachismum, sed expectanda est eius mors naturalis, nu.2.

Vsusfructus quem habet Pater in bonis filij, finitur per Patris ingressum, in aliqua approbata Religione, nu. 3. Bart. tamen dicit, quod debet æqualitèr diuidi, intèr Patrem, & filium, nu.4. Author verò concludit, vt neque talis vsusfructus finiatur, sed quod debeat expectari mors naturalis Patris, nu.5. & argumentum contrarium, rem fiuè reijcitur, nu 6.

Vsusfruct. s Patris in bonis filij, non finitur per ipsius filij monachationem, nu.7.

Relentum non debetur à succedente in feudo propter monachationem feudatary Prædecessoris, num. 8.



AD CAPVT CLXVI.

Additio.



1 ADdo in puncto *Riec. in collect.decis.part.7.collect. 1725. col. 9. vers. accedat prædictis*, vbi dicit quod annua certę pecunię quātitatis concessio ad vitā alicui à Rege facta, proptèr seruitia, vel aliud quid præclarum ei exibitum, non extinguitur per ipsius concessionatij ingressum in aliquam approbatam Religionem, professione etiam emissa, & sic quod vel transeat in monasterium si est capax, vel ad ingressi cessionarios, vel successores, quoàd ipse naturaliter viuit, authoritate *Cyn. & Salic. in authent. ingressi, in versic. quæro, ò Fand, C. de Sacrosanct. Eccles. Io. Andr. in cap. in præsentia*, vbi etiam *Dec. nu. 74. versic. Præd. Ela Conclusio de probat. & Reg. de Pont.* (quem etiam hic allegat *Spectab. Dom. meus*) *conf. 159. vol.*

159. *vol.* 2. qui cum in causa propria scripsisset, vltimis eximiæ doctrinæ suæ viribus, sententiam istam tutatus fuit, vt patet legenti.

2 Similis est huic conclusioni, alia illa communis DD. sententia, *vt* vsufructu alicui legato, si legatarius Religionem ingrediatur, non ideò illum amittat, cum enim mortem eius lex requirat, de naturali, non verò de Ciuili dicendum est sensisse, vt in puncto *glos.* communitèr recepta, *in l* 2. *C. de bon. mater. Bart. in d auth. ingressi, nu.* 20. *&* 21. *C. de Sacrosanct. Eccles. Alex. cons.* 139. *viso themate, nu.* 5. *vol.* 2. *Couar. de testam. cap.* 2. *à nu.* 8. *Guid. Pap. decis.* 595. *cum addit.* infinitos cumulat *Ceuall. commun. contr. com. quæst.* 64. *Castill. de vsufruct. cap.* 64. *nu.* 3. & tenet *Mastrill. decis. Sicil.* 153 *sub nu.* 26. *&* 27. *versic. Et in hoc omnes consentiunt*, post *Molfes. ad consuet. tom.* 1 *part.* 3. aliàs *tit. de success. ex testam. quæst.* 8. *post nu.* 29.

Et hæc opinio dubio procul procedit in hac specie vsusfructus legati nomine relicti.

3 Vacillant tamen quamplures in vsufructu legali, qualis est ille quem habet Pater in bonis filij, vt apparet ex *Couar. loco sup. allegato*; hinc voluerunt quamplures, quod ex quo per ingressum Patris in Religionem cessat patria potestas, debet etiam cessare vsusfructus concessus ratione Patriæ potestatis, vt præcipuè voluit *Alberic. in auth. idem est, C. de bon. quæ liber.* & appellat communem *Hippol. de Marsil. singul.* 668. *& Boer. decis.* 197. *nu.* 10.

4 *Bart.* tamen *in ead. auth. idem est*, voluit, quod Religionem Patre ingrediente, vsumfructum quem ex dispositione iuris habebat in bonis filii, in totum non amittat, sed quod pro medietate ei debeat applicari, pro alia verò medietate filio.

5 Sed hanc *Bart.* sententiam non putat tutam *Mercurial. Merlin. in tract. de legit lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 3. *num.* 4. Ac proptereà faciliter ipse adhæreo opinioni eorum qui rectiùs sensere, neque vsumfructum legalem, & successiuè vsumfructum quem habet Pater in bonis filii, finiri per eius monachismum, sed in monasterium continuari, pro vt in sæculo; modò tamen capax sit saltim in communi, sicuti sensere, *Bald. in auth. excipitur, num.* 3. *cum glos. ibi, C. de bon. quæ liber.* latè *Rodri. Suar. allegat.* 20. *nu.* 20. *versic. omnes isti, Ari. Pinell. in l.* 1. *part.* 1. *à nu.* 47. *vsque ad* 52. *C. de bon. mater. fol. in hi* 104. cuius sententiam, reiectis contrariis, prosequitur *Couar. in d. tit. de testam. cap.* 2. *nu.* 8. *cum seqq. Hieronij. Ceuall. cit. quæst.* 64. *num.* 5. *versic. Sed in hoc etiam, & nu.* 6. *Gomes. ad leg. Taur.* 48. *nu.* 8. *versic. Sed his non obstantibus, Salzed. in addit. ad Diaz reg:* 394. *Guid. Pap. cit. decis.* 595. *Reg. de Pont. cit. cons.* 159. *nu.* 13. *&* 14. *Caualc. de vsufr. mulier. relict. nu.* 241. *& Gutier. Canon. quæst. cap.* 1. *num.* 100.

Cótrario verò argumēto, vt debeat cessare huiusmodi vsusfructus, quasi per Monachismum cesset causa illius, qualis est Patria potestas, sufficientissimè in terminis responderi potest ex traditis per eundem, *cit. Guttier. in repet. tex. in* §. *sui*, *instit. de hered. qualit. & different. à nu.* 26. *cum seq.* cui me remitto; Id

7 tamen non omittam quod idem *Guttier.* ibidem ait, *nu.* 25. dum in casu contrario, non obstante quod paritèr cesset patria potestas, voluit, quod ingrediente filio approbatam Religionem, non amittat Pater vsumfructū in bonis illius, authoritate *Gomes. in d. l. Taur.* 48 *nu.* 7. circà finem.

8 In quantum tandem habetur hic *nu* 8. vt Feudatario Religionem ingresso, non debeat à successore in feudo solui releuium, quod de Consuetudine Regni à succedente hærede tantum soluitur, vt plenè diximus *sup. cap.* 126. *nu.* 56. sicq; quod debeat solui tantum proptèr mortem naturalem feudatarii, non verò proptèr mortem Ciuilem, prætèr *Frecc:* addo *Intrigliol de feud. centur.* 2. *artic.* 61. *nu.* 4. & plenissimè defendit *Andr. Capan. tract. de iur. releui. par.* 1. *quæst.* 16. *per totam*, vbi cumulat quāplures rationes, & authoritates,

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Communio paris ius indiuiduum respectu omnium, etiam in tertij præiudicium, nu. 1.

Clericorum in Sacris constitutorum fratres, atque parentes, in communi habitantes, sunt immunes ab onere hospitandi, & quarè, nu. 2.

Limita nisi habitatio promiscua, & communis fieret in fraudem, nu. 3.

Fratres habitantes in communi, & indiuiso, cum alio fratre priuilegiato, & immuni, proptèr numerum duodecim filiorum, sunt etiam immunes, & priuilegiati, nu. 4.

Dominus, qui vulgò, capo di casa, nuncupatur, si est immunis, & priuilegiatus, immunitatem toti suæ familiæ communicat, nu. 5.

Doctores legum, & medicinæ, communicant eorū priuilegia, & immunitates, fratribus, atque parentibus simul cum eis habitantibus, nu. 6.

Sed limita in Doctoribus indoctis, & imperitis, num. 7.

Hodiè verò priuilegia Doctorum non sunt in vsu, & ideò non potiuntur ampliùs immunitatibus, & exemptionibus, & quarè, nu. 8. *vbi transcribitur, decis. Dom. Reg. Moles.*

AD CAPVT CLXVII.

Additio.

1 Communio priuilegiati, cum non priuilegiato, facit ius indiuiduum, respectu omnium, etiã in præiudicium tertij, ita habetur ex *text. in l. 1. & 2. C. si vn. ex plur. appell. & in l. si quis separatim, 10. 3. fia. ff. de appellat.*

2 Hinc meritò in præsenti concluditur, Clericorum in Sacris constitutorum fratres atq; parentes, vnà insimul in communi habitantes, proptèr priuilegium clericale, vni initium, exemptos esse, & immunes ab onere hospitandi, cui vniuersitatum Ciues, sæpè assolent subire, addo *tex in cap 1. de immun. Eccl s. Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 11. nu. 6. Ricc. decis. Cur. Archiepis. par. 3. decis. 129. nu. 11. Sperell. decis. 19. nu. 30. lib. 1.* qui pro ratione dicit, quod alioquin neque Clerici ipsi huiusmodi priuilegio potirentur, & *Censal. ad Peregri. de fideicommis. artic. 35. in versic. neque est nouum, fol. 350 col. 1.* vbi multa no-
3 tabilia cumulat ad corroboratione; Nisi tamen ista cõmunis, & promiscua habitatio in fraudem fiat, vtpotè si Clerici malitiosè irent ad habitandum cum parentibus, atque fratribus, vt eos ab huiusmodi, aliisq; oneribus immunes redderent, ità etiam laicis ipsis dolosè procurantibus, vt aduertit *Muti. Surg. in addit. ad eius germanum, in tract. de Neap. illustr. fol. mihi 412. versic. immunes sunt,* & *Thor. in compend. decis. part. 1. verb. immunitas hospitandi fol. 262. col. 2. & part. 2. verb. hospitandi immunitas, fol. 260. col. 2.*

4 Paritèr fratres habitantes pro communi, & indiuiso cum alio fratre immuni ob numerum duodecim filiorum, potiuntur eadem immunitate, qua fruitur frater ille onustus, *Hippolit. de Ma sil. singul. 180.* Circà mediũ, *versic. & adduco*, vbi testatur ità consuluisse quemdam eximiæ doctrinæ virum, idẽ tenet *Natt. cons. 590. nu. 19.* quem sequitur *Io Bapt. Ciarlin. contr. forens. l. b. 2. cap. 170. nu. 43. & 45.* & nouissimè *Dom. Reg. Constant. in l. si quis Decurio, nu. 19. C. de decur. lib. 10.*

5 Similitèr quando Dominus, & principalis quem nos vulgò, *Capo di Casa*, nuncupamus, est priuilegiatus, & exemptus ab oneribus communicat immunitatẽ suam toti familię, quæ suis sumptibus viuit, vt plenè disputato ad partes articulo, probat *Boer. decis. 213. nu. 5. 6. & 8.*

6 Vltimò legum, & artis medicinæ Doctores, cum sint priuilegiati, & immunes ab oneribus, communicant eorum exemptionem, & immunitatem fratribus, ac parentibus, cũ eis in communi, & indiuiso habitantibus, *Natt. cons. 1. nu. 10. & 11.* idem *cons. 65. per totum*, vbi de communi testatur, cum alijs plenè cumulatis per *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 186.* signantèr *num. 4.* quibus addo *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 379. nu. 8. Surd. decis. 301. nu. 8. & Fontanell. decis. Senat. Catalon. 111. nu. 17.*

7 *Gratian.* verò *d. cap. 186. per totum*, latissimè conclusionem istam limitat in doctoribus indoctis, & imperitis, probãs eo casu, nec eos, nec parentes eorũ, in cõmuni habitantes immunitate ab oneribus potiri, multaq; contrà illos erudirè cumulat, curiosè apud eum legenda.

8 Quinimò hodiè proptèr incredibilem, tàm in Iure, quàm in Medicina, Doctorum numerum priuilegium de quo suprà indistinctè recessit ab vsu, teste *Carauit. rit. 166. nu. 30.* quo loci exclamat, ideo legum Doctores non esse immunes ab onere hospitandi, cæterisq; priuilegijs illis indultis non potiri, quia eorum maximus est numerus, ob quod redactus videtur Doctorum status ad vilipendium, & in effectu ità fuit decisum in R.C.S. teste *Spectab. Dom. Reg. Anib. Moles.* in eius manuscriptis decisionibus, *decis. 7.* quam imprimendam curaui, estq; tenoris sequentis videlicèt.

Quæstio VII. Decisio VII. An Doctores legum sint immunes de Iure Communi à munere hospitij. Et Qui.

Occasione præcedentis quæstionis, allàs fuit dubitatum in Camera an DD. legum sint immunes ab onere hospitandi milites; Quæ quidem quæstio fuit reputata multum dubia in Camera, cum accidisset in personam Francisci Ralingniani de Ciuitate Theatina, pro quo fuit allegatus, *text. in l. medicos de profess. & medic.* vbi expresè dicitur, quod legum Doctores gaudent hac immunitate; Ad idem est *tex.* rotundus *in l. fin. ff. de muner. & honor.* Tertiò ad idem est etiam *tex. in l. his oneribus, §. angariarum ff. de vacat. muner.* Quartò ad idem est *text.* particularis *in l fin C. de profes.* & licèt *Bart. in d. l. Medicos*, videatur restringere illum *tex.* in Doctore actu legente, & non in aduocante, tamen videtur quod fundatur in aliqua ratione, quæ est extrà illum *text.* qui indistinctè loquitur, & etiam quia *Bart.* non erat Aduocatus, sed lector, & illum *tex.* sic indistinctè intelligit contrà *Bart. Guid. Pap. decis. 88.* vbi allegat *Aret.* & alios hanc opinionem tenentes, quod *lex Medicos* indistinctè de omnibus Doctoribus legum, tàm legentibus,

tibus, quàm aduocantibus intelligitur.

In contrariū ant eiuir allegata regula generalis, quod à munere hospitij nemo excusatur, quia est munus reale, & patrimoniale l. 3. §. munus hospitij, ff. de muner. & honor. Ideò nemo excusatur quantumcumq; nobilis, & priuilegiatus, quo facilius obsequijs publicis paricatur, l. fin. C. de muner. patrim. & nobiles non excusantur ab ipsis, per l. Cives, & l. si quis in Patria, C. de incol. lib. 10. l. munerum, §. patrimoniorum, ff. de muner. & honor. & ità ponderat Bart. Et quoad nobiles firmat Alberic. de Rosat. in rubr. de muner. & honor. col. 22. versic. quæro num quid nobiles, & decis. Guid. Pap. 85. debet intelligi de muneribus personalibus, & sordidis, à quibus nobiles sunt exempti per l. humilioribus, C. de suscep. lib. 10. & Anch. in l. honor, ff. de muner. alias erraret maximè Guid. Pap. quia nullibi est in iure cautum, quod nobilitas dat immunitatem à muneribus realibus, imò quod contrarium est prouisum in iuribus suprà allegatis, imò nec à personalibus excusantur nobiles, quomodo sunt talia munera, quæ cum dignitate concurrunt l. Curiales, ff. de decur. firmat Bart. & omnes in l. 1. C. de mul. er. & in quo loco lib. 10. per Alberic. vbi suprà, & etiam priuilegiati à muneribus, nō gaudent hoc munere recipiendi hospitij l fin. §. penult. ff de muner. & honor. nec quidquā aliud in se expressè in iure reperitur cautum, vt gloss. in l. 1. C. de Epis. & Cleric.

Modò ego dico quod lex Medicos tantum loquitur in legente, & proinde quo 1 in eo tantum debeat extendi eius prouisio, l. qui heredi plures, ff. de condit. insert. cum si alib. probatur ex rub. tit. qui dicit de professorib. qui professores illi tantum intelliguntur qui actu legunt alijs literas; ità omnes authores linguæ latinæ testantur, ille enim qui studet literis latinis nō dicitur professor, sed ille qui alios docet, & ideò iura quæ in alijs excusationem tribuunt, de professoribus, & legentibus loquuntur, §. item qui Romæ instit. de excusat. tutor. Item hoc idem probat verbū, Doctores legum, nam licèt hodiè vulgò etiā aduocatos Doctores vocamus, tamen propriè non potest dici Doctor legum, nisi qui alijs docet legendo, officium autem aduocatorum magis in patrocinando, & defendendo alios, quam in docendo consistit; Ideò ratio huius tex. in l. Medicos in fine, vbi dicit, quod facilius alios instruat, procedit quo ad omnia in d. l. dispositа, & alitèr in d. l. disposita intelligi non possunt.

Non obstat tex. in l. fin. ff. de muner. & honor. quia ille tex. incipit, Magistratus, & dū subdit, hanc immunitatem etiam Philosophi, & Oratores, debet etiam intelligi de Magistris, scilicet quod illi Philosophi gaudent qui Magistri sunt, & non alij, & probat hoc benè text. in d. l. fin. C. de profes. & Medic. vbi dicit quod Grammatici, Philosophi, Oratores, & præceptores hac gaudent immunitate, non ergò simpliciter Philosophus, sed philosophiæ præceptor est immunis; Et ità etiam est prolatus, idem tex. vbi sub lit. Hæc autem professoribus deferenda mā lam..., quos etiam suprà vocauimus Grammaticos, & docentes, quod si Grammatici, Oratores, & Philosophi sint immunes, quia professores, & Philosophi, I. E. quia legentes sunt, & hæc probantur à fortiori, quia nemo etiam in quacumq; dignitate positus, etiam Miles, & Veteranus non est immunis à muneribus realibus, dicit l. fi. §. patrimoniorum, versic. ob huiusmodi, ff. de muner. & honor. debet intelligi quod limitet regulam in Philosopho actu legente, ad text. in l. bis honoribus, §. angariarum, ff. de vacat muner.

Clarior est responsio, quia loquitur in professore, qui latinè non dicitur, nisi qui legit, & iste tex. potiùs debet retorqueri, & probatur opinio Bart. & sequacium, tenentium quod DD. non gaudent hac immunitate, nisi Doctores actu legentes, prò qua opinione Dom. Alphonsus de Auolos Regiæ Cameræ Locumtenens allegauit Consilia Laurentij Salernitani singul. 83. licèt ipse non fuerit in hac opinione, & contrariam opinionem firmat Andr. e. in auth. habita de stat. & consuetud. num. 14. Sed prò maiori parte fuit conclusum in Camera, quod Doctores Regni non d beant gaudere hac immunitate hospitij, ex sup. allegatis.

Accedat etiam quod his temporibus maximus est numerus ipsorum in Regno, & vt plurimum Indocti sunt, & doctorelli dici possunt, cum quibus, Rip. respons. 20. non concurrit, quod debeant gaudere, per rationes per ipsum adductas, & ità fuit obseruatum die 23. Decembris in personam dicti Francisci, de Ciuitate Theatina, quod non debeat gaudere, referente Dom. Berardino de S. Cruce, licèt per prædictum Franciscum fuerint adductæ tres prouisiones Regiæ Cameræ, in quibus erat dispositum, quod Doctores legum, & Aduocati debeant gaudere hac immunitate, asserendo quod ex infor... ac... ne ... orctenùs capta constabat Regiæ C... æ in Regno obseruari, & extaret ... in lib. part. 20. anni 1517. fortasse ... illo tempore ità debebat practicari, hodiè verò aucto numero Doctorum maximoperè, in Regno contrarium practicatur. Ideò Domini de Camera, pro maiori parte perstiterunt in voto, quod iure non gaudeant, & quod non debeant expediri prouisiones, prout sic fecerunt.

Io. Leonardus Rodoerius.

SUM-

SVMMARIVM.

Illegitimi sine dispensatione non possunt ad ordines promoueri, nu. 1. Et si promouerentur, celebrando mortalitèr peccarent, nu. 2.

Illegitimus cum dispensatione, potest, & ordines, & beneficia obtinere, nu. 3.

Episcopus cum illegitimo, ad solos minores ordines potest dispensare, nu. 4.

Episcopus dispensat cum illegitimo ad simplicia beneficia tantum, nu. 5. non verò ad beneficia curata, Canonicatus, & alias dignitates, ad quas solus Pontifex dispensat, nu. 6.

Dispensatio cum illegitimo ad beneficia, non extenditur ad ordines, nu. 7.

Dispensatio cum illegitimo ad Episcopatum, extenditur ad ordines, nu. 8.

Princeps si sciens conferat dignitatem incapaci, censetur super incapacitate dispensasse, nu. 9.

Filij Præsbiterorum non possunt ordinari in Ecclesia, in qua Patres eorum ministrant Sacramenta, nu. 10. nisi Episcopus eis scientèr ordines conferret, nu. 11.

Dispensatio cum illegitimo ad ordines, non extenditur ad beneficia, nu. 12. extenditur tamen ad vnicum simplex beneficium, nu. 13.

Illegitimus est incapax pensionis, nisi cum eo ad Clericatum dispensaretur, nu. 14.

Dispensatio est stricti iuris, nu. 15.

Dispensatum non censetur cum illegitimo, licèt ipse in supplicatione dixisset, non obstantibus defectibus oratoris, &c. nu. 16.

Defectus debet specialitèr exprimi, ad hoc vt dicatur super eo dispensatum, nu. 17.

Dispensatum cum illegitimo præsumitur ex diuturnitate temporis, & concurrentibus qualitatibus hic expressis nu. 18.

Dispensatum præsumitur cum incapaci per lapsũ 20. annorum, nu. 19.

Dispensatio cum illegitimo ad beneficium an intelligatur de primo tantum, remissiuè, nu. 20.



AD CAPVT CLXVIII.

Additio.

1 NAtos illegitimè tanquam irregulares, nõ posse absq; dispensatione ad ordines promoueri, statuit *text. in cap. innotuit 20. de election. in cap. per venerabilem, qui fili. sint legit. & in cap. 1. de fili Præsbit. R. P. Beia*, Ordinis Eremit. S. Augustini, in suo *oper. tit. de irregul. fol. mihi* 524. *Poller. in pract. crim. rubr. audiantur excusatores, nu. 55. Franch. decis.* 189. & habetur in Deuteronom. *cap.* 23. ibi. *Non ingredietur Mezer, hoc est de Scotto natus in Ecclesiam Domini vsq; ad decimam generationem.* Quod dictum elegantèr exornat *Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 2. casu 201. num. 35.*

2 Adeò quod illegitimus ad ordines promotus absque dispensatione, celebrando mortalitèr peccat, *Rebuff. in prax benefic. tit. de dispensat. super defect. natal. num.* 13. quem sequitur *Franch. cit. decis. 189. nu. 12.*

3 Dispensatione tamen præuia, non prohibetur illegitimus, & ad ordines promoueri, & Ecclesiastica beneficia obtinere, vti ad ea habilitatus, vt ex *Felin. Nouar.* & alijs docet *Ricci. in prax Eccles. part. 1. resolut. 196. nu. 3.* Talis autem dispensatio nè dum à Pontifice, verum quoque ab Episcopo, loci ordinario

4 potest impartiri, cum hoc tamen, vt Episcopus nequeat vltrà minores ordines cum illegitimo dispensare, *cap. 1. de fili. Præsbit. lib. 6. specul. in tit. de dispensat. § fin. nu. 1 Summ. Pisanell. verb. Illegitimus, versic. quis potest dispensare, fol. 152. col. 1. & Canonic. de Magistr. in stilu. Eccles. tom. 2. tit. de his qui sunt in minor. ordin. constit. cap. 1. sub nu. 7. versic.*

5 *Et aduerte*, Et quò ad beneficia non valet Episcopus dispensare cum illegitimo, nisi dumtaxat ad simplicia, *glos. in cap. fin. vers.*

6 *sed num quid, cit. tit. de fili Præsbit.* Supèr Canonicatu verò, alijsq; dignitatibus, beneficio curato, & ad Sacros ordines, nulla est Episcopi facultas cum illegitimo dispensandi, sed solo Pontifici permittitur, *d. cap. fin. cum glos. ibid. Innocent. in cap nisi cum pridem, de renunciat. Bald. ad speculat. d. tit de dispensat. §. fin. circà fin. versic.* **Cum illegitimè natis**, *Sum. Pisanell. loco sup. cit.* & ità determinauit *Rot. vt decis. 2. de fili. Præsb. in nou.*

7 Notandum vero est, quod quandò cum illegitimo ad beneficia dispensatur, eadem obtenta dispensatio pro obtinendis ordinibus non prodest, vt in casu duriori consuluit Calter. *cons. 471. qui fili. sint legit.* quem sequitur *Cardin. Tusch. pract. conclus. lit.* D.

8 *conclus. 279. nu. 2.* Nisi tantum dispensaretur cum illegitimo ad Episcopatum, quia tunc censeretur etiam cum eo dispensatum ad ordines, non quidem ex regula, vt cui conceditur quod est plus, videatur concessum quod est minùs, quia hæc non habet locum in dispensatione (quæ vt dicemus, est stricti iuris) sed quia dispensatio ad ordines, venit vti necessarium consequens ad dispensationem super Episcopatu, scientèr cum illegitimo facta, *Bald. in l. Imperialis, §. 1. C. de nupt. Bart. in l. Barbarius, nu. 12. ff. de offic. Prætor. Anan. in cap. veniens, col. 1. de acens. Abb. in cap. si quandò num. 3. de rescript. & addit. ad Rot. decis. 2. de fili. præsbit. in nou.*

9 ad quod confert quoque *tex. in l. Imperialis, §. 1. cum Bart. & Bald.* ibi, *C. de nupt.* vbi Princeps conferens scientèr aliquam dignitatem

tatem indigno, & infami, videtur cum eo
dispensasse, & habilem fecisse ad collatam
10 dignitatem; Sic etiam licèt filij Præsbitero-
rum, nequeant ordinari in Ecclesia, in qua
eorum Patres ministrant Sacramenta, *cap.*
præsentium, cap. conquerente, cap. quoniam,
cap. ad extirpandam, & cap. Michael, de fili.
11 *præsbit.* hoc tamen limitatur, si Episcopus
scientèr in illis Ecclesijs, filijs præsbiterorũ
ordines conferret, quia satis videretur cum
eis dispensasse, *Leand. Galganet. de iur. publ.*
lib 3. tit. 2. nu. 30.
12 Non sic tamen si cum illegitimo ad ordi-
nes dispensaretur, quia non ideò censeretur
etiam cum eo dispensatum ad beneficia, quo-
niam intèr se sunt quid separatum, & vnum
non tendit ad executionem alterius, sicuti
ex communi sententia docet, *Macerat. var.*
resolut. lib. 1. resol. 19. nu. 10. vbi testatur hanc
13 esse practicam Datariæ, quamuis velit *Abb.*
in cap. literas nu. 9. de fili. præsbit posse ille-
gitimum, cum quo ad ordines dispensatum
fuit, vnicum tantum simplex beneficium ob-
tinere, vt annuit quoque *Macerat. loc. sup. cito*
14 *nu. 11. 12. & 13.* Vndè licèt illegitimus sit
incapax pensionis, vt testatur decisum in *Rot.*
Rom. P. cnt. decis. 206. nu. 3. tamen si cum eo
ad Clericatum dispensaretur, posset pensio-
nem obtinere, vt ibidem *in ead. Rot.* deter-
minatum refert idem *Peni. decis. 447. nu. 8. &*
9. Non tamen beneficium curatum, vel cum
annexa dignitate, authorante Episcopo, vt
supra diximus.
15 Maxime quia dispensationes sunt stricti
iuris, & ideò strictè interpretandæ, *cap. or-*
dinarij, cum glos. verb. dispensationes, de offic.
ordin. Speculator tit. de dispensat. § fin. sub nu.
2. Baldus in l. 1. versic. & est prima ratio, C. de
indict. vid. tollend. Felin. in cap. causam quæ
27. nu. 7. & seqq. de rescript. Socin. cons. 169.
cont. d primum consultationis articulum, vers.
subtilius stringo, vol. 2. Deci. cons. 76. num 3. &
16 latissimè *Peni decis. 488* huic non censetur
cum illegitimo dispensatum ad beneficium,
licèt in supplicatione pro impetratione illius
dixisset generalitèr, *non obstantibus defecti-*
bus orationis, qui habeantur pro expressis teste
Pute. decis. 278. lib. 1. vbi ità dicit decisum,
17 quia defectus, & causa incapacitatis, debet
specialitèr exprimi, ad hoc vt indè sequuta
concessione beneficij, censeatur super inca-
pacitate dispensatum, *Gabriel. de præsumpt.*
conclus. 8. nu. 1. & 2. & sæpè *cit. Peni. decis.*
206. num. 6.
18 Verum autem ex diuturnitate temporis
præsumatur dispensatum cum illegitimo ha-
bente beneficium? *Abb.* dicit quod non, *in*
cap. licèt heli, in fin. vers. satis puto, de Simon.
limitat tamen hoc, si concurreret cum ipsa
diuturnitate temporis, bona fama, & quali-
tas beneficiati, nec non Episcoporum qui
pro tempore fuerunt conditione, dum bene-
ficiatum aliàs incapacem propter defectum
natalium, tolerauerunt, sequitur *Menoch. de*
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. nu. 73. versic.
19 *Cæterum Abb.* & indefinitè, quod per spatiũ
viginti annorum, dispensatum præsumatur,
annuit *Cardin. Cauaker. decis. 1. nu. 6. ex Anch.*
cons. 117. Sarnens. in regul. de triénn. quæst. 10.
nu. 18. & in effectu ità refert determinatum
in vna *Faccus. Vicaria, 26. Iunij 1591. coram*
Decano; Quæ quidem authoritates notandæ
sunt ad limitationem *decis. Pute. 247 lib. 1*
qui dicit, determinasse Rot. quod si illegiti-
mus habens beneficium illo spolietur, non
est reintegrandus, si non doceat de dispen-
satione, licèt eam obtinuisse fateatur, quia
concurrente diuturnitate temporis, per lap-
sum 20 annorum, cum tolerantia posset dis-
pensatio præsumi, ex suprà dictis.
20 Non omittam tamen *Tiraquell. in l. boues,*
§. hoc sermone, à nu. 29 vsque ad 38 ff. de
verb. signif. quo loci plenissimè disputat, an
dispensatio cum illegitimo facta ad benefi-
cium, intelligatur de primo tantum bene-
ficio, an verò ad plura successiuè possit ex-
tendi, & multos distinguit casus, latissimè
pro articuli resolutione apud eum legendos.

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM

IO. Baptis. Ciarlin. plenè tractat materiam
huius cap. nu. 1.
Immunitas à solutione gabellarum, pro fructibus
suorum prædiorum, non transit in conductorem,
vel emptorem illorum, nu. 2.
Immunitas à solutione onerum, præsumitur per-
sonalis, nu. 3.
Personalis immunitas ab onerum solutione, non
est transmissibilis, nu 4.
Exemptio à solutione decimarum alicui concessa,
non transit in colonum partiarium, nu. 5.
Immunitas realis à solutione onerum, in quemli-
bet rei successorem transit, nu. 6.
Immunitas ab onerum solutione, titulo oneroso
concessa, dicitur realis, nu 7.
Immunitas alicui concessa, & suis hæredibus, &
successoribus, vt pro bonis quæ possidet ad onera
non teneatur, an transeat in singularem rei suc-
cessorem negatiuè, nu. 8. Sed affirmatiua opi-
nio est verior, nu. 9. & 10.
Clausula, pro se, hæredibus, & successoribus parti-
cularem successorem comprehendit, d. num. 9.
Sed vid. nu. 10.
Ius patronatus fundatum cum clausula, pro me,
hæredibus meis, & successoribus, non est transi-
torium in singularem successorem, nu. 11.

AD

AD CAPVT CLXIX.

Additio.

1 
Ateriam istam plenissimè nouitèr examinat *Io. Bapt. Ciarlin. contr.foren.lib.1.cap. 22.* quem satis esset legere pro plena cognitione omnium, quæ doctè in præsenti traduntur; nè tamen videar eum eo tantum transire, noto
2 quod immunitas alicui concessa à solutione gabellarum, pro fructibus suorum prædiorum, non transit in emptorem illorum, sicut hic concluditur, addo *Ias. cons.20.vol.1. Tiraquell. de retractu lignag. §.1.glos 13 nu 12. pract. Papien.f. in form.libell. super solus pedag. glos. ceciderunt, nu.8. & Cenall. pract. quast. commun.contr.commun. quæst.827. nu. 11. & 12.* Sicq; igitur ementes fructus prædiorum, pro quibus ex Domini priuilegio, & immunitate non erat soluenda gabella, tenentur ad eam, neque potiuntur exemptione authoris eorum; autoritate *Archid.* qui hoc in puncto voluit, *in cap. quamquam. de cens. extom. in 6. & Abbat. in cap ex parte, nu.5. de*
3 *decim.* quia cum immunitas quælibet à solutione onerum, & pedagiorum, censeatur, & præsumatur personalis,non verò realis, *l. sordidorum 14. C. de excus. muner. lib.10. Canonistæ in cap. cum ven ssent, de inst. Alex. cons. 101. visis instrumentis, num. 13. vol.1. Osasch. decis.91.num.11. & Ann.singul.400.*
4 iure meritò, vti priuilegium personale, in alios non transfunditur, sed pænès eum dumtaxat permanet, cui priuilegium illud immunitatis reperitur concessum, vt latissimè *Menent.decis Senat. Mantu.6. à nu. 44. cum plurib. seqq.*
5 Hinc fuit determinatum per *Rot. Rom.* quod immunitas alicui concessa à solutione decimarum, non transit in colonum partitarium, qui dempta portione fructuum, Domino spectantium, de reliquis pænes se remanentibus tenetur soluere decimas, *Peni. decis. 691.* signantèr *nu. 3. in vers. Alterum concessum.*
6 Quandò verò immunitas à solutione pedagiorum, pro fructibus nascentibus in aliquo iure, vel territorio, est realis, ita vt respiciat rem, & fructus, non solam personam Domini, eo casu dubio procul, transit in emptorem illorum, & in alium quemcumq; siuè particularem, siuè vniuersalem rei successorem, ad *tex. in l. sordidorum, C.de excus. muner.lib.10. Bart.in l.1. versic. aut conceditur, ff. de Const. Princip. Natt.cons.627. num. 12.* Idem *cons. 649.* per discursum, & plenè *Rot. Auen. decis. 77. tom.3.* latiùs tamen *cit. Ciarlin. controu. forens. cap. 110. per totum*
7 dicens *nu.9.* immunitatem, & exemptionem ab onerum solutione, esse realem, si reperiretur concessa titulo oneroso, *Bursat. cons. 16.nu.44. & cons.258. nu 14. & 17 Berdax. cons.ciuil.42.nu.44. Cyriac. contr.lib.1.contr. 141. nu. 21. & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. nu. 22.*
8 Sed de eo fuit aliàs maximoperè dubitatum, vtrum priuilegium exemptionis, ac immunitatis alicui concessum à solutione onerum, pro bonis quæ possidet, cum clausula, *pro te, hæredibus, & successoribus*, transferat in singularem successorem? Negabane aliqui, per punctualem authoritatem *Ias.cons. 89.vol.1.* dicentis sub illis verbis, *hæredibus, & successoribus*, non comprehendi emptorē conductorem, & similes, sed vniuersales tantum successores, *Bald. in l. quadam, § 1. ibiq, Angel. ff. de eden. idem in l. emptorem in fin. ff. locat.* & candè sententiam in puncto renent *Iacob. Mandell Albe.f cons 34 nu 4 Berdax. tract.de claus cias.fol.21.glos.4 n.4. & Ciarlin. d.cap.110.nu.1.*
9 Alij voluerunt, comprehendi singularem successorem, qui quamuis videatur excludi, per verbum, *hæredibus*, includitur tamen sub verbo, *successoribus*, quod alioquin esset inutile, & vacuum ab effectu. *Alex cons.193.nu. 1. vers Contrariam sententiam, vol.2 Decian. cons 170.nu.5. Alciat. cons 43. nu. 17. lib. 9. Menoch.cons 191.nu.10. M-strill. de Magistr. lib.1.cap.13. nu.25. Reg Rouit. in pragm. 1. num 28. de priuil g vniuers.* & ità determinauit Rot. teste *Cardin. Caualer. decis.437. à nu 3.* qui omnes concludunt, sub clausula, *pro te, & hæredibus, & successoribus*, (maximè addito verbo, *quibuscumque* vt annuunt *Berdax. & Ciarlin.* suprà in contrarium allegati) singularem successorem comprehendi, & longè aberrant volentes contrarium, vel tentantes opinionem contrà expressum *tex.in l. flaminum 24. §. adijcitur, ff. de damn. infect.* ibi. *Adijcitur in hac stipulatione, & hæredum nomen, vel successorum eorumq, ad quos ea res pertinet: Successores autem non solum qui in vniuersa bona succedunt, s.d & ij, qui in rei tantum dominium successerint.* Sicq, igitur non videtur ab hac sententia recedendum.
10 Neque videtur obstare, id quod alij sentierunt, vt tunc sub clausula, *pro te, & hæredibus, & successoribus*, particularis successor veniat, cum tamen id subiecta materia suadet, & non alitèr *Pute. decis. 332 nu.3.lib.3. Corne. cons. 6. sub nu. 9. versic. & max mè, vol.2. Rebuf. in l. hæredis, col 3 vers. amplia etiam, ff. de verb.signif. & Caualer.cit.decis. 437. nu. 5. & 6.* Nam quatenùs opinio ista vera esset, cum rectè valeat, ex supradictis impa-

impugnari, adhùc etiam non officit, nullum enim adest obstaculum, quin immunitas ab onerum solutione (quae est nostra subiecta materia) non possit transire in singularem
11 rei successorem, sicuti posset figurari in iure patronatus Ecclesiastico, quod cum non transeat in alium, nisi cum vniuersitate bonorum, vt infrà dicemus, *cap. 221.* idcircò si fundatum reperiretur, cum clausula, *pro me, haeredibus meis, & successoribus*, nequiret transire in particularem successorem, sed solum in vniuersalem, propter subiectam materiam, & rei qualitatem; non ità in casu nostro, igitur conclusio non est applicabilis.

Io; Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IMmunitate Ecclesiastica non gaudet, committentes in Ecclesia homicidium, vel mutilationem membri, nu. 1.

Immunitate vnius Ecclesiae si quis non gaudet, neq; gaudet immunitate aliarum, nu. 2.

Immunitate Ecclesiastica, non gaudere mutilantem membrum in Ecclesia, quomodò intelligatur, num. 3.

Immunitate Ecclesiastica gaudet obtruncans alicui digitum in Ecclesia, quia ille non dicitur membrum, nu. 4. Item obtruncans aurem, num. 5. Item obcecans aliquem, citrà euectionem oculi, nu. 6. Item debilitans membrum, nu. 7. Item abscindens mamillas mulieri, nu. 8. Item infe-rens alicui stigium in facie, nu. 9.

Immunitate Ecclesiastica non gaudet, obtruncans in Ecclesia membrum mortuo, iuxtà opinionem Nouar. nu. 10. Sed author tenet contrarium, num. 11.

Irregularis non efficitur obtruncans membrum mortuo, eod. nu. 11.

Immunitate Ecclesiastica gaudet, vulnerans aliquem in Ecclesia, nu. 12. Etiam si ex post facto extrà Ecclesiam vulnerati mors sequatur, n. 13.

Immunitate gaudet is, qui inimicum suum in Ecclesia morantem vi extraxit & interfecit, n. 14.

Item committens homicidium in Ecclesia, non ex proposito, sed ex subitanea rixa, nu. 15.

Item committens homicidium in dormitorio; claustribus, Campanili, Sacristia, Schalis, & tecto Ecclesiae, nu. 16.

Item etiam delinquens propè Ecclesiam, vel intrà fines illius, sub spe immunitatis, nu. 17.

Item si existens in Ecclesia, mandet aliquem extrà Ecclesiam occidi, nu. 18.

Delicti punitio, pertinet ad Iudicem in cuius territorio fuit consumatum, non Iudici loci mandati, nu. 19.

Immunitate Ecclesiae gaudet, mandans aliquem occidi in Ecclesia, nu. 20.

Item si existens in Ecclesia, igneo tormento aliquem extrà Ecclesiam existentem, occidat, n. 21. Sed author tenet contrarium, quod hic talis non gaudeat immunitate, & quarè, nu. 22.

Immunitate non gaudet, si quis extrà Ecclesiam existens, alium in Ecclesia manentem igneo tormento interficiat, nu. 23.

Immunitate gaudet, committens quodcumq; atrocissimum crimen in Ecclesia, excepta mutilatione membri, & homicidio, nu. 24.

Strupans monialem, vel virginem in Ecclesia, gaudet illius immunitate, nu. 25.

Item violantes Ecclesias, frangendo, vel comburendo fores illarum, nu. 26.

Furtum in Ecclesia committens de re illius, eiusdē Ecclesiae immunitate non gaudet, nu. 27. Sed contrarium, quod gaudeat nu. 28. Et istā opinionem amplectitur author, nu. 29. Et vid. nu. 31.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, num. 30.


Occidens Clericum non gaudet immunitate Ecclesiae, nu. 32. Sed contraria opinio est verior, & frequentior, eamque author amplectitur, nu. 33. Et de ratione, nu. 34. & 35.

Immunitas Ecclesiarum est in honorem Dei, non in fauorem delinquentium, d. nu. 34.

Immunitate Ecclesiae gaudent Blasphemantes Deū, vel Beatam virginem, infideles, scismatici, haeretici, Iudei, Sacrilegi, & excommunicati, num. 36.

Seruus aufugiens in Ecclesiam, ob timorē domini non potest extrahi, nisi praestita à Domino cautione, de seruo benè tractando, nu. 37.

Occidens aliquem in Duello fruitur immunitate Ecclesiastica, nu. 38.



AD CAPVT CLXX.

Additio.



AMpla, & practicabilis incipit Ecclesiasticae immunitatis materia, pro cuius quidem finali diffinitione, summus ille Dei Vicarius Gregorius XIV. generalem emanauit sanctionem
1 per modum vniuersalis legis, per quam praecipuè statuit, vt committentes in Ecclesijs homicidia, vel mutilationem membrorum, illius immunitate, & defensione potiri non debeant, sicuti etiam annuunt *Galgan. ect. de iur. public. lib. 3. tit. 69. nu. 56. Iul. Clar. in §. fin. quaest 30. nu. 15. Viui. decis. 497. nu. 5 lib 3. Rieci. in collect. decis. part. 9. collect. 4068. vers. limita secundò, Reg. Sanfel. decis. 19. & Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 14. num. 24.*
2 & quemadmodum committens in vna Ec-

 clesia

clesia homicidium, vel membri mutilatio-
nem, non meretur immunitate illius patro-
cinari, ita quoque si ad aliam Ecclesiam con-
fugiat; eo quia vnica est per totum orbem
vniuersalis Ecclesia in membris diuisa, ad
commodius christifidelium exercitium; &
incrementum, sicq; igitur cum vna læditur,
totum corpus Ecclesiasticum, in genere
sumptum, dicitur læsum, & militat quò ad
omnes Ecclesias par ratio, vt habetur ex
*Summ. Pisanell. in verb. emunitas fol. 99. col.
2. versic. quod si committit, Iul. Clar. d. quæst.
30. sub nu. 15. versic. sed quid si aliquis, Gal-
ginet. loc. cit. nu. 56. & Sanfelic. decis. 219.
sub num. 9.*

Oportet tamen pro plena materiæ cogni-
tione breuitèr examinare, quid pro homi-
cidio, quidué etiam pro mutilatione mem-
intellixerint scribentes; Et pro resolutione,
constituo regulam, vt vtrumq; physicè capi
3 debeat, vt scilicèt (quod attinet ad mutila-
tionem) tunc mutilans membrum intùs Ec-
clesiam, non gaudeat illius immunitate, cum
mutilatio facta est de aliqua parte corporis,
ad proprium, & peculiare officium destina-
ta, vti oculus, pes, manus, membrum virile,
& similia, vt benè elicitur ex *Villalob. tom. 1.
tract. 21. diffic. 19. nu. 4.*

4 Hinc rectè valemus dicere, non excludi
ab immunitate Ecclesiastica obtruncans ali-
cui digitum, etiam maiorem (quem pollicē
appellant) quia ille non est propriè mem-
brum, sed membri pars, vt contrà *Sot. de iust.
& iur. lib. 5. quæst. 2. artic. 1. Dian. par. 2. tract.
15. resol. 20. & part. 4. tract. 2. resol. 26.* docet
*Bonacin. de censur. disput. 7. quæst. 4. punct. 8.
num. 3.*

5 Item obtruncans alicui aurem, quia hæc
non est propriè membrum, sed ornamentũ,
& tutela auditus, vt contrà *Nauar.* testatur
Pat. Auil. de *censur. part. 7. disput. 5. sect. 1.
dub. 3.*

6 Item obcecans aliquem, citrà oculi eie-
ctionem, quia hic non dicitur mutilasse mem-
brum, sed illud solum inutile reddidisse,
7 *Megal. in 3. part. lib. 7. cap. 1. num. 31.* dicens
nu. 30. quod reddens membrum inutile, non
videtur membri mutilationem commisisse.

8 Item abscindens mammillas mulieri, nec
minùs mutilationem membri diceretur com-
misisse, ex traditis per *Villalob. dict. tom. 1.
tract. 21. difficul. 19. nu. 4.* licèt velit contra-
rium *Molin. tom. 4. tract 3. disput. 69. nu. 6.*

9 Item tandem inficiens in faciem alterius
sfrigium intùs Ecclesiam, nec minùs debet
priuari immunitate illius, quia non dicitur
membrũ mutilasse, vt determinauit *S. Congr.
Episcop. 16. Nouembris 1618.* teste *Barbos.
de imt. Eccles. lib. 1. cap 3. nu. 13.*

10 Non desinam tamen notare, quod singu-
lariter dixit *Nouar. decis. 145.* per totam,
vbi voluit, quod nè dum mutilans intùs Ec-
clesiam membrũ viuum, idest alicuius viuen-
tis personæ, verum quoque mortui membrũ
abscindens, Ecclesiastica immunitate non
debeat potiri.

11 Sed hæc opinio (pace eius dicam) falsa
est, ex traditis per *Tolet. lib. 1. cap. 71. nu. 11.*
dicentem, quod mutilans membrum inimici
sui iam mortui, non incurrit irregularita-
tem, ea ratione, quia membrum mortui non
est simpliciter membrum, vti carens anima,
& spiritu vitali, quemadmodum nec homo
mortuus dicitur simplicitèr homo; Et dixi-
mus suprà, quod membrum illud est, cui
certum, & peculiare exercitium, in aliqua
corporis parte à natura elargitum est, vt
manus ad agendum, oculus ad videndum,
pes ad ambulandũ, &c. Ergò, ex quo omnia
exercitia actiua, & etiam passiua, ad quæ
membra fuerunt destinata, sunt sensibilitèr
finita per mortem, cessat essentialitèr mem-
bri appellatio; sicque non video quo pacto
Nouar. sententia valeat substineri.

Quò verò attinet ad homicidia, vt com-
mittentes illa intùs Ecclesias earumdem Im-
munitate non protegantur, noto hoc idem
12 physicè intelligi debere. Hinc per quodcũq;
vulnus in Ecclesia illatũ, citrà mortẽ, vel mu-
tilationẽ membri, vulnerans non excluditur
ab immunitate illius, applicãdo determina-
tionem S. Congregationis sup. *nu. 9.* relatã.

13 Paritèr si quis aliquem grauitèr intra Ec-
clesiam vulneret, ex quo in ea nullum homi-
cidium physicè illo tùnc, sequutum est, vt
per *Gregorian. Const.* requiritur, potitur im-
munitate Ecclesiastica, licèt ex post facto
vulnerati mors sit sequuta, ex causa illius
vulneris, ex rationibus in simili notatis *per
Bonac. de legi. disput. 3. quæst. 7. § 4. nu. 8.*

14 Sic etiam, si quis inimicum suum intus
Ecclesiam existentem, vi ab illa expellat,
illumq; indè foras interficiat, debet gaudere
immunitate, quia nullum intùs Ecclesiam
commisit homicidium, ità *Palaus tom. 2.
tract. 11. disput. 1. punct 9. nu. 18.* contrà *Pe-
regr. de immun. cap. 6. nu. 16.* & tenet quoque
Dian. par. 6 tract. 1. resol. 7. vers Et tandem.

15 Imò etiam quandoq; quamuis homicidiũ
effectiuè committatur intùs Ecclesiam, ho-
micida immunitate illius non est priuandus,
cum nempè illud non ex proposito, ac deli-
berato animo perpatratum fuit, sed ex rixa,
& calore iracundiæ, vt referunt practicatum
Romæ in anno 1639. in causa cuiusdam ho-
micidij commissi in Ecclesia S. Io. Lateran.
Farinac. & Nouar. quos sequitur *Dian. par. 1.
tract. 1. resol. 11. & par. 6. tract. 1. resol. 7. vers.
Sed quid dicendum.*

16 Committens quoque homicidium in dor-
mitorio, claustribus, & Campanili Ecclesiæ,
fruitur immunitate illius, quia homicidium
eo casu non dicitur effectiuè perpatratum
intùs Ecclesiam, sicuti requirit *Gregor. Const.*
vt plu-

vt pluries refert decisum *Ricci. collect.* 4008. *vers. fublimita non procedere*, & etiam *Thor. in compend. decis. part. 1. verb immunitate Ecclesiastica, fol.* 265. *col.* 1. *in fin.* allegans eundem *cit. Ricci. in prax. part.* 2. *resol.* 272. addo *Megal. in* 3. *part. cap.* 2. *quaest.* 1. *nu.* 17. *cit. Dian. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 39. *& part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 7. *versic. oritur etiam*, qui loquuntur de delinquente in Scholis, vel in tecto Ecclesiæ, & concludunt eum potiri immunitate, sicuti quoque de occidente in Sacristia *Sperell. decis.* 61. & alij pænès *Ciarlin. cap.* 154. *nu.* 15.

17 Quinimò ampliando dicunt hoc etiam procedere, quamuis deliquisset quis propè Ecclesiam, vel intrà fines Ecclesiæ sub ipè immunitatis, quia non ideò ab illius fruitione esset excludendus, *Megal. & Dian. loco pracit.* inspecto quod casus iste nullibi legitur exceptus per *Gregor. Const.* & confert *Palaus d. tom. tract.* 41. *disput.* 1. *punct.* 9. *num.* 21. Et quidquid sit de iure communi Canonico per *text. in cap. intèr alia de immun. Eccles.* superiorem sententiam attenta memorata Bulla, probat *Io. Vincent. Macedon.* insignis I. C. pænès *Spectab. Dom. meum tom.* 3. *allegat.* 80. per discursum, & etiam attento iure communi, contrà *Couar.* idem fatetur procedere *Suar. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 9.

18 Item si existens in Ecclesia, mandet occidi aliquem extrà Ecclesiam, fruitur immunitate Ecclesiastica, *Abb. in cap. fin. nu.* 12. *de immun. Eccles.* & *Palaus in sup. cit. punct.* 9. *num.* 18 licèt contrarium velit *Suar. de relig. tom.* 1. *d. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 7. & pro ratione

19 subdit *Abb. loc. cit.* quod si quis existens in territorio suo, mandet aliquem interimi in territorio alterius, punitio delicti ad eum Iudicem pertinet, intra cuius fines illud consumatum est, non Iudici loci mandati, sicuti idem *Abb.* docet *in cap. fin. num.* 27. *de for. compet. Felin in cap.* 1. *num.* 14. *de praesumpt. Guid. Pap decis* 104. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 219. *nu.* 3. vbi refert ità fuisse decisum per M. C. in anno 1560. & *Franch. decis.* 37. *nu.* 6. addo *Iul. Clar. in §. fin quaest.* 89. *nu.* 4. sicque non est ab ista opinione recedendum, licèt oppositum tentauerit probare *Farinac. in tit. de inquis. quaest.* 7. *nu.* 47. quem laudat *Reg. Merlin contr. forens. centur.* 1. *cap.* 80. *nu.* 21.

20 Similitèr in casu contrario, si existens extrà Ecclesiam, mandet aliquem in Ecclesia occidi, ex quo mandans non est physicè, & effectiuè occisor, pro mandato ad occidendum dato, fruitur immunitate Ecclesiastica *cit. Palaus tom.* 2. *tract.* 11. *punct.* 4. *num.* 17. *Dian. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 10. *& part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 7. *versic. unum etiam*, contrà *Peregr. de immunit. cap.* 6 *nu.* 36.

21 Imò *Bonac.* superiùs allegatus, *in tract. de legi. disput.* 3. *quaest.* 7 §. 4. *nu.* 8. tenet, quod si existens intus Ecclesiam igneo tormento, aliquem extrà Ecclesiam existentem interficeret, nequiret Ecclesiastica immunitate priuari, quia homicidium non fuit realitèr commissum in Ecclesia, sed tantum fuit illud initiatum in ea, expletum verò extrà illam.

22 Sed contrarium probat quamplures quos sequitur *Carol. de Graff. de effect. cleric. effect.* 9. *nu.* 146. *& Galganet. de iur. public. lib.* 3. *tit.* 78. *num.* 33. *in fin.* dicentes, quod in casu proposito homicidium videtur effectiuè patratum in Ecclesia; Et hæc opinio mihi videtur verior, quia ictus Scopictæ, qui ab existente in Ecclesia fuit vibratus, confunditur, & censetur idem cum homicidio, *Vrsill. ad Afflict. cit. decis.* 219. *sub nu.* 3. *versic. quia tractus confunditur cum delicto consumato*, allegans notabilem *glos.* hoc probantem, *in l. qui de crimine*; *verb. plurima*, *C. de accus* vbi ad propositum habetur, quod in delictis, licèt concurrant plura facta diuersa, omnia tamen simul confunduntur; & vnicum formant factum; & in puncto prætèr suprà allegatos, istam opinionem nouissimè sequitur *Io. Bapt. Ciarlin. contr. forens. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 48. *&* 49. vbi ferè innumeros congerit.

23 Et tandem per easdem rationes dicimus, quod si existens extrà Ecclesiam, igneo tormento, aliquem intrà Ecclesiam commorantem interficiat, non gaudet immunitate Ecclesiastica, *Ricci in collect. decis. par.* 5. *collect.* 1792. *circà princip. versic. Sic etiam decendum erit*, & *Dian. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 9. *& par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 107. *circà med.*

24 Prætèr verò hæc duo delicta, mutilationis membrorũ, & homicidij, de quibus iam plenè loquuti sumus, quodcumq; aliud crimen atrociùs, ac in quo militat maior ratio, quamuis in Ecclesia committatur, non proptereà delinquentem ab immunitate illius excludit, vt per *Farinac. consil.* 76. *nu.* 7. idem *cap.* 22. *nu.* 355. *Ill. Carol. Marant. respons.* 36. *nu.* 19. *lib.* 2. *Giurb. cons.* 110. *Dian par.* 1. *tract.* 1. *resol* 39. *Sanci. disput.* 44. *nu.* 52. & omissis alijs *Mari. Cutell. in l. Martini cap.* 17. *nu.* 5.

25 Quò fit, vt si quis intùs Ecclesiam Virginẽ, vel monialem stuprauerit, vel etiam si nefandissimum crimen commiserit, nõ proptereà proptèr talia delicta fortè atrociora exceptis. immunitate Ecclesiastica delinquens priuari debet; *Dian. par.* 1. *tract.* 1. *resolut.* 45. *& part.* 4. *tract.* 1. *resol* 43. *&* 45 *& part.* 5. *tract.* 2. §. *vndè ex dictis, Marant. d. respons.* 36 *d num.* 22. contrà *Cutell. in d. l. Martini*

26 *cap.* 17. *nu.* 5. Sic quoque violantes Ecclesias, frangendo, vel comburendo fores illarum ab immunitate earumdem non excluduntur, *Peregr. de immun. cap.* 12. *nu.* 15. & sæpè *cit. Dian. par.* 6. *tract.* 7. *resol.* 16. *in fin.*

27 Ingens tamen controuersia est, vtrum committentes furtum in Ecclesijs de rebus illarum, immunitate Ecclesiastica spoliari debeat (*Dom. Reg. de Ponte decis.* 14. refert

negatiuè decisum in Collat. Consil. & in eam demum sententiam inclinat *Sanfelic. decis.* 170. dicentes, istam opinionem esse magis communem, & fundari *ex tex.in cap. fin. de immun.Eccles.* quem frequentissimè scribentes extendunt, nè dum ad ibidem expressa, sed etiam ad huiusmodi furta taliter patrata vt ibi docent *Hostiens.Butri.Io. Andr.Panor, Aian. & Cardin.*

28 Contrariam verò partem, tenent *Goffred. in summ. de immun. Eccles. nu. 11. cum seqq.* quem sequitur *Bacboa. lib. 4. sentent. distinct. 13.quæst.1.artic.1.in versic. Sed Goffred. fol. 120.col.2.in fin. Roman.cons.234.nu.2. Io. de Vischb. de immun. Eccles. conclus. 9. num. 76. Episc. Ricci.* qui sic refert decisum *decis.110. part. 1. cit. Dian. part. 6. tract. 1. resol.9* & nouissimè *Spectab. Dom. mei* opinionem sequutus, larga manu tutatur eruditissimus *Io. Baptis. Macci.* amicus meus, nunquam satis laudatus, *quæst forens. cap.16.* & determinauit S.*Congreg. in vna Squillac.18.Martij 1632.*

29 A qua secunda sententia in contingentijs nunquam recedendum moneo, tàm attenta dispositione *text. in d. cap. fin.* quam *Gregoriana Const.* ab vtrisq; enim Pontificijs sanctionibus certi determinati casus præcauentur, in quibus immunitatem Ecclesiasticam non prodesse sancitur, nullum tamen de furto in Ecclesia commisso fit verbum; ergò ad illud nec *tex.* nec *Constit.* extendi debent, quia Pontifices quod voluerunt expresserũt, casum istum non expresserunt, igitur noluerunt illum eximere à regula, vt pro quolibet delicto, Ecclesia, delinquentem ad eam confugientem, protegat, atque recipiat; Excep-

30 tio enim firmat regulam in casibus non exceptis, *l. nam quod liquidè, ff. de pen. legat. Crauett.cons.214.num.14. Menoch. de arbitr. iudic. casu 30. num. 4. & Franch. decis.499. num. 2.*

31 Vndè *Reg. de Pont.* in contrarium allegatus, & sanè contrariæ opinionis defensor acerrimus, *cit. decis. 12. in fin.* nequiuit se continere, quin diceret: *Hæc decisio procedit secundum dispositionem iuris communis, quid autem dicendum sit hodiè attenta Bulla Gregorij XIV. fælicis recordationis, de immunit. Eccles. Quandò casus euenerit aduertant ad illius tenorem Dom. Iudicantes, cum hæc decisio procedat tantum, secundum terminos iuris communis.*

32 Agitur tandem hic, an occidens Clericum, seclusa proditione, vel assasinio, propter excommunicationem, quam contrahit, immunitate Ecclesiastica potiatur? Pro negatiua opinione refert decisum *Reg. Sanfelic decis. 20.* & ante eũ hoc in expresso tenuit *Leandr. Galganet de iur. public. lib.3.tit.69.nu.28.& 41.* vbi se fundat in excommunicatione, in quam occidens Clericum ipso facto incurrit, ad *text. in Canon. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4.* & excommunicatus dicitur eiectus ab Ecclesia, ab illaq; segregatus ad *text. in Can. qui meritò 11. quæst.3.*

33 Sed contrarium tenent frequentiùs DD. quod scilicèt occidens Clericum gaudeat immunitate Ecclesiastica, ex latissimè traditis per *Alex. Sperell. decis.fori Eccles.22. nu 7. ad finem, lib.1. Ricci. in collect. decis. part.9. collect.4008. in 6. ampliat. Giurb.decis. crim. 70.nu.9.Sanfelic.* qui licèt perfunctoriè referat contrariam decisionem, iuxtà tamen hanc partem refert maturiùs in Collaterali Consilio determinatum, *cit. decis.20.* & latè *Cancer.variar. resolut.lib 3.cap.3.nu.248.& 249.* qui respondet ad *text. in dict. Can. qui meritò*, dicens nullo iure caueri, nè excommunicatus in Ecclesia moretur, præter quam cum diuina celebrantur, quo tempore potest delinquens excommunicatus abesse ab ipsa Ecclesia, seq. in Claustro illius, Atrio, Dormitorio, vel Sacristia conferre, quod si Ecclesia illa his omnibus careat, potest tunc authorante superiore Ecclesiastico, excommunicatus delinquens ad alium tutum locũ transferri, *Remig. tract. de immunit. fallent. 19* quem sequitur *R. P. Hieronym. Pecorarius.* Societatis Iesu, vt habetur penès *Spect. Dom. meam, tom.3.allegat.78.nu.8.* legendus etiam *P. Dian. resolut. moral. part.1 tract. 1. resol.43. & part 4.tract.1. resol.68. & par.6. tract.1 resol.26 sub §.quarto sexto,* vbi ab hac eadem sententia, vt occidens Clericum gaudeat immunitate Ecclesiastica, non deuianit, excommunicatione minimè obstante.

34 Quia immunitas non conceditur ad fauorem personarum, sed ad Dei honorem, qui ità violatur, cum à templis sanctis suis excommunicatus vi extrahitur, sicuti cum ab illis expellitur non excommunicatus, *Samm. Pisanell. verb. emunitas, fol.99.col. 4. versic. quod si Iudæus, Boer. decis. 110. nu. 7. Couar. variar. resol lib.2.cap.20.nu.11. Iul. Clar. in § fin.quæst.30.num.19. Farinac. de carcer. & carcerat. quæst.28.nu.39.* quem sequitur *Dom. Sanfelic.d.decis 20.nu.5.*

35 Et etiam quia, pia Mater Ecclesia, inimicos suos (quales appellari possunt excommunicati) protegit; Vndè omnes fideles monet quod diligant inimicos; quinimò pro hæreticis, Scismaticis, & Paganis, frequentèr orat; Ergò non est habendus respectus ad qualitatem personæ; sed ad Ecclesiam ipsam, quæ cunctos ad eum confugientes defendit atque patrocinatur.

36 Hinc est, quod Blasphemantes Deum, vel Beatam Virginem, citra tamen intellectus pertinaciam, ex qua hæresis argui potest, gaudent immunitate Ecclesiæ, *Nauar. cap. 25.nu.20.* sicuti etiam omnes alij infideles, Scismatici, Hæretici, & Iudei, pro delictis in specie, citra proditorium, assasinium, & alia

alia exceptuata crimina, gaudent immunitate Ecclesiæ, quia Iura quæ disponunt contrarium in hæreticis, sunt intelligenda in sensu formali, scilicèt pro crimine hæresis, non verò pro alijs delictis, vt latè ostendit *Pat. Dian. in summ. verb. immunitas Ecclesiarum, quò ad personas, fol. 446.* vbi ità refert per S Congreg. determinatum, ex *Ricciull. lib. 2. cap. 12.* & de excommunicato, & sacrilego idem tradit, *P. Bachon. lib. 4. sent. distinct. 13. quæst. 1. d. versic. Sed numquid excommunicatus, fol. 120. col. 2. circà finem.*

37 Idemq; *Bachon. ibid. d. fol. 120. col. 1. vers. Ait enim*, dicit, quod si seruus alicuius sine delicto, sed fortè ob timorem Domini, ad Ecclesiam confugiat, non est extrahendus, nisi priùs à Domino ipso iuratoria cautio præstetur, de seruo benè tractando, sicuti habetur in *tex. in cap. intèr alia de immun. Eccl.* & tamen supponimus seruum esse infidelem.

38 Neque tandem omittam, quod occidens aliquem in duello, licèt ipso facto censuris in bulla Cenæ alligetur, immunitate tamen Ecclesiastica gaudebit, vt ex quampluribus docet *Ambrosin. de immun. cap. 8. nu. 12. cit. Dian. resol. moral. part 4. tract. 1. resol. 46. & part. 6. tract. 1. resol. 26. in §. Quæro decimo certiò*, & ità quotidiè practicari videmus, quidquid velit in contrarium, *Barbos. de iur. Eccles part. 2. cap. 3. nu. 101.*

Sicque ex prædictis satis euidentèr apparet, excommunicationem delinquentis non esse sufficiens impedimentum, ad eum excludendum ab Ecclesiastica immunitate.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IMmunitate Ecclesiastica non gaudeat, proditorium homicidium committens, nu. 1.

Proditorium homicidium quandò dicatur, vt Ecclesiastica immunitate, non gaudeat, remissiuè, num. 2.

Proditorium homicidium non est illud, quod tormento igneo à tergò fuit commissum, nu. 3.

Portans aliquem ad certum locum sub colore amicitiæ, vt ibi ab alio occideretur, gaudet immunitate Ecclesiastica, nu. 4.

Immunitate Ecclesiæ gaudet tentans homicidium proditorium, effectu indè non sequto, licèt ad actum proximum, scilicèt ad vulnera deuentum sit, nu. 5.

Occidens infidelem proditoriè gaudet immunitate Ecclesiæ, nu. 6.

Veneno aliquem interficiens non gaudet immunitate Ecclesiæ, nu. 7. Sed vid. nu. 9.

Venenare connumeratur intèr species proditionum, num. 8.

Assassini non gaudent immunitate Ecclesiæ, n. 10. etiam morte non sequuta, nu. 11.

Assassinus dicitur, qui ad preces, vel vt alteri complaceret homicidium commisit, nu. 12. & de hoc adducuntur nonnulla exempla, nu. 13.

Assassinus dicitur etiam qui exiguo pretio recepto aliquem occidit, nu. 14.

Assassinus non dicitur qui oblatum pretium, vel oblatam pretij promissionem non acceptauit, num 15.

Item nec minùs dicitur talis qui mandante Domino, genitore, vel consanguineo aliquem interfecit, nu. 16.


Mediator ad assassinium puniri debet sicut assassinus, nu. 17.

Non tamen priuari debet immunitate Ecclesiastica, nu. 18.

Testis qui pecunia corruptus falsum testimonium peribuit, proptèr quod alterius mors sequuta est, non est reputandus assassinus, ideò Ecclesiastica immunitate gaudet, nu. 19.

Occidens inimicum suum, alio mandante, & pecuniam dante, gaudet immunitate Ecclesiæ, & quarè, nu. 20.

Assassinus non dicitur qui alium pecunia mediante, præsente mandante occidit, nu 21.



AD CAPVT CLXXI.

Additio.

1 

DElictum proditorium, quod non mereatur immunitate Ecclesiastica potiri, proptèr grauem eius immanitatem, sancitum notoriè est, tàm per *Gregor. Constit.* quam antiquitus per *tex. in cap. 1. cum glos.* ibi, & DD. *de homicid.* ibi, *si quis per industriam occiderit proximum suum, vel per insidias, ab altari meo euelles, vt moriatur.* Et communiter ad idem DD. conueniunt, vt ex *Couarr. variar. resol. lib. 2. cap 20. nu. 7. Iuli Clar. in pract. crim. § fin quæst. 30. nu. 11. Foller. in spec. tit. de his qui ad Eccles. confug. nu. 12. Gomes variar. resolut. lib 3. cap. 10.* alias *tit. quand. reu. gaude. immun. Eccles. sub nu. 2. versic. Quinimò limita, Suar. in pract. tom. 1. part. 5. cap 3. §. 3. nu 13. Decian. tract. crim. lib. 2. part. 6 cap. 28. nu. 12. cum seqq. Farinac. de carcer. & carcerat quæst. 208 nu 24. Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap 12.* & ità fuit determinatum in Senat. Parisiens. teste *Io. Gall. quæst. 172.* In Senat. Constantinopol. *Guid. Pap. decis. 121.* in Curia Burdegalens. *Boer. decis. 109.* In Senat. Regni Aragoniæ, *Ioseph Sesse de inhiben. Magis. Iust. cap. 8. § 4. à nu. 561.*

561. & demum in Senatu Cataloniæ apud *Ludouic. Peguer. decis.* 54.

2 Proditorium verò homicidium, quandò dicatur, vel non, ad effectum excludendi delinquentem ab immunitate Ecclesiastica, ponit *Ciarlin.d.cap.*12. & in terminis copiosissimè *Alex. Sperell decis.for. Eccles* 23.*lib*.1. vbi de diuersis criminibus proditoriè patratis, diuersisq; proditionum speciebus ad finem concedendi, vel denegandi Ecclesiasticam immunitatem, ratiocinatur, omninò in contingentijs legendus.

3 Declarauit tamen *Sacra Congregat. die* 2. *Augusti* 1619. Non esse proditorium homicidium, illud quod cum tormento igneo à tergò perpatratum fuit, nisi aliæ circumstantiæ, signantèr falsæ amicitiæ concurrant, de qua quidem determinatione mentionem facit *Barbos. in iur. Eccles. lib.*2.*cap.*3.*n* 62. Ad quod non obstat, quod per *prag.* Regni 52. *tit. de arm.* cautum sit, talia homicidia, à tergò sclopis rotatis commissa esse proditoria, quia operatur hoc ad finem augendi pænam, punitionem, & ordinem procedendi, non verò ad effectum excludendi delinquentem ab immunitate Ecclesiastica, vt hic annuit *Spectab. Dom. meus in fine*.

4 Singulariter etiam est notandum, quod ad hoc vt proditor ab immunitate Ecclesiastica excludatur, opus est, quod ipse physicè, & immediatè proditoriè homicidium committat; Hinc est, quod si quis sub falso amicitiæ colore Titium ad certum locum duxerit, vt ibi ab alio occideretur, sicuti factum fuit, fruitur Ecclesiastica protectione, quia non est physicè, & immediatè occisor, sicuti per *Gregor. Const.* requiritur vt clarè ex verbis illius elicitur, ibi. *Aut qui proditoriè proximum suum occiderint*, & ità in effectu tenet *Dian. resol. moral. part.*6.*tract.*1. *resol.* 12. *in* §. *notandum est tamen*, quidquid in contrarium senserit, *Peregrin. de immunit. cap.*7.*nu.*9.

5 Item etiam, si quis aliquem proditoriè occidere tentauerit, effectu non sequuto, gaudet immunitate Ecclesiastica, licèt ad actum proximum deuentum sit, scilicèt ad vulnera, quoniam cum *Gregoriana Constitutio* de actu perfecto, & consumato loquatur, per verbū, *occiderint*, perperam extenditur ad tentatum, per *tex. in l.*1. § *hac verba*, *ff. quod quisque iur.* & in terminis tradunt *Villagut. ad exercis. leg. tit de immun. Eccles. cap fin. à nu.* 54. *cum seqq. Ital. de immun. Eccles. lib* 1. *cap.*5. §.4. *à num.* 22. *cum seqq. Peregr.* qui contraria reijcit, *tract. de immun. cap.* 7. *nu.*13. & 14. *Germ. de Sacr. immun. lib.*3. *cap.* 16. *nu.* 60. *Rebuff. ad* Const. *Galli. tract. de immun. artic.* 3. *quæst.*5. *Farinac. in append. tract. de immun. Eccles. cap.*9. *num.* 145. & 146. qui dicit sententiam istam esse indubitatam; inspecto tenore *Gregorianæ Const.* sicuti etiam voluerunt *Suar. tract. de stat. Religios tract* 3.*lib.*3. *cap.*11.*nu.*14. *Bonac. in cod. tract. quæst.*7.§.4. *nu* 16. *Baiard. ad Clar. in* §. *fin. quæst.* 30. *nu.* 17. *Decian. in tract. crim lib.*2. *par.*5. *cap.*28. *nu.*17. idem *cons.* 80.*nu.*18. *lib.*3 *Giazz. resol. crim. ad defens reorum, tit. de Cleric priuil.* aliàs *discept.*10.*nu.*113. & *Dian. resol. moral. part.*1. *tract.*1. *resol.*4. & 18. & *part.*4. *tract.*1. *resol.*83. & *part.*6. *tract.*1. *resol.*12. quidquid in contrarium sentiant *Sarp. in suo opere fol.* 47. & *Ignc. in l.*1.§. *si dominus*, *nu.* 20. *ff. ad Sillan. cit. Couar. d. cap.*20. *sub num.*7. *versic. Imò*, & *idem Peguer. d. decis.* 54. *nu.*11. qui refert in effectu obseruatum, quod proditoriè vulnerans, animo occidendi, debeat ab Ecclesia extrahi, & alij penès *Farinac. d. tract. de carcer. & carcerat. quæst.* 208. *nu.* 25. videndiq; ex modernioribus cit. *Sperell. decis.*22.*nu* 4. & 5. *lib.*1. & *Ciarlin. d. lib.*1. *cap* 12.*nu.*22. & 23. & *cap.*14.*nu.*19.

6 Occidens quoque infidelem proditoriè, non est ab Ecclesiastica immunitate excludendus, quia *text. in cap.* 1. *de homicid.* dicit *Si quis per industriam occiderit proximum suum, &c.* & idem voluit *Gregoriana Constitutio*, Inquiens. *Aut qui proditoriè proximum suum occiderint.* Igitur cum infideles non dicantur nobis proximi, quoniam nobiscum in fide, Ecclesia, Baptismo, cæterisq; Sacramentis non comunicant, neque conueniunt; iure, meritò contrà occidentes eos proditoriè, nec ius Canonicum commune, neque dispositio Bullæ, quoad immunitatem adaptanda est, ità *Bonacin. in decal. disput.*7.*quæst.*3. & *Dian. resol. moral pa t.*4. *tract.*1. *resol.* 105. contrà opinionem *Palai. tom.* 2. *tract.*11. *disp.* 1. *punct.*9 *nu* 31.

7 Sed an venenans aliquem, proditorium homicidium dicatur commisse, ità vt nequeat ab Ecclesia protegi? Conclusiuè respondeo affirmatiuè ex *Decian. tract. crim. tit. de atroc. venefic. nu* 4. *Bocr decis.*109. *nu.* 5. *Peguer cit decis.*54 *num.* 12. *Ricci.* qui sic determinatum refert *decis. Cur. Archiepisc.* 262. *part.* 3. ad quod etiam in puncto declarauit *Sacr. Congreg.* 3. *die Decembris* 1632.

8 quia veneno interficere, omnes communitèr intèr species proditionum connumerant, *Bald. in l nemo*, *C. de summ. Trinit. & fid. Catol.* & *in auth. item nulla communitas*, *C. de Episc. & Cleric.* & *in cap.* 1. *quibus mod. feud. amitt.* & *cit. Decian. tract. crim. lib.* 9. *cap.*22. *nu.*1.

9 Animaduertunt tamen quamplures, conclusionem istam tunc veram esse, cum veneno necatur aliquis sub colore amicitiæ, vel aliquis incautus, qui nullam præcauendi causam habebat; Cæterum si veneno occideret quis inimicum suum, qui benè poterat proptèr inimicitias præcauere, tunc nullo pacto esset ei deneganda Ecclesiastica immunitas; quia nullam proditionem contrà incautum,

& in-

& insontem commisit, ità *die 6. Februarij* 1597. rescripsit Clemens VIII. Pontifex Maximus, Panormitano Archiepiscopo, tradunt q; *Palaus d. punct. 9. num. 26. & cit. Dian. resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 5. & 36. & par 6. tract. 1. resol. 12. in § nota etiam.*

10 Excipitur quoque à fruitione Ecclesiasticæ immunitatis, committens detestabile illud assassinij Crimen, tam per *tex. in d. cap. 1. de homicid.* quàm per citat. *Gregorij XIV. Constitutionem*, vt plenè de hac re *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 20 nu. 9.*

11 Circa hoc tamen apprimè notandum est, quod etiam morte non sequuta, assassinus immunitate Ecclesiastica potiri non debet, si mandatum receperit ad occidendum, *d. cap. 1.* ibi. *Quamquam mors ex hoc forsan non sequatur*, & voluerunt *Peregrin. de immunit. Eccles. cap. 7. nu. 37.* quem sequitur sæpè *cit. Dian. resol. moral. part. 1. tract. 1. resolut.* 18. quamuis voluerint nonnulli, sententiam istam in mandante tantum procedere, non verò in mandatario, *Palaus d. punct. 9. nu.* 38. & *Boter. de homicid. lib. 1. cap. 3. num.* 4. vbi plus voluit, nempè vt assassini nomen ad solum mandantem, non verò ad mandatarium referatur, ita explicando, *tex. in d. cap. 1. de homicid.* vtrum verò opinio ista vera sit cogita.

12 Notandum quoque est, assassinum quem dici etiam si nullo accepto pretio, sed tantù si ad preces alterius, vel vt alicui complaceret, homicidium commisisset, *Villadieg. Politic. cap. 3. nu.* 215. licèt eum impugnare tentauerit *Honded. cons. 93. num.* 88. *lib.* 2.

13 Hinc in Regno fuit determinatum, verè assassinum dici eum, qui sine pecuniæ receptione, sed vt beneuolentiam alterius sibi captaret, homicidium perpatrauit, vt apud *Franch. decis.* 176. qui ità refert iudicatum, contrà quemdam sicarium, cui mandans dixerat; *Ammazzate il tale, che la casa mia vi sarà sempre aperta.* Sicuti etiam *Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst.* 52. vbi ità paritèr refert decisum, contrà scelestum quendam, qui pronus ad interficiendum fuit, solum quia dixerat ei mandans. *Ammazzate il tale, che farete cosa grata al Signor tale.* Ex quibus nostrorum Supremorum Tribunalium determinationibus, ponderandum est, vtrum vera sit *Bald.* opinio, *cons.* 385. vbi voluit, non esse assassinum eum, cui incerta, & generalis præmij, pretijque promissio facta fuit, per hæc vulgaria verba. *Ammazzate il tale, che mai vi verrò meno nelli vostri bisogni.* Sequitur *Palaus* in terminis *Gregor. Const. dict. punct 9. nu.* 34. vel si esset dictum; *Ammazzate il tale, che prometto procurarui la tale per moglie.* aut. *Che prometto procurarui il tale officio. Bossi. tract. de mandat. ad homicid. nu.* 35. dicens quod committens homicidium hisce sub promissionibus, assassinus nequit nuncupari; de cuius quidem opinione, sicuti de opinione *Bald. & Pala.* dubito non mediocritèr, proptèr superiores determinationes, *à Præside* nostro, & *Nouar.* relatas videndus tamen plenissimè *Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 619. à nu. 10. in vers. Ideo etiam*, quò loci, pluribus alijs relatis authoritates mox allegatas facilè approbat.

14 Neque etiam vera est *Vulpell.* opinio *cons.* 143. *nu. 9.* dum dixit, non esse assassinum eum, qui exiguo pretio recepto, homicidium perpatrauit, supposita tanta pretij exiguitate, vt verosimilitèr non possit præsumi, animum suum proptèr illud tantum inclinasse, ad tam graue facinus committendum; quia præsumptionem istam negamus, ipso enim facto quod pretium, licet exiguum recepit, censetur illius intuitù annuisse, alioquin illud recipere recusasset, non recusauit, ergò illud idem fuit stimulus ad occidendù, ità notabilitèr sæpè *cit. Pala. vbi sup.*

15 Quemadmodum è contrario dicimus de eo, qui oblatum ad occidendum pretium, siuè oblatam promissionem non acceptauit, tunc enim ex quo effectiua datio, ac etiam dandi promissio cessat, non debet nuncupari assassinus, quasi cesset essentialis qualitas ad inducendum assassinium, Adeò vt non valet dici in proposito casu, interfectorem illum ore recusasse, sed animo ablatum pretium, vel oblatam promissionem acceptauisse, vt satis notanter docet *Riminald. Iun. cons. 685. nu. 12. cum seqq. vol. 5.* & alijs ferè innumeris adductis plenè tradit *Gratian. cit. cap 619. à nu. 5. cum seq.*

16 Item secundò non est assassinus, qui mandante Domino suo, Genitore, vel consanguineo, aliquem interimit, vt per *Campagn. in cap. Regni, frequens 7. in ordine, nu. 70. tit. de testim. public. disrob.* & pleniùs *Petr. Caball. resol. crim. centur. 3. casu* 289.

17 Item tertiò mediator ad assassinium, licèt eadem pæna puniri debeat, qua plecti solent ipsi met assassini, vt specialitèr in Regno sancitum est, per *pragm. 2. de assas.* & latè tradit *cit. Petr. Caball. d. centur. 3. casu* 243.

18 Nihilominus vt hic concludit *Spect. Dominus* cuius mentionem facit *Thor. in compend. decis. tom. 3 part. 2 verb. mediator, siuè proxeneta, fol.* 80. huiusmodi mediatores, & cooperantes se ad assassinium, non sunt nuncupandi assassini, ad finem vt excludi debeāt ab Ecclesiastica immunitate, quia hoc respectù eorum tantum dispositum est, qui physicè, & immediatè proximum suum interficiunt, sicuti apparet, tam ex *tex. in d. cap. 1. de homicid.* quam ex tenore dictæ *Gregor. Constit.* proptèr quod ità in terminis voluit Reg. *Sanfelit. decis. 325. nu.* 18.

19 Quartò, si quis pecunia corruptus falsum contrà aliquem perhibeat testimonium, proptèr quod reus morti traditus sit, licèt

dote.

detestabile crimen commisse videatur, non tamen vel assassinus, Ecclesiastica immunitate priuandus erit, quia nullum homicidium mediante pecunia physicè commisit, ità in puncto *Bonacin. in decal. disput. 7. quæst. 3. punct. 6. § 3. nu. 8.* quamuis contrarium voluerit (sed malè) *Dian. resol. moral. par. 1. tract. 1. resol. 19.*

20 Quintò si quis inimicum suum, alio mandante occidat, non est assassinus ad effectum, de quo agimus, quia magis ad vindictam occidisse videtur, quam lucri causa, *Farinac. de immun. Eccles. cap. 8. nu. 132. & 133. cit. Dian. par. 1. tract. 1. resol. 18. in versic. non reti. cbo, & part. 6. tract. 1. resol. 11. versic. Vndè primò*, dum firmat, quod occidens communem inimicum, scilicèt mandantis, & ipsius mandatarij, etiam pecunia mediante gaudet immunitate Ecclesiæ, id quod etiam affirmarunt *Peregr. de immun. Eccles. cap. 7. nu. 45 cum seqq & Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 1. nu 697.*

21 Tandem occidens aliquem, ad id ab alio pecunia conductus, non est assassinus, si homicidium præsente mandante committat, proindeq; immunitate Ecclesiastica non est priuandus, vt *Farinac. & Dian.* locis mox allegatis concludunt, addo *Peregr. d. cap. 7. nu. 47. Berdaz. conf. 143. nu. 13. vol. 1. Cabriel. conf. 170. nu. 11. cum seqq. lib. 1.* & *Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 619. nu. 25. & 26.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

LÆsæ Maiestatis crimen committentes, quod non gaudeant immunitate Ecclesiæ, quomodò intelligatur, nu. 1.

Occidens Officialem Regium, committit crimen læsæ Maiestatis, nu. 2.

Sed gaudet immunitate Ecclesiæ, & quarè, nu. 3.

Occidens fratrem, sororem, vel legatum Principis, gaudet immunitate Ecclesiæ, nu. 4.

Item cudentes, vel tondentes monetam, ibid.

Vassallus occidens Baronem, potitur immunitate Ecclesiæ, nu. 5.



AD CAPVT CLXXII.

Additio.

1 Regoriana Constitutio intèr alia quæ disponit illud est, vt committentes crimen læsæ Maiestatis non gaudeãt immunitate Ecclesiastica, & ex quò id exprimit per hæc verba, nempè; *in personam ipsius met Principis*, dicunt DD. intelligi id de crimine læsæ Maiestatis in primo capite, immediatè commisso in personam Regis, vel alterius Principis superiorem non recognoscentis, vt *Cherubin.* ibi, & *Ricci. in collect. decis. part. 9. collect. 4008. in versic. Limita octauò.*

2 *Ex* quò igitur doctè de more concludit in præsenti *Spectab. Dom. meus*, quod licèt occidens Officialem Regium, læsæ Maiestatis crimen dicatur commisisse, vt Propheta propriæ necis dixerat etiam *Andre. in cap. 1. § contrahentium, nu. 83. quæ sint regal. ex text. in l. quisquis, C. ad leg. Iuli. Maiest. Paris. de Pute. de Sindic. tit. de exces. consil. nu. 11.* & *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. glos. 1. nu. 5. fol. 13.*

3 Hoc tamen verum est ad pænam inferendam, non tamen ad finem applicandi *Gregorianam* Constit. vt scilicèt hic Officialem Regium occidens, non debeat gaudere immunitate *Ecclesiastica*, cum nullum crimen immediatè in Principem commiserit, sicuti *Bulla* requirit, vt docet *Bonacin. in decal. disput. 7. quæst 3 punct. 6. §. 6. nu. 3.* quem sequitur *Dian. in Summ. Eccles. in verb. immunitas Ecclesiarum quò ad delicta, num. 30.* signantèr in *versic. nec etiam*, pænes quem integrã præsentè materiã legendam remitto,

4 dum quoque ibi concludit, quod occidens fratrem, sororem, vel legatum Regis, itemq; cudentes falsam monetam, vel bonam monetam tondentes, immunitate *Ecclesiastica* potiri, licèt quò ad alios effectus, verè crimen læsæ Maiestatis commiserint.

5 Neque postremò omittã *Iacob. Annichin.* qui in *comment. ad Const. Gregor. in princip.* voluit, quod vassallus occidens Baronem suum, gaudeat immunitate *Ecclesiæ*, non obstante, quod læsæ Maiestatis crimen videatur commisisse, sequitur *Ricci, d. collect. 4008. versic. Limita octauò.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

MAndans aliquem vulnerari, mediante pecunia, sicut etiam accipiens mandatum, sequuto vulnere, gaudet immunitate Ecclesiæ, nu. 1. & quid si mors fuerit sequuta, infr. nu. 7. 9. & 10.

Vulnerans de mandato alterius, pretio mediante, grauius puniri debet, nu. 2.

Assassinus quis dicatur, nu. 3.

Mandatum ad vulnerandum recipiens mediante pretio, non est assassinus, nu. 4.


Mandatum accipiens ad vulnerandum, pecunia me-

mediante, vulnere sequuto, gaudet generali indultu, etiam quod in eo exceptuentur vulnera per assassinium illata, nu. 5.

Mandatum quod fuerit ad vulnerandum tantum, quomodo probetur, nu. 6.

Mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, sequuta morte, an teneatur de homicidio cum qualitate assassinij? Referuntur duo contrariæ sententiæ, nu. 7. & 9. Author verò quid sentiat, nu. 10.

Mandans aliquem percuti non est irregularis, etiam morte sequuta, sed quomodò hoc sit verum, nu. 8.



AD CAPUT CLXXIII.

Additio.

1 
Ddo in proprijs terminis latissimè tradita per *Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 619.* quò loci probat mandantem, sicue & accipientem mandatum ad aliquem vulnerandũ, sequuto vulnere, gaudere immunitate Ecclesiastica, & non habere locum *Gregorij XIV. Constitutionem*, contrà assasinos promulgatam, & magis in terminis, ità refert determinatum in Curia Archiepiscopali huius Ciuitatis *Episcop. Ricci. decis. 11. lib. 1.*

2 Licèt enim vulnerans aliquem de mandato alterius, mediante pretio, grauiùs puniri debeat, eis, qui nulla habita pecunia, vel pecuniæ promissione ad vulnerandum inclinant, ex *tex. in l. Cicero, vbi Bart. ff. de pæn.* idem *Bar. in l. non solum, §. si mandatu meo, nu. 14. ff. de iniur.* & alij pænès *Gratian.*

3 *vbi sup. nu. 5.* Non tamen assasinus nuncupari potest; Quoniam talis ille est, qui mandato alterius habito, præuia pecuniæ datione, vel promissione ad occidendum proximum suum, ideft Christianum, se operque suam exhibet, ità communitèr declarant omnes Canonistæ *in cap. 1. de homicid. in 6. Bart. in d. §. si mandatu meo, & in d. l. Cicero, Grammat. cons. 9. nu. 1. cum seqq. Menoch. cons. 360. nu. 42. Gabriel. de crimin. conclus. 1. nu. 30. Mascard. de probat. conclus. 138. num. 10. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. sub num. 18. vers. recepta tamen est communis interpetr atio Iuli. Clar. in §. assassinium in princip. Carrer. in pract. crim. tit. de homicid. §. Circà igitur tertium, nu. 3. Cephc. decis. 155. nu. 12.* & alij quamplures quos consulto omitto, apud *Crass.* legendos, *tract. de effect. Cleric. effect.* 1. *nu. 699. & Gratian. d. cap. 619. nu. 2.*

4 Et in puncto, quod recipiens mandatum ad vulnerandum, præuia pecunia, non dicatur assassinus, effectu etiam sequuto, scilicèt vulnere, per sexdecim DD. docet *Rouit. in pragm. 2. de abolit. nu. 66.* & quamuis voluerit contrarium, *Alex. cons. 166. nu. 5. vol. 7.* dicens committi assassinium tàm ex mandato ad occidendum, quàm ad vulnerandum, eum tamen reijcit *Gabriel. dict. tit. de crim. conclus. 1. nu. 30.* & alij ex suprà relatis, quos sequitur sæpè *cit. Grat. vbi sup. 3.*

5 Vndè *Rouit.* noster, vir sanè omni æuo laudandus, *in d. pragm. 2. à nu. 61. vsque ad fin. tit. de abolit.* Singularitèr per has, & alias rationes probat, quod accipiens mandatum ad vulnerandum, cum receptione pecuniæ, effectu sequuto, gaudet generali criminum abolitione, siuè ve communitèr dicunt, indultu, licèt in eo specificè exceptuentur vulnera per assassinium illata, volens expresse, quod cum recipiens mandatum ad vulnerandum, non dicatur assassinus, nequit meritò comprehendi sub illo excepto casu, qui intelligi debet formalitèr, nempè de eo qui mandatum ad occidendum accepit, quia tunc tantum licèt mors non sequatur, est quòad omnes effectus, verè assassinus, vt ex quampluribus probauimus *supra cap. 171. nu. 11.*

6 Mandatum verò quod fuerit datum ad vulnerandum tantum, satis probatur, ex confessione mandantis, & mandatarij, & ex coniectura loci in quo vulnus fuit illatum; sæpè enim vulneris qualitas arguit in percutiente animum non occidendi, vt cum in brachio, facie, cruribus, vel simili loco percussio infertur, sicuti colligitur *ex Deci. cons. 622. visa inquisitione formata, vol. 2. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 89 sub nu. 5.*

7 Ingens tamen intèr DD. controuersia est, vtrum dato mandato ad vulnerandum, cum datione pecuniæ, si mandatarius excedendo fines, occidat, teneatur mandans de vero homicidio cum qualitate assassinij? De mandatario non dubitamus quod sic, dubium tamen est (vt diximus) de mandante, & quòad eum negatiuè respondent *Deci. d. consil. 622. Garocc. decis. 39. Giurb. decis. crim. 46. Gratian. d. cap. 619. nu. 12. & Ricci. collect. 4008. vers. Non dicitur autem, lib. 9.* qui in terminis nostris dicunt, mandantem in casu prædicto gaudere immunitate Ecclesiæ; hinc

8 declarauit *Sacra Congregat. in anno 1587.* quod si quis mandet aliquem percuti, & mandatarius occidat, non est ità irregularis, vt nequeat ordinibus beneficijs, & officijs, cum dispensatione, insigniri, per hæc verba *Secundò quærebatur an is qui mandauit aliquem baculo vulnerari, eo expresso ne occideretur, si mandatarius armis percusserit, & occiderit, intelligatur incidisse in hoc decretum*

 conci-

concilij, vt omni ordinatione, ac beneficio, & off.10, absque spè dispensationis perpetuò carere debeat? Congregatio *censuit negatiuè:* quam quidem decisionem alijs exornat *Nauar. in manual. latin.cap.27.nu.240. & Ricci.in prax. part.1. resol.456. in fin.*

9 Sed sæpè cit. *Ronit. in d. prag.n.2.de abolit. nu. 71. & 72.* ex authoritate quampluriium docet oppositum, affirmans, quod dato mandato ad vulnerandum præuia pecunia, si sequatur mors, tenetur mandans de vero homicidio, & intrant omnia, quæ de crimine assasinij, cum suis circumstantijs dictum est, quia vulnera non dantur ad mẽsuram, & benè poterat mandans cogitare, de morte fortè sequenda, ob quod nihil valet allegare ad dolum excludendum, quinimò per hoc doctè saluat authoritatem *Alex.* superiùs allegatam, quod mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, sit verè assasinus, quia in casu suo mors fuit sequuta, ideoque meritò assasinium illud appellat.

10 Ipse verò adhæreo distinctioni *Iul. Clar. in §. fin. quæst.89 d.nu.5.* dicentis, vt si quidẽ mandet quis aliquem alapa percuti, baculo vapulari, saluo capite, vt dicebat *Gratian. d. cap. 619. sub nu.* 15. vel faciem amputari, & tunc ex quo per huiusmodi percutiendi genus, nunquam, vel rarò mors sequitur, arguitur euidentèr in mandante animus, quod noluerit eum occidi, & etiam dolus, ex modo quo percuti mandauit, & consequentèr pro homicidio nequit teneri, vt in casu *Deci. d. conf.622. & Gratian. vbi sup.* Aut verò mandauit quis alicui mediante pecunia, vt altum vulneraret, absque quod leuem modum mandatario describeret, & tunc dicit *Clar.* quod sequuta morte tenetur mandans de homicidio, cum qualitate assasinij, iuxà opinionẽ *Ronit. loco sup. cit.* cuius rationes sunt inconuincibilitèr applicabiles, tum nempè quia vulnera non dantur ad mensuram, tum quoque quia est inexcusabilitèr in culpa, cum benè potuerit præcauere mortem, fortè ex vulnere inferendo sequendam, & ità dubio procul tenendum consulo.

Io:*Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

Occidens inimicum cui fideiussorem dederat de non offendendo, vti proditor, non gaudet immunitate Ecclesiæ, nu. 1. Sed contrarium est veriùs, nu. 2.


Occidens inimicum reconcilatum, gaudet immunitate Ecclesiæ, & quarè nu. 3. Sed contrà, nu. 7.

Author conciliat istas dissidentes sententias, n. 8.

Inimicitia post reconciliationem præsumitur etiã durare, nu. 4.

Inimicus reconciliatus non est idoneus testis, contrà inimicum reconciliatum, & sic è contrà, & quarè, nu. 5.

Occidens inimicum suum retrò, & cum insidijs, gaudet immunitate Ecclesiæ, contrà Couar. & quarè, nu. 6.



AD CAPVT CLXXIV.

Additio.



Lexander *Peregrin.* in suo celebri *tract. de immun. Eccles. cap. 7. nu.* 10. tenet, quod occidens inimicũ suum, cui fideiussorẽ dederat de non offendendo, nõ potitur immunitate Ecclesiastica, vigore *Gregorianæ Constit.* per quam, proditores à protectione Ecclesiarum excluduntur, & talis est huiusmodi occisor, vti contrà fidem datam, & præstitam fideiussionem veniens.

2 Sed *P regn.* doctè, & singularitèr impugnatur hic, proptèr quod inconuincibilitèr concluditur, illum talem ab Ecclesia minimè fore extrahendum, ea potissimum ratione, quia data fideiussio, inimicitiam non deleuit, sed operatur tantum, vt veniens contrà eam, in promissam pœnam incurrat, addo in terminis *Dian. resol. moral. par.4.t. act.1. resol.* 34. idemq; voluit idem *Dian. in Summ. verbi immunitas Ecclesiarum quoad delicta, sub nu.* 28. *circà fin.* in vers. *Et procedit etiam si occisor dederat fideiussionem de non offendendo,* vbi mentionem facit de *Spectab. Dom. meo,* in præsenti, addo etiam *Io. Baptis.* Ciarlin. *contr. forens. lib. 1. cap. 116. num. 31. in fin.* vers. *vbi loquitur in casu fortiori, quandò etiam inimicus, dedisset fideiussorem de non offendendo inimicum.*

3 Quinimò in casu longè fortiori idem voluerunt DD. notabiliter dicentes, quod si quis inimicum interficeret, cum quo pacem fecerat (quem inimicum reconciliatum appellant) potiretur etiam immunitate Ecclesiæ, vt *Dian. resol. moral. par.4. tract.1. resol.* 34. idem in *summ. de immun. Eccles. quò ad delicta sub nu.* 28. *circà fin. versic. aut inimicum reconciliatum, Ricci. collect. decis. part.9. collect.* 4008. *vers. sublimitia tertiò,* & doctè *cit.* Ciarlin. *contr. forens. lib.2. cap.251. nu.*

4 33. *& 34. versic. Imò etiam si pax.* Quia post recon-

reconciliationem præsumitur quoque durare inimicitia *Brunor. à Sol. in suo vnic. cõsil. nu. 22. cum seqq. Surd. cons. 40. n. 4. Cranet. cons. 9. sub nu. 6. Giazz. post. discept. crim. cõs. 2. n. 49. & 50. & Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. nu. 57.* quidquid in contrariũ velit idem *Menoch.* ibi contrarius *cõs. 261. n. 24.*
5 hinc est, quod inimici reconciliati, non sunt ad inuicē contrà se idonei testes, quia cum adhuc dicatur durare inimicitia, præsumitur testimonium eorum falsum, & ex liuore perhibitum; vt singulariter *Cranett. loc. sup. cit. in vers. Sed posito.* dicens, quod de inimico reconciliato, non confides in æternum, ex *Io. de Anan. cõs. 17. col. 2. & ibi Bologn. in addit. col. 3. & Paul. de Castr. cons. 273. visa relatione, col. 2. circa med. vol. 1.*

Si ergò post reconciliationem durat adhùc inimicitia, sicuti DD. præsumi inquiũt: Nequit meritò proditor appellari, occidẽs
6 inimicum suum reconciliatum; Et hùc pertinet quod dicitur, vt interficiens retrò, & cum insidijs inimicum suum, gaudeat immunitate Ecclesiæ, cum cessent termini delicti proditorii, quod committitur, cum quis sub figura amicitiæ occiditur, *Bar. in l. respiciendum, §. delinquunt, nu. 1. ff. de pæn. Plac. in epit. delict. cap. 21. nu. 2. Peregrin. de immun. cap. 7. nu. 15. vers. probatur. & nn. 20. & 39. Ambrosin. in eod. tract. c. 5. n. 5. & ca. 6. nn. 3. Farinac. in appendic. ad eund. tract. ca. 9 nu. 143. & cons. 76. n. 7. Genuens. in prax. Eccles. cap. 94. nu. 1. Giurb. cons. 90. nu. 4. Baiard. ad clar. in §. homicidiũ, vers. proditorie, n. 28. Gomes. variar. resol. tit. de homicid. nu. 5. Suar. de stat. Religios. lib. 3. cap. 11. nu. 12. Villaur. de extens. leg. cap. fin. n. 53.* & omissis alijs innumeris *Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 619. nu. 23. & 24.* & licet contrarium tentauerit probare *Couar. varia resol. lib. 2. cap. 20. sub nn. 7.* de eo tamen, magno alioquin viro, in hoc nulla ratio habenda est, vti solus inter omnes consentientes dissentiens, propter quod meruit in hoc impugnari, ac reiici à *Presid. de Franch. decis. 713.* vbi contrà eum in specie refert fuisse in nostro S. C. determinatum.

7 Non negauerim, tamen (vt ad rem à qua digressus sum redeam) quod contrà conclusionem sup. traditam, n. 3. tenuerũt *Giurb. cons. crim. 60. nu. 26. & 31. in fin.* quẽ allegat *cit. Ricc. d. collect. 4008. vers. sub limita tertiò, & Gambacurt. de immun. Eccles. lib. 2. 5. cap. 28. nu. 3.* volentes expressè, quod occidens inimicum reconciliatum, & cum quo pacem fecerat, vti verus proditor, nullo pacto potiri debeat immunitate Ecclesiæ,

8 Sed quoniam huic sententiæ obstant omnia quæ *à d. nu. 3.* hactenus ponderauimus, idcircò conciliationi studendo, dicimus breuitèr, vt si quidem post pacem factam, intèr tales reconciliatos inimicos stricta familiaritas reassumpta sit, cum simultanea cohabitatione, & commensalitate, & tunc dubio procul, hæc secunda opinio magis amplectenda est, quoniam sic omnes proditorii criminis termini applicari facilè possunt; Aut verò hęc nõ intercesserunt & quia tũc pręsumitur durare inimicitia, nam illa vocatur pax oris, non cordis, idcircò si quis inimicum taliter recõciliatum interficiat, nõ est priuandus immunitate Ecclesiastica, sicuti sup. ex quam pluribus probatissimis authoribus demõstrauimus; & in effectu istam distinctionẽ videntur amplecti *Ciarlin. d. cap. 151. sub n. 34. & Dian. in summ. loco sup. cit. in vers. An: inimicum reconciliatum fol. 455.*

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

Episcopi in casibus, non exceptis à Constitutione Gregorij XIV. non possunt delinquẽtes ab Ecclesijs extrahere, & si aliter fecerint, irritum est, & alias pænas incurrunt n. 1.

Crimen quod sit de exceptis à bulla, debet à Iudice Ecclesiastico declarari, nu. 2.


Iudex Ecclesiasticus in declarando, aliquem cõmisisse crimen exceptuatum, ad finem extrahendi eum ab Ecclesia, non debet stare processui Iudicis secularis, num. 3.

Iudex secularis nequit proprio Marte extrahere delinquentem ab Ecclesia, etiam quod notorie commiserit crimen de exceptis, quia extractio indifferenter fieri debet authorante Ecclesiastico, nu. 5. & refertur opinio contraria, nu. 6.

Iudex secularis, an possit delinquentem, ad Ecclesiam confugientem compeditare, & quomodò hoc fiat, nu. 7.

Aufugiens ab Ecclesia metu Curiæ secularis eum persequentis, debet reponi, si extrà Ecclesiam capiatur, nu. 8.

Extractus ab Ecclesia violenter ab inimico suo, debet reponi in ea, licet fuisset à Curia captus extra Ecclesiam, nu. 9.



AD CAPVT CLXXV.

Additio.



1 Irca hoc de quo in presenti agitur, noto breuiter infrascripta Primum, quod cum per *Gregor. Consti. in* octo tantum casibus Episcopis facultas tribuatur extrahẽdi reos delinquẽtes ab Ecclesijs,

sijs, nempè in crimine hæresis, homicidio, vel membri mutilatione in Ecclesia commissa, proditorio, assassinio, Crimine læsæ Maiestati, latrones publici, viarum Crassatores, & denique agrorum depopulatores; Nequeunt meritò in alijs quibusuis casibus, etiam atrocioribus, aufugientes ad Ecclesias extrahere; hinc quidquid contrà fecerint, irritum, & nullum est, vti à non habente potestatem factum; Quinimò ad damna, & interesse delinquenti extracto tenentur, lætale peccatum committunt, & si morti tradatur ob crimen illud, irregularitatem incurrunt, ita ex *Bonacin. Nonar.* & alijs docet *Dian. in summ.* verb. Immunitas *Ecclesiarum quò ad delicta* alias *sub num. 20. versic. Quartò Iudicem Ecclesiasticum, cum versic. seqq. fol. 451.*

2 Secundò noto, quod declaratio, quod quis commiserit crimen aliquod de exceptis *à bulla* spectat *Iudici* Ecclesiastico ad finem extrahendi eum ab Ecclesia, *Farinac. in appendic. ad tract. de immun. Eccles. cap. 22. num. 368. in fin. & num. 369. & 372.* idem *cons. 76. num. 2. vol. 1. Ital. de immun.* Eccles. *lib. 1. cap. 6. §. 1. nu. 66. Ambrosin. in eod. tract. cap. 11. num. 2. Peregrin. in eod.* etiam *tract. de immun. cap. 3. nu. 1. Sperell. decis. 18. nu. 9. Bonacin. tract. de censur. in particular. disput. 2. quæst. 3. punct. 16. §. 12. nu. 9, Palaus quæst. moral. part. 2. tit. de reuerent. locorum Sacror. disput. vnic. punct. 13 num. 9.* Francisc. *Marc. decis. 264. Guazzin. tract. ad defens. reor. defens. 1. cap. 31. nu. 4. Ricci collect. 4008 vers. Nota secundò* & plenè *cit. Dian. resol. moral. lib. 1. tit. de immun. Eccles. resol. num. 14.* dicentes hoc procedere, etiam, quod notoriè constaret, delictum esse de exceptis, istamq; opinionem à Catholicis nusquam fuisse sub controuersia positam.

3 Tertiò noto id, quod supracit. *Bonacin. & Palaus* vbi suprà tradunt, nempè, quod ad finem videndi, verum quis crimen de exceptis commiserit ad extrahendum eum ab Ecclesia, non sit standum à Iudice Ecclesiastico, probationibus, & processui super hoc instructo à Iudice laico, sed opus esse, quod ab ipso ordinario noua informatio capiatur, quia laicus propter Iurisdictionem fundandam, & ad excludendam immunitatem, pars magis, quam Iudex censetur; sicuti quoque tradidere innumeri ferè *à Ciarlin.* cumulati, *contr. forens. lib. 1. cap. 10. num. 47. & 48. & lib. 2. cap. 154. num. 40.*

4 Noto quartò, quod in casibus, ac criminibus *à bulla* exceptis, ità etiam à Iudice Ecclesiastico declaratis, nequit Iudex laicus proprio marte, & authoritate, delinquentē ab Ecclesia extrahere, nisi quoque comitante Iudice Ecclesiastico, aliauè persona ab eo deputata, tum propter conuenientiam, in honorem scilicet, & reuerentiam Ecclesiarū, tum quoque de rigore Iuris, quia cum Ecclesia non sit de Iurisdictione Laicorum, licet in illorum districtu sita sit, vt iam alibi diximus, propterea perperam in aliena Iurisdictione, quidquam exercere, extraneus Iudex potest, nisi authorāte Domino illius sicuti ratiocinando in terminis tenent, [*Peregrin. de immun cap. 16. nu. 22. & cap. 22. nu. 5. Palaus d. disput. vnic. punct. 13. num. 4. Dian. resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 14. & par. 4. tract. 42. Bonaci. d. tract. disput. 2. quæst. 3. punct. 16. §. 12. nu. 7. versic. ex quo, & §. 14. nu. 2. vers. secundò,* idem Farinac. *de immun. Eccles. cap. 2. nu. 23. & 24. Sperell. decis. 48. nu. 65. Guid. Pap. decis. 121. nu. 1. in fin. vers. quod tamen, Gomes. variar. resol. lib. 3. cap. 10. sub nu. 2. in fin. tit. quand. reus gaude. immun. Eccles. & cit. Ciarlin. d. lib. 1. cap. 10. nu. 33. & lib. 2. cap. 162. per totum,* & puntualiter hoc disponit *cit. Gregoriana Constit.* in illis verbis *In nullo ex casibus supradictis, fine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ, &c.*

5 Non negauerim tamen, contrariam sententiam tenuisse *Iul. Clar. in §. assassinium, nu. 5.* dicentem, posse laicum Iudicem, proprio marte, extrahere ab Ecclesia, delinquētem notoriè assassinum, vel qui notorie commisit crimen aliquod de exceptis; Sed certè vtrum opinio *Clar.* sit vera, attento tenore dictæ *Gregorianæ Constitutionis*, cogitet, quamuis idem cum *Clar.* velit *Fōtanel. decis. 200. nu. 10.* Quoniam ipse in consuetudine loci fundatur. & audeo dicere, non esse de eo, extrà Cataloniam curandum.

6 *Maxime* quia tam in *d. dec. 200.* quā *dec. 202.* ex eadē ratione Consuetudinis loci, tenet posse Iudicem sæcularem, ligare, ac cōpeditare delinquenté in Ecclesia cōfungiētem, in casu, quo suspicatur, commisisse eum delictum de exceptis; quam quidem sententiam nouissime plene reprobat *Io. Bapt. Ciarlin. contr. lib. 2. cap. 154.* volens expresse cōtrarium authoritate *Palai loc. sup. cit. punct. 13. nu. 6. vers. Caterum,* & aliorum, dicentiū, quod *Iudex* sæcularis compeditans aufugientem ad Ecclesiam proprio marte, vti violator Ecclesiasticæ libertatis, incurrit in censuras cōtentas, *in Gregoriana Const.* sicuti plene probat *cit. Ciarlin.* volens tantum, hoc licere iudicibus laicis, de mādato ordinarij Ecclesiastici, vel cum assistentia personæ ab eo deputādæ, ad tradita per doctissimum *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 20. nu. 17.* in illis verbis *Modò vincula ab vtroque Iudice, Ecclesiastico, & sæculari iniciantur.*

7 In quātum tandem dicitur hic *nu. 8. 9. & 10.* quod si existēs in Ecclesia aufugiat propter timorem Curiæ sæcularis, & extra Ecclesiam capiatur, debeat reponi, quia coactus videtur aufugisse, atque renunciasse immu-

nitati, addo tradita per eundem *Spectab. Dom. meum tom. 2. resolut. iur. cap.* 197. vbi ità refert solêniter determinatû in iûcta iurisdictionis huius Ciuitatis. Quinimò etiã
9 tradit ibidem, quod si quis ab inimico, vi ab Ecclesia extrahatur, & extrà illam à Curia sæculari capiatur, debet reponi, vti violenter extractus, sicuti quoque ex *Peregrin.* & alijs docet *Pat. Dian. resol. moral. par. 9. tract. 7. resol. 6.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

QValitas excludens delinquentem ab immunitate Ecclesiæ, quomodò debeat probari, ad finem extrahendi eum, num. 1.

Quod sufficiat extraiudicialis informatio per quam possit Iudex conscientiam suam accomodare, num. 2.

Quod sufficiant probationes, ex quibus resultent indicia ad torturam, num. 3.

Sed quod debeat præcedere plena qualitatis probatio, nu. 4.

Vel quod vrgeant inditia adeo indubita, quæ equipolleant plene probationi, nu. 5.

Author verò quid sentiat in puncto iuris, nu. 6.

Et quid in praxi, nu. 7. & 8. & refert verba Cancer. dicentis sufficere inditia ad torturam, & ita esse in praxi obseruandum, ad reprimendum hominum excessus, nu. 9.



AD CAPVT CLXXVI.

Additio.



1 Ecisio articuli de quo hic, ab alia pendet quæstione; nempè quo nam pacto de qualitate proditionis, vel assassinij aliorumq; delictorum, à *Gregoriana Cõstitutione* exceptorum constare debeat, ad finem excludendi deliquentem ab immunitate Ecclesiastica.

2 Super quo inuenio *Peregrin. tract. de immun. cap. 3. à nu. 3. vsque ad* 11. quo in loco nonnullas refert dissidentes sententias, sed tamen in eã ipse inclinat, vt sufficiat Iudici Ecclesiastico, à quo extractio rei facienda est, quod ei taliter constet de qualitate excludente immunitatem, vt possit conscientiam suam accommodare ad talem extractionem faciendã, per sûmariã, simplicẽ, & extraiudicialẽ informationẽ, negãs pænitus requiri plenam probationem, & testatur hãc sententiã vltimo loco tenuisse *Farinac.* quamuis alibi contrarium voluerit, vt *in addit. ad cons. 168. lit. A in fin. lib. 2. & cons. 211. nu. 19. lib. 3.* & ita quoque sentiunt *Remigi. de immun. quæst. 2 nu. 7. & 11. vers. Attenta*, Gambacur. *in eod. tract. lib. 6. cap. 15 & Guazz. discept. crim. ad defens. reor. defens. 1. cap. 31. nu. 9. vers. Ac etiam*, cum alijs côcordantibus.

3 Alia opinio est *Hieronym. Portolès. ad Molin. quæst. 9. for. 8.* dicẽtis, sufficere in proposito themate, quod de qualitate assassinij, vel proditionis, constet per indicia ad torturam, quibus sane vrgentibus concludit, ritè posse ad extractionem deueniri, quam sententiam prosequitur *Reg. Sãfelic. decis. 137. à nu. 3.* vbi per tres integras colûnas *Portoles.* verba exarat.

4 Nos verò *sup. cap. 51. nu. 9.* obiter affirmauimus, quod ad extractionem ab Ecclesia faciendam, pretextu assassinij, vel proditionis, vigore *Bullæ Gregor.* requiraratur, quod qualitates hæ immunitatem excludentes, sint concludenter probatæ, *ex Thor. in compen. decis. tom. 3. par. 2. verb. qualitas in crimine assassinij, fol. 379. col. 1.* referẽns *Castill. decis. 156. nu.* 5. nunc addimus *Minsinger. obser. 67. centur. 2. Cancer. variar. resol. part. 3. cap. 10. num. 118. cum multis seqq.* vbi dicit, sententiam istam esse veriorem in puncto iuris sicuti quoque *Ricci. in collect. decis. par. 9. collect.* 4008. *vers. vnde notabis*, Farinacc, pro contraria parte allegatus, *in appendic. ad tract. de immunit. Eccles. cap. 22. num.* 374. *Ambrosin. in eod. tractat. cap. 11. num. 4. Dian. resolut. moral. part. 3. tract. 1. resolut. 38.* & nouissime omnium melius *Io. Bapt.* Ciarlin. *contr. forens. lib. 1. cap. 10. à num. 54. vsque ad* 107. signanter à *num. 61. et cap. 14. à num. 1. cum seqq.* vbi infinitas rationes, & authoritates cumulat.

5 Alibi tamen idem *Ciarlin. tom. 2. cap.* 151. *num.* 12. voluit, qualitatem assasinij, vel proditionis, ad effectum excludendi reum ab immunitate Ecclesiæ debere probari per inditia adeò indubitata, vt equipolleant plenæ probationi; *ex Auend. de exequut. mandat. part. 1. cap. 22. num. 9. Barbos. de iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num.* 168. *Palao quæst. moral. par. 2. tit. de reuerent. debit. loc. Sacr. disput. vnic. punct. 13. num. 8. & Dian. in supracit. resolut. 38. & part. 5. tract. 1. resol. 9. vers. notandum est* hisque addo *Ambros. & Farinac.* loc. mox sup. alle-

allegatis *Ital.tract.de immunit. lib.1. cap.6. § 1. à num.80. cum seqq. Gratian. disceptat. forens. tom.4. cap.619.num.18. et 19. et Bonacin.de immun.Eccles.disput.3.q.7.§.7. n.4. vers. Respondeo.*

6 Sed ipse (vt quid sentiam proferam) adhæreo in puncto iuris postremis hisce opinionibus, requirentibus plenam probationem, vel indicia adeò indubitata, quæ plenæ probationi equipolleant, per hanc ineuitabilem rationē; quoniam *Constitutio Gregoriana*, præbens facultatem extrahendi à locis Sacris assassinos, proditores hæreticos, viarum grassatores, agrorum depopulatores, aliosq; in ea contentos, videtur velle, quod extrahendus vere assassinus, proditor, hæreticus, viarum grassator, & agrorum depopulator esse debeat; talis nemo est, quousque plenè probetur, ergo extractioni, necessario plena probatio præcedere debet, vel inditia equipollentia plenæ probationi, sicuti satis notanter pro ratione tradunt DD. mox sup. relati, signanter verò *Cancer.* omninò legendus, *d.lib.3.cap.10. num.120. cum seq.* vbi refert ita obtinuisse, nam verba sunt intelligenda in suo pleno, vero, & recto significatu *l.3. §.hæc verba, ff. de negot.gest.*

7 In praxi tamen nō censerem absurdum, si duo priores sententiæ obseruarentur, vt scilicet ad exactionem faciendam, sufficiāt probationes de delicto excepto *à Bulla*, per quas possit Iudex conscientiam suam accomodare, ad reum extrahendum, iuxta *Peregrin.* aliorumque opinionem, siquidē semper quod animus acquiescit, & conscientia per probationes il as accomoda-

8 tur, sufficientissimè videtur probatum delictum; vel quod sufficiant probationes, ex quibus resultent inditia ad torturam, iuxtà opinionem *Portules.* amplexatam ex nostratibus *à Sanfelic.d.decis.137. num. 3. cum seqq.* & pro ratione attentè quidem aduertatur ad sæpè *cit. Cancer. vbi sup.num. 124.* qui postquam, tenuisset, requiri in proposito themate plenas probationes, tenet tandem in praxi contrarium, quemadmodum in effectu refert decisum, idque propter frequentem criminum contingentiam, hæc sunt verba ipsius.

9 *Contrarium tamen de mense Iunij 1609. fuit (ut audiui) per eundem Dom. Cancellarium, et quosdam alios Dominos Regiæ Audientiæ, per suam Dominationem, ad declarationem contentionis assumptos, fuisse indicatū, in causa contentionis super immunitate allegata per Ioannem Carreter, Agricolam villæ de Tarasa; Et in posterum, hanc vltimam opinionem seruandam fore, per eundem Dom. Cancellarium, & Dominos de Senatu, intellexi, propter frequentiam Criminum, quæ quotidie perpetrantur, vt sic hominum excessus reprimantur, et ne sub spe immunitatis Ecclesiasticæ ad delinquendum fiat faciles; et licet in puncto iuris mihi verior opinio sequenda videatur, et hactenùs eam sequutus sim, tamē attenta hominum hodierna summa malitia, et frequentibus delictis, vt publico bono consulatur, posterior sententia videtur tenenda, ad notata per Bellug. in spec. princip. rubr. 11. §. videndum, nu.10. cum multis seqq.* Hactenus *Cancer.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM

Damnati ad mortem, si aufugiant de manu iustitiæ, an gaudeant immunitate Ecclesiastica, nu.1.

Et quid de damnatis ad Triremes, si aufugiant, num.2.

Eximens se de manu familia, cum ad carceres, ducitur, gaudet immunitate Ecclesiæ, n.3. etiā si captus satellites secum in Eccl siam trahat, nu. 4. & etiam quod satellitibus violentiam inferat, vulnerando illos intus Ecclesiam, cum magna sanguinis effusione, num.5. non tamen gaudet, si carceratus per Ecclesiam transiret, num. 6.

Frangentes carceres, si aufugiant, gaudent immunitate Ecclesiæ, nu.7. etiam si essent capitaliter damnati, num.8. vel ad perpetuos carceres condemnati, n.9.

Sed non procedunt supradicta, si taliter aufugientes essent inquisiti de crimine excepto a Constit.Gregorian.nu.10.

Extrahi ab Ecclesia an possit puella, quæ cum de ordine Excell. Proregis ad tutum locum duceretur, in Ecclesiam aufugit, nu.11. negatiuè, nu.12. Author affirmat, & quare, nu.13. Cum declaratione, nu.14.

AC CAPVT CLXXVII.

Additio.

1 Vamplura possunt hic compendiosè resolui; Et primò an damnati ad mortē, gaudeant immunitate Ecclesiastica, si cum ad supplicium ducuntur, vel alio modo in Ecclesias se conferant? negat *Bonadill. politic. tom. 1. lib.2. cap.14. num.61.* Affirmant *Megal. cons.46. Remigi.de immun. Eccles. fol.301. fallent.30. Cassan.*

Cassan. ad Consuetud. Burgun. tit. des Iustices, §. 5. nu. 14. & 121. & *Iul. Clar. in* §. *fin. quæst.* 30 *nu.* 23. quem sequitur *Peguer. decis.* 61. *nu.* 2. vbi appellat opinionem istam communem, allegans etiam *Boer. decis.* 110. *sub nu.* 8. *Decian. tract. crim. lib* 6. *cap.* 27. *nu* 29. *Guazzin. defens.* 1. *cap.* 37. *nu.* 4. *Nauar in manual. latin. cap.* 25. *nu.* 19. *versic. etiam si*, & *Farinac. de immun. Eccles. cap.* 15. *num.* 197. Distinguit verò *Peregrin. tract. de immun. Eccles. cap.* 5. *nu.* 8. dicens, vt si quidem alium per locum duci poterat reus ad mortem damnatus, taliter vt potuerit euitari aditus introeūdi Ecclesiam, & tunc habet locum affirmatiua opinio; Aut verò nequiuit aditus iste euitari, & procedit negans sententia. Tu autem vtra opinio verior sit cogita, ad idem verò legendus *Dian. resolut. moral. pact.* 1. *tract.* 1. *resol.* 30.

2 Secundò, an damnati ad Triremes, aufugientes, gaudeant immunitate Ecclesiastica? super quo puncto affirmat *Giurb. decis. crim.* 30. dicens hoc verum, in quacumq; specie remigantium, siuè scilicèt ad id perpetuò damnati sint, siuè ad tempus, ac etiam si voluntarij remigantes fuerint (quos *Bonauoglia* appellant) & sequitur *Ricci. collect. decis par.* 9. *collect.* 4008. *vers. Amplio decimo octauò*, & annuit quoque *Trullench. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *nu.* 29. *Peguer. cit. decis.* 61. circa *fin.* vbi ità refert obseruatum, *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 1. *cap.* 37. *nu.* 39. & in hanc etiam videtur inclinare Peritissimus Dom. *Io. Bapt. Mucci. quæst. forens. cap.* 10. vbi *de Spectab. Dom. meo* in præsenti mentionem facit, cuius quidem authoritatem, in praxi dubio procul amplexandam censeo.

3 Tertiò an extimens se de manu familiæ, cum ad carceres duceretur, gaudeat immunitate Ecclesiæ? Communiter citrà discrepantiam omnes DD. affirmant, authoritate *Ignat. in l.* 1. *sub nu.* 4. *ff. ad Syllan.* vt patet ex *Couar. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *sub num.* 13. *versic. Decimò septimò*, allegans etiam *Boer. cit. decis.* 110. *sub nu.* 8 & consentiunt *Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 27. *nu.* 32. *Farinac. de immun. cap.* 15. *nu.* 196 & *in prax. quæst.* 28. *nu.* 44. plenè *P. Dian. resol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 13. *pac.* 3. *tract* 1. *resol.* 36. & *part* 6. *tract.* 8. *resol.* 5. *versic. nec valet*, & *Boss. tit. de captur. nu* 23.

4 Quinimò *Farinac. in cit. cap.* 15. *nu.* 196. ex authoritate *Mar. Ital.* ingeniosè affirmat, procedere traditionem istam, etiam quod reus qui ad carceres ducebatur, satellites secum trahat, & ità Ecclesiam intret; *Palaus quæst. moral. par.* 2. *tit. de reuerent. debi. loc. Sacr. disput. vnic. punct* 7. *nu.* 11. *cit. Dian. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 36. & *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 106. & *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 27. *versic. Ad alium*, *Ambrosin. tract. de immun. Eccles. cap.* 10. *nu.* 13. *cit. Ital. in eod. tract. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *nu* 70. *Peregrin. in eod. etiam tract. cap.* 5. *nu.* 8. *versic. si verò, cit. Trullench. in decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 11. & *Peguer. cit. decis.* 61. per discursum; Quod ipse, cum longè adolescens essem, curiosè proprijs oculis obseruaui, in quodam Francisco Frappo, viribus sanè maximoperè prædito; is namq; cum à duobus satellitibus à dextris, & à sinistris stantibus ad carceres duceretur, vtrosq; sub brachijs suis astrinxit, & cum eis tanquā duobus, cum pueris facilitèr, & eleuatè, Ecclesiam Sanctissimæ Annunciatæ huius Ciuitatis introiuit; Quid verò sequutum fuerit pænitùs ignoro.

5 Sed prosequendo tradita per *cit. Farinac.* pro secunda superioris conclusionis ampliatione, dico cum eo in *tract. de immun. cap.* 16. *nu.* 227, quod trahens secum birruarios in Ecclesia, cum ad carceres duceretur, gaudet immunitate Ecclesiastica, etiam quod eis vim magnam intulisset, eosdemq; vulneribus affecisset, cum copiosa sanguinis effusione intùs eandem Ecclesiam, sequitur sæpè *cit. Dian. resol. moral. pac.* 1. *tract.* 1. *resolut.* 13.

6 Verum tamen si quis ligatus per Ecclesiam à Iustitia eiusque Ministris duceretur, possèt violenter extrahi, vt probat *Io. Bachou. lib.* 4. *sententiarum distinct.* 13. *quæst.* 1. *artic.* 2 *versic. Quæris*, dicens quod iste talis non est neque aufugiens, neque residens in Ecclesia, & ideò non sunt applicabiles Canones, & decreta, prohibentia extractionem, quoniam de aufugientibus, vel commorantibus in Ecclesiis loquuntur.

7 Quartò an carceribus mancipati, gaudeant immunitate Ecclesiæ, si illis fractis aufugiant? Et in hoc licèt *Cassan ad Consuetud. Burgun. rubr.* 1. §. 5. *nu.* 110. dicat sæpè negatiuè in Gallia seruari, tamen ipse idem praxim istam damnat; Sicque ea omissa affirmamus indistinctè, tales aufugientes, præuia Carcerum fractione, Sacrorum locorum immunitate potiri, *Boer. cit. decis.* 110. *sub nu.* 8. & 9. *idem. decis.* 215. *num.* 18 & *decis.* 349. *nu.* 8. *Couar. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *sub nu.* 13. *versic. decimò octauò*, *Iul. Clar. in* §. *final. d. quæst.* 30. *in versic. Pone familia*, quos alios allegando sequitur *Peguera decis.* 61. vbi ità refert Barcinonæ decisum in triginta carceratis, qui habito à Custode carcerum aditu ad fugiendum, non quidem malitiosè, sed ob eius negligentiam, in Ecclesias se se contulerunt, *Guazzin. d. d fens.* 1. *cap.* 37. *num* 37. *Peregr. d. tract. cap.* 5. *nu.* 9. *Ambrosin. cap.* 10. *nu.* 11. *Farinac. d. cap.* 15. *nu.* 193. idem in *tract. de carcer.* & *carcerat. quæst.* 28. *nu.* 42. *Dian. resol. moral. par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 37. & *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 26. *in* 5. *quæst.* & plenè *Io. Bapt. Ciaclin contr. forens. lib.* 2. *cap.* 14. *signanter nu.* 8.

8 Et procedit ista communis sententia, e tiā quod taliter ad Ecclesiam confugiens, esset

capi-

capitaliter condendatus, sæpè cit. Peguer. d. decis. 61. nu. 2. referens Iuli. Clar. qui testatur ità fuisse obseruatum Mediolani in anno 1555.

9 Et fortiùs, etiam quod fugiens ad Ecclesiam fractis carceribus, esset iam ad perpetuos carceres, pænæ loco condendatus, vt satis doctè, nouissimè probat, cit. Dom. Io. Bapt. Mucc. d. quæst. 10. per totam, signanter à nu. 10. ad finem.

10 Sed hæc omnia intelligenda sunt cum grano Salis, vt minimè procedant, in reo criminis excepcuati per Bullam Gregorian. iste enim quamuis post capturam, vel effectiuam carcerationem, itemque post condendationem aufugiat de manibus iustitiæ, cum ad patibulum duceretur, vel de manibus satellitum, itemq; è carceribus illis fractis, non debet gaudere immunitate Ecclesiastica, quoniam nequit esse melioris conditionis eo, qui post quam similia crimina perpetrauit, liber se in Ecclesiam contulit, ità in puncto docent Igne. in d. l. 2. nu. 54. vers. Sed reuertamur, ff ad Syllania. Farinac. d. tract. de carcer. & carcerat. quæst. 28. nu 46. & in appendic. ad tract. de immun. cap. 15. nu 204. quem sequitur cit. Peguer. d decis. 61. nu. 4. in vers. Sed scias, Guazzin. d. defens. 1, cap. 37. nu. 43. & ex Giurb. Peregr. & alijs, tradit Ciarl. d. cap. 14. nu. 9. vers. Verum ex aduerso.

11 Sed hac occasione notabiliter quæro, an ab Ecclesia extrahi potuisset (Iudice tamen Ecclesiastico authorante) quædam puella, quæ cum ad tutum locum, de mandato Excellentissimi Proregis duceretur, cum comitatu nonnullorum Regiorum Officialium, Senatoria dignitate fulgentium, mirabili arte, & ingenio, in Ecclesiam fugam arripuit.

12 Et quidem prima facie negatiuè respondendum videtur, eò quia, aut puella hæc in aliquo contumax est, & non potest extrahi (supposito tamen nullum eam crimen de exceptis perpatrasse) Aut verò innocens reputatur, & ex quo Ecclesia nocentes patrocinatur, fortiùs innocentibus auxilij debet esse, igitur nullo pacto in casu proposito ad extractionem deueniri posse, concludendum videtur.

13 Sed nihilominùs duplici ratione extrahendam puellam hanc facilè teneo, tum nè venerationi Ecclesiæ derogetur, tutò enim propter illius assistentiam, Ecclesia, vti ob muliebrem incolatum armis absideretur, maximo cum tumultu, & scandalo contaminaretur, & ad eam fidelium accessus, ac frequentia prohiberetur; tum quoque ob rationem cessantem; ideò enim Pontificiæ sanctiones, extractionem aufugientium ad Sacros locos prohibuere, nè ijs qui Ecclesiarum protectionem suscepere, iniuria inferatur, sicq; in commodum reorum manarunt; In casu proposito extractio non fieret ad læsionem, iniuriamque inferendam, sed ad maiorem puellæ cautelam, in cuiusq; honoris decorisq; custodiam, igitur non est quærendum de Constitutionibus Pontificijs, prohibentibus extractionem, si mens, ac intentio illarum cessat; & cum casus in facto contingisset, ità acutissimè consuluit R. P. Hierony. Pecorarius, Societatis Iesu, cuius responsum, profectò singulare, registrandum curauit Spect. D. m. meus tom. 3. alleg. 77. per totam.

14 Monet tamen idem P. Pecorar. ibidem in fin. dandam esse huic puellæ fidem, verbumq; regium, de eam non offendendo, illæsamq; seruando, à qualibet pæna, forsan contracta ob contumatiam, vel inobedientiam, argumento serui à domo domini, ad Ecclesiam ob timorem aufugientis, de quo in cap. inter alia, de immunit. Eccles. & nos sup. cap. 170. nu. 37.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

EX tractus ab Ecclesia blandit verbis, vel fallacijs, debet in ea reponi, nu. 1.
Eo sicus delictum blanditijs, vel sub spè veniæ, non potest ex ea confessione condendari, nu. 2.
Limita data perseuerantia in illa, num. 3.
Ob quod cauti debent esse Aduocati, vt statim procurent reuocationem confessionis taliter extorta, num. 4.



AD CAPVT CLXXVIII.

Additio.



1 REus si ab Ecclesia extrahatur blanditijs, subdolisq; verbis, siuè etiam fallatijs, debet in pristina, qua fruebatur libertate reintegrari, sicq; in Ecclesia reponendũ esse, tenent præter allegatos hic à Spectab. Dom. meo & sup. cap. 175. nu. 8. Bouadill. in lib. politic. tom. 1. lib. 2. cap. 14. nu. 8. aliàs dubit. 39. num. 8. Dian. in Summ. verb. immunitas Ecclesiastica, quò ad effectus, sub nu. 34. in vers. Sine reus subdolis, verbis, & Reg. Sanfelic. decis. 242. nu. 3.

2 Pro qua ec in simili habemus, quod si delinquens blanditijs crimen confiteatur, & vt sæpè

sæpè accidit, sub spe promissæ veniæ, nequit ex illa confessione dolo extorta condendari *Alex. cons. 47 nu. 16. lib 1 Hippolit. de Marsil. in l. 1. §. quæstioni, nu. 12. ff. de quæst.* idem *singul. 201. vers. Teneas tamen, Farcin. contr. iur. lib 9. cap. 61. Poller. in prax. crim. par. 1. 2. par. rubr. & si confitebuntur, nu. 15.* & plenissimè *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. casu. 367.*

3 Animaduertunt tamen, & rectè, limitari conclusionem istam, si reus in ea confessione persisteret, quo casu inquiunt, benè posse ex ea condennari, licèt blanditijs, & sub spe veniæ extorta *Menoch. vbi sup.* post *Hippol. d. singul. 201.* circa finem, & *Couar. var. ar. resol. lib. 1. cap. 2. sub nu. 16. vers. Quod si in ea confessione.*

4 Quapropter cauti debent esse Aduocati, vt illicò post emanatam confessionem, eam reuocari procurent, nè ob perseuerantiam, condendari reos incautè, & iniustè faciant, ad quod legendi *Alexan. vbi sup & Hippol. in dict. § quæstioni*, dicentes, rectè posse ad reuocationem deueniri, sicuti quoque *Grazzi. discept. crim. cap. 1. nu. 123.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Adhærentia Ecclesiæ per totum eius circuitum, habent priuilegium immunitatis, & protegunt aufugientes ad ea, nu. 1.

Ecclesiæ ostium, atrium, tectum superficiale, dormitorium, claustrum, campanile, Cæmiterium, porticus, hortus, & stabulum, censentur loca immunia, ità vt delinquentes ad ea confugientes, sint tuti, nu. 2.

Ecclesia non dum consacrata, erecta tamen authoritate Episcopi, itemq; Ecclesia polluta, interdicta, diruta, & etiam Sanctissimum Eucaristiæ Sacramentum non retinens, habet priuilegium immunitatis, cum declarationibus, & ampliationibus, nu. 3.

Oratoria, & confraternitates publicæ, erecta authoritate Episcopi, gaudent immunitatis priuilegio, non tamen oratoria priuata, vel etiã publica, constructa, absque authoritate Episcopi, num. 4.

Conseruatoria puellarum, & orphanorum, an habeant priuileg. immunitatis, nu. 5.

Et quid de hospitalibus, nu. 6.

Palatia Episcoporum habent priuilegium immunitatis, nu. 7. Et quid de Palatijs Episcoporum titulatium tantum, ac Inquisitorum, nu. 8.

Confugiens ad Statuam Principis, est securus, & immunis, nu. 9.


Item confugiens ad Sacerdotẽ deferentem Corpus Christi, nu. 10.

Item confugiens ad cubiculum infirmi, in quo SS. Sacramentum sit translatum, nu. 11.

Item immiscens se cum associantibus Corpus Christi, nu. 12.

Et tandem confugiens ad Reliquias Sanctorum, quæ per Ciuitatem processionalitèr ducuntur, num. 13.

Ecclesiam Matricem gaudere priuilegio immunitatis per circuitum 40. passuum, & aliàs per 30. an sit verum, & quid de consuetudine, n. 14.



AD CAPVT CLXXIX.

Additio.



Copiosè in præsenti tractatur de immunitate Ecclesiastica quò ad loca, qua de rè quamuis innumeri abundãtissimè passim, ac per tractatus ad partes editos scripserint, ipse tamen nè addendi muneri videar deficere, in hac præsertim frequenti, celebriq; materia; proptereà posito nè dum, pro regula, sed quod de fide cunctæ Ecclesiæ immunitatis prærogatiua, & priuilegio potiantur, pro ampliatione, & declaratione.

1 Dico primo, quod nè dum ipsa Ecclesia, idest concauum illius immunis locus reputandus est, sed omnia etiam quæ ei adhærent, quæuè ad ipsius cultum, & ornamentum sunt destinata, per totum confinium Ecclesiæ illius, ad quam reus pro sui tutamine accessit, ad *tex. in l. præsenti, C. de his qui ad Ecclesi. confug.* ibi. *ex his ergò locis, eorumq; finibus, &c* & corroboratur ex regula, *l. quæ religiosis, ff. de rei vendic.*

2 Hinc parietes externi Ecclesiæ, ostium, atrium, tectum superficiale, dormitorium, siuè Claustrum, Campanile, Cæmiterium, porticum, hortus Ecclesiæ annexus, & etiam stabulum, intra eiusdem Ecclesiæ fines paritèr existens, pro habitatione animalium illius, immunia loca reputãtur, adeò vt aufugientes ad ea, vel eorum quodlibet, sunt tuti, vti ab Ecclesiastica immunitate protecti; vt de pariete externo docuerunt *Castr. Palaus quæst. moral. part. 2. tract. 11. disput. vnic. part. 6. nu. 8. Dian. quæst. moral. part. 3. tract. 1. resol. 73. Bonacin. de legi. disput. 3. quæst. 7. § 2. nu. 5. Pat. Bordon. quæst. moral. tom. 1. cap. 1. sub nu. 3. & 4. & Gambacurt. de immun. lib 4. cap. 1. nu. 9.* de Ostio tradiderunt communitèr infrascripti dicentes, vt si quis ostio clauso Ecclesiæ adhæreat, immunitate gaudeat Ecclesiastica, *Gambacut. loc.* mox allegato, *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 20.*

Zz sub

*sub nu.*18. *Decian. tract. crim. lib.6. cap. 26. nu.17. Peregr. de immun. Eccles.cap.4.num.* 18. *Trullench. in decalog.tom.1.lib.1.cap.11. dub.1.nu.5. vers. Quantò à fortiori, Farinac. de immun.quaest.28.nu.14. & Bordon.d.cap.1. sub nu.* 3. & 4. De atrio est *text.* in *Can. si quis contumax 17. quaest.4. Bonacin. d.§ 2.nu. 5. vers. tum quia, Peregr. tract. de immun. Eccles. cap. 4. nu. 21. Ambrosin. in eod. tract. cap. 10. nu.6. Farinac. eod. etiam tract. de immun.d.cap.17.nu.268. & tract.de carcer.& carcerat. quaest.28. nu. 14. Decian.tract.crim. lib.6.cap.25. nu.31. Guazzin ad defens. reor. defens.1.cap.37 nu.17.* & doctissimus *de Leo in Thesaur. for. Eccles. cap. 13. num. 3.* Imò quod de atrio diximus, idem procedit in scalis, & gradibus Ecclesiæ, *Alex.* Sperell. *decis. for. Eccles. 60. nu.* 14. De tecto superficiali, loquitur idem *cit. Sperell.decis.63.nu.9.* quem sequitur *Dian.resol. moral. part.3.tract. 3. resol.73. circà fin.* & *par.6. tract. 1. resol.3. in vers. dicendum*, de Dormitorio, siuè Claustro, ratiocinatur *Sanchez. de matrim. lib.9. dispnt.15. num 42* & est indubitatum, quod vti locus sacer gaudent immunitatis priuilegio; idem de Campanili, declarauit *Sacra Congregat. Cardin. 7. die Decembris* 1632. intuitù religiosæ rei, quæ in eo exercetur, & campanarum Sancto oleo benedictarum, quà proptèr campanile, turrim Dei quamplures appellant. De porticu, est *tex.* particularis, *in d.Can. si quis contumax 17. quaest.4.* ibi. De *porticibus* Ecclesia. *quolibet modo adhaerentibus per vim abstraxerit, &c.* De Cæmiterio in quo Cadauera fidelium defunctorum, cum consueris ceremonijs. & præcibus humantur est *tex. in cap.fin de immun.Eccles. Castr. Pala.tom.2.moral.tract.vnic.dispnt.11. punct.6.nu.16. Dian. resol.moral. par.6.tract. 1. resol 6. & par.4.tract.1.resol.108.in vers. notandum.* Et postremò de horto, & Stabulo Ecclesiæ, intra ambitum, & circuitum illius sitis, loquitur *cit. Dian. in Summ. tract. de immun. Eccles.quoad loca, nu.6. & sub nu.11.* apud quem integra præsens materia compendiosè dilucidatur.

3 Rursùs extenditur præsens immunitatis priuilegium, ad Ecclesias etiam non dum cõsacratas, modò tamen sint erectæ authoritate Episcopi, qui (vt fieri solet) primum lapidem in fundamentis proijcit, atque accomodat, ad *text. in cap. fin. cum glos. vers. & ità Ecclesia, de consecrat. Eccles. & in cap. Ecclesiæ, de immun. Eccles.* vbi *Abb. num.4. Luc. de Penn. in l. vnic. C. de Palat. & dom. domin. lib.11. vers. An etiam Ecclesia.Summ. Pisanell. verb. Emunitas, fol.98. col.2. vers. Item Ecclesia,Leandr.Galganet. de iur.public. lib.3.tit.69 de priuileg.Eccles.nu.24.Farinac. d.tract. de immun. cap.17. num. 261. Giurb. cons 10.nu.2. Bonaci. de leg. dispnt. 3. quaest. 7.§.2.nu. 2. Io. Bachon. lib.4. sentent.distinct. 13.quaest.1.circà princip. vers. sed quae fol.120. col.1.* quamplures allegat *Ciarlin.contr.lib.1. cap.10. num. 6. Sanfelic. decis.* 18. & confert *Ricci. collect. 4008. in 8. ampliat.* Etiam si constructio, & erectio Ecclesiæ fuerit aliquo tempore intermissa, vt contrà *Ital.* aduertit *Dian. in summ. loc.* proximè allegato, *sub nu.* 2. docens, idem priuilegium immunitatis, habere Ecclesias interdictas, & pollutas, ex *Suar. de Relig. tom.1.lib.3. cap.9.nu.6.* & etiã Ecclesias dirutas, modò tamen adsit spes redificationis, & dummodò casualitèr fuerint dirutæ, quia secùs, si de consensu Episcopi *Cambacurt. de immun. lib.4. cap.2. nu. 11. & Iul. Clar. in § fin. quaest. 30.nu.7.* cum alijs pænès *Dian. loc. cit.* vbi paritèr impugnat *Couar.* volentem, tunc tantum Ecclesias potiri priuilegio immunitatis, cum retinent Sanctis. Eucharistiæ Sacramentum, quod vtrum verum sit cogita; hoc tantum scio, opinionem istam non seruari in praxi, & fortè de rigore iuris contraria sententia est verior, pro qua videndus *Castr. Palaus tom.2.tract 11. punct.6. nu.2.*

4 Tertiò oratoria, & Confraternitates virorum religiosæ vitæ, si sint erectæ authorante Episcopo, gaudent priuilegio immunitatis; sicuti fuit obseruatum, teste *Io. Bapt. de Thor. in compend. decis. tom. 2. verb. immunitate Ecclesiastica, fol. 265.* & DD. concordantes congerit *Ciarlin. lib. 2. cap. 197. num. 26. & 27.* qui tamen dicit contrarium in oratorijs priuatis, qualia sunt illa, quæ in conspicuis Palatijs priuatorum Dominorum, ad vsum priuatum, pro audiendo sacro eriguntur, sicuti quoque distinguit *Trullench. in decal. tom 1. lib.1. cap.11 dub. 1. nu.6. Dian.in summ.loc. cit. nu.3. fol. 442.* & originalitèr *Hostiens.* dicens, quod si hodiè est priuatum oratorium, cras potest esse Camera, sequitur *Summ. Pisanell. verb. Emunitas, fol. 98. col. 2. vers. verum priuata oratoria.* Quinimò etiam si publica essent in eisque pia opera exercerentur, immunitatis priuilegium non haberet, supposita deficientia authoritatis Episcopi in erectione illorum, vt fuit decisum *in S. Congr. Reuerendiss. Episcop. 17. die Decembris 1617.* Sicq; non est exaudiendus *Nouar.* volens contrarium, *section.2 quaest.56. nu.8.*

5 Idem concludit in præsenti *Spectab. Dominus* de Conseruatorijs puellarum, & orphanorum, vt si quidem sint erecta sine authoritate Episcopi, non censeantur immunia; ad protegendum reos, ad ea confugientes; secùs verò si in erectione illorum accessisset authoritas Episcopi, addo *Dian.resol.moral. par.6.tract.1.resol.1.*

6 Hospitalia quoque Ecclesiastica I. E. erecta cum authoritate Episcopi gaudent priuilegio immunitatis, ità vt aufugientes ad ea securi efficiantur: Sed quid si Ecclesiam non

habeant,

habeant, neque diuinæ in ea celebrentur; plenissimè *Io. Bapt. Ciarlin. lib. 1. contr. cap. 116. Dian. resol. moral. part. 4. tract. 1. resol. 37. in fin. Farinac. de immunit. cap. 17. num. 265.* & ante omnes *Paul. de Castr. consil. 458. vol. 2.*

7 Palatia Episcoporum censentur etiam immunia, & reddunt tutos delinquentes confugientes ad ea, *per tex. in Can. id constituimus 17. quæst. 4. Summ. Pisanell. verb. emunitas fol. 99. col. 4. vers. an defendatur Farinac. de carcer. & carcerat. quæst. 28. nu. 48. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 25. nu. 14. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 20. sub num. 5. versic. Quintò infertur* Calcan. *consil. 70. num. 5. Iuli. Clar. in §. fin. quæst. 30. nu. 3. Macerat. varia. resol. lib. 3. resol. 12. sub nu. 6.* Quamuis Palatia hæc non sint sita intra ambitum Ecclesiæ, *Abb. in d. cap. Ecclesiæ, num 4. de immun. Eccles. Ricci collect. decis. 4008. in 4. ampliat.* & plenissimè *Dian. in Summ. verb. Immunitas Ecclesiarum quoad loca, nu. 47. fol. 443.*

8 vbi hoc ampliat procedere, etiam in Palatiis Episcoporum titularium tantum; Sed quò ad hoc latè impugnatur à *Ciarlin. contr. lib. 2. cap. 198.* vbi etiam *in fin. nu. 31.* ponit, vtrum Palatia Dom. Inquisitorum, aliorumque habentium iura Episcopalia, eadem immunitatis prærogatina potiantur.

9 Item aufugientes ad Statuam Principis, sunt pariter securi in honorem illius, *Alex. in rubr. ff. de non. oper. nunciat. nu. 10.* & de communi *cit. Clar. d. quæst. 30. nu. 28.*

10 Et fortiùs aufugiens ad Sacerdotem portantem corpus Christi, pariter gaudet securitate, argumentatur, *Io. Bachon. in lib. 4. sentent. distinct. 13. quæst. 1. artic. 1. in fin. vers. quæres etiam*, allegans singularitèr illud *Matth. 2.* vbi mulier, quæ fluxu sanguinis vexabatur, videns Saluatorem nostrum, intrà se dixit, *Si tetigero tantum, vestimentum eius salua ero;* ait *Iesus, confide filia, fides tua te saluã fecit.* Idem in terminis tenent *Alex. d. nu. 10. Summ. Pisanell. d. fol. 99. col. 4. versic. quod si quis. Cherubin. in compend. Bullar. in prima Const. Vrbani IV. Pontificis Schol. 2.* de communi *Bonacil. politic. tom. 1. lib. 2. cap. 14. nu. 86. & Dian. resolut. moral. part. 1. tract. 1. num. 28.*

11 Quinimò si delinquens aufugiat ad cubiculum infirmi, in quo SS. Eucaristiæ Sacramentum adsit, illudq; intret, nequibit extrahi, quoniam locus ille propter præsentiam Corporis Christi immunis euasit, vt ait *Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 9. nu. 10.* & plenè *cit. Dian. in Summ. tit. de immun.*

12 *Eccles. quò ad loca nu. 10.* vbi ex *Peregr.* satis notantèr ad propositum docet, quod si criminis reus immisceat se cum associantibus Corpus Christi, non potest proptèr tenerentiam à pio illorum consortio eripiti, & ideò quocumque vadat tutus est, & immunis per totum tempus quo Dominum Nostrum associauerit;

13 Et per eandem rationem dicimus, quod aufugiens ad reliquias, quæ processionalitèr de vno loco ad alium transferuntur, vel quæ in eorum festo per Ciuitatem publicè circumferuntur, vt sæpè intrà annum fieri contingit, non potest carcerari, vt pro delicto quod commisit puniatur, quoniam in huiusmodi reliquiis adoratur Deus qui dicitur mirabilis in Sanctis suis, vt punctualitèr docet *Corre. in cap. inter alia, part. 2. nu. 25. de immun. Eccles. & Dian. in su mm. loc. sæpè cit. sub nu. 10. vers. Id ipsum.*

14 Vtrum verò verum sit, quod Ecclesia matrix per 40. passus citcitèr, & aliæ per 30. sint immunes, ita vt aufugientes rei, sint tuti intrà confinium istud? de iure communi Canonico, non dubitatur de opinione affirmatiua, *per text. in Can. sicut antiquitus, in Can. definiuit, & in Can. quisquis 17. quæst. 4.* traditq; *cit. Io Bachon. lib. 4. sentent. distinct. 13. quæst. 1. art. 2.* & nouissimè *Giazz. discept. crim. ad reorum defens. discept. 10. nu. 101. cum seqq.* Sed in praxi conclusionem istam non seruari, ex authoritate *Igne. & Remig.* docet *Clar. in §. fin. dict. quæst. 30. num. 2.* idcircò cum casus euenerit, quid faciendum sit, cogita.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

GEsta per Episcopum, quandò expirent per mortem ipsius, remissinè, nu. 1.

Facultas Sacerdoti concessa ab Episcopo ad absoluendum aliquem existentem in peccato reseruato, vel in voto, non expirat morte Episcopi, nu. 2. & 3.

Idem de facultate concessa à Pontifice, alicui Episcopo ad absoluendum excommunicatum, cum reincidentia, nu. 4.

Literæ dimissoriæ concessæ ad obtinendos ordines, sunt valida, Episcopo concedente defuncto, vel etiam ad alium Episcopatum translato, nu. 5.

Gratia non expirat morte concedentis, etiam re integra, nu. 6. Sed intellige, vt nu. 7.

Commissio alicui facta à Pontifice, vt se informet, si in euidentem, &c. expirat defuncto Pontifice, num. 8.

AD CAPVT CLXXXI.

Additio.

1 
Eneralitèr addo tradita per *Alex.Sperel. decis. for. Eccles.* 14. per discursum *lib.* 1. quò loci plenè examinat, quandò gesta per Episcopum, cum in humanis esset, expirent per eius obitum, videndus omninò quia multa ad rem pertinentia cumulat.

2 Item addo *Nouar.quæst.forens.lib.2.quæst.* 80. *nu.* 6. vbi dicit, quod facultas concessa Confessario ab Episcopo, ad absoluendum aliquem in voto existentem, vel in peccato reseruato, non expirat, per eius mortem, re tamen non integra, hoc est, si cæpisset Confessarius, viuente Episcopo audire confessionem, *ex Gart. & Sanch.* per eum allegatis.

3 Sed hæc opinio debilitat magis, quam anget potestatem Episcopi; supposito enim quod potest pænitens in momento conhteri peccatum reseruatum, vel votum, non valet per consequens superior declaratio, vt si quidem cæpta fuerit, vel non confessio, &c. nisi dicatur repentinum fuisse obitum Episcopi, ità vt mox vixerit, mox verò decesserit, confessione iam incæpta, non adhùc tamen expleta, quod profectò difficilis contingentiæ est; Ac proindè concludimus, facultatem prædictam indistinctè non expirare, sicuti in terminis tenet *Cardin. Tusch. pract. concl. lit.D. conclus.*479.

4 Idque ipsum defendit *Mercat.* in casu simili, *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 74. vbi quærebatur, an facultas concessa Episcopo Ciuitatis Pauiæ, à Clemente VIII Pontifice, ad absoluendum cum reincidentia, nonnullos, qui Ecclesiastica bona sibi vsurpauerunt, viribus potuisset substineri, dicto Summo Pontifice defuncto, An verò extincta censeri deberet? & respondet memoratus *Macerat.* facultatem prædictam, licèt oretenùs concessam, non esse extinctam.

5 Non omittam *Cardin. in Glement. fin. de elect. in* 5. *quæst.* dum voluit, quod literæ dimissoriæ alicui à suo ordinario Episcopo concessæ, ad ordines suscipiendos, non corruunt defuncto concedente, vel eo ad alium Episcopatum translato, re etiam integra, quod paritèr tenuete *Nauar. in cap. placuit, nu.*34. *&* 161. *de panit. distinct.*6. *& consl.*5. *de rescript. Guttier. canonic. quæst. lib.*2. *cap.* 17.*nu.*5.*Zerol. in pract. Episcopal.par.*2 *verb. dimissoria,nu.*9. & alij cumulati per *Fontanel. de pact. nupt. tom.* 1. *clauf.* 4. *glos.* 13. *nu.*39. *fol.*320.

6 Regularitèr enim gratia non expirat morte concedentis, re etiam integra, *cap. si cui, de prabend. in* 6. *cap. si super, de offic. delegat. in* 6. *Bald. in l humanum, in fin.C.de legi.& Const. Princip. Abb.consl* 34.*super quæstionis materia, num.*6. *part.*2. *Deci.consl.*407. *nu.*17. *Francis. Marc.decis.*512.*nu.*3.*cum seqq. lib* 1.*Gabriel. consl.*83.*nu.*19.*lib* 1.*vers. & concessio per viam gratiæ, Natt. consl.*647.*& Macerat. d. resolut.* 74.*nu.*9. *lib.*1.

7 Sed tamen non recedendo ab his quæ sup. diximus, notabilitèr intelligenda est regula ista, vt tunc tantum procedat, cum gratia immediatè, & verè fit per superiorem, quo casu, licèt eius exequutio alteri committatur, non tamen expirat per mortem concedentis, vt habetur *ex cit. Can. si cui, & Can. si super*; Sed quandò gratia physicè non conceditur, remittitur tamen à superiore negotij cognitio alicui, pro gratia, causa cognita concedenda, tunc hæc commissio, dubio procul expirat, per mortem Principis concedentis, vt benè elijcitur, *ex tex. in cap. si eis nulla, cum glos. ibi, vers. moriatur de prabend. in* 6.

8 Quapropter *Fontanell. sup. tit. à num.* 33. *ad finem*, approbans distinctionem istam, latissimè, & magistralitèr fundat, quod si Pontifex committat alicui, *quod vocatis vocandis, capiat informationem, si in euidentem vtilitatem, &c.* pro distrahenda re aliqua, alicuius Ecclesiæ supplicantis, & informatione ista pendente decedat, expiraret commissio, quoniam non fuit dr gratia iam facta rxequenda, sed de gratia causa cognita facienda; & ideò concedentis morte corruit, iuxtà declarationem sup. adductam, & in terminis idem etiam voluit *Gennens. in prax. Eccles. cap.* 115.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

INfamibus porta dignitatum petere non debent, nu.1. Et ideò à quacumq; dignitate, etiam obtenta ante infamiam arcentur, nu. 2.
Infamis dicitur falsus homo, & quarè, nu.3.
Infames à testimonio ferendo arcentur, nu.4. Sed amita si ante infamiam quis inrauisset, nu.5.
Infamis repellitur ab omni dignitate Ecclesiastica, & sic ab ordinum susceptione, & beneficiorum impetratione, nu.6.
Infamiam qui incurrant, plenè, nu. 7.
Tortura an irroget infamiam, nu. 8.

AD CAPVT CLXXXII.

Additio.

1 Reniter noto, quod infamibus portæ dignitatũ patere non debent, quia infamia ipsa, qua notantur ab omni honore expellitur, *cap. infamibus de reg. iur. in 6. cap. inter dilectos, de excess. Prælat. l. 2. C. de dignit. lib. 12. Oldrad. cons. 191. circa fin. Calter. cons. 175. aliàs 2. de fid. instrum. Molin. de Hyspan. primog. lib. 1. cap. 13. nu. 8. Mastrill. de Magistr lib. 3. cap. 4. nu. 447. & lib. 4. cap. 10. num. 27. Gaball. resol. crim. centur. 2. casu 172. à nu. 10. cum seqq. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 1. §. 2 num. 4. & Reg. Carol. Tapp.*
2 *decis Ital. 17. nu. 7.* Quinimò non tantum ab obtinendis dignitatibus arcẽtur, sed obtentis priuantur, *l. infamia. C. de Decur. lib. 10.* vbi *glos.* inquit *Infamia repellit ab honore habito,*
3 *& habendo.* Nam vt eruditè de morte notat *Luc. de Penn. in l. Infames, C. eod. cit. tit.* licèt infamis sit formalitèr homo, moralitèr tamen est falsus homo, quia infamia quæ latitat reddit eum turpem in interno, quale est pulcrum pomum, delectabile visu, intrinsecùs tamen putridum, & stomacabile, iuxtà illud *Lucian. in sermon. contrà indoctum, longa librorum serie tumentem,* dum ait *Infames, & alij quos turpi nota affectos noscimus, vti pomum colore placidum, sapore verò pessimum, sunt.*

4 Meritò propterea tam ius Pontificium, *in Can. quicumq; 6. quæst. 1.* quam Ius Cæsareũ, *in l. 3. de testi.* vnanimi ferè consensu, infames à testimonio ferendo expellant, eos ad hoc inhabiles, & indignos reddendo, rectè noscens vtrumq; ius quantæ dignitatis honorisuè sit testimonium perhibere, sicuti habetur *in Can. præceptum, 32. quæst. 5.* id quod prætèr *Farinac. in suo copioso tract. de testi.* aliosq; communitèr, notant etiam *Guid. Pap. super statut. Delfin. si quis per literas, §. communi æstimatione, nu. 6. fol. mihi 35. col. 1. & Imprian. de repulsi. testi. par. 2. requisit. 3. n. 174.*

5 Nisi tamen quis ante contractam infamiam iurauisset, quoniam tunc ex quo iuramenti tempus attenditur, testimonio eius plena fides adhibenda erit, *Bar. cons. 174. nu. 8. vers. Præterea hic Notarius, lib. 1.* vbi *Apostill. verb. Iurauit,* dat concordantes, contrà *Speculat.* volentem, vt isto etiam casu, testimonium illius non valeat, *in tit. de test. §. 1. num. 24. vers. Quid si testis.*

6 Arcetur tandem infamis ab omni honore, & dignitate Ecclesiastica, & successiuè ab ordinum susceptione, ac etiam à beneficiorum cõsequutione; hinc si infamis literas pro beneficio impetrasset, tacita infamia eis inuari nequiret *Calter. cõs. 482. aliàs 4. de accus. Summ. Pisanell. verb. Infamis, versic. omnis autem, fol. 166. col. 4. Duaren. de benefic. lib. 4. cap. 1. Petr. Gregor. cap. 37. nu. 9. & Ricci. decis. Cur. Archiepis. 133. nu. 3. & 4.*

7 Incurritur autem infamia, ad effectus prædictos, pluribus modis, ac de causis, de quibus prætèr infinitos Canones, & innumera iura Cæsarea, sunt specialitèr legendi, *tex. in Can. Constituimus, 3. quæst. 15. in Can. omnes, eod.* & itidem *in Can. omnes, & cap. infames, 6. quæst. 1. tot. tit. in C. ex quib. caus. infam. irroget. & ff. de his qui notan. infam.* fusissimè *Ghisler. in suo opere cap. 8. per totum,* ac alibi passim, &, *Peterin. de Prælat. quæst. 2. cap. 5. §. 4. nu. 51.* Nos verò breuitèr, ac compendiosè, omissa distinctione intèr infamiam facti, & iuris, dicimus innumeras esse infamium species, vtputè, inquisitus de homicidio, item de reiteratis criminibus, fures, raptores, malefici, sacrileci, sortilegi, venefici, Adulteri, incestuosi, periuri, symoniaci, sodomitæ, vsurarij, Duellantes, hæretici, eorumq; fautores, calumniatores, Lenones, Buffones, Publici Saldatores, Histriones, Comedias publicè repræsentantes, Carnifices, Birruarrij, Proditores, Apostatæ, Meretrices, & publicè fustigatus, de quibus quidem plenissimè *Pat. Francis. B rdon. contr. moral. 3.* aliàs *tit. de inhabilit. test.* addo itidem, Publici pænitentes, proptèr hæreticam prauitatem, *Can. illud quoque 50. distinctio,* & *Speculat. tit. de test. §. 1. nu. 84 versic. quid de portantibus,* Item condendati pro furto, vel pro alio quocumq; famoso crimine, vt latè *Gaball. resol crim. centur. 2. casu 172.* Falsarij quoque *l. infamem, ff. de public. indic. Cardin. Tusc. b.* vbi plenè *prall. conclus. lit. F. conclus. 51.* & demum, omnes qui pro delicto aliquo fuerunt ad remigrandum damnati, vt hic concludit *Spectab. Dom. meus,* addo tradita per eundem *lib. 2. resolut. iur. cap. 36.* per discursum.

8 Sed an infamiam contrahat, qui torturæ subijcitur? Respondeo, vt siquidem tortura publicè, in pœnam infeatur, sicuti apud nos practicatur in ictibus funium, qui coram populo vilibus personis inferuntur, in pœnam excessuum, intrà carceres commissorum, & isto casu, infamia contrahitur; Aut verò loquimur de tortura, quæ infertur secretò, iudicibus tantum interessentibus, ad eruendam veritatem, & hæc nullam infamiæ maculam irrogat; Ità satis doctè distinguit *cit. Petr. Gabal. resol. crim. cent. 1. cas. 29. nu. 11. & 12.* & probatur *ex l. nullã 14. C. ex quib. caus. infam. irrog.* cum DD. ibid. *& glos. in cap. infames, vers. infamia 3. q. 7.* quibus locis habetur, vt nullam præbeat infamiam tortura, quæ gratia sciendæ veritatis infertur, sicuti plenè quoq; probat, *cit. Spectab. Dom. meus infr. cap. 287. nu. 9.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.


GEneralis delictorum abolitio, comprehendit vendentes vittualia pro cariori pretio, cum hoc tamen, vt teneantur restituere emptoribus, pretium superfluè ab eis exactum, nu. 1. & 9.

Gabellam fraudantes gaudent generali indultu, pro pœna contracta, sed tenentur ad solutionem ordinariorum dirictuum, nu. 2. & 7.

Extrahentes animalia extra Regnum, contrà formam Regiorum ordinum, pro pœna gaudent generali indultu, nu. 3. & idem de extrahentibus vittualia, dummodò pro pœna non reperiatur iam cautum fisco, nu. 4. 5. & 6.

Extrahentes vittualia extrà Regnum, licèt gaudeant indultu pro pœna debita fisco, non tamen gaudent pro rata tangente arrendatoribus, vel denunciantibus extractionem, nu. 8. licèt Petr. Foller. velit contrarium, nu. 11.

Vendentes herbagia sibi assignata in Regia Dohana Menopecudum, contrà formam Regiorum ordinum, licèt gaudeant generali indultu pro pœna contracta, tamen tenentur reficere fisco damnum ab eo passum ex illa venditione, n. 10.



AD CAPVT CLXXXIII.

Additio.

1 

BReuitèr addo infrascriptos; Primò *Petr. Foller.* pænès *Ron. in pract.* 1. *de abolit. à nu.* 42. *cum seqq.* vbi Magistraliter docet, comprehendi sub generali indultu, ac criminũ abolitione, vendentes frumentum, ac alia commestibilia pro cariori pretio taxæ, adeò vt ad pœnam Bandi taxantis valorem, non teneantur, sicuti itidem refert decisum, *Reg. Constant. in l.* 1. *nu.* 73. *C. pæn. fiscal. credit. præfer.* dicens; *pœnæ soluti fuerunt, sed iussi emptoribus restituere pretium superfluè exactum.*

2 Secundò magis in terminis addo *cit. Constant. in d. l.* 1. *nu.* 71. & 72. vbi testatur decisum per Reg. Cam. comprehendi sub generali Indultu fraudantes vectigal, ac gabellas; sed tamen pro pœna tantum fraudati vectigalis, non verò fuerunt absoluti à solutione solitorum dirictuum, ex notabili *tex. in l.* 3. *de vectigal. & commis.*

3 Tertiò ad proprium casum addo *Thor. in Compend. decis. tom.* 1. *verb. Indultus generalis, fol.* 268. *col.* 2. breuitèr dicentem. *Indultus generalis à Rege concessus delinquentibus, an extendatur ad extrahentes equos extrà Regnum existente Reg. pragm. prohibitiua? & decisum fuit in anno* 1573. *die* 24. *Ianuarij, referente Præside Anib. Molef. affirmatiuè Dom. Garsi. Mastrill. in tract. de indult. cap.* 19. *nu.* 15.

4 Quartò addo *Rouit. decis.* 91. *per totam*, quò loci idem refert decisum in Regia Iuncta, ad fauorem Io. Alfonsi, & Donati de Iordano, Inquisitorum de extractione victualium extrà Regnum, sed quò ad pœnam tantum, deducta tamen quantitate, per quam fuerat cautum Regiæ Curiæ per exequutionem bonorum, contrà eos factam, ante indultum.

5 Addo quintò plenissimè tradita per *Dom. Reg. Camill. Cacac.* qui cum pro fisco Regalis Patrimonij scripsisset, in eandem sententiam videtur inclinare, & profectò adeò singulare est responsum illud, vt in contingentijs nequeat melius emanari, eumq; registrauit *Spectab. Dom. meus tom.* 3. *allegat.* 84.

6 Et demum addo decisa pænès *Reg. Anib. Molef. decis. manuscrip.* 71. vbi paritèr secundum prædicta refert notabilitèr determinatum, vt scilicèt pro pœna fraudati vectigalis, & commissæ extractionis, habeat locum generalis indultus, prius tamen quod esset pro cæ cautum fisco, & facta exequutio, cum alijs infrascriptis declarationibus, quas ad verbum volui in præsenti non inutilitèr inserere.

7 *Sed licet declarauimus pœnas intercepti ablatas in totum, fuit tamen hoc receptum respectu ipsius pœnæ tantum, quæ est commissa, non tamen respectu dirictus qui fisco debebantur, quia dirictus non debentur ex delicto, nec veniunt sub abolitione, argum. tex. in dict. l. si*

8 *docueris, §. fin. C. de fals. Item declarauimus abolitionem ipsam procedere, ac prodesse respectu eius ratæ intercepti, quæ fisco applicatur, non tamen ratæ, quæ applicatur arrendatori, ex eo quia in generali illa indulgentia semper ius tertij est reseruatum, l. nè quidquam, ff. pro soc. & pœna quæ applicatur parti non potest per Principem remitti, glos. notab. in l. vnic. C. de iis qui secund. in vers. committi, & pari ratione idem dicimus respectu quartæ partis, quæ reuelatori, vt solitum est, fuit promissa.*

9 *Pari etiam ratione idem diximus in his qui vendunt frumentum vltrà pretium à Regijs pragmaticis taxatum, quod gaudeant indultu respectu intercepti, non tamen respectu pretij ab emptoribus supèr exacti, quia illud mandauimus restitui, quia pro eo remanet actio ciuilis, licèt criminalis sit sublata, d. l. si do-*

10 *cueris, §. fin. C. de fals. cum simil. Sic etiam diximus in his, qui in Dohana Menopecudum vendiderunt herbagia ipsis assignata, cum hoc sit prohibitum, ex Regijs ordinibus quod gaudent*

dent

dent respectu pœna in ordinibus apposita, non tamen respectu interesse, per Curiam fortè passi, quia de his indulgentia non loquitur, & expressè sunt reseruata in Indultu. Hæc Dom. *Molef.*

11 Sed aduertatur, quod in quantum dicit Author mox allegatus, vt licèt per generalem indultum tollatur pœna fraudati vectigalis, vel extractionis frumenti extrà Regnú factæ absque licentia, non tamen inducatur abolitio pro quantitate debita denuncianti contrauentionem; noto contrarium voluisse *cit. Foller.* pænès *Ruuit. in d. prag. 1. à nu. 44. tit. de abolit.* sed tamen nè recedas à decisis per *Dom. Molef.* tamquam ab opinione rectiùs ponderata, & iudicati authoritate munita.

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

Instantia causæ criminalis, ac etiam ipsa agendi actio, perit biennio de iure communi, etiam quod biennium illud partis impedimento esset decursum, nu. 1.

Sed in Tribunalibus huius Ciuitatis, & omnibus Audientijs Regni, instantia peremptio in Criminalibus non datur, & quarè, nu. 2.

Reus liberatus cum clausula consueta, nouis superuenientibus indicijs, potest non obstante quocumq; lapsu temporis, in ius vocari, si contrà eum noua indicia oriri contingerit, nu. 3. reiecta contraria opinione, nu. 4.

Fideiussor de repræsentando delinquentem, nouis superuenientibus indicijs, potest quandocumq; in ius ad præsentandum vocari, non obstante lapsu biennij, vel vlterioris temporis, num. 5. Author adducit rationem dubitandi contrà istã opinionem, nu. 6. sed respondet, nu. 10.

Fideiussio de repræsentando reum biennio expirat, nu. 7. sed quandò hoc sit verum, nu. 11.

Perempta instantia in causa ciuili, perit etiam fideiussio de iudicatum soluendo, nu. 8. neque reuiuiscit, si instauretur instantia, nu. 9.

Instantiæ causarum ciuilium in Regia Camera nunquam pereunt, nu. 12.

Instantiæ verò causarum Criminalium, in eodem Tribunali, indistinctè biennio pereunt, & ità de stylo practicari, & pluries fuisse decisum testatur Dom. Reg. Moles. cuius verba transcribuntur, nu. 13.

Sed hodie an hoc sit verum, stante noua pragm. prohibente peremptionem instantiarũ, in causis criminalibus; quod etiam sit verum, nu. 14.

Author verò tenet contrarium, nu. 15.

AD CAPVT CLXXXIV.

Additio.

1 D iure communi indubitata, ac vulgaris est conclusio, vt criminalium causarum instantiæ biennio durent, ità quod illo elapso peremptæ dicantur, ex *l. properandum, C. de iudic. & l. fin. C. vt infr. cert. temp. crim. quæstio. terminen.* quod est verum, etiam si biennium hoc partis impedimento, ac incuria decurrerit, hinc fuisse liberatum inquisitum quendam, proptèr instantiam perempram, refert decisum *Thor. in Compend. decis. part. 1. verb. instantia, fol. 270. col. 2. in fin.* nec etiam solum perit instantia, I. E. acta Iudicij, sed perit quoque agendi actio, vt nequeat de cætero inquisitus inquietari, *Bald. in l. abolitionem, C. de adult. Salic. in d. l. properandum, §. fin. nu. 2. Capyc. decis. 206. nu. 4.* & alij pænès *Surd. consf. 199. num. 1.*

2 Sed aduertatur, quod in Tribunalibus huius Ciuitatis, particulari iure, instantiæ causarum criminalium nunquam pereunt, nè proptèr eximiam illarum multitudinem, delinquentes pœnis debitis minimè afficiantur, vt in *pragmaticis 50. de anno 1604 & 1605; tit. de offic. Magistr. Iust.* id quod est etiam ampliatum in Regijs Audientijs Regni, vt in *pragm. 10. vulgò delli ottanta noue Capi, cap. 33. de offic. iudic.* & de stylo obseruari testatur *Dom. Reg. Carol. Tapp. decis. Ital. 1.*

3 *nu. 27.* Hinc si reus proptèr deficientes probationes liberaretur, cum clausula, *nouis superuenientibus inditijs*, rectè posset iterum in ius vocari, quamuis post obtentam liberationem, biennium, quadriennium, & vltrà esset lapsum, si in effectu contrà eum noua vrgentiora inditia oriri contingerit, vt hic refert practicatum *Spectab. Dom. meus*, contrà Andream Ventura, inquisitum de parricidio, licèt in ea causa pro reo doctè scripsisset *Fuluius Danesius*, Aduocatus sua tempestate insignis, vt videre est pænès eundem

4 *Dom. meum tom. 3. allegat. 121.* vbi præsertim conatur respondere *prag. sup. cit.* prohibenti in causis criminalibus instantiæ peremptionem in Tribunalibus huius Ciuitatis, dicens eam procedere in delinquentibus carceratis, vel alijs, quorum causæ pendent terminandæ; Secùs verò in casu suo, in quo causæ finis impositus erat per sententiam liberatoriam: Sed certè oculatissima fuit decisio prædicta contrà dictum Andream, qui fuit liberatus, non quidem per sententiam diffinitiuam, sed per sententiam interlocutoriam, ex vi illius clausulæ, *nouis superuenientibus*

indi-

indicijs, *&c.* ex qua nequibat dici causæ finis impositus, proptèr clausulam suspensiuam, sicq; *Dom. Danesi*; ponderatio non erat applicabilis, quia potuisset tantum procedere, si de sententia omninò liberatoria loquutus fuisset.

5 Quinimò, fideiussor etiam de reo repræsentando, nouis superuenientibus indicijs, non obstante biennij, vel vlterioris temporis lapsu (ex quo in Ciuitate non datur instantiæ peremptio in criminalibus) rectè potest ad præsentandum conueniri, alioquin tenebitur ad pœnam, pro qua ad incusationem procedi posse, dicit *Nouar. decis.* 15. vbi hoc in quampluribus contingentijs refert practicatum, signantèr verò die 11. Ianuarij 1630. contrà fideiussorem d. Andreæ Ventura, qui post septem annos à die obtentæ liberationis, citatus, renuit comparere.

6 Sed pro ratione dubitandi, aduersus decisionem istam, respectù fideiussoris, aduertatur, quod aliud est fideiussio de repræsentando reum, nouis superuenientibus inditiis; Aliud verò est actio criminalis, quæ contrà reum vrget; Modò dico, quod licèt per *pragmaticas* Regni, sit sublata instantiarum peremptio in criminalibus, hoc tamen respicit actionem criminalem, rei delinquentis persequutoriam, vt nempè non perimat biennio, vel per vlterioris temporis lapsum, nè impuniti delinquentes remaneant, non verò respicit personam fideiubentis pro reo, de quo nunquam *pragmaticæ* cogitauerunt, ergò post lapsum biennii reus tantum inquietari potest, in vim actionis criminalis non peremptæ, minimè verò eius fideiussor, stante
7 communissima sententia omnium Doctorum vt fideiussio de repræsentando biennio tantum duret, *Alciat. in l. si calumnietur, nu.* 4. *&* 5. *ff. de verb signif. Petr. Garsi. in dictar. dict.* 176. *Afflict. in Const. Reg. i. sæpè contingit, la* 2. *nu.* 4. 5. *&* 6. *Foller. in prax. verb. fit litis contestatio, nu.* 13. *& Muscatell. in prax. fideius. par.* 2. *quæst.* 5. *nu.* 4. videnduiq; *Caualc. de bracch. Regi. par.* 1. *nu.* 576. *vers. & in pro-*
8 *posito*, vnde est, quod cum ex peremptione instantiæ in causa ciuili, perimat etiam fideiussio de Iudicio Sisti, & iudicatum soluendo, *Bar. in l. cum lite, & l. cum apud ff. iudic. solut. Hypolit. de Marsil. singul.* 313. *& Gal-*
9 *lup. in prax. par.* 2. *cap.* 17. *num* 39. si forte à Principe instauretur instantia, per insufflationem spiritus vitæ, sicuti quotidiè fit à Spect. Præside S. C. sub nomine Regis, non ideò tamen fideiussio prædicta, semel extincta reuiuisceret, neque vti instaurata duraret, vt larga manu defendit *Dom Consiliar. Paschal. de patr. potest. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 203. *cum multis seqq.*

10 Nihilominùs supradicta dubitandi ratione non obstante, concludo rectè fuisse contra fideiussorem processum, nam negamus fideiubentem pro reo in causa criminali, considerari vti quid diuersum ab ipso reo, sed considerari vti quid ei simile; suscipiendo in se onus præsentandi, & stare loco rei, casu quo ipse nouis superuenientibus indicijs nollet comparere, nam contrà ipsum procedicur ad incusationem fideiussionis, pro pœna pecuniaria, ad quam se astrinxit, & sic cum contrà fideiussorem detur actio ad pœnã pecuniariam, orientem ex actione criminali competente contrà reum, pro quo fideiussit, fit, vt cum actio criminalis nunquam perimat, ipsa quoque fideiussio debeat in suo ro-
11 bore persistere: Et superior conclusio, vt regulariter per lapsum biennij, fideiussor de repræsentando reum criminis, liberetur, vera, est de iure communi, quo cautum est, vt per idem tempus perimat actio criminalis, vt constat ex DD. sup. allegatis; At quia hodiè actio criminalis nunquam perimit per *prag. sup. cit.* Idcirco conclusio non est in Tribunalibus Regni applicabilis.

11 Sed quid in Regia Camera? dico, quod respectu causarum Ciuilium, instantiæ in ea nunquam perimunt, ex peculiari priuilegio causarum fisci, *ad text. in d. l. properandum, C. de iudic. ibi. Exceptis tantummodò causis, quæ ad ius Fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones*, Idq; ipsum ex inueterata Consuetudine Tribunalis, inuiolabiliter obseruari, testatur *Dom. Reg. Anib. Moles in decis. Reg. Camer. manuscrip. decis.* 38.

13 Respectu verò causarum Criminalium in eodem Tribunali emergentium, ipse idem *Dom. Moles*, post quam plura adduxisset, vt ostenderet, in eis quoque non dari instantiæ peremptionem, contrarium tandem inde concludit, ac pluries determinatum refert, hiscè verbis. *Sed his non obstantibus decreuimus, quòd instantia in criminalibus currat, & amplius quod ipsa perempta, nè dum actio sit extincta, id est actio ordinatoria, pro vt est in causa ciuili, sed fortius, quod ipsum ius sit peremptum, & quod reus ipso iure debeat absolui, per text. in l. fin. & toto tit. C. vt intr. cert. temp. & glos. contraria in d. l. fin. vers. absolui erranit, & contrarium dicit ead. glos. in l. fin. C. ad Turpilli. in glos. penult. & ità communitèr tenent DD. quia præscriptio temporis in causa criminali euacuat delictum, ponit gladium ad radicem, perimit actionem, seù obligationem, & vocatur exceptio intentionis, & facti, ità Bald. notabilitèr, in l. generalem, C. de fal. allegat tex. in l. si onus, §. qui si aute, ff. de iniur. quæ non legi, sed ab alijs allegatur; Et sic Camera quo ad causas Criminales non recedit à dispositione iuris communis, nec vnquam fuit alitèr obseruatum; & ita instantia perempta absolutus fuit Paulus Ciminus die 15. Maij 1564. & ità iudicatum me referente in causa Thomæ Picchetti die* 2. *Octobris* 1570.

14 Verum quia hæ decisiones manarunt longè

antè

antè *pragm.* quæ fuit promulgata ab Excellentissimo Comite de Venauente in anno 1605. videndum propterea est, vtrum illa deleuerit supradictam Regiæ Cameræ obseruantiam, atque inueteratum stylum, *à Dom. Moles* relatum, ita vt in eo etiam Tribunali, causarum criminalium instantiæ non perimant? Reperi super hoc puncto, cum ad manus meas quoddam manuscriptum repertorium peruenisset, in *verb. instantia*, sequentem Apostillam, quæ eximio illo I. C. *Eliseo Danza* adscribitur, ita breuitèr dicentem: *Instantia in Regia Camera perit in causis criminalibus, biennio, vt per Dom. &c. & in quadam occurrentia ego Eliseus Danza, hoc dixi procedere, etiam post editam pragm. tollentem peremptionem instantiarum in causis criminalibus, quia illa obtinet locum in M. C. tantum, & alijs Tribunalibus non verò in Regia Camera; tum quia Fiscus ad cuius instantiam illa fuit edita, nil commune habet cum Fisco Regiæ Cameræ; tum quoque quia causa promulgationis dictæ pragm. fuit multitudo causarum criminalium; quæ ratio in dicto Tribunali cessat, cum in eo causæ criminales sint raræ:* Hactenùs ille.

15 Ego tamen, si loquenti sine authoritate, absq; authoritate paritèr satisfacere possem, hoc modo *Dom. Danz.* responderem, negando scilicèt vtrumque suppositum; nam primò non est verum, quod Fiscus M. C. nil commune habeat cum Fisco Regiæ Cameræ; quoniam licèt sint duo formalitèr, essentialitèr tamen vnicus est Fiscus, & secundò quamuis causæ criminales in Tribunali Regiæ Cameræ non sint adeò frequentes, sicut in Tribunali M. C. ibi tamen negotia Regalis Patrimonii, sunt adeò vrgentia, & frequentissima, vt vix causis ciuilibus possit incumbi, sicque militat eadem, & fortè maior ratio, quam in M. C. ac propterea sub censura rectiùs sentientis, teneo vt hodiè nec in R. C. pereant instantiæ causarum criminalium, ex dispositione *cit. pragm.* quæ indistinctè de omnibus Ciuitatis Tribunalibus loquitur.

Io: *Leonardus Rodocrius.*

SVMMARIVM.

INstantia causæ, non transit in singularem successorem, nu. 1. sed limita, nu. 3.

Indifferentèr tamen transit in successorem vniuersalem, actiuè, & passiuè, nu. 2.

Instantia inchoata à feudatario, pro reintegratione alicuius corporis feudalis, transit in successorem in feudo, nu. 4.

Sic etiam instantia inchoata à prædecessore in Maiorata, vel fideicommisso, quia transit in successorem, num. 5. etiam passiuè, nu. 6. nisi prædecessor per collusionem processisset, nu. 7.

Instantia inchoata à Rectore Iurispatronatus, vel à beneficiato, sub nomine Ecclesiæ, transit in successores, etiam in Patronum, defuncto Rectore, nu. 8.

Instantia per vsumfructuarium capta, transit eo mortuo in proprietarium, nu. 9.

Instantia semper transit in successorem necessarium, licèt singularem, nu. 10.

Instantia cœpta per defunctum, transit in legatarios rerum, quarum occasione fuit capta lis, num. 11.

Instantia in iudicio hypothecario, cœpta per Creditorem, transit in legatarium illius Crediti, num. 12.

Instantia inchoata per Debitorem, contrà alium suum Debitorem, transit in Creditorem, comparentem pro suo interesse, nu. 13.



AD CAPVT CLXXXV.

Additio.

1 CAusæ instantiam non transire in singularem successorem, absque speciali illius cessione, patet ex *text. in l. 2. §. non solum, ff. de hæred. vel action. vendit. in l. si pignori, §. non solum ff. fam. hercisc. in l. quæcumque 20. ff. de action. vel obligat. & in l. damni 18. §. si is, & §. semper, ff. de damn.*
2 *infect.* transit tamen in vniuersalem successorem, qualis præcipuè est hæres, *l. hæres absens, & l. is qui Romæ, ff. de iudic. Surd. decis.* 110. *nu.* 4. idque tàm actiuè, quàm passiuè, verum esse docet *Peregrin. de fideicommiss. art.* 53. *num.* 18. *& Rot. decis.* 29. *circà medi. de procur. in nou.*

3 Sed aduertatur conclusionem, quam contrà singularem successorem firmauimus, in duobus casibus principalitèr limitari, si nempè instantia esset inchoata sub nomine dignitatis, vel alterius præclari tituli; Et si translatio fieret ex causa necessaria, vt ex infrascriptis exemplis manifestè apparet.

4 Et quidem primò exemplificatur in instantia inchoata à feudatario, pro reintegratione alicuius corporis feudalis, ea enim cum censeatur sub nomine feudi intentata, transit in successorem illius, & proindè ab eo prosequi potest in terminis, in quibus reperitur absque quod nouam instantiam formare

teneatur, *Molin. de Hyspan.primog.lib.4.cap.*
8.nu.6.Gratian.discept. forens.tom.4.cap.736.
à nu. 16. vsque ad 21. Reg. Carol.Tapp.decis.
Ital.5 nu.9. Io. Bapt. Thor. in compend.decis.
par.3. verb. Instantia causæ, fol. 553. col.2. &
conferunt tradita, & decisa per *Mohedan.*
decis.3. de restitut. spoliat. aliàs *decis. 40. &*
per Consiliar. de Georg. allegat.33.nu.26. cum
seqq. qui sanè DD. in assignanda ratione ta-
centur, quod feudatarius, cum petit reinte-
grationem alicuius corporis feudalis, non
videtur agere suo principali nomine, sed no-
mine feudi, quod à peritis Regni, ac alijs
feudistis vocatur homo mutus, qui vtitur
ministerio feudatarij, in iudicio reintegratio-
nis membrorum ad se, vti ad corpus integra-
le, vt per *glos. in Const. Consuetudinem præ-*
nam, & cit. Georg. alleg.5.nu.41.
5 Secundò ex identitate rationis, idem di-
cimus in instantia inchoata à possessore ma-
ioratus, vel à fideicommissario, vt paritèr in
successorem transeat, sicuti refert determi-
natum in *Rot. Putc. decis.* 181. signantèr in
fin.lib.2. dicens, *& posset dici hic quod instantia*
esset incbata à Iacobo nomine primogenituræ,
& sic dignitatis, nil mirum si transit ad illum
in quem transit primogenitura, idem plenè pro-
sequitur *Molin. loc. sup. cit.* alter *Molin. de*
inst. & iur. disput. 147. sub nu.2. Reg Valenz.
cons.60. à nu.6. cum seqq. & alij penès *Censal.*
ad Peregrin. de fideicommiss. artic 53. fol.557.
col.1. allegans intèr alios ipsum *Peregrin.*
6 *ibid. num. 17. & 18.* Et subdit in *vers. Hæc*
conclusio, vt quemadmodum transit in suc-
cessorem Maioratus instantia actiua à præ-
decessore inchoata, ità paritèr contrà eum
transit instantia passiua, ex *Gabede decis.198.*
nu.4.lib.1. Francis. de Lao decis. Valent.136.
nu.9.vers. sed his non obstantibus lib.2. Mierez
de maiorat.part.4. quæst. 14. à nu.3. aliàs *nu.*
33. & Castill. controuers. iur. lib.2. cap. 9. ità
vt nequit successor in Maioratu, vel fidei-
commisso, petere quod ex integro audiatur,
quoniam cum ei noceant gesta per præde-
cessorem, non debet audiri, nisi in terminis,
in quibus causa reperitur, vt ex allegatis
7 DD. non obscurè colligitur; Nisi tamen Præ-
decessor collusiuè processisset, vel etiam ne-
gligentèr, causam non defendendo, cum
potuisset *Fusar. de fideicommis. subst. quæst.*
620. num. 4. & Valenzuel. quem sequitur
Censal. vbi sup. in 2. colum. versic. limitatur
verò.
8 Exemplificatur tertiò in instantia inchoa-
ta à Rectore iurispatronatus pro re ad illud
pertinente, ac sub nomine Rectoriæ, ea enim
ipso defuncto, transit in Patronum ità vt nõ
prohibeatur instantiam illam prosequi *Rot.*
decis.2. tit. de iur. patronat. in nou. vbi sic de-
cisum fertur; & est indubitatum, vt quoties-
cumque lis est inchoata à prædecessore be-
neficiato, vel Rectore sub nomine Ecclesiæ,
beneficij, vel iurispatronatus, semper eo
mortuo transeat in successorem, vt iterum
dixit *Rot. decis. 13. de procur. etiam in nou.*
9 Quartò exemplificatur in vsufructuario,
qui si pro incremento vsusfructus formaret
iudicium contrà aliquem, per quod proprie-
tas etiam augeretur, tale iudicium in pro-
prietarium, eo defuncto transiret, vti inten-
tatum, non quidem priuato nomine, sed vti
vsufructuarius, pro re in proprietatis augu-
mentum tangente, vt ex *Ann.* docet *Dom.*
Consil. Hodier. ad Surd. decis. 193. nu.58.
10 Et corroborantur prædicta omnia, quia
quoties ex necessitate res in alium transit,
tunc indistinctè transit etiam in illum in-
stantia cæpta à prædecessore, intuitu, & occa-
sione illius rei *l. in hac Iudicio, ff. fam. herci-*
scund. quam sic summat *Bart. in successorem*
ex necessitate transit instantia Iudicij, & per
illum *text.* ità firmant, idem *Bart. in l. 1. ff.*
ad Trebell. Molin. d. tract. de Hyspan. pri-
mog lib.4.cap.8.nu.6. & cit. Dom. Hodier. ad
Surd. decis.110. nu.23.
11 Hinc in legatarios transit instantia in-
choata per defunctum occasione rei legatæ,
quia licèt singulares successores appellentur,
sunt tamen successores necessarij, non qui-
dem electione, cum potuerit defunctus ad
libitum suum, cui voluerit legare, sed quia
necessario defunctus rem illam post mortem
derelicturus erat, vt elicitur ex *Bar. in l. ex*
hoc edicto, §. alienare, ff. de alienat. indic.
mutan. caus fact. magistralitèr volens, quod is
cui post mortem confertur, necessarius suc-
cessor appellatur, per hæc verba. *Confertur*
enim post mortem, & sic fit ex ex necessitate,
quod nota, & tene menti.
12 Sic etiam, si habens instrumentum Crediti
cum hypotheca, intentet iudicium assisten-
tiæ, indè verò in vltimis constitutus, Credi-
tum prædictum alicui relinquat, transit in
hunc legatarium instantia à defuncto inchoa-
ta, in iudicio assistentiæ vigore illius instru-
menti, quia in iudicijs hypothecarijs, instan-
tia cæpta cum defuncto, transit in singularem
successorem necessarium, qualis est legata-
rius, notabilitèr *cit. Bart. in l. huius 78. §.*
Rogatus, vers. solue dic ff. ad Trebell. Secun-
dum quam doctrinam ità determinauit *Rot.*
Rom. teste *Putc. cit. decis.181. lib.2.* & in eadẽ
causa *Mohedan. decis.3. de iudic.* aliàs *dec.81.*
13 Et tandem pro complemento materiæ non
omittam *Rouit. decis.29.* vbi refert determi-
natum, quod instantia inchoata à debitore
transit in eius Creditorem, quò petente, ac
pro suo interesse comparente, rectè potest
instaurari, si perempta fuerit, & iudicium
prosequi in terminis in quibus reperitur; cum
alijs quampluribus, plurimum huic materiæ
applicabilibus.

Io. Leonardus Rodoerius.
SVM.

SVMMARIVM.

PRoducens instrumentum authenticum dicitur producere casum legis, nu. 1.

Instrumentum publicum facit rem notoriam, & manifestam, & inducitur ex eo veritas apparens, nu. 2.

Instrumento publico in dubijs quæstionibus standum est, nu. 3.

Instrumentum publicum habet pro se tres præsumptiones, quod sit verum, solemne, & stipulatum de voluntate contrahentium, nu. 4.

Instrumentum publicum producens habet intentionem fundatam, & transfundit onus probandi contrarium in aduersarium, nu. 5.

Probatio contrà instrumentum publicum debet esse clara, euidens, & manifesta, nu 6. Et confutatur opinio, volentium, quod ad debilitandam virtutem instrumenti sufficiat, si aliquid contrà illud coloratè opponatur, nu. 7.

Instrumentum publicum producens non tenetur ad instantiam partis aduersæ exibere protocollum, nu. 8. Sed contrarium, nu. 9. Prima opinio est verior, nu. 10. Exceptis tribus casibus positis, nu. 11. 12. & 13.

Producens copiam instrumenti, instante parte tenetur exhibere originale d. nu. 13.

Instrumentum publicum præsumitur falsum, si non reperitur registratum in prothocollo, nu. 14. Sed contrarium pluries determinauit Rota, nu. 15. Author verò quid sentiat, nu. 16.

Instrumentum publicum, & authenticum nunquam præsumitur falsum, si non reperitur in prothocollo registratu, quando in eodem prothocollo adest laceratura, vel vitiatura in abbaco cartarum, nam potiùs præsumitur detractum, num. 17.


Prothocollo deperdito plena fides instrumento publico, & authentico adhibenda erit, nu. 18.

Instrumentum publicum, an præsumatur falsum, si testes in eo descripti contradicant. Remissiuè, nu. 19. Sed author distinguit octo casus, primus si testes dicerent se non interfuisse contractui, nu. 20. Secundus si testes propria manu instrumento subscripti idem pariter dicerent, nu. 21 Tertius si dicerent, quod aliter fuit dictum quam scriptum, nu. 22 Quartus si vnicus tantù testis diceret se non interfuissè contractui, & cæteri essent mortui, nu 23. Quintus si contradicerent eired substantiam instrumenti, & dicerent non adfuisse numerationem pecuniæ contrà assertionem Notarij, nu. 24. Sextus si testes dicerent se non recordari de contentis in instrumento, nu. 25. Septimus si omnes deponerent se non recordari interuenisse in stipulatione contractus, nu. 27. vltimus, si duo, vel plures ex illis dicerent se non audiuisse tale, vel tale capitulum, nu. 30.

Reassumptio instrumenti confecti à Notario iam mortuo potest fieri viuentibus duobus testibus, qui interfuerunt contractui, etiam quod isti dicerent se non recordari de contentis in illo, nam adhùc possunt cogi ad se subscribendum, nu. 26.

Falsitatis suspitio resultat ex inuerosimilitudine, num. 28.

Inuerisimilitudo dicitur imago falsitatis, ideò ei non credendum cum alijs, nu. 29.



AD CAPVT CLXXXVI.

Additio.



1 TAnta est publicorum instrumentorum vis, & virtus, vt producens illa, faciat quamlibet dubitationem cessare, perindè si casum legis apertæ, & manifestæ allegasset, *Crauett. cons. 31. in fin. Cenc. de censib. quæst. 43. nu. 12. & Bilat. decis. 3. nu. 2. in fin.*
2 Cuncti enim vno ore fatentur, quod publicum instrumentum, dicatur probatio probata, notoria liquida, & manifesta, ac veritas apparens, *Bald. in l. quoties in fin. C. de iudic.* idem *in cap. 1. §. instrumentum de natur. feud. Tiraquell. de retract. lignag. §. 2. glos. 1. num. 20. cum seqq. Iacob. Mandell. Albens. cons 99. nu. 1. Surd. decis. 177. nu. 4. Osas. decis. 72. nu. 4.* idem *decis. 129. nu. 7. Gram. decis. 45. nu. 11. & decis. 103. nu. 1. & 2. Bellon. decis. Rot. Genu. 213. nu. 3.* plura *Sperell. decis. 27. nu. 12. cum seqq. lib. 1. Vint. decis. 438. num. 7.* Caualer. *decis. 71. nu. 1. decis. 282. nu. 4. & decis. 294. nu. 1.* Peni. *decis. 530. nu. 3. & decis. 671. num. 1. Bilott. d. decis 3. nu. 2. Rot. Rom. post Genci. decis. 24. nu. 2. Ciarlin. contr. lib. 2. cap. 122. nu. 4 cap. 135. nu. 26. cap. 137. nu. 1 cap. 168. nu. 28. cap. 169 nu. 44. cap. 170. num. 20. cap. 171. nu 52. & cap. 179. nu. 3. & Macerat. variar. resol. lib. 2. resol. 34. num. 1. & resol.*
3 *43. nu. 12.* Adeò quod in dubijs quæstionibus instrumento standum est *Bar. in l. 1. §. si quis neget, sub nu. 12. vers. in dubio enim, ff. quem adm. testam. aper. & in l. in exercendis, nu. 2. C. de fid. instrum. Francis. Marc. decis. 51. Verall. decis. 421. lib. 2. & Crauet. cons 1. nu. 9.*
4 Quoniam instrumentũ tres habet pro se vrgentissimas præsumptiones, prima quod sit verum, secunda quod sit solemne, tertia quod de contrahentium voluntate fuerit confectũ, *Francis. Marc. d. quæst. 51. part. 1. & quæst. 163. & 511. par. 2. Gramm. decis. 45. num. 3. Menoch. cons. 343. lib. 4. Petr. de Rauenn. singul. 39. & Ciarlin. d. contr. 122. nu. 6. & cap. 196. nu. 34. lib. 2.* post *Abbat. in cap. 1. sub nu. 5. de*

fid. instrum. & Soccin. Sen. cons. 213. num. 7.
5 *vol. 2.* Et propterea illud pro se producens,
dicitur habere intentionem efficaciter, re-
ctéque probatam, plenè *cit. Rot. Genu. decis.*
122 transfunditque onus probandi contra-
rium, in eum contrà quem producitur *Spe-*
culat. in tit. de probat. §. videndum restat, nu.
10. *versic. Item si contra reum, Menoch. de*
præsumpt. lib. 2. præsumpt. 44. nu. 3. & Cenci.
cit. quæst. 43. nu. 9. & ad propositum est aduer-
6 tendum, quod probatio contrà instrumentum
debet esse notoria, carens omni scrupulo, &
dubietate, *cap. Ioannes de fid. instrument.*
l. optimam, C. de contrah. stipul. & §. velim
inst. de inutil. stipulat. ea ineuitabili ratione,
quia si vt diximus instrumentum facit pro-
bationem probatam, liquidam, & manife-
stam, habetq; præsumptionem pro se, quod
sit verum; Consequens est, vt ad elidendam
efficaciam, debilitandamq; virtutem illius,
longè fortior, ac euidentior probatio contrà
7 eum producatur; ideque non benè dicunt in-
frascripti, volentes sufficere vt eneruetur
virtus instrumenti, si aliquid in contrarium
coloratè opponatur *Soccin. Sen. cons. 266. sub*
nu. 4. versic. vel ad minus lib. 2. Bursat. cons.
305. nu. 3. & cons. 349. nu. 9. lib. 4. Letter. de
re benefic. lib. 1. quæst. 34. nu. 31. & 32. & Posth.
tract. de manutent. obser. 42. nu. 161.
8 Quibus ità generalitèr ad ornatum præ-
missis, dicimus, quod producens pro se pu-
blicum, ac solemne instrumentum, non te-
netur ad instantiam partis aduersæ, volentis
illud de falso redarguere, prothocollum
Notarij exhibere, *Gratian. discept. forens.*
tom. 4. cap. 735. nu. 27. & Io. Dominic. Gait.
de credit. tit. 1. cap 3. à nu. 112. cum pluribus
seqq. apud quos, alios concordantes huius
sententiæ authores cumulatos inuenies.
9 Non negauerim tamen contrariam opinio-
nem tenuisse *Bart. in l. fin. C. de fid. instrum.*
volentem, exhibitionem prothocolli à pro-
ducente instrumentum, faciendam esse, si
ità pars aduersa, volens illud de falso redar-
guere, instet, & concordat *Guid. Pap. decis.*
19. nu. 4. Capyc. decis. 40. & ità decisum refert
in *Rot. Rom. Cardin. Caualer. decis. 179.*
10 Sed horum fundamentis doctè respondet
Osas. decis. 16. signanter vero *à nu. 9.* & certè
non video quo pacto à priori sententia re-
cedi possit, supponunt enim qui contrariam
partem sustinent, vt teneatur inimicus, ar-
ma inimico suo præbere, hoc est (ciuilitèr
loquendo) vt teneatur actor contra se scrip-
turas exhibere, ad rei detentam, repugnan-
tibus *ll. qui accusare, C. de edend. & in*
l. nimis graue, C. de testi. & nos intèr alias
publici, ac authentici instrumenti efficaces
virtutes, eam *sup. nu. 5.* connumerauimus, vt
transferat onus probandi contrarium in ad-
uersarium, proptèr intentionem fundatam
producentis, *ex Speculat. Menoch.* & alijs

ibid. allegatis; quod sanè non esset verum, si
ad prothocolli exhibitionem teneretur in-
strumentum producens, sicuti *Bar.* & alij se-
quaces tenent; & propterea contrà illos fir-
ma sit, & indubitata conclusio, tribus tan-
tum casibus exceptis.
11 Primus si prothocollum esset pænès ipsum
met, qui instrumentum pro se produxit, quo-
niam tunc teneretur illud exhibere parti, vo-
lenti instrumentum suum infringere, ac falsi
norma notare; quinimò ad effectum istum,
satis est, si per coniecturas constet, mentio-
natum prothocollum pænès eum esse, *Couar.*
pract. quæst. cap. 19 nu. 3. versic. tertium con-
12 *stat;* Secundus est, si ab vno, vel à diuer-
sis personis, duo instrumenta, eiusdem rei,
eiusdemq; negotij, intèr se tamen in aliquo
diuersa, producerentur, eo siquidem casu,
cum neutrum instrumentum fidem faciat,
cum vnum, ab altero confundatur, cogi-
tur qui illa produxit, exhibere prothocol-
lum, ad finem vt rei veritas ab eo erui valeat;
vt doctè probat *Gratian. discept. forens. tom.*
13 *1. cap. 187. à nu. 18. ad fin.* Tertius tandem,
si ab aliquo copia instrumenti publici, licèt
authentica produceretur, nam si contigerit
fortè de aliqua parte illius hæsitari, tenebi-
tur qui eam produxit, exhibere originale,
glos. in cap. vt veterum, verb. græci, vers. &
est hic argumentum, distinct. 9. Bald. Castr. &
Imol. quos sequitur *Cardin. Caualer.* qui sic
refert in Rot. decisum, *decis. 179. nu. 2. & 3.*
Sicque in his tantum tribus casibus, *Bart.* &
sequacium opinio saluari potest.
14 Facta verò prothocolli exhibitione, con-
cludunt communitèr DD relati ab infrascrip-
tis mox allegandis, vt si quidem productum
instrumentum, non reperiatur in eo registra-
tum, quemadmodum quo ad cætera illius
temporis factum fidelitèr reperitur, tunc
falsum dubio procul censeri debet, ideòq; in
nihilo ei fides adhibenda erit *Menoch. de*
auspisc. possess. remed. 4. nu. 736. cit. Gait. de
Credit. tit 1. cap. 3. nu. 649. Fontanell. de pact.
nupt. tom. 2. claus. 13. glos. vnic. num. 14. &
Dom. meus Consiliar. Hodier. ad Surd. decis.
231. nu. 13. & seqq.
15 Sed reperio contrarium pluries determi-
nasse *Rot. Rom.* vt scilicèt ex hoc nulla ex-
hibiti instrumenti falsitas resultet, ea tantū
ratione, quia registratio in prothocollo, non
est necessaria, vt fuit decisum in vna *Ferra-*
riens. bonor. 25. Iunij 1601. coram Reuerendiss.
Pacent. in vna Roman. pecuniar 3. Iunij 1593.
coram Pamphil. & in alia Nepest. hæredit.
coram Lancellotto, de quibus determinatio-
nibus mentionem facit *cit. Cardin. Caualer.*
idem notabilitèr volens, *decis. 122. in fin.* vbi
dicit. *Tandem dum opponebatur, hoc instru-*
mentum, non esse in prothocollo, & ideò non
esse ei fidem adhibendam, Placebat responsio, non
esse necessarium, quod instrumentum sit in pro-
thocollo,

thocollo, *quandò adsunt alia requisita, vt fuit dictum, &c.* & confert pro hac opinione *practic. Papiens. in form. opponen. contr. instrum. glos. dignoscitur, num. 7.* volens, quod non sit curandum de Matrice, hoc est de prothocollo si originale instrumentum, authenticum, & in forma probanti producatur, sequitur *Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 889. nu. 13.*

16 Pro concòrdia igitur dico, quod quandò instrumentum non reperitur registratum in prothocollo, quemadmodum cætera instrumenta illius temporis registrata fuerunt, eo casu si pars aduersa, alijs adminiculis, & probationibus, ostenderet aliqualem fumum falsitatis instrumenti exhibiti, illud dubio procul falsum ipse censerem, iuxtà quod in prima opinione dictum est; Si verò nihil aliud pro parte conuenti produceretur, excepta registrationis deficientia, & pro parte actoris ad corroborandam veritatem instrumēti, probaretur incuria Notarii assueti ad non registrandum, & tunc procederent *decis. cit. Rot. Roman.* in secunda opinione relatæ, vt nempè nequeat ex deficientia registrationis, detrahi instrumento, eiusq; fidei, maximè si eius nota reperiretur in filsis, & fasciculis Notarj, qui illud stipulatus fuit, quia cum tunc satis appareat de veritate contractus, eiusque substantia, & quod fuerit de consensu partium stipulatus, non est curandum, quod non sit in prothocollo registratum; quod si tamen nec minus nota in fasciculis, seù filsis inueniretur, sine scrupulo instrumentum falsum censerem.

17 Alius casus circà hoc est, quandò exhibito prothocollo temporis in quo dicitur confectum instrumentum, inuenitur in eo laceratura, vel viciatura in registro cartharum, & in abaco; & tunc licèt non reperiatur in illo registratum instrumentum super quo controuertitur, non propterea falsum censeri debebit, sed potius præsumendum erit detractum, & laceratum, vt satis doctè docent DD. relati sup. *nu.* 14. signantèr verò *Dom. Hodier. ad Surd. d. decis. 231. nu. 14.* allegans in terminis *Crauett. cons.* 112. *Hercul. de negat. nu. 173.* & *Rot.* apud *Farinac. decis. 483. sub nu. 5. part. 3.*

18 Vltimus casus est, quandò prothocollum non reperitur, ità vt deperditum videatur, & tunc absque hæsitatione, vnanimi ferè sententia, concludunt DD. quod productum instrumentum validissimum reputari debeat, supposito quod producatur redactum in forma publica, munitum manu, & signo Notarij, cum quo res habita fuit, & nota testium in numero oportuno, vt contrà *Bald. in rubr. C. de fid. instrum. nu.* 20. magistralitèr defendunt *Couar. practic. quæst. cap. 19. num. 3. Facbin. contr. iur. lib. 11. cap. 38. cit. Gratian. d. cap. 187. nu. 16. lib. 1. & lib. 4. cap. 653. nu. 65. Doctis. Consil. Staib. resol. forens. lib. 1. resol. 58. nu. 63. cum seqq. Dom. Hodier. cit. decis. 231. nu. 12. & cit. Fontanell. d. tract. de pact. nuptial. tomo. 2. claus. 13. glos. vnic. nu. 13. fol. 625.*

19 Maior tamen difficultas quæ in hac materia agitari assolet, ea mihi videtur, quid iuris sit, si testes qui publico instrumento subscripti leguntur, contradicant, an inquam ex hoc falsum illud iudicari debebit? Disputant articulum istum plenissimè *Menoch. de arbitr. iudic. casu. 502. & Petr. Caball. resol. crim. centur. 2. casu 183.* Ego tamen nè his paucis, tam grauem articulum resoluam breuitèr octo casus distingnendos arbitror.

20 Primus si testes in instrumento descripti, dicerent se non interfuisse contractui, & tunc falsum instromentum iudicandum erit *Bart. in l. in exercendis, nu. 3. de fid. instrum. Pract. Papiens. in form. oppon. contr. instrum. glos. dignoscitur nu. 4. versic. quandoq; testes, Gait. de Credit. d. tit. 1. cap. 3. nu. 516.* quod procedit non solum si testes omnes negarent se interfuisse stipulationi, sed etiam si ità duo ex testibus assumptis testificarentur, *cit. Bar. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemadm. test. aper. Gait. d. tit. 1. cap. 3. num. 517.* cum sit receptissima sententia, duos testes instrumentarios, sufficere ad reprobandum instrumentum, *Couar. practic. conclus. cap. 20. num. 6. conclus. 2.* quamuis demptis illis duobus testibus contradicentibus, remanerent alij in numero oportuno, quia non ideò falsitas, siuè falsi suspicio euitatur, *Bar. in d. l. in exercendis, nu. 8. C. de fid. instrum.*

21 Secundus casus est, si testes propria manu se instrumento subscripsissent, & tunc licèt indè negent interfuisse contractui, non propterea redditur instrumentum suspectum de falsitate, sed remanet in suo robore *Surd. cons. 378. nu. 21. & cons. 414. nu. 83.* cum alijs quos sequitur *Gait. d. tit. 1. cap. 3. nu. 91.* duplici potissimum ratione, ex impossibilitate primò, quia si se subscripserunt, quo pacto negant interfuisse; & secundò quia testis qui propria manu se instrumento subscripsit, contrà amplius venire nequit *Capyc. dec. 192. nu. 5.* nisi probaret se in subscriptione fuisse deceptum, vel coactum *Bart. in d. l. in exercendis, nu. 13. C. de fid. instrum.*

22 Tertius casus est, si testes instrumentarij acceptarent interfuisse contractui, sed tamen qood alitèr fuerit dictum, atque conuentum, eo quod scriptum in instrumento reperitur, & tunc falsum illud esse, docet *sæpè cit. Bart. in d. l. 1. §. si quis neget, ff. quemad. testam. aper. & in d. l. in exercendis, nu. 12.*

23 Quartus casus est, si vnicus testis instrumentarius, negaret se interfuisse contractui, & cæteri non contradicerent, vtputa quia mortui sont, & tunc instrumentum paritèr falsum iudicandum erit, vt notabilitèr docet *Practic. Papiens. in form. oppon. contr. instrum.* glos.

gl. f. dignoscitur, nu. 4. versic. quandoque, & Bo. r. decis. 118. nu. 19.

24 Quintus casus est, si testes contradicerent, circa aliquam substantialem instrumenti partem, v. g. dicerent nullam adfuisse manualē pecuniæ numerationem, contrà Notarij assertionem, dicentis, præuia pecunia coram nobis numerata &c. & tunc pariter testibus credendum esse, nulla habita ratione instrumenti, ac assertionis in eo factæ, plenè defendit *Facchin. contr. iur. lib. 11. cap. 55.* quidquid in contrarium dicat *Alex. in l. prædia nu. 4. ff. de acquir. poss. ff.*

25 Sextus casus est, si testes dicerent se non recordari de contentis in instrumento, & tunc, quia nihil aduersus illud deponunt, dignissimum propterea fide erit *Bar. in d. §. si quis neget, nu. 9. & in d. l. in exercendis, num. 10. Ias. cons. 124. nu. 4. vers. Secundò, & adhuc vol. 1. cit. Practic. papiens. loc. vbi sup. nu. 4. Grammat. cons. 67. nu. 9. & Menoch. de arbitr.*

26 *d. casu* 505. *nu.* 31. Hinc est, quod si ab aliquo peteretur instrumenti reassumptio ex prothocollo Notarii mortui, in qua quidem reassumptione sunt necessarii ad minus duo ex testibus, qui cōtractui interfuerunt, ex Const. Regni Baiulos, si aliquis ex duobus testibus in humanis existentibus, diceret se non recordari de contentis in instrumento, proptèr quod se subscribere recusaret, posset ad id compelli, *Calter. in pract. instrum. part. 2. prim. par. verb. vel reassumptum, nu. 32.*

27 Septimus casus est, si omnes testes deponerent se non recordari interuenisse in stipulatione contractus, & tunc manifesta erit præsumptio contra instrumentum, quod sit falsum, inuerosimilis enim est veritas illius, inspecto quod omnes testes dicunt non recordari, & si interfuissent, vnus saltem, vel duo recordarentur de actu stipulationis; Vn-

28 dè ex hac manifesta inuerosimilitudine resultat efficax suspicio simulationis, fraudis, & falsitatis *Afflict. decis. 345. nu. 9. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 76 nu. 20. & in eod tract. casu 85 nu. 1. Surd. decis. 23. nu. 15. & decis. 336. nu. 9. Camill. de Medic. cons. 94. nu. 34. & Rouit. cons. 13. num. 28. vol. 2.* Imò quod

29 inuerosimilitudo, sit imago falsitatis docet *Grammat. decis. 55. nu. 8.* subdens non esse credendum inuerosimilitudini, *Riminald. iun. cons. 362. nu. 15. & 16.* quia reputatur pro impossibili *Decian. cons. 11. nu. 5.* Ideòq; inuerosimilitudinē esse apprimè attendendā ad eruendam veritatē, vel falsitatē actus, dicunt *Bald. in l. scriptura nu. 8. C. de fid. instrum. Alex. cons. 80. nu. 2. vol. 4. Deci. cit. cons. 11. nu. 5. Riminal. Iun. d. cons. 362. nu. 19.* maximè in iudicando, *Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 719. nu. 15.*

30 Vltimus casus est, si duo, vel plures testes instrumentarii, dicerent se interfuisse contractui, sed non audiuisse tale, vel tale capitulum, & tunc redditur suspectum instrumentum *Bart. in l. coram, ff. de verb. signif. Practic. papiens. loc. sup. cit. nu. 5.* Secus verò si vnus testis ità testificaretur, vt refert decisum *Capyc. decis. 192.* vel si omnes etiam dicerent se interfuisse, verba tamen non intellexisse, cum sufficiat eos potuisse audire, proindè plena fides erit instrumento adhibenda *Rum. cons. 12. num. 9. versic. Nec obstat, vol. 2. Caphal. cons. 546. nu. 75. Surd. cons. 414. nu. 73. vol. 3. Menoch. d. cas. 505. nu. 31. & Gait. d. tract. de Credit. tit. 1. cap. 3. nu. 125.*

Ex quibus satis sit punctus iste absolutus.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

INstrumentum non potest per procuratorem liquidari, nu. 1.

Limita si Procurator stipulatus esset sibi, vel Domino, nu. 2.

Instrumentum non potest liquidari contrà procuratorem, qui se procuratorio nomine obligauit nu. 3. Sed Author tenet contrarium, cum hoc tamen, vt executio fiat contra principalem, num. 4.

Nullitates aduersùs liquidationem instrumenti, possunt per procuratorem proponi, nu. 5.

Cessionarius nominis debitoris, an contrà eum possit liquidare, quemadmodum poterat cedens, remissiuè, nu. 6.

AD CAPVT CLXXXVII.

Additio.

1 INstrumentum, quod nequeat per Procuratorem liquidari, tradunt *Marant. in Specul. part. 6. act. 8. rubr. & producuntur scripturæ, & instrumenta, nu. 27. fol. mihi 420. & Io. Francis. Scaglion. tit. M. C. 163. nu. 43.*

2 Quod tamen limitatur, si Procurator stipulatus esset, quantitatem aliquam sibi & Domino dari, nam tunc quia ipse, & principalis, dicuntur duo rei credendi in solidū, admittitur iure meritò ad præsentandum instrumentum illud, in quo stat vti principalis, non simpliciter vti procurator, *Calter. in pract. instrum par. 1. 2. par. rub. & cuius nomine agat, nu. 10. & 11.* & confertur nota per me *sup. cap. 4. nu. 9.*

3 E con-

3 E converso, si fuerit per Procuratorem confectum instrumentum, passinè, in quo se ipsum procuratorio tamen nomine obligauit ad quantitatem aliquam, nequibit adversùs eum liquidari, & fieri exequutio, quia debitum non tendit principalitèr contrà se, & licèt ipse iurauerit, id tamen in animam domini fecit *Marin. Frecc. de præsent. instrum. part. 11. quæst. 5. Calter. in d. tract. in 2. part. 2. part. princip. rubr. aduertatur insimul ad debitorem, nu. 26.* ex celebri illa *Afft. decis. 64.*

4 Sed quò ad hoc melior mihi videtur opinio eorum, qui oppositum senserunt, vt nempè rectè possit in præsenti casu contrà procuratorem liquidari, cum hoc tamen, vt exequutio contrà principalem fiat, *Macerat. loc. sup. cit. nu. 28,* & ità intelligit citatam *decis. Afflict. Io. Mari. Nouar. in collect. pragm. collect. 121. nu. 12.*

5 Vtrum verò per Procuratorem, possit dici de nullitate liquidationis iam factæ ad defensam debitoris condendam, tradit nouitèr pro parte affirmatiua *R. P. Afflict. contr. iur. cap. 11.* per discursum.

6 In quantum tandem hic agitur *nu. 14.* an cessionarius nominis debitoris, valeat ex virtute cessionis obtentæ, liquidare aduersus debitorem cessum, videnda sunt, quæ ipsemet idem latissimè scripsi *sup. cap. 43. à nu. 19.* ad finem.

Io. Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

INstrumenti liquidati exequutio impeditur, si aduersùs liquidationem nullitates proponerentur, etiam non facto deposito, nec debitore in vinculis constituto, *nu. 1.*

AD CAPVT CLXXXVIII.

Additio.

1 Reuitèr addò nouissimè tradita per *R. P. Afflict. contr. iur. cap. 11.* per totum, quò loci magistralitèr docet, posse instrumentum iam liquidatū, nullitatibus impugnari, ac ità impediri eius exequutio, & debitorem pendente discussione nullitatum, non posse molestari, etiam quod nec depositum fecisset, neque se in vinculis constituisset.

Legendus etiā doctissimus *Dom. Consil. Staib. resol. forens. lib. 1. resol. 21. nu. 5. Calter. in prax. instrum. par. 2. 3. part. principal. rub. 3.* incipiente *atque in iis discutiantur exceptiones, in princip.* & etiam *Spectab. Dom. meus infr. cap. 191. nu. 15.*

Io: Leonardus Rodoerius



SVMMARIVM.

INstrumentum ab aliquo confectum laicatus tempore, non potest contrà eum liquidari in foro sæculari, sed debet remitti in totum Iudici Ecclesiastico, *nu. 1.*

Instrumentum exequutiuè liquidari potest, vigore rit. M. C. etiam in foro Ecclesiastico contrà Clericos, nu. 2. & 4.

Statutum laicorum concedens instrumentis publicis viam exequutiuam, habet locum etiam in foris Ecclesiasticis, contrà Clericos, num. 3.

Sed intellige, vt nu. 5.

AD CAPVT CLXXXIX.

Additio.

1 Oncluditur, ac decisum fertur in præsenti, non posse in M. C. liquidari instrumentum ad formam rit. illius, contrà eum, qui laicatus tempore contraxit, seque obligauit, indè verò, Clericus effectus fuit, & talis repertus liquidationis tempore, & quamuis in hoc puncto voluerint nonnulli, posse ad realem exequutionem contrà talem procedi à Iudice laico, quò ad personalem verò esse remittendam Iudici Ecclesiastico; Nihilominùs vt hic per S. C. decisum refert *Spectab. Dom. meus*, remitti debet Clericus iste ad Iudicem suum competentem, vt ab eo contrà illum vtraq; exequutio fiat, omnē pænitùs Iudici laico, quò ad hoc præstantem denegans, addo in terminis *Alex. in l. cum quædam, nu. 3. ff. de iurisdic. omn. iudic. Felin. in cap. proposuisti nu. 2. de for. compet. Hyppolit. de Marsil. in rub. ff. de fideiuss. sub nu. 110.* circà medium *Calter. in prax. instrum. in 2.*

in 2. part. 3. & vltim. part. principal. rubr. verum debitor de persona compareat, num. 17. vers. sic. hoc autem dictum, Ther. in compend. decis. part. 3. verb. Instrumentum, fol. 561. col. 2. & iterum addo *Alex. in l. nemo potest, nu. 31. ff. de legat. 1.* dicentem parum referre, quod quis laicatus tempore contraxerit, quoniam si post contractum efficiatur Clericus, non potest pro illo coram Iudice laico conueniri, de qua re plenè etiam *Oldr. consi. 4.* & *Surd. cons. 396. nu. 20. 23. & 38. lib. 3.*

2 Et hac occasione noto, quod eandem viam exequutiuam, quam secum trahit instrumentum quarentigiatum in foro sæculari per *rit. M. C. 166.* eandem pariter viam exequutiuam secum trahit in foro Ecclesiastico, cum quis contrà Clericum intendit instrumentum liquidare, ex doctrina *Bart. in l. cunctos Populos, sub nu. 29. vers. & sic statutum, C. de Summ. Trin. & fid. Cathol.* vbi

3 in terminis inquit, quod statutum laicorum, per quod conceditur instrumentis publicis via, & remedium exequutiuum, qualis est *rit. sup. cit.* habet etiam locum in foro Ecclesiastico, contrà clericos; hæc sunt verba

4 *Bart. Et hoc statutum quod instrumentum publicum mandetur exequutioni sine libello, quidam latius petit à Clerico coràm Episcopo, an obseruatur libellus contrà prædictam Constitutionem, videtur quod non, quia in foro Episcopali debet seruari tale statutum;* Idem quoq; in puncto prosequitur *Parlador. rerum quotid. lib. 2. S. 11. ampliat. 7 fol. 185 col. 1.* post *Couar. practic. quæst. cap. 8. nu. 5. & Carauit. d. rit.*

5 *166 nu 37 cum seqq* qui tamen memoratam *Bart.* sententiam intelligunt veram, dummodò statutum sit emanatum Regia authoritate, & nihil specificè contra Clericos disponat.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Instrumentum non potest liquidari contrà Patrem, nu. 1 vbi de ratione.

Instrumentum liquidare non potest, qui non potest se obligare, nu. 2 & quarè ibid.

Instrumentum contrà matrem nequit liquidari, num. 3.

Item nec à fratre contrà fratrem, nu. 4.

Frater tenetur fratri in id tantum, quod facere potest, deductionè egeat, nu. 5.

Instrumentum contrà compatrem, non potest liquidari, nu 6.

Instrumenti liquidatio, non potest fieri contrà personas, quibus debetur reuerentia, nu. 7.

Reuerentia maior debetur Patri Spirituali, quam Carnali, nu. 8.

Affinitas spiritualis est maior affinitate carnali, ibid.

Pater spiritualis non potest in ius vocari sine venia, nu. 9.

Pœnæ statutæ contrà filios, vocantes in ius Patres carnales sine venia, habent etiam locum, contrà filios spirituales, ibid.

Instrumentum contrà socerum potest liquidari, nu. 10. Sed contrarium tenet Author, nu. 11. & 17. & hanc opinionē defendit, vsq; ad n. 20.

In similibus idem est iudicandum, nu. 12.

Socer Patris locum obtinet, nu. 13.

Socero eadem debetur reuerentia, quam Patri, nu. 14. Nec potest in ius vocari sine venia, etiam soluta affinitate, nu. 17.


Socer non tenetur Genero, vel nurui, nisi in id quod facere potest, deductionè egeat, num. 16. etiam soluta affinitate, nu. 17. Sed contrarium de Iure consuetudinario docet Paschal nu. 18. Sed quid sentiat Author, nu. 20. & 21.

Dispositio fundata super pluribus causis non cessat cessante vnaaliarum, nu. 19.

Statutum debet intelligi in casu suo tantum, nec verba eius sunt extendenda, imò capi debent quò minùs corrigant ius commune, nu. 22.

Cessionarius eius cui prohibita erat facultas liquidandi propter reuerentiam, an possit liquidare; Affirmat nè nu. 23. & de ratione nu 24 Author probat contrarium, nu. 25.

Exceptio quæ obstat cedenti, non obstat cessionario d. nu. 24. Sed hæc regula limitatur in exceptionibus personalibus, nu. 26.



AD CAPVT CXC.

Additio.

1 Contrà Patrem receptissimæ est conclusio, non posse à filio liquidari instrumentū, ex vulgar. *decis. Dom. de Franch. 162. Ricci. decis. Curi. Arch episcop. 186. nu. 1. part. 1. Gail. de Credit. cap. 3. tit. 1. nu. 108. Mauson. de via exequut. quæst. 6. limit. 16. nu. 2. fol. 29. & Marant. cons 30 nu. 1.* cuius rei sufficiens ratio est causa reuerentiæ Patri ob naturale debitum exhibendæ; vndè cum filius ob id contra Patrem nequeat criminaliter agere, nequit meritò contrà eundem liquidare, accusaret enim eum de periurio, sicuti implicitè faciunt omnes Creditores liquidantes contrà debitores, *cit. Franch. d. decis 162.* signantèr *nu. 16. & 17.* & iterū

2 quia, qui non potest se obligare, utque potest liquidare; sæpè enim creditores condendantur ad pœnam ob calumniosam liquidationem,

tionem, cumque pœnam hanc nequeant con-
trahere, ij quibus ſe obligare eſt vetitum, fit
conſequentèr vt ad eorum inſtantiam liqui-
datio non admittatur, *Frecc. de præſent. in-
ſtrum. part. 13. in prohem.* eſt .n. ſatis notum
in Regno, prohibitum eſſe filijs familias ſe
obligare, ergò ad eorum inſtantiam, non po-
teſt inſtrumentum præſentari, ſicuti in pun-
cto inquit *Frecc. vbi ſup.* & plenè *R. P. Aſſl.
contr. iur. cap. 11. nu. 43. cum ſeqq.*
3 Contrà matrem verò idem *cit. Franch. d.
decif. 162. in fin.* dicit poſſe à filio liquidari
inſtrumentum, ſicque practicatum refert:
Sed ipſe non poſſum huic ſententiæ acquie-
ſcere, ratio enim reuerentiæ, quæ potiſſima
eſt, eodem modo militat in patre, ſicut in
matre, ergò quoàd eam idem ius conſtituen-
dum eſt; vndè iure meritò *Conſil. Paſchal. de
patr. poteſt. lib. 2. cap. 9. nu. 21. in fin.* mentem
ſuam, nequiuit accomodare cum traditis
ſuper hoc puncto per *Franch.* à quo cauen-
dum cenſeo.
4 Et à fortiori videmus, quod frater contrà
fratrem, nec minus ad liquidationem inſtru-
menti deuenire poteſt *Thaſaur. decif. 119.
Gait. dict. tract. cap. 3. tit. 1. nu. 1105.* & latè
Manſou. in ſup. cit. limit. 16. à nu. 8. vſque ad
5 13. dans rationem, quia frater ad fratris in-
ſtantiam nequit carcerari, quia vnus alteri,
in id tantum quod facere poteſt tenetur, de-
ducto nè egeat, ex *Bertrand. Grenenſ. pract.
conclnſ. concluſ. 26. nu. 9.*
6 Iterum, contrà Patrem Spiritualem, qui
vulgò, *Compare*, nuncupari ſolet, nec minùs
poteſt inſtrumentum liquidari *Gait. loc. cit.*
7 *nu. 1102.* ſtante regula, vt liquidatio non
procedat contrà perſonas, quibus de iure
reuerentia exhibenda eſt *Frecc. tract. de
præſent. inſtr. par. 12. nu. 16. fol. 98.* & talis eſt
8 Compater, cui maior debetur reuerentia,
quam Patri carnali, magiſq; eſt diligendus,
*Iaſ. in l. apertiſſimi, ſub nu. 7. verſ. Item quia
Cognatio Spiritualis, C. de iudic.* & tantò
magis, quantò maior eſt affinitas, & cogna-
tio Spiritualis, cognatione Carnali, *gloſ. in
Can. qui dormierit, circà fin. 27. quæſt. 2.*
9 Hinc compater non poteſt abſque venia in
ius vocari, ab eo, quem de Sacro Fonte le-
uauit *Alex. in l. generalitèr, nu. 5. ff. de in ius
vocand. Oſaſ. decif. 31. num. 21.* adeò quod
eædem pœnæ inductæ contrà filium vocantē
in ius Patrem naturalem ſine venia, habent
locum contrà eum, qui venia non impetrata,
Compatrem auſus eſt conuenire, *cit. Iaſ. in
§. fin. ſub nu. 64. inſtit. de action.* & ſequitur
*Caſſane. in Catalog. Glor. Mund. part. 11.
conſider. 16. verſ. & non ſolum.*
10 In Socero autem videndum eſt quid iuris,
an contrà eum liquidari poſſit inſtrumen-
tum ad inſtantiam generi, pro datione dotis
promiſſæ, vel ad inſtantiam Nuri, p̄ro re-
ſtitutione dotis, defuncto eius filio datæ?
Affirmatiuè concludunt *cit. Frecc. de præſen.
inſtrum. part. 12. quæſt. 1.* vbi teſtatur ſic vi-
diſſe practicatum, *Franch. decif. 366. nu. 10.
Molfeſ. ad Conſuetud. Neap. tom. 1. part. 6.
quæſt. 9. nu. 8. & Thor. in Compend. decif. tom.
1. verb. inſtrumentum capitulorum, fol. 273.
col. 2.*
11 Sed nihilominùs ipſe contrariam ſenten-
tiam affirmo veriorem, vt nempè contrà
Socerum, inſtrumentum ad formam *rit.* ne-
queat præſentari, ſicut in puncto aduersùs
præcitatos, tenent *Amat. decif. 16.* ità refe-
rens deciſum, eumq; ſequitur *Fontanell. de
pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 8. gloſ. vnic. part.
vnic. nu. 3. fol. 589. Minad. decif. 2.* ità pari-
tèr de æquitate deciſum dicens; idque idem
bis iterum determinauit S.C. renocato con-
trario decreto M.C. teſte *Taſſon. obſeru. 28.*
qui dicit, fuiſſe ordinatum, quod contrà So-
cerum ordinariè agatur, refert etiam *Thor.
in Compend. part. 3. verb. inſtrumentum, fol.
560. col. 1.* vndè idem *Frecc.* pro contraria
parte allegatus *d. part. 12. quæſt. 1.* videns opi-
nionem iſtam pro Socero, magis probabi-
lem, quamuis dicat aduersùs eum vidiſſe
practicatum, ſubdit tamen malè iudicio ſuo
fuiſſe ità obſeruatum; conferunt quoque
*Aſin. de exequnt. Mandat. §. 2. cap. 8. nu. 1.
& Peregrin. decif. 30. nu. 2.* dicentes, dotes
non eſſe repetendas à Socero via exequutiua,
quos refert *Fontanell. loc. ſup. cit. nu. 4.*
12 Accedamus modò ad rationes huius com-
munis ferè ſententiæ; Equidem primò con-
ſiderandum eſt, quod in ſimilibus idem ſem-
per iudicari debet *l. non poſſunt 11. ff. de
legi. l. qua ratione, ff. de acquir. rer. domin.
& cap. 2. de traslati. Epiſ. circà med.* Ergò ſi
13 contrà Patrem prohibita eſt liquidatio, pro-
hibita quoque cenſeri debebit contrà Soce-
rum, quem quidem Patris locum obtinere,
docent iura *in l. quia Parentis 17. & in l. ex
diuerſo 18. ff. ſolut. matrim.* & probatur *ex
gloſ. in l. ſi de dote 87.* quæ bis Socerum, Pa-
14 trem appellat, *ff. de iur. dot.* Vndè monet
Iaſ. eandem reuerentiam exhibendam eſſe
Socero, quam exhibere tenentur filij Patri-
bus eorum naturalibus, *in l. tranſactionem, C.
de tranſact.* quem ſequitur *cit. Caſſan. in
Catol. Glor. Mund. part. 11. conſider. 16. verſ.
etiam pater in fin.*
15 Præterea, & fortius conſiderandum eſt,
quod Socer, cum conuenitur, gaudet bene-
ficio, nè conueniatur in plus quam facere
poteſt, deducto nè egeat *l. ſicut ff. de re iudic.
& l. rei iudicatæ, §. Socero, ff. ſolut. matrim.*
cum alijs plenè cumulatis per *Barboſ. in l.
Maritum num. 59. ff. eod. Io. Caſtagn. tract.
deduc. nè ege. quæſt. nu. Amat. cit. decif.
16. nu. 2. Fontanell. d. gloſ. vnic. num. 24.* &
omnium plenius *Brun. de ceſſi. bonor. part. 4.
quæſt. 22. fol. mihi 72. à ter.* qui id ampliat
procedere tam in mulieris Patre, & ſic in

Socero respectu viri, quam in ipsius viri Patre, & sic in Soceeo respectù mulieris, *ex glos. in l. ex diuerso, versic. iustum esse, ff. cit. tit.*
16 & etiam soluto matrimonio, & sic soluta affinitate, *ex glos. in l. non tantum, vers. Condendatur* ibiq; *Alex. num. 2. ff. de re iudic.* & colligitur *ex Minad. decis. 2.* & ex eadem *Alex.* dicente, Socerum, nè dum affinitate durante, verum quoque ea soluta, non posse à Socero, vel nuru in ius vocari absque venia sicuti etiam *Pelliec. ad Consuetud. Auers. cap. 9. nu. 77. & 78.*

17 Si ergò non tenetur Socer, nisi in quantum facere potest, deducto nè egeat, quo pacto, queibit aduersùs eum liquidari instrumentum, quod secum trahit rigorosam exequutionem in bonis, & in persona per incarcerationem?

18 Audio opponi *de Consuetud.* incipiente, *vbi dot, de iur. doti.* per quam tollitur beneficium prædictum, indultum de iure communi ad fauorem Soceri, qui ad integram quantitatem dotis, non alitèr deducto nè egeat, tenetur, quemadmodum aduertit etiam *Consiliar. Paschal. de patri. potest. lib. 2. cap 9. nu. 22.* Ergò cessante in hac Ciuitate ratione prædicta, liquidatio contrà Socerum impediri nequibit.

19 Respondeo negando consequentiam; Siquidem vt iam suprà diximus, liquidatio cõtrà Socerum, non ex hac solum ratione est prohibita sed etiam ex alijs suprà ponderatis, *nu. 12. 13. & 14.* & quandò dispositio fundatur super pluribus rationibus, licèt illarum vna cesset, quia tamen vrgent aliæ, dispositio non cessat *Imol. in l. si plagij, ff. de verbor. obligat. Bald. in l. si non lex 83. ff. de hæred. instit. idem in auth. non licet, nu. 7. C. de liber. præter.* idem *cons. 112. nu. 2. versic. super secundo lib. 5. Mobedan. decis. 4. qui fili. sint legit.* aliàs *decis. 246. Surd. de alim. tit. 5. quæst. 4. nu. 18. & Mascard. de probat. conclus. 714. nu. 19.*

20 Rursùs considerandum est, quod licèt valeat consequentia; talis fruitur beneficio deducto nè egeat, ergò contrà eum non potest liquidari instrumentum; non tamen valet è conuersò, nam quandò hoc beneficium tollitur, oritur tantũ, quod exactio pro integro fieri debeat, sed in iudicio ordinario, nõ exequutiuè; quemadmodum propriè legimus in casu nostro; Quamuis enim per *cit. Consuetud. vbi dos, de iur. doti.* sit abolitum ad fauorem Soceri in dote restituenda, beneficium de quo suprà, requirit tamen eadem municipalis sanctio cõdendationẽ, ibi. *fit condemdatio, & exactio* Istudq; *verb. condendatio,* apud veros, probatosq; practicos, iudicium ordinarium indicat, & sententiam condendatoriam; Igitur ex his opinioni nostræ nullum infertur obstaculum, ex argumento sup. proposito.

21 Non omittam etiam longè aberrasse *Consiliar. Paschal.* relatum *sup. nu. 18.* dum simplicitèr, & indistinctè putauit, cessare ad fauorem Soceri, beneficium deducto nè egeat, ex memorata *Consuetud.* quæ vt legenti manifestè patet, loquitur dumtaxat de Socero respectu mulieris, idest de Patre quond. sui defuncti viri, vt is in dotis restitutione, beneficio prædicto patrocinari nequeat; Quo fit vt idem beneficium non sit sublatum Patri mulieris, qui ad dotem dandam se obligauit,
22 & sic in Socero respectù viri, quia statutum (maximè exorbitãs, qualis est dicta Consuet.) intelligi debet in casu suo tantum, suntque verba eius strictè intelligenda, pro vt sonant, absque quod eorum extentio fiat, & sic sunt capieñda, eo modo quo minus corrigant ius commune *Cranett. cons. 741. nu. 3. Ancharan. Iuni. quæst. 46. nu. 17. & quæst. 70. num. 2. lib. 3. Osas. decis. 21. nu. 14. Thesaur. decis. 269. nu. 9. Berdazz. consil. crim. 175. nu. 13. lib. 1. Mascard. de statut. conclus. 4. nu. 5.* & plenè *Ciarlin. contr. lib. 1. cap. 27. nu. 10. & lib. 2. cap. 161 nu. 98.*

23 Vndè supradictis omnibus veris existentibus, quæro tandem an cessionarius eius cui prohibita erat liquidandi potestas, sicuti de filio, fratre, compatre, & Genero diximus, possit in vim cessionis ad liquidationem deuenire? Et videtur respondendum affirma-
24 tiuè ex illa communissima regula, vt exceptio quæ obstat cedenti, non obstet cessionario, *Bart. per illum text. in l. apud Celsum, §. Item quæritur versic. si cum legitima, ff. de dol. mal. & met. except. Castr. in l. si res obligata, post nu. 3.* & ibi etiam *Ias. in fin. num. 46. ff. de legat. 1.*

25 Sed his non obstantibus concludo breuitèr contrarium, ex punctuali authoritate *Vrsill. ad Afflict. decis. 74. nu. 3. & 4.* vbi ponit casum de statuto prohibente, nè frater ad alterius fratris instantiam carceretur, concluditque vt in casu prædicto neque possit ad incarcerationem deueniri ad instantiam cessionarij, nè per huiusmodi cessiones deterior efficiatur conditio debitorum; quarè applicando doctrinam hanc ad casum, addo pro ratione ineuitabile dilegma, quod aut liquidatio petitur à solo cessionario, & non est admittenda, quia in eum hoc ius non transiuit, vt diximus *sup. cap. 43. nu. 19.* ad fin. Aut verò petitur cum præsentia, & authoritate cedentis, sicuti pro cautela readunt DD. ibidem à me relati, *nu. 29.* & quoniam eo casu, liquidatio primario à cedente petitur, ab eoque vires sumit, idcircò concedi non debet, quemadmodum denegandam diximus in casibus suprà relatis.

26 Nihil facit, quod exceptio quæ obstat cedenti non obstat cessionario, quia regula hæc ex prædictis non est applicabilis, & quando foret talis, nec minus obstaculum

pareret

pareret ex traditis per *Vrsill. cit. dec. 74. nu. 4.* addo *Rot. Genu. decis. 28. nu. 7. Notc. cons. 398. num. 3.* vbi ex pluribus habetur, quod omnes exceptiones, quæ contra cedentem opponi possunt, idem robur habēt aduersùs cessionarium, & sequitur *Cancer. variar. resol. lib. 1. cap. 2. tit. de Trebell. & falgi. n. 67.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Obligatus in solidum ad debitum cum alio, ad quem vtilitas contractus peruenit, non potest nisi eo discusso conueniri, quia censetur fideiussor illius, nu. 1.

Et probatur ista opinio, plenè, nu. 3.

Statutum de fideiussore loquens, habet etiam locum in obligato in solidum cum aliquo, ad quem contractus vtilitas peruenit, nu. 2.

Fideiussorum species sunt plures, nu. 4.

Promittens soluere debitum alterius, non potest conueniri, nisi priùs principali debitore discusso, & quandò secùs, nu. 5.

Obligatus ad debitum, cum alio, cui contractus vtilitas peruenit, debet offerre sumptus de propria pecunia, ad hoc vt illius discussio fiat, n. 6.

Discussio principalis non est facienda, si esset notoriè non soluendo, nu. 7. Sed si superueniant ei diuitiæ, potest fideiussor petere vt eius patrimonium discutiatur, etiam post litem contestatam, nu. 8.

Discussionis exceptio, vti dilatoria debet proponi ante litem contestatam, & quandò secùs, nu. 9.

Exceptiones dilatoriæ superuenientes post litem contestatam, vel ignorantèr omissæ, possunt opponi, nu. 10.

AD CAPVT CXCI.

Additio.

1 
Ecisio articuli, quem *Spectab. Dom. meus,* exactissimè in præsenti examinat, satis manifesta redditur ex illa indubitata, & communissima omniū scribentium conclusione, vt simplicitèr ad debitum, cum alio insolidum obligatus, non alitèr recto tramite conueniri possit, nisi facta prius discussione correi, ad quem constat peruenisse vtilitatem negotij, quia alter licèt se principalitèr, & simplicitèr ad debitum astrinxerit, vti merus fideiussor iudicandus est, docto quod ad correi tantum vtilitatem negotium versum fuit, vt præter antiquos Classicos in lecturis, tradunt infrascripti, nempè *Paul. de Castr. cons. 331. in causa Siluestri, nu. 1 vol. 1. Roman. cons. 114. nu. 3 Aret. cons. 33. sub nu. 2. Anani. cons. 60. nu. 1. Crauett cons. 77. nu. 3. vers. hoc ità, lib. 1. Laurent. de Pin. cons 71. nu. 4. Odd. cons. 41. nu. 44. cum seqq. lib. 1. Menoch. cons. 795. nu. 1. lib. 9. Reg. Lanar. cons. 77. nu. 16. Molfes. cons. 28. nu. 14. & 15. Cremens. singul. 39. Hippol. de Marsil. sing. 2. vers. Scias tamen, idem in tract. de fideius. nu. 65. & sub num. 370.* post med *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 17. nu. 5. vers. Neque dubium est, cit. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 14. nu. 6. Tiraquell. de retract. Lignag. glos. vnic. §. 31. nu. 8. Gabriel. de fideius. conclus. 2. Cenci. de censi. quæst 52. sub nu. 11. Paschal. de patr potest lib. 1. cap. 8. num. 129. & 137. Cappell. Tholos. decis. 80. Guid Pap. decis. 570. nu. 6. Balb. decis. 83. Franch. decis. 55. num. 8. Dom. Consil. Hodier. ad Surd. decis. 308. nu 4. Rot. Rom.* post *Cenci. decis. 184 nu. 4. 5. & 6. Pract. Papiens. in form. libell. contr. plur. glos. beneficio, nu. 3. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap 701. nu. 5. & tom. 5. cap 962. nu. 42. Dom. Consil. Staib. resol forens lib. 1. resol. 41 nu. 23. & resol. 83. num. 2.* & omissis alijs *Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 59. nu. 3. & 4.* Vndè
2 dicebat *Alex. cons. 41. lib 1.* quod statutum de fideiussoribus loquens, habet locum in eo etiam, qui se principalitèr obligauit, cum alio, supposito quod, ad hunc tantum vtilitas contractus peruenerit, *ex Io. Andre. in addit. ad Specul. & Alber.* quos sequitur *cit. Rot. Rom.* post *Cenc. decis. 20. nu. 9.*
3 Vt autem prædicta communissimè alioquin recepta, omni dubio careant, legi moneo ad corroborationem, *tex. in l. sed Iulianus 9. §. idem ait, ff. ad Maced.* vbi obligatus vna insimul cum filio familias, cui sola pecunia peruenit, exceptione Creditorem remouere potest, vti fideiussor eius, qui Macedoniani remedio patrocinatur, ibi. *Idem ait, si duos reos acceperò, filium familias, & Titium, cum ad filium familias esset peruentura pecunia: Ideò autem reum Titium acceperim, nè quasi fideiussor, auxilio Senat. Consul. vteretur, vtilem esse exceptionem, aduersùs fraudem dandam:* Item etiam legendus *tex.* singularis *in l. si in rem 13. ff. de in rem, vers.* ibi. *Si in rem alterius ex Domini versum sit, vtrum is solum, an & socius possit conueniri, quæritur? Et Iulianus scribit, eum solum conueniri in cuius rem versum est, sicuti cum solus iussit. Quam sententiam puto veram,* idem quoq; in

 puncto

puncto tradunt, *glos. in d. §. idem ait, versic. quasi fideiussor*, in illis verbis, *Cum reus, loco fideiussoris sit.* alia *glos. in l. in persona, §. qui pecuniam, vers. putat, ff. de pact.* dicens. *Sed reum tantum priùs eligat*, & *glos. in auth. de fideiuss. in versic. fideiussor, in 2. quæst. in fin.* volens, quod obligatus principalitèr, cum alio cui primariò negotium pertinebat, si id nouandi animo factum non fuit, sicuti præsumitur, censetur fideiussor, vt in illis verbis ibi. *Cum eadem sit ratio huius, & fideiussoris*.

4 Pro ratione etiam non omittam, quod fideiussorum non vnica tantum species in iure cognita est, qualis est ille, qui pro debito alterius in subsidium se obligauit, sed plures sunt, vt patet *ex glos. in cit. §. qui pecuniam, versic. putat*, vbi quinque species fideiussorũ enumerat, intèr quas est hæc de qua agimus, cum nempè, quis principalitèr obligationi accedit, cum eo cui negotium pertinebat eiusque vtilitas soli peruenit, sicuti quoque magistralitèr ponderat *Bart. in l. reos, ff. de duob. reis*, quem sequitur *cit. Paul. de Castr. d. cons. 331. sub nu. 1. versic. cum istud verbum. vol. 1.*

5 Hinc in casu longè duriori videmus, quod si quis alterius debitum in se susciperet, & solus ad fauorem creditoris pro illius solutione se obligaret, conuentus indè, non potest ad soluendum compelli, nisi priùs debitor pro quo se astrinxit, eiusque Patrimonium discuteretur, quoniam isto etiam casu fideiussoris locum is obtinet; nisi tantum verè animo nouandi, ac principalem liberandi id actum esset, sicuti plenè prosequitur *glos. in cit. auth. de fideiuss. verb. fideiussorem, in prim. quæst. versic. quid in expromissore*, doctè *Consilia. Paschal. de Patri. potest. lib. 1. cap. 8. sub nu. 132. vers. & idem est*, & est notabilis *decis. Cappell. Thol. 23.* talitèr dicens: *Item fuit quæsitum, si ego vendidi equum Titio, pretio 30. Francorum, & dictum pretium soluere promisit Sempronius, an possim priùs conuenire Sempronium, quam Titium præsentem? Conclusum fuit quod non per auth. Præsente, C. de fideiuss. & in corpore vndè sumitur. & per Cyn. in d. auth. præsente.*

6 Animaduertendum tamen est, quod iste principalitèr obligatus, quem in casibus prædictis loco fideiussoris esse diximus, cum conuenitur, discussionis exceptionem opponere debet, offerreq; creditori pro illa facienda, necessarias expensas de sua propria pecunia, vt plenè *Paul. de Castr. in d. l. Sed Iulianus, sub nu. 3. & 4. ff. ad Macedon.*

7 Quod si fortè principalis, ad quem negotij vtilitas peruenit, esset notoriè non soluendo, idque in promptu constaret, eo casu in vanum pro discussione illius obtinenda, laborat fideiussor, vel alius qui fideiussoris locum obtinet; nulla enim facienda est excussio, quæ facta tutò vana, ac nullius iuuaminis futura esset, ob promptã, & notoriam principalis egestatem, *Afflict. d. cis. 318. nu. 4. Cupyc. decis. 54. nu. 5. Ann. singul. 178 Gabriel. de fideiuss. conclus. 1. nu. 53. Grat. cons. 37. nu. 22. vol. 1. Gratian. discept. forens. lib. 4. cap. 724. nu. 19. Manson. de caus. exequutiu. quæst. 6. ampliat. 17. nu. 28. fol. 148. Io. Bapt. Ciarl. contr. lib. 1. cap. 95. nu. 21. & Reg. Sanfelic. decis. 204 nu. 11.* videndusq; *Macerat. varia. resol. lib. 2. resol. 7. nu. 7. & 8.*

8 Benè verum, si lite pendente aduersus fideiussorem conuentum, ob notoriam principalis debitoris inopiam, hic diues, ac soluendo efficeretur, posset tunc in illis terminis in quibus reperitur causa, opponi discussio *Alex. in l. si ego, nu. 15. ff. si cert. petat. & in l. exitus, nu 6. ff. de acquir. possess.* doctè *Facchin. contr. iur. lib. 8. cap. 56.* dicens esse admittendam exceptionem discussionis, quamuis fideiussor fuerit semel ab ea exclusus, ob notoriam debitoris inopiam, si ex post facto diues effici contingat, *Gabriel. d. conclus. 1. nu. 80.* idque in casu prædicto est verum, etiam post litem contestatam, si post eam opes superuenire contingerit, vt plenè defendit *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 15. tit. 16. à nu. 13. 14. & 14.*

9 Non obstat, quod exceptio discussionis vti dilatoria, nequìt post litem contestatam proponi, vt in puncto *Rebuff. de except. nu. 366. Anton. Gabriel. lib. 3. commun. opin. tit. de fideiuss. d. conclus. 1. nu. 12. & 13. Osas. decis. 44. nu. 13. Menoch. cons. 662. nu. 12. Facchin. contr. iur. lib. 8. cap. 52. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. de except. defin. 34. Surd. decis. 44. nu. 10. Muscatell. de fideiuss. part. 1. mod. 20. nu. 15. Franch. in eod. tract. de fideiuss. cap. 5. à nu. 287. Barbat. in pragm. assistentiam glos. 10. num. 69. tit. de assist. & Ricci. collect. 2003. part. 5.* quia hæc opinio est vera, quandò exceptio ista, est efficax antè litem contestatam secùs verò si post, talis efficeretur, quia tunc per contestationem allegari nõ prohibetur;

10 Quemadmodum videmus de qualibet exceptione dilatoria, quæ liberè post litem contestatam potest proponi in duobus casibus; Primus si eo tempore superuenit, *Marant. in Spec. part. 4. membr. 9. num. 8. & 9. fol. 356.* & secundus si esset ignorantèr omissa *Afflict. in Const. Exceptiones, nu. 12. de except. dilat.* videndiq; *Soccin. in tract. fallen. reg. 126. Bellon. cons. 26. nu. 8. Ruin. cons. 71. nu. 3. lib. 1. & Duen. regul. 263. & regul. 48. in 3. limit.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SUM.

SVMMARIVM.

Debitor soluens Creditori Creditoris, liberatur nu. 1.

Debitorem non liberari, si alieni soluat, nolente, vel ignorante Creditore, quomodò intelligatur, ibid.

Debitor soluens Creditori Creditoris, præueniat in M.C. & instet cassari sibi instrumentum, n. 2.

AD CAPVT CXCII.

Additio.

1 Ebitor soluens Creditori Creditoris sui liberatur, ope tamen exceptionis *Bart. in l. non solum, §. sed si pecuniam num. 1. ff. solut. matrim. & Bald. in l. si Pater. ff. eod.* & non procedit in isto casu regula tex. *in l. ;iuuito 12. C. de solut.* vbi non liberatur debitor si inuito, vel ignorante Creditore alteri soluerit, quia vt ibi aduertit cit. *Bald.* hoc limitatur, si is cui solutio facta est, fuisset Creditor Creditoris, per *tex. in l. si quia, ff. de except. dol. mal.*

2 Quod si aduersùs Debitorem soluentem Creditori Creditoris, vrgeret instrumentum liquidum, isto casu ipse consulerem, vt mox solutione facta, prius quam contrà eum ad liquidationem deueniatur, præueniat in M. C. & præstita cautione de soluendo debitum, & pœnam, ex dispositione *pragm. vnic. de præuent. moder.* instet cogi Creditorem, ad ei cassandum instrumentum, & creditorum compensationem petat, sicuti fieri posse, & practicari docet *Anib. Troise in d. pragm. nu. 7. Nouar. in collect. prag. collect. 193. nu. 1. Vinc. decis. 204. nu. 4. & Pandon. de liquid. instrum. part. 4 considerat. 19. nu. 118.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.


Instrumentum ab vno ex pluribus tutoribus, potest liquidari, nu. 1.

Authoritas vnius tutoris sufficit ad validandum actum, nu. 2. Sed vid. nu. 4.

Tutores plures dicuntur habere administrationem in solidum, nu. 3.

Dilatio ad soluendum, non potest concedi debitori pupilli, ab vno ex pluribus tutoribus, nu. 5.

Iudicium cum vno ex pluribus tutoribus factum, non tenet, sed omnes debent vocari, & quandò secùs, nu. 6.



AD CAPVT CXCIII.

Additio.

1 Liquidatio instrumenti, pro credito pupilli, quod posse fieri per vnum ex pluribus tutoribus, alio etiam discrepante, elijcitur ex *Præsid. de Franch. decis.* 281. cuius nouissimè mentionem facit *Dom. Io. Francis. Marott. discept. forens. cap. 38. nu. 44.*

2 Dicunt .n. quod in omni casu, authoritas vnius tutoris sufficit, ad validandū actum *l. si plures 3. l. decreto 24 §. fin. ff. de admin. tutor. l. consilio 7. §. fin. ff de curat. furios. l. si ex pluribus 4. ibiq; Bar. ff. de author. tutor. & l. fin. C. de author. præstan.* ibi. *Sancimus si plures tutores fuerint ordinati, siuè in testamento paterno, siuè ex lege vocati, siue à Iudice, vel inquisitione, vel simpliciter dati, vnius tutoris authoritatem pro omnibus tutoribus sufficere.*

3 Quia vnusquisque ex pluribus tutoribus dicitur habere administrationem in solidum *Laurent. Kircbon. commun. opin. lib. 5 centur. 4 tit. de author. præstan. nu. 6.* quem refert *Thor. in compend. decis. tom. 2. sub verb. tutela pluribus tutoribus relicta, fol. 507. col. 1.* & cit. *Marott. d. cap. 38. num. 43.* allegans etiam *Cyriac. contr. lib. 1. cap. 150. nu. 124. Decian. cons. 296. sub nu. 1. & Gabriel. cons. 27 nu. 14. vol. 2.* addo *Pract. Papiens. in form. libell. quo agit. ad reddit. comp. glos. & Curatores, nu. 1.* & *Pute. decis. 414. lib. 1.*

4 Doctè tamen de more animaduertit, cit. *Dom. Marott. vbi sup. nu. 44.* authoritatem istam, insolidum tutoribus à iure indultam, habere tantum locum, cum vtile negotium pro pupillo geritur, cessare verò in alijs casibus;
5 Hinc videmus, quod vnus tantum tutor nequit dilationem concedere debitori pupilli, pro debito cuius solutionis dies cessit, vel proxima est, sed omnes tutores interuenire debent, ex hac enim dilatione, iuribus pupilli quodammodò derogatur, vt fuit in puncto decisum penès *Franch. cit. decis. 281.* cui addo *Calter. in pract. tutel. par. 2. rubr. 2. nu. 41. Simoncel. tract. de decret. lib. 2. fol. 82. nu. 6. & Nouar. super pragm. collect. 51. in fin. vers. Nota autem obiter.*

6 In excipiendo quoque, scilicèt cum pupillus ad instantiam alterius conuenitur, non

sufficit

sufficit quod pro eo vnus tantum ex pluribus tutoribus vocetur, vt compareat, pupilli causam defensurus, quia hoc tunc solum verum est, cum alij contutores ad defendendum accedere nolunt, vel non possunt, tex. est formalis, in l. 1. C. *si ex plur. tutor. vel curat.* ibi. *Ab vno ex tutoribus, vel curatoribus causam posse minorum defendi, cum alij tutores, vel curatores, eam defendere noluerint ignorare non debes*, & considerandum est, virum aduersùs sententiam istam aliquid faciat tex. qui solet in contrarium allegari, *in l. Iam tamen* 5. §. *si tamen ff. iudic. solu.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Comparitio vnius ex debitoribus in solidum obligatis, alijs debendi correis, super tenore instrumenti citatis, prodest, nu. 1.

Comparitio vnius prodest alijs, quandò vnica est causa defensionis, nu. 2.

Socij dicuntur intèr se habere mandatum reciprocum, nu. 3.

Licentiato vno ex pluribus debitoribus in solidū obligatis, cæteri etiam qui non comparuerunt, censentur licentiati, nu. 4.

Licentiandus quandò sit debitor, nu. 5.

Debitor vnus ex pluribus in solidum obligatis, si se in vinculis constituat, etiam in loco domicilij, transmissa fide carcerationis, correos quoque habilitat ad se defendendum aduersùs petitam à Creditore liquidationem, nu. 6.

Debitor constituens se carceratum in vinculis domicilij, transmissa fide carcerationis debet audiri aduersùs liquidationem, nu. 7.

Debitor cōstituens se carceratum in vinculis domicilij, nequit ad carceres M. C. transmitti, n. 8.

Satisdare obligatus, sufficit si satis det in loco domicilij, non in loco Iudicij, nu. 9.

Præuenire volens aduersus liquidum instrumentum, tenetur cautionem præstare de soluendo debitum, & pœnam, nu. 10.

Sed an ista cautio possit præstari in loco domicilij, non verò in loco Iudicij, nu. 11.

Inquisitus per M. C. si alibi se sponte carceratum constituat, potest in dicta M. C. comparere, & instare, pro remissione causæ, nu. 12.



AD CAPVT CXCIV.

Additio.

1 Breuitèr addo *Calter. in prax. instrum. part.* 2. 3. *& vltim. part. princip. nu.* 2. in terminis dicentem, quod si plures in solidum obligati debitores, super tenore instrumenti citentur, eorumque vnus tantum compareat, illa comparitio, etiam in vltimo peremptorio, cæteris debendi correis prodest, maximè ad pœnam contumaciæ effugiendam, sicuti quoque tenet *Nouar. quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 11. *nu.* 13. & nouissimè *R. P. Afflict. contr. iur. cap.* 11. *nu.* 18. quia quan-
2 dò vnica respectū multorum, in Iudicio vocatorum, est causa defensionis, tunc vnius tantum comparitio alijs prodest, argum. *l.* 1. *&* 2. *C. si vn. ex plur. appell. & glos. in cap. cum M. Ferrariensis* 9. *in versic. Socijs de*
3 *Constit.* Nam Socij intèr se, dicuntur tacitè habere mandatum reciprocum, vnus pro alio, societate tamen durante, *Bald. cons.* 120. *Quidam Antonius nu.* 3. *versic. & si dicatur, vol.* 1. *Paul. de Castr. cons.* 104. *visis, & ponderatis in princip. lib.* 1. *Alex. in l. serui electione, §. labeo nu.* 13. *ff. de legat.* 1. *& in l. in prouinciali, §. si plurimum nu.* 3. *ff. de non. oper. nunciat. Aym. Crauett. cons.* 129. *in princip. Stracc. de Mercat. tit. de Contract. Mercat. num.* 13. *fol. mihi* 138. *& Io. Bapt. Ciarlin. contr. forens. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 32.
4 Ideò etiam, si vnus ex pluribus debitoribus in solidum obligatis, compareat post citationem super tenore instrumenti, isq; licentietur, huius licentia cæteris correis pariter citatis prodest, adeò vt omnes licentiati censebuntur, ex *rit. M. C.* 207. vbi *Carauit. nu.* 2. notat hoc ideò verum esse, quia cum vnica sit causa, à qua prouenit licentia, tàm respectū vnius, quàm aliorum, idcircò omnibus debet prodesse, pro vt notat quoq;
5 *Calter. loc. sup. cit.* & hac occasione notandū est, quod tunc debitor citatus super tenorè instrumenti licentiatur, cum creditor post petitam liquidationem desistit, & ampliùs insistere omittit, *Francis. Anton. de Iudic. Robert. de liquid. instrum. cons* 4. *nu.* 37. dicens quod eo casu rectè debitor licentiari instat, eumque refert *Thor. vot. decis.* 84. *nu.* 352. & confert *Scayn. decis. Bonon.* 11. *num.* 70. *cum seqq.*
6 Prætereà si plures debitores in solidum obligati, super tenore instrumenti citentur, eorumq; vnus tantum in vinculis se constituat, tali casu, nè dum ipse, sed & cæteri debendi rei in iuribus eorum audiri debent, nullo

nullo ab eis facto deposito, vel sui ipsorum incarceratione, vt pluries refert practicatum *Thor. in compend. decis. tom. 2. verb. debitores plures, fol. 125. col. 1.* & cum sufficiat, quod is contrà quem liquidatur instrumentum, se incarceratum in loco domicilij constituat, vt valeat audiri (sicuti mox dicemus) ideò correi debendi, citati super tenore instrumenti, omnes aduersùs liquidationem audiri debent, si eorum vnus tantum, se incarceratum constituat in vinculis sui domicilij, fidemque incarcerationis ad M. C. transmittat, *cit. P. Afflict. d. cap. 11. nu. 17.*

7 Quod autem, debitor contrà quem instrumentum pro liquido producitur, debeat audiri, si se incarceratum constituat, in vinculis sui domicilij, transmissa ad M. C. fide carcerationis prædictæ, decisum tradit *Reg. Sanfelic. decis. 153.* pluries *Thor. in compend. decis. tom. 3 verb. debitor condendatus, fol. 271. col. 1. & cit. cit. P. Afflict. d. cap. 11. num. 20.*

8 Quod est adeò verum, vt nequeat Creditor isto casu instare, quod transmittatur debitor, de carceribus sui domicilij, ad Carceres M. C. inspecto quod, per illam carcerationem satis ei cautum est, & satisfactum statuto id requirenti, vt satis notabilitèr elijcitur ex *Pappon. lib. 18. tit. de exequut. arrest. 6.* vbi decisum habetur per Senat. Parisiens. quod debitor carceratus in loco sui domicilij, non debet ad locum iudicij transferri, sequitur *Sola ad Consuetud. Sabaud. tit. de captur. debitor. glos. vnica. in 3. part. nu. 3. 4. & 5.*

9 Corroborantur prædicta, quia vbicumq; quis satisdate compellitur, vt in iuribus suis audiri possit, satis est si satisdationem præstet in loco sui domicilij, satisdationis fide transmissa ad locum iudicii, *tex.* singularis, *in l. si fideiussor 7. §. si necessaria, ff. qui satisd. cogan.* vbi *Vulpianus* inquit. *Si necessaria satisdatio fuerit, & non facile posset reus, eam ibi præstare vbi conuenitur, potest audiri, si in alia eiusdem Prouinciæ Ciuitate, satisdatio-*
10 *nem præstare paratus sit.* Vndè videmus quod habens contrà se instrumentum liquidum, si vult præuenire, vt liquidandi aditum præcludat creditori, tenetur cautionem dare, de soluendo debitum, & pænam, in casu succumbentiæ, *vt in pragm. vnic. de præuent.*
11 *moder.* Nihilominùs non cogitur in casu prædicto debitor volens præuenire, cautionem in loco Iudicij dare, sed satis erit si eam in loco domicilij præstabit, transmissa tamen eius fide, *Scaglion. in d. pragm. vnic. nu. 5.* Sed in hoc melior opinio est, vt si quidem debitor præstet cautionem in loco domicilij, & cum fide illius compareat in M. C. & tunc audiri debebit; Aut verò comparuit nulla præstita cautione, idq; à Creditore opponatur, & eo casu in loco iudicii eam præstare tenebitur, quia cum in eo loco sit inchoatum iudicium, in eo etiam acta necessaria sunt peragenda, sic videtur sentire *Precc. de præsent. instrum. part. 9. quæst. 4. & Reg. Roust. in d. pragm. vnic. nu. 5. de præuent. moder.*

12 In quantum tandem dicitur hic, vt inquisitus de delicto, per M. C. constituendo se carceratum in vinculis alicuius Curiæ, in qua se spontè præsentauit, possit transmissa fide carcerationis, comparere in d. M. C. in eaque causæ remissionem petere ad Iudicem suum competentem, addo *Thor.* qui sic refert practicatum, in causa nonnullorum de Porciello Terræ Iuliani, *in compend. decis. tom. 3. verb. debitor condendatus fol. 272. col. 2.* videndusque *Capiblanc.* ab eo relatus *in pragm. 8. part. 2. nu. 84. de Baron. & in eod. tract. tom. 2. cap 51. nu. 1.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

INstrumentum potest liquidari ex capite falsæ assertionis, & rei liberè non repertæ, nu. 1.

Limita si fundus esset capax omnium obligationum, nu. 2. Sed hæc opinio quandò procedat, nu. 10. eiusque ratio reijcitur, nu. 12.

Instrumentum potest liquidari ex capite falsæ assertionis, ac rei liberè non repertæ, etiam quod esset capax omnium obligationum, si creditor sibi expressè cauit per pactum rescissorium, nu. 3. & 9. Et ita decisum, nu. 14. & 16.

Cōtractus rescinditur superueniente aliqua causa propter quam Creditor *aliàs non contraxisset num. 4.*

Pactum rescissorium in casu falsæ assertionis, ac rei liberè non repertæ, omni iure valere probatur, nu. 5.

Bulla Pij V. probibens pacta rescissoria, non est recepta in Regno, nu. 6.

Pactum per quod conceditur ementi censum, fortis repetitio, quandò valeat, vel non, n. 7. & 8.

Tex. in l. si quis in pignore, §. fin. ff. de pignor. action. explicatur, nu. 10.

Pacta rescissoria in statu Ecclesiastico sunt probibita, nu. 11.

Dissimulans qualitatem rei, stellionatus pæna puniri debet, nu. 13.

Dom. Stephanus Stelandus, & Dom. Martianus eius ex filio nepos laudantur, nu. 15.

AD

AD CAPVT CXCV.

Additio.

1 
X capite falsæ assertionis, ac rei liberè non traditæ, vel obligatæ, posse ad liquidationem instrumenti deueniri, ex *Roui. & Grattian.* probat *Reg. Merlin. contr. forens. centur.* 1. *cap.* 72. *nu.* 1. *cum seqq. Reg. Carol. Tapp. in* 4. *part. iur. Regn. prag* 2. *de censi. nu.* 113. *Peni. decis.* 657. *nu.* 3. plenè *Thor. vot. decis.* 84. *à nu.* 162. *vsque ad* 172. *Seraphin. decis* 161. *nu.* 19 *par.* 1. *Zacchi. ad Gallef. de obligat. Cameral. quæst.* 37. *nu.* 56. & *Cenci. de censi. quæst.* 106. *nu.* 9.

2 Sed communiter ferè conclusionem istam limitant, vt minimè procedat, si res obligata, quam liberam obligans asseruit, capax esset vtriusq; obligationis, eo namque casu infrascripti concludunt, ad liquidationem ex capite falsæ assertionis, nequaquam posse deueniri, vt pluries per *Rot. Rom.* decisum refert *Mangil. de euic. quæst.* 24. *num.* 39. & *quæst.* 38. *nu.* 3. iterum *Pat. Peni. decis.* 531. *Reg. Merlin. d. cap.* 72. *nu.* 3. *Viscont. in suis conclus. verb. instrumentum fol.* 126. quem sequitur *Gait. de Credit. cap.* 3. *tit.* 1. *nu.* 1181. videndiq; *Farinac. decis. Rot.* 297. *decis.* 344. & *decis.* 345. *Barzi. decis.* 85. & plenissimè *cit Cenci. de censi. quæst.* 42. dicens singulariter *sub nu.* 8. *versic. licet enim*, quod assertio, rem esse liberam, non debet intelligi simpliciter, & absolutè, sed secundum quid, vt nimirum res sit talis, pro quantitate, & valore census impositi, & sic licet indè, fundus detegatur alteri oneri obnoxius, ex quo tamen omnium onerum capax est, non videtur venditor in dolo.

3 Verum hæc limitatio sublimitanda est si emptor census, expressè super re libera, contrahere dixisset; sibiq; pacto expresso cauisset, vt re taliter non reperta, rescindere contractum, & liquidare ad formam *rit.* possit; tunc enim ex quo expressè ità fuit in pactum deductum, nequibit prætextu capacitatis rei obligatæ, impediri rescissio, & liquidatio *Mata decis.* 98. quem sequitur sæpè *cit. Cenci. d tract. quæst.* 106. *sub nu.* 21. addo *Apicell. ad Tutam. Pauper. tit* 1. *nu.* 173. *versi. Rescinditur etiam*, *Molfes. cōs.* 8. *Cristof. Mart. decis. Senen.* 31. *nu.* 6. & alii per *Thor. d. vot.* 84. *nu.* 168. & 169. quæ opinio verissima apud omnes erit, duobus suppositis.

4 Primum, quod emens censum in proposito casu alitèr non contraxisset, si rei qualitatem, & onus sciuisset, dum pacto expressè sibi prospexit, vt liceat rescindere contractum, re non reperta libera; sicque si alitèr non contraxisset, nullo pacto contractus rescissio, & liquidatio ei deneganda est, statim atque ad ipsius notionem peruenerit causa, quæ eum à contrahendo retraxisset, per *text. in l. cum eisdem*, *ff. de ædilit. edict. in l. quod venditor, cum glos. ff. de dol. & in l. ex empto* 5. *si quis virginem, ff de action. empt.*

5 Secundum verò, omni iure valere pactum hoc rescissorium, & annullatiuum contractus re non reperta libera, vt plenè probat *Mut. cit. decis. Sicil.* 98. quem sequitur *Thor. d. vot.* 84. *nu.* 162. & frequentissimè esse hæc pacta in Regno, ac nunquam in controuersiam deducta dicit *cit. Molfes. in summ. tit. de contract. alias tract.* 12. *cap.* 6. *nu.* 97. & ootabilitèr *cit. Cenci. d. quæst.* 106. *sub nu.* 21. *versic. Imò in ipso limine*, &c. dans pro absoluto, licere ementi censum apponere in contractu pactum rescissorium in casu rei liberè non repertæ; Quinimò corroboratur validitas illius primò ex *Bulla Nicolai V.* in hoc Regno recepta, tum quia vult, vt contrahentes sint securi, ibi. *Cum oportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate*, & pactum hoc resolutiuum securitatem Creditoris respicit, nè re obnoxia reperta, excludatur ab eo, qui per prius contraxit, vti anterior, tum quoque quia eadem *Bulla*, in contractibus censualibus, admittit omnia pacta, & conuentiones, vt ibi. *ac etiam quæcumq; obligationes*, & inferiùs. *Et alia quæcumque de quibus inter ementes, & vendentes huiusmodi censualia, conuentum, & in pactum deductum fuerit.* Et Secundò quia pactum rescissoriū, in casu rei liberè non repertæ, apponitur in exequutionem obligationis ad quam de iure tenetur contrahens, qui cum vendit, rem liberam tradere cogitur, *l. in venditione, ff. de action. empt. & glos. in l. tum venderet, ff. de contrah. emption.*

6 Non obstat, quod per aliam *Bullam Pij V.* fælicis recordationis, pacta hæc rescissoria & exequutiua, in contractibus censualibus improbentur; Quia satis censeo pro responsione fari, quod *Bulla* prædicta non est in Regno vsu recepta, teste *Alex. Trentatinq. variar. resol. lib.* 3. *de censi. resol. num.* 17. & *cit. Molfes. in summ. tit. de contract. cap.* 6. *nu.* 36. *in fin. nu.* 53. & 60. & quandò esset recepta, neque obstaret, quoniam etiam iuxtà terminos illius, voluerunt *Seraphin.* & *Zacchi. relati à Cenci.* vbi sup. posse à Creditore exequutiuè agi ad sortis repetitionē, supposita falsa assertione vendentis censum, rem esse liberam, si indè obnoxia, & seruiens reperiatur.

7 Neque paritèr obstat, quod pactum per quod cōfertur in voluntatē ementis censum, repetendi sortem, vti fæneratitium, ac conti-

nens

nens mutuum palliatum, & per consequens vtiliticitum, sit nullum, & improbatum, *Sot. de iust. & iur. lib 6.quæst.5. vers.3.conclus.1. Conar.variar.resol.lib.3.cap.9. nu.4. & Salas*
8 *de censi.dubi.*15. *nu.*1. quia opinio ista vera est in pacto simplici, & absoluto, per quod ementi censum, conceditur libera facultas repetendi sortem; secùs verò est, quandò pactum sit in certo casu, & sub conditione, quia tunc illud valere, ex quampluribus firmat, *cit. Cenci. de censi. quæst.* 60. *nu.* 11. & 16. dicens pro ratione, quod pactum hoc non inducit præcisè, & de per se necessitatem redimendi, sed in certo casu tantum. Tale est pactum nostrum resolutiuum, vti vires sumens in casu tantum rei liberè non repertæ; Igitur cessat motiuum.
9 Quapropter supposita ex prædictis validitate pacti rescissorij, in casu rei liberè non repertæ, ac supposito ex tenore eiusdem pacti, quod contrahens si sciuisset rem esse obnoxiam alijs, non contraxisset, omninò liquidatio concedenda est, pro sortis recuperatione, sicuti à principio dicebamus.
10 Opinio verò contraria, vt sortis repetitio non sit danda, te libera non reperta, si tamen capax sit omnium onerum, tenenda tantum est, quandò Creditor in instrumento sibi expressè non cauit per pactum rescissorium, & quandò non est facta assertio rei liberæ, & ab omni obligatione exemptæ, vt manifestè elijcitur, *ex tex.* qui ab aduersarijs, vti lapis angularis allegatur, *in l. si quis in pignore, §. fi. ff. de p.gnor.action.* in illis verbis. *Nec me de bo. certio auit*, fuit enim simpliciter prolata assertio, nec explicatum rem liberam esse, aliòq; oneri non suppositam, vt itidem elijcitur ex alijs illis verbis. *Cessare de dolo malo actionem*; Quoniam si vendens censum super aliqua re alteri obligata, eam liberam asseruisset, vtique à dolo immunis non fuisset; cum per mendaciu n dolus contrahatur, *l. si quis affirmauerit, §. 1. & l. quod venditor, ff. de dol. & l. falsus, §. si quis, ff. de furt.* Sicq; dum *tex.* dicit cessare de dolo actionem, ex hoc, tamquam ex necessario antecedenti infertur, mendacium non fuisse adhibitum, vt ex allijs illis verbis ibi. *Quasi in nullo captus sit*. Er per eandem rationem redduntur inapplicabiles tot geminatæ decisiones *Rot. Rom.* quæ censies ferè determinauit, non esse concedendam rescissionem contractus, si res super qua censùs fuit venditus, obnoxia alijs hypothecis reperiatur, supposito quod sit capax omnium hypothecatum, & obligationum; tum quia in casibus in illis expositis non fuit facta assertio rei liberæ; tum quoque quia in casu contrario Creditor sibi
11 non prospexit per pactum rescissorium, ob obseruantiam quæ viget in statu Ecclesiastico, in quo pacta rescissoria nè dum sunt incognita, sed penitùs prohibita, *ex cit. Bulla*

Pij V. Vndè meritò, adducere decisiones status Ecclesiastici in materia rescissionis contractus, & repetitionis sortis, est valdè incongruum, & inutile.
12 Neque tari iuuat, fundari eas super quadam naturali, quinimò, & palpabili ratione vt dum fundus nouitèr censitutus capax est omnium obligationum, perperam ad sortis repetitionem agatur, licèt eum liberum esse debitor asseruisset, inspecto quod supposita capacitate, nil incômodi Creditori resultat; quoniam fallax est, & decipiens ratio ista; Capacitas enim non tantum regulari debet à quantitate & valore capitalium, sed etiam à valore tertiariatum quæ ex capitalibus nascuntur, ex siquidem adeò crescere, & augeri possunt ad fauorem eorum qui primò contraxerunt, vt fundus obligatus reddatur prorsùs incapax, in euidens, & perniciosissimum detrimentum eius, qui secundo loco contraxit, super eodem fundo vti libero; Ac propterea cauendum est ab opinione denegante rescissionem hoc sub prætextu, quasi faueat mendacijs eorum, qui res libetas asseruerunt, cum essent alijs obligatæ; & aduersetur bonæ fidei eorum, qui putantes tutò contrahere, fuerunt decepti.
13 Ius siquidem, adeò dissimulantem qualitatem rei abhorret, vt præceperit, puniri eum pæna stellionatus, *l.1 ff. de crim stellion. l. fin. C. eod. tit. & l. si à debitore, C. de fals.*
14 Ex quibus ità fuit decisu contrà Io. Hieronymum Pacconę, ad fauorem Mag. V. I. D. Stephani Stelandi, cui fecerat venditionem annuorum duc. 210. pro capitali duc. 3000. super quodam feudo rustico nuncupato, *li campitelli*, quod asseruit esse francum, & liberum ab omni obligatione; nam cum fuisset detecta alia obligatio anterior pro annuis ducat. 80. institit dictus Stephanus pro liquidatione, stante pacto rescissorio in casu fallæ assertionis, & licèt M. C. decreuerit, quod procedatur ordinariè, tamen introducta causa in S. C. per appellationem, fuit decretum prædictum reuocatum, & ordinatum, quod procedatur ad interrogationem, non obstante quod supradictum feudû esset valoris duc. 7000. vt ex processu in
15 Banca Lucinæ patrocinante eodě Magnifico Stephano, qui sua tempestate fuit insignis Aduocatus, vt apparet ex quodam manuscripto responso ab eo in causa propria ædito, & mihi tradito à Dom. Martiano Stelando, I. C. & Aduocato insigni, ac dicti Dom. Stephani ex filio nepote optimè merito, qui non ab re eo nomine insignitus fuit, si Mar-
16 tianum I. C. erat imitaturus; Quinimò ex eod. met Responso (ex quo plura ex supradictis à me traditis collegi) obseruaui ità etiam fuisse olim determinatum in Aula Ill. Marchionis S. Maximi referente M.C.V.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

INstrumentum repertum in filsa Notarij mortui, an possit in forma publica per alium Notariū reassumi, remissiuè adducuntur nonnulli DD. nu. 1. Sed Author concludit affirmatiuè, nu. 2. & negatiua opinio quandò procedat, nu. 4.

Negligentia Notarij non debet partibus nocere, num. 3.

Instrumentum repertum in filcia Notarij mortui, non potest ab alio Notario reassumi cum clausulis consuetis, si sint in originali omissa, nu. 5. Sed contrarium est verius, nu. 6.

Clausula consueta censentur apposita licèt sint omissa, nu. 7.

Notarius rogatus de instrumento, statim censetur rogatus pro appositione omnium clausularum consuetarum, nu. 8.

Clausula &c. quid operetur, & quid contineat sub se, nu. 9. & 10.

Instrumentum promissionis de rato, repertum in filsa Notarij mortui, non potest reassumi, cum pacto promissionis de proprio, si illud non fuerit appositum in originali, nu. 11.

Pactum per quod conductor suscipit in se periculum sterilitatis, si omittatur, non censetur de consuetudine appositum, nu. 12.

Sic etiam dicimus de clausula, per quam fideiussor renunciat beneficio discussionis, & Epistolæ D. Hadriani, nu. 13.

Pactum rescissorium si omittatur in instrumentò venditionis annuorum introytuum, non censetur de consuetudine, ac de stylo appositum, n. 14.



AD CAPVT CXCVI.

Additio.

1 D istam quæstionem, vtrū possit instrumentum in forma publica reassumi si defuncto Notario qui de illo fuit rogatus, non reperiatur in prothocollo extensum, & registratum, sed tantum in fasciculis, & filsis illius, videndi latè *Danz. tract. de instrum. tom. 1. cap. 3. nu. 43. cum seqq.* & latiùs *Io. Dominic. Gait. de Credit. cap. 3. tit. 1. à nu. 693.* cum multis seqq.

2 Ego tamen quidquid isti dicant, concludo breuitèr cum *Alex. cons. 14. visis, & consideratis, vol. 6.* quo loci plenissimè probat, in casu longè fortiori, posse ab alio Notario cum authoritate Iudicis reassumi instrumentum ab alio defuncto Notario stipulatum, sed tamen non dum extensum in prothocollo, sicuti quoq; sentiunt *Mart. vot. 219. Peni. decis. Rot. Rom. 158 nu. 7. & decis. 478. nu. 3. Io. Bapt. Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 16. nu. 47.* & ità refert decisum *Thor. in compend. decis. tom. 2. verb. instrumentum, fol. 288. col. 2.*

3 quia non debet Notarii defuncti negligentia partibus nocere *l. errore 7. cum glos. C. de testam.* alia *glos. in l. fin. in fin. C. de fideius. & mandat. & Macerat. variar. resol. lib. 1. resol. 44. nu. 13.*

4 Tenentes verò contrarium, inter quos est *Cornen. cons. 229. lib. 2. Honded. cons. 66. nu. 35 lib. 1. Menoch cons. 42. nu. 25. lib. 1.* & alij relati per *cit. Macerat. eod lib. 1. resol. 26. nu. 1.* Sunt intelligendi vt loquantur, quandò probabilitèr suspicatur de veritate scripturæ, & quod illa verè non fuerit à defuncto Notario, rogantibus partibus stipulata, sicuti fuit practicatum in S. C. in causa relata per *Gram. dec. 106.* vbi ex quo concurrebant multa circà inualiditatē scripturæ, quæ reddebatur suspecta, proptèr deficientiam testium, ac deficientē subscriptionem, & signū Notarii, vt legenti patet *num. 24. 26 27. 28. & 29* Idcircò fuit denegata reassumptio post mortem Notarii, & ità decisum.

5 Animaduertit tamen *Hippolit. de Marsil. singul. 123. in versic. sed tene menti,* quod Notarius cui ex commissione Iudicis datur authoritas extendendi instrumentum confectum à Notario mortuo, non potest apponere clausulas consuetas apponi in similibus instrumentis, si illæ non fuerunt appositæ in originali ab illo Notario defuncto, qui principalitèr de instrumento fuit rogatus, ex *Bald. in rubr. C. de fid. instrum. col. 6. versic. Quartò quæritur, & Ias. in l. fin. in 12. col. C. de iur. emphyt.* quod dictum inquit *cit. Hippol.* esse valdè notandum, quia ferè per totam Italiam obseruatur contrarium.

6 Sed certè in hoc tantum, quod in Italia seruetur oppositum, benè dixit author mox allegatus, nunquam enim *Bald.* & sequacium opinionem legimus practicatam, quinimò intèr alios quos consultò omitto adduco videndum, *Viscont. in suis conclus. verb. Notarius, col. 2. versic. Quarta authoritas,* vbi determinatum refert, posse, ac debere Notariū, cui ex speciali, vel generali commissione datum est, vt reassumere valeat instrumenta reperta in fileia Notarii mortui, extentionem, ac reassumptionem istam facere, cum omnibus clausulis apponi consuetis, signantèr verò, cum hypotheca, constituto, & præcario, & aliis, licèt oculari inspectione non legantur appositæ in originali, sicuti quoq; refert *Thor. d. tom 2. compend. decis. verb. instrumentum, fol. 290. col. 1. in princip.* Neque est ab opinione ista recedendum.

7 Quia clausulæ apponi consuetæ, licèt sint omissæ, censentur appositæ, *cit. Grammat.*

decis.

decis.62. nu. 10. & latissime *Canall. commun. contr. commun. quæst.179.* ad quod ponderatur *text.* punctualis in *d.l.fin.* §. *si enim, C. de fideiuss* vbi quæ de stylo fiunt, licèt omittantur, ex authoritate, & dispositione iuris facta dicuntur, nè contrahentium, & Creditorum iuribus derogetur, ibi, *Si enim pactis conuentis hoc fieri conceditur, & in vsu quotidiano semper hoc versari aspicimus, quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, vt nec simplicitas suscipientium contractus, & quæcumq; causa, possit ius Creditoris mutilare?*

8 Imò statim atque Notarius de instrumento rogatur, quamuis rogitus simplex fuerit, & absolutus, nihilominùs censetur rogatus vt omnes clausulas apponat, quæ veniunt de stylo, pro cautela, & securitate contrahentium, *Alex.in l. huiusmodi, nu. 5. ff. de legat.1.* idem *cons.27. in causa, & lite num. 2. vol.2. & cons.163.nu.11. & 12.vol.7. Cepoll. de action. redhibit. cap.553.nu.40. & 41. Capy. decis.159.nu 39 Surd.decis.213.nu.6.& decis. 223.nu.5. Gabriel. de consuetud. concl.3. Tobi. Noni. cons. 20. nu.6. & Turrett.cons. 98. nu. 21.vol.1.*

9 Et maximè supradicta procedunt, si in originali Notarii mortui, adesset clausula, &c. quæ operatur vt sub ea apposita censeantur omnes clausulæ consuetæ, *Angel. in l. contractus, nu.2, C. de fid. instrum Alex. in l. gallus Aquilius, §. idem credendum, nu.9. ff. de liber. & posth.* dicens *nu* 10. censeri ex virtute illius clausulæ appositum præceptum quarentigiæ, & aliam clausulam constituti, & præcarii, quoniam hæc de communi, & generali consuetudine, ac stylo apponi sunt consuetæ, maximè a peritissimis nostræ Ciuitatis Notariis, idem voluit *Deci cons 449. sub nu. 24. Grammat. cit.decis.106. nu.12. & 13. & Caher. in praxi instrum. par.2. prim.par. rub. vel reassumptum, nu 51. fol.83.*

10 Aliæ verò clausulæ quæ non sunt de ordinario, & consueto stylo, ac quæ modò apponuntur, modò verò non, minimè possunt extendi, ex virtute illius clausulæ, &c. *Tiraquell. in tract. de iur. constit. poss. s. in vltim. limitat. nu.15.* præcipuè si in aliquo augeretur quidditas contractus, ac substantia obligationis *Grat.cons.111.nu.7. vol.1.*

11 Per quas singulares authoritates, doctè dicebat *Macerat. variar. resol lib.2. resol.39.* per totam, quod Notarius cui commissum fuit, vt extenderet quandam promissionem de rato, à defuncto Notario stipulatam, sed in filsa relictam, non potest in ea extendere promissionem, & obligationem de proprio eius, qui aliquem ratificaturum spopondidit; quoniam obligatio hæc est exorbitans, augens substantiam contractus, & ideò non potest dici comprehensa, sub clausula, &c. ac per consequens ab alio Notario extendi nequit.

12 Imò plus voluit *ibid. sub nu.8. vers. Primò quia*, quod si instrumento locationis, fit omissum pactum, quod conductor suscipit in se periculum sterilitatis, non propterea illud vti consuetum appositum censebitur, ex vir-

13 tute clausulæ, &c. & idem subdit per supradictas rationes, si in instrumento fideiussionis, esset omissa renunciatio beneficio discussionis, & Epistolæ D. Hadriani, quia non ideò censebitur apposita, & inclusa sub clausula, &c. *ex Alex. cons.27. vol.2.* quoniam pacta prædicta licèt sæpè apponantur, non tamen sunt adeò consueta, vt si sint omissa, habeantur pro appositis, quia non veniunt de natura contractus, sed illum augent, & reddunt longè pignuoirè, ad fauorem Creditoris.

14 Et demum, non omittam quod dicunt de pacto rescissorio apponi solito in venditione annuorum introytuum, in casu quo debitor à soluendo desisteret per annum, & mensem, vel per duas tertias continuas, vel in alijs casibus, quia si omitteretur, non esset pro apposito habendum, vt latissimè defendit, *Carol. Anton. Moccia*, Iuuenis sua tempestate longè admirabilis, *in Sylu caus. forens. cap.25.26. & 27.* vbi singulis quæ in contrarium adducuntur respondet, signantèr verò in puncto allegat *Fabr. in Cod. lib.4. tit. 36. defin.13.* & doctrinam *Reg. Tapp. decis. S.C. 25. nu. 35.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Interesse debitum Iudicis officio peti non potest recepta sorte, nu.1. Et si pars sortis exigatur pro ea quantitate, nec minus potest peti, nu.2.

Interesse dotis non traditæ, nequit peti si iadè maritus dotis sortem recipiat, nu. 3.

Interesse debitum Iudicis officio censetur remissum, recepta sorte etiam cum protestatione de interesse, nu. 4. Sed author aliter sentit cum Bar. nu. 5. Et quid si debitor sortem soluens, protestationi super interesse à Creditore factæ contradixerit, nu. 6. & 7. Et quando ad hunc effectū censeatur protestationi cōsensisse, nu. 9.

Protestatio iuuat, si pars consentiat, secus si discrepetur, nu. 8.

Debitor censetur absolutus ab interesse debito Iudicis officio, si tantum ad sortem condemnetur, num. 10. Sed quid isto casu agere debeat Creditor, nu 11.

Reus condemnatus ad rei restitutionem, censetur à fructibus illius absolutus, & ideò quid agere debeat actor, nè pro fructibus sibi præiudicet, num. 12.

Actor qui aliquem ad rem condendari petijt, sequuta sententia, non potest amplius ad fructus agere, nu. 13.

Iudex non potest ex officio reum ad fructus non petitos coadendare, num. 14. Limita respectu fructuum perceptorum à die litis contestata, nu. 15. Et in fructibus debitis iure actionis, nu. 20.

Interesse conaentum, debitum iure actionis, non censetur remissum, exacta sorte principali, nu. 16 etiam sine protestatione pro interesse, & qua, è, nu. 17.

Creditor potest noua actione agere ad interesse conuentum, si sententiam pro sorte tantum obtinuerit, nu. 18.

Et idem in fructibus debitis iure actionis, nu. 19.



AD CAPVT CXCVIII.

Additio.

1 INteresse debitum officio Iudicis, & centeri remissum, nec amplius à Creditore peti posse, post sortem receptam, atque exactam, habetur ex text. in l. ex contracta 51. §. *Pretij sorte, ff. de act. em. empt.* ibi. *Pretij sorte licet post moram soluta, vsuræ peti non possunt, cum hæ non sint in obligatione, sed officio Iudicis præstentur*, & notant *Bald. in l. si depositu, C. depos. Parif. conf. 5 nu. 203. Borgn. Cauale. decis. Finiz 35. sub nu. 11. vers. quod secus lib. 1. aliàs decis. 6 de contract. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap 244. nu. 33. & 34. Cenci. de censi. quæst. 119. sub nu. 20. vers. quia dicto casu*, & determinauit *Rot. Rom.* post eundē

2 *Cenci. decis. 505. nu. 5.* Et quemadmodum exacta integra sorte, extincta est totius interesse petitio, ità pariter si pars sortis simpliciter exigeretur, quia pro concurrenti quantitate illius actio ad interesse est extincta, *Iaf. in l. centum Capua na. 6 ff de eo quod cert. loc.* & probatur *ex eod. tex.* ibi, in §. *eiusque differentiæ*, in illis verbis. *Eiusq; differentiæ manifestissimum argumentum esse puto, quod si post moram factam, pars pecuniæ soluta sit, & reliquum petatur, officium Iudicis tale esse debeat, vt existimet quanti actoris interfit, eam dumtaxat summam, quæ peteretur, Capuæ solutam esse.*

3 His dicebat *Alciat. tract. de præsumpt. par. 3. præsumpt. 32. nu. 7.* quod maritus, cui Socer dotem statuto tempore non persoluit, si eam post moram contractam exigat, nequibit de cætero, pro interesse ex mora contracto instare, quia sublato principali, accessorium pariter deletum, ac abolitum censetur; quam opinionem prosequitur etiam *Alex. Tiraq. conf. 52. na. 10. lib. 1.* & post alios *Cancer. variar. resol. part. 1. cap. 9. nu 163.* & sublata actione principali, officium Iudicis non subsistit *Bar. in d l. centum Capua nu. 4.*

4 Quinimò etiam in casu longè duriori, si quis à debitore, sortem exigeret, eiq; quietationem faceret, non posset pro interesse, quod aliàs Iudicis officio debebatur instare, quamuis in actu receptionis sortis, se de eo fuisset protestatus, facit enim actus incompatibiles, & protestationem manat contrà id quod à dispositione iuris dependet, sic tenet *Paul. de Castr in l. fin. nu 6. ff. de eo quod cert. loc. Bero. conf. 200. nu. 4. & 19. vol 1. & Gratia. disc p. forens tom. 1. cap 33. nu. 15. & 16.*

5 Maturior tamen mihi videtur in hoc opinio *Bar. in d. l. fin. nu. 4.* dicentis, vt si quidem Creditor sortem recipiendo liberet debitorem, cum protestatione de interesse, & isto casu protestatio illa tanquam incompatibilis cum præcedenti actu receptionis sortis, & quietationis nihil operatur; Aut verò debitorem non liberat, & eo casu, ex quo noluit Creditor habere obligationem pro iam expleta, & extincta, non prohibebitur agere ad interesse; itamq; distinctionem plenissimè approbat *Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 2. part. 6. nu. 52 53. & 54.* quo loci doctè tradit rationem discriminis, intèr vnum aliumq; casum.

6 Et subdit *Fontanell. ibid. num. 57. & 58.* hanc doctrinam, vt non liberetur debitor à præstatione interesse, simpliciter recepta à Creditore sorte, cum protestatione de eo, verum esse etiam quod debitor ipse, huic protestationi dissentiretur, quasi eius dissensus non excludat ius protestaotis, quod dictū fuit originale *Bar. in d. l. fin. circ. fin.* & amplexatur à *Rot. Genuens. decis 87. na. 7.*

7 Sed certè hæc opinio, & si magnorum Patrum, tenenda tamen non est; id enim quod diximus, vt protestatio ius Creditoris conseruet pro petitione interesse, etiam post sortem receptam, est tantum verum, dummodò protestationi debitor consentiat, vel non discrepetur, quasi tunc licèt sublata sit actio principalis, agi posit od interesse ex nouo contractu innominato, & actione præscriptis verbis, vt *Scacc.* infrà allegaudus notat; At quandò protestationi Creditoris, debitor dissentitur, ac contradicit, eo casu recepta sorte omnis alia actio sublata est pro petitione interesse, quod ideò tantum in casu supradicto peti posse diximus, quia ex acquiescentia debitoris, ex nouo contractu innominato agi videtur, cum ergò acquiescentia cessat, nulla patet Creditori via, nullusque aditus, quo petitionem suam dirigat, vt latè tradit *Scacc. tract. de commerc. & camb. part. 2. §. 1. quæst. 7. ampliat. 8. à nu. 300. cum mult. seqq fol. 217.* vbi diffusè cuncta notat quæ pro

pro plena intelligentia præfentis articuli pof-
funt defiderari, concordat cum hac opinio-
ne *Surd. tract. de alim tit. 1 quæft. 43. num. 24.*
8 & in puncto iuris hæc eft verior; Siquidem
tonc demum proteftatio iuuat, fi illi aduer-
farius confentiat, *l. fin. §. item fi, ff. naut.
Caupon. ftabul. &c.* Secùs autẽ fi contradicat
*Card. Mant. de tacit & ambig. conuent. tom. 2.
lib. 22. tit. 39. nu. 8. & Menoch. de præfump lib.*
9 *3. præfump. 65. nu. 6.* Sed fatis cenfetur acco-
modatus confenfus in cafu prædicto, prote-
ftationi de intereffe, à Creditore fortem re-
cipiente factæ, fi ei debitor foluens non con-
tradixerit, vel etiam fi folutionis tempore
talitèr abfuerit, vt nequiuerit contradicere,
puta quia alius pro eo abfente foluit, vt fatis
notantèr docet *Scacc. loc. fup. cit. nu. 304.
& 305. fol. 218. col. 1.*
10 His etiam addendum eft, quod fi Creditor
debitorem fuum condendari inftet, ad cer-
tam fortis quantitatem, ac etiam ad inte-
reffe Iudicis officio liquidandum, deindè
verò oriatur fententia condendatoria pro
forte tantum, omiffo intereffe, cenferetur tùc
pro eo abfolutus reus, *l. fi depofita. C. depof.
Innoc. in cap. grauis, verf. & nota, de reftit.
fpoliat. Rot. Gen. decif. 87. num 4. Vrfill. ad
Afflict. decif. 32. nu. 1. Reg. Rouit. conf 84. nu.
2. vol. 2. & Confiliar. Marcian. conf 49. vol. 2.*
quia Iudex vnum ex duobus petitis conce-
dens, alterum videtur denegare, *Roland. à
Vall conf. 61. nu. 11. cum feqq. vol 3.*
11 Quapropter caueat ifto cafu Creditor nè
fententiam acceptet, fortis folutionem reci-
piendo, quia fibi præiudicaret, vt dicemus;
debet propterea nè intereffe iacturam patia-
tur, ab ea appellare, ac iterum pro fortis, &
intereffe condendatione inftare, *Bald confil.
166. in 3. quæft. lib. 1. Rot. Gen. cit. decif 87.
nu. 5. & Scacc.* fuprà citatus, *nu. 309.* quod
fi alitèr egerit, præiudicabit vtique petitio-
ni illius, fi fententiæ paruerit, recipiendo for-
tem, nifi de intereffe fe proteftauerit, cum
acquiefcentia debitoris, eo modo quo fupe-
rius dictum eft *à num. 4. cum feqq. Scacc. vbi
fup. nu. 310. fol. 218.*
12 Notando quoque, quod omnia quæ de in-
tereffe mox annotimus, in fructibus etiam Iu-
dicis officio debitis procedunt, cum de
vtraque fpecie par ratio conftituenda fit.
Vndè fi tales fructus fint in petitione deducti,
fed in fententia omisfi, caueat Creditor nè
fententiæ pareat, recipiendo fundum, fim-
plicitèr, ac nulla de fructibus proteftatione
facta, quia fatis fibi præiudicaret, ex eo quia
fententia illa refpectu fructuum cenfetur
abfolutoria. *Innoc. & Butr. in d. cap grauis,
Bald. in l. cum propria. nu. 5. C. fi quis alter,
vel fibi, Alex. in l. properandum, §. fin autem
il 2. C. de iudic. Parif. de Put. tract. de fiudic.
verf. Iudices puras debent, & verf Iudex ne
condendas, & Boer, decif. 18. nu. 1.* Quæ for-
13 tiùs habent locum; fi actor omififfet in fua
inftantia petere fructus rei, qui aliàs Iudicis
officio deberentur, quoniam fequuta indè
fententia condendatoria, pro re tantum, iuxtà
quod actor petijt, actio ad fructus cenfetur
extincta DD. *in l. terminato*, per illum *text.
C. de fruct. & liti. expenf. l. fi depofita, C. depof.
d. l. fin. ff. de eo quod cert. loc. Abb. in cap grauis
num. 28. de reftit. fpoliat. Iaf. in l. edita actio,
nu. 30 C. de edend. Petr. Iacob. Aurelian. in
pract. libell rub. 3. nu. 40. & Boer. cit. dec. 18.*
14 *nu. 1. & 3.* vbi etiam inquit, quod non poteft
Iudex, ex officio partem ad fructus conden-
dare, fi ab actore non fuerint petiti, quia
petenti tantum, Iudicis officium impartitur
*l. vt fundus 18. ff. commun. diuid. & Facchi.
contr. iur. lib. 13. cap 36. verf. Secundò addu-*
15 *citur*, licet conclufionem iftam limitent, in
fructibus à reo conuento perceptis a die litis
conteftatæ, quia pro his quæ ab eo tem-
pore emergunt, latisfimum eft Iudicis offi-
cium. *Abb. in d. cap. grauis. nu. 19. Speculat.
in tit. de appellat. §. de officio, num 5. Alex. in
l. fi marito, § fi i. circ. fin. ff. folut. matrim.
Boer. vbi fup. nu. 3.* videndiq; *Bald. in l. cum
propria in fin. nu. 9 C. fi quis alter, vel fibi, &
& Afflict. decif. 59. per totam.*
16 Diximus tamen militare fupradicta in
intereffe, ac fructibus Iudicis officio debitis;
Nunc verò oppofitum affirmamus, quandò
intereffe eft conuentum, ac debitum iure
actionis; illud enim remiffum fublatumque
nunquam cenfetur, quouis modo fors prin-
cipalis exigatur, *Bart. Iaf.* & alij *in d. l. fin ff.
de eo quod cert. loc. Rimtnald. conf 67. nu. 26.
cum feqq. Borgni. Caualc. cit. decif. 35. nu. 11.
lib. 1.* plenè *Surd. decif 345.* vbi *Dom. meus
Hodier, in addit. Molfef. ad Confuetud. in
addit. tom. 2 part. 10. quæft 16. nu. 6. & Cenci.
dict. tract. de cenfi. quæft. 119. num. 19. & 20.*
17 etiam nulla præuia proteftatione de inte-
reffe, *Alex. Iaf. & Iacob. in l. 1. C. de iudic.
Deci. in l. vinum ff. fi cert. petat. Franch. decif.
21. nu 5. Gratian tom. 1. d. cap. 33. num. 14. &
Reg. Rouit. decif. 9. num. 10. 30. & 38.* dicens
pro ratione, quod huiufmodi intereffe con-
uentum, ac iure actionis debitum, non ftat
acceforiè ad fortem, fed principalitèr, & de
per fe, diuerfum debitum, feparatamque
18 actionẽ producens; Adeò quod fi quis Cre-
ditor fit in forte, & intereffe conuento, fuum-
que debitorem ad vtrumq; vel ad alterum
tantum, fcilicèt ad fortem, Iudicialitèr vr-
geat, deindeq; fententia fequatur conden-
datoria ad folam fortem, poffèt nihilomi-
nùs noua actione, & inftantia agere ad inte-
reffe, *ad text. in l. 1. ibiq; Iaf. nu. 3. C. de iudic.
Bart. in d. l. fin. fub num 3. verfic.* Circà *quod
debes, ff. de eo quod cert loc. & Scacc. d. tract.
de commerc. & camb. §. 1. quæft. 7. part. 2.*
19 *ampliat. 8. nu. 298. fol. 217.* & idem paritèr
dicimus in fructibus debitis iure actionis,
qui

qui si in sententia condendatoria pro re fuerint omissi, noua actione peti poterunt *Bart. in l. ex diuerso, §. vbi autem, versic. Habita ergò victoria super re, tunc poterit agere noua rei vendicatione ad fructus, ff. de rei vendicat.* sequitur *Camill. de Medic. consf.72. nu.15. & Dom. Hodier. ad Surd. decif.69. num.6.* Quin imò etiam si actor omisisset petere vna cum re, fructus sibi iure actionis debitos, ex quo tamen quo ad eos dispar est ratio cum fructibus debitis officio Iudicis, valebit eo casu Iudex in illis ex officio reum condendare *Pract. Paplens. in form. libell. in action. real. glos. & in florenis num. 6. Ann. singul. 275. & Dom. Hodier. loc. cit. nu.9.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Interesse alterius interesse non debetur, nu.1.
Etiam si interesse sit in sortem redactum, nu.2.
Limita ad fauorem tertij soluentis Capitale, & interesse, nu.3.
Item limita in interesse tertiarum ad certam rationem conuentarum, nu.4.
Interesse tertiarum habet eandem anterioritatem, ac ipsæ tertiæ conuentæ, nu. 5.
Interesse tertiarum ad quam rationem fuerit antiquitus liquidatum, & quid moderna praxis seruet, nu. 6.
Interesse tertiarum non debetur à tertio possessore conuento hypothecaria, si Creditor fuerit negligens in exigendo à debitore principali, nu.7.
Nec minus potest exigi à debitore decocto, nu. 8.

AD CAPVT CXCIX.

Additio.



D totam materiam huius cap. addo videndum *Fontanell. decis. Senat. Catal. 204. per totam* Signantèr verò *nu. 2.* pro regula constituit, non dari in iure interesse alterius interesse, sicuti etiā latissimè tradit *Peregrin. de iur. fisc. lib.6. tit.7. nu.30. & 31. cum seqq. Gait. de credit. tit. 7. cap.2. nu.1489. Reg. Rouit. in pragm.3. nu.22. de cession. Bonor. Episcop. Ricci. in collect. decis. part.8. collect. 3718.* vbi pluribus decisionibus regulam istam exornat, & nouissimè omnium meliùs *Dom. meus Consil. Francis. Mari. Prat. discept. forens. tom. 3. cap. 31. à nu.48. cum plurib. seqq.* vbi innumeras ferè authoritates, regulam hanc ampliantes, copiosè de more coaceruat.

2 Amplia vt idem iuris sit, si interesse in sortem redigatur, quia nec minùs patit aliud interesse, *Minado. decis. 17.* qui respondet ad *glos.* contrariam *in l. fin. C. de vsur. in fin. vers. Sed si vsura,* vt procedat, quandò conuersio quantitatis interesse, est facta citrà fraudem, vsurarum, vt ex casu eiusdem *glos.* elijcitur, & determinauit S.C. penès *Minad.* loc. proximè allegato.

3 Sed limita primò in tertio soluente pro aliquo, tàm capitale, quàm interesse, ab eo ex mora debito, huic enim soluenti debetur non solum interesse sortis principalis, sed etiam interesse debiti à debitore dimisso, ea potissimum ratione, quia respectu istius tertij integra quātitas vocatur sors, *Menoch. de arbitr iud. centur.2. casu 119 nu.28. Dom. Camill. de Medic. consf.48. nu.15. & consf. 86. nu.11.* copiosè *Dom. Consiliar. Staibano lib. 1. resol. forens. resol.81. nu 20.21. & 22. Reg. Rouit. cit. decis.19. nu.19 & Thor.* qui multas congerit decisiones. *in comp par.1. verb. interesse, interesse alterius fol.286. col.1. in princ.* & nouissimè *Tondut. resol. ciuil. cap.21. n.* 10.

4 limita secundo in interesse conuento, ac expresse ad certam rationem in stipulatione deducto, ex hoc enim, ex receptissima, ac indubitata nostrorum Tribunalium obseruantia, aliud interesse oriri, quandò tamen quantitas tertiarum conuentarum, est peruenta ad summam ducatorum centum, & non alitèr, ex quamplurimus nouissimè probat *Dom. Reg. Capyc. Latr. decis.192. à num.45. vsque ad 52.* cui addo *Consiliar. Theodor.* relatum *à Ricci. in collect. decis. d. collect.3718. vers. limita non procedere, Thor. in compend. decis. part.3. verb. Interesse tertiarum fol.596. col.2. in fin. Rouit decis.9. nu.8.* & omnium latiùs *cit. Dom. Consilia. Prat. discept. forens. tom. 1. cap. 1. à num. 48. cum pluribus seqq.*

5 docens ibidem quod huiusmodi tertiarum interesse trahit secum eandem prioritatem, & antiquitatem temporis, ac ipsæ tertiæ, scilicèt à die contractus, authoritate *Reg. de Pont. decis. 34. num. 46. & Ojas. decis. 129.*

6 Quinimò etiam *à nu 84. vsque ad 87.* modernam praxim inuehit, per quam liquidatio interesse tertiarum, inconcussè fit ad rationem duc. quinque pro centenario, licèt antiquitus fuerit quandoq, liquidatum ad rationem ducat. septem, & quandoque etiam vsque ad summam ducat. decem, vt habetur ex *Pisanell. & Vrsill. ad Afflict. decis. 291.* sed quod hodiè ad rationem quinque liquidetur & non vltra, tradit *Franch. decis. 254. Ann. singul.*

singul. 261. *Thor. loc. sup. cit. Consil. Theodor. allegat.* 5. & *Sanfelic. decis.* 124. *nu.* 10.

7 Sed istam limitationem sublimita duobus modis; Et primò quidem, vt non habeat locum aduersùs tertium possessorem conuentum hypothecaria, vt nequeat is à Creditore vrgeri ad interesse tertiarum, si negligens fuisset in exigendo à principali debitore, *Rouit.* qui ità refert decisum, *decis.* 43.

8 Et secundò, vt nec minùs possit exigi interesse tertiarum à debitore inope, ac decocto, is enim propter impotentiam, cum nequiuerit soluere, non est in mora, propter quam datur tale interesse tertiarum, *Minad. cit. decis.* 17. *in fin. vers. & quia*, & concludunt nota à per *Afflict. decis.* 20. *nu.* 3. & per *Menoch. de arbitr iudic. lib.* 2. *casu* 129. *num.* 30. *vers. Præterea, & quartò.*

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

Referuntur authores, qui plenè tractant materiam huius Capit. nu. 1.

Legatorum interesse debetur à die petitionis, & moræ, nu. 2. *Et declaratur hoc, vt intelligatur, scilicèt à die litis contestatæ, nu.* 3.

Fructus rei in specie legata, debeatur à die mortis testatoris, nu. 4. *Et possunt recuperari ab eo, qui illos percepit, etiam ante aditam hereditatem, nu.* 5. *Et refertur, & declaratur opinio eorum, qui volunt tales fructus deberi legatario à die aditæ hæreditatis, nu.* 7.

Legatarius certæ speciei, si decedat ante adeptam corporalem legati possessionem, transmittit illud ad hæredes, cum fructibus perceptis à die mortis testatoris, nu. 6.

Legatarius speciei incertæ de certis, à quo die fructus, & interesse consequatur, nu. 8.

Interesse legati relicti, vt certo tempore præstetur, debetur adueniente tempore sine interpellatione, nu. 9.

Ecclesiæ, & minori debetur interesse legati à die mortis testatoris, nu. 10. *Sed intellige, & limita, tàm quoad Ecclesiam, quàm quò ad minorem, vt nu.* 12. 13. & 14.

Mora contrahitur re ipsa, tàm ad fauorem Ecclesiæ, quam minorum, nu. 11.


Legatum dotis, vna cum interesse, statim sequutis nuptijs, absque interpellatione debetur, nu. 15.

Legatum annuum incipit currere à die mortis testatoris, non à die petitionis, nu. 16.

Legatum in satisfactionem legitimæ, debetur cum interesse, & fructibus à die mortis testatoris, nu. 17. *Et de ratione, nu.* 18. *Et confutatur distinctio Angel. nu.* 19.

Filius pro interesse legitimæ, præfertur in bonis hæreditarijs Creditoribus hæredis, & agit in subsidium contrà tertios possessores, nu. 20.

Interesse, si à fructus legitimæ ad quam rationem liquidentur remissiuè, nu. 21.



AD CAPVT CC.

Additio.

1 Radicabilis est, & frequens materia ista, quam ex innumeris quos viderim, nullus vbetius pertractat, quam *Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. artic.* 29. *fol.* 255. *col.* 2. *in versic. Nonò obserue*, cum tribus carthis seqq. & *Dom. Io. Bapt. Staiban.* Eximij Consiliarij Pauli, filius optimè meritus, *in tract. de interesse in specie lib.* 2. *tit.* 5. *per totum*, qui sanè DD. punctum de quo in præsenti sermo sit, circà legatorum interesse, adeò per distinctas & separatas Conclusiones plenissimè examinant, ac ad trutinam ponunt, vt addendi muneri satisfactum his censerem, ni alijs eandem rem passim tractantibus facilè occurrissem.

2 Constituenda propterea ante omnia est vnica indubitata conclusio, vt legatorum interesse nusquam peti possit, nisi priùs hærede in mora constituto, hoc est ad præstandum interpellato, ex vulgat. *l.* 1. *C. de vsur. & fructi. legat. Reg Merlin. contr. forens. centur.* 2. *cap.* 10. *nu.* 19. *cum seqq.* ac *Rouit. decis.* 90.

3 *nu.* 4. Quinimò hoc quod huiusmodi interesse non debeatur, nisi tantum à die petitionis legati, dicunt etiam vt intelligatur, scilicèt à die litis contestatæ, quia ab eo tempore conuenti in mala fide constituuntur, *Paul. de Castr. Petr. de Bellapertic. & Corne. in l.* 2. *C. de vsur. Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 18. *art.* 12. *nu.* 150. & 151. *Franch. decis.* 583. *à num.* 3. *cum seqq. Rot. Bononiens. decis.* 20. *Reg. de Pont. cons.* 18. *nu.* 12. & *Reg. Merlin. a. cap.* 10. *nu* 21. & 22.

Patitur tamen conclusio hæc quamplures limitationes, quarum octo cumulat memoratus *Censal.* & totidem ferè *Dom. Staibanus, sup. cit.* Principaliores verò sunt infrascriptæ.

4 Et quidem prima, si legatum esset certæ, & determinatæ speciei, huius enim fructus legatario deberi à die mortis testatoris, notant *Io. Guttier. in l. nemo potest, nu.* 368. *ff. de legat.* 1. *cit. Mart. de success. legal. part.* 4. *quæst.* 18. *art.* 8. *num.* 7. *Cancer. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 21. aliàs *tit. de transmis. num.* 111. *Giurb.* omninò videndus, *decis.* 97. *nu.* 1. &

5 *Gratian decis.* 153. *nu.* 8. & 9. Sicq; esse ei restituen-

tuendos fructus à quopis pereeptos, etiam ante aditam hæreditatem, concludunt *Alciat.cons 92.nu.1. Mart.d.artic.8.nu.7 & 11.*
6 *& Giurb.cit.decis.97. num.3.* Et si decesserit prius quam corporalem legatæ rei possessionem apprehendisset, transmittit ad hæredes, nō dum corpus purē, & in specie legatum, sed illius quoq; fructus à die mortis testatoris perceptos, *Surd.cons.30.in princ. Menoch. cons.1255 nu.3.vol.13. & de præsumpt.lib.4. præsump.201.nu.22.Gratian cit.decis.153.nu. 7. 8. & 9. Mart. d. artic.8. num.1. & 2.* Ne-
7 que repugnat prædictis opinio illorum, qui dicūt, vt fructus in proposita specie debeantur legatario à die tantum aditæ hæreditatis, ex relatis per *Reg. de Pont. cons. 18. sub nu.12.col.2. & Giurb. loc.sup. cit.* Quia sunt in æquiuoco facientes differentiam intèr vnam, & aliam opinionem, tantum enim sonat deberi fructus à die aditæ hæreditatis, quantum sonat deberi illos à die mortis, si verum est, quod actus aditionis retrotrahitur ad tempus mortis, *Alciat. & Mart.* vbi sup. & ità debet esse de necessitate, alioquin malitiose hæredes aditionis actum protogarēt in perniciem legatariorum, quibus rei legatæ dominium, statim à die mortis testatoris acquiritur *l. hæreunius, ff de vsur. l. à Titio, ff. de furt. & l. si tibi homo, §. cum seruus*, vbi *Ias. ff. de legat. 1.* & de omnibus doctè *cit. Dom.Staiban.d.tract.de intereſſ in specie lib.2. tit.5. quæst. vnic. à num. 1. vsque ad 17.* qui
8 tamen singulariter prædicta limitat si legatū esset speciei incertæ de certis, vt cum dicitur, relinquo Titio vnam ex domibus quas possideo; ex quo enim species non est certa, nisi quousque specificetur, ac transigatur intèr hæredem, & legatarium, quæ nam domus præstanda erit, propterea fructus illius non debentur legatario, nisi à die petitionis, *Menoch. cons.1067.nu.16.Craſſ. in §. legatum quæst.70. & 71. & Giurb. cit. decis 97. num. 14. & 15.*
9 Secunda limitatio, est in legato quantitatis, relictæ vt præstetur in certo, & determinato tempore, vt cum dicitur; relinquo Titio centum, soluendos post annum a die mortis meæ, & huius legati interesse, statim deberi adueniente tempore, absque vlla interpellatione, cum aduentus diei sit loco interpellationis, per *tex.* in vulgat. *l. magnam, C. de contrah. stipulat.* concludit *Mart. in cit.artic.12.nu.152.*
10 Tertia est limitatio, in legato relicto Ecclesiæ vel minori, vt his ex peculiari priuilegio debeatur interesse statim à die mortis testatoris, probant *Giurb. d. decis.97.nu.13. & 17.vers.Contrarium resoluit, Mart.d art.12. nu. 152. vers item si quantitas, Macerat. variar.resol. lib.2.resol.44.nu.9. & 10.vers. sed vltrà prædictas responsiones Grat. discept. forens. centur.1. cap.579. num.9. & 12. Reg. Merlin.contr. forens.centur.1.cap.16.num.18 19. & 20.Consil. Ant. de Mes. variar.resol. lib.1.cap.20.nu.14. Ricci collect. 1749. vers. Limita primò, & Reg. Rouit. decis 90.nu.18.*
11 Quia iam ad fauorē Ecclesiæ, quam minoris, mora contrahitur sine interpellatione, ac ipso iure, & vocatur mora irregularis. *l. in minorum, C. ex quib. caus. in integr restit. non est neces. l. Titia seio, §. vsuras, ff. de legat.2 Mancin.de iuram.part.4.quæst.13. nu. 64. & 65. Ann. allegat.70. num.24. Menoch. cons.81.nu.64.lib.1. idem tract.de arbitr.casu 320.nu.18. Hieronym. Cabriel. cons.121. nu. 59. lib.1. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg. 141. Intrigliol. singul. 97. num. 116. part.1. addit. ad Cappell. Tholos. decis.407. versic. Secundò limitat, & Rouit. dict. decis. 90. nu.3.*
12 Sublimitatur tamen limitatio ista, vt respectu minoris non procedat, finita minori ætate; cum enim hæc sit causa talis priuilegij sit vt debeat cessare, cessante causa quapropter cautus sit, vt maiore demum effecto, statim hæredem ad præstandum interpellet, alioquin cessabit cursus vsurarum, ad tex. punctualem *in d. l. Titia 89.§.vsuras ff. de legat 2.* traditq; *Ant. de Mes. d.cap.20.*
13 *nu.14.lig.2.* Nec minus tandem procedit, si hæres cui præstandi onus impositum fuit, esset pariter minor, quia contra eum non contrahitur mora irregularis, & conquatiantur priuilegia, sicq; remanet eo casu legatum relictum minori sub regula communi, vt pro eo non debeatur interesse, nisi à die petitionis *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt.lib.7.tit.10.nu.28.*
14 Et respectu Ecclesiæ idem dicimus, vt ipsi non debeatur interesse legati a die mortis testatoris, ex virtute moræ irregularis, si hærēs institutus, qui præstare tenetur esset minor (vel addo si esset alia Ecclesia) proptèr eandem rationem conquatiationis priuilegiorum, *cit. Gratian. discept.tom.2.cap.400. nu.29.* Vnde S.C. emanauit celebrem illam decisionem, per quam fuit dictum, deberi Ecclesiæ interesse legati, non aitèr à die mortis testatoris, sed à tempore quo tutores, & Curatores minorum hæredum habuerunt scientiam illius, & ex eo aliquid in eorumdē hæredum minorum vtilitatem versum fuit, pro quibus valeant partes, intra 20. dies producere eorum incumbentia teste, *Rouit. in cit.decis.90.* quo loci refert paritèr fuisse per S. C. liquidatum interesse legati ad fauorem Ecclesiæ, ad rationem ducatorum septem pro centenario.
15 Quartò limitatur in legato dotis, tempore nuptiarum soluendo, eis enim sequutis, statim absque alia interpellatione, eiusmodi legati interesse deberi, infrascripti indubitantèr concludunt, quia respectu hæredis is statim in mora soluendi est, & fauore dotis mora

irre-

irregularis contrahitur, ità *Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 579. nu. 9. Fontanell. de pact. nuptial tom. 2. claus 6. glos. 2 part. 6. à nu. 9. cum seqq. Io. Bapt. Thor. vot. d eis 61. num* 4. quo loci *Spectab. Dom. meum* hic, & *Fabe.* allegat, & nouitèr plenè cit. *Consal. ad Perege. de fideicom artic. 29. fol. 256. col. 1. & 2. in vers. Tertius est casus*.

16 Limitatur quintò in legato annuo per *text. in l. nec semel* 12. §. *item Celsus, ff. quand. dies legat. ced.* vbi Vulpianus, ex Celso, & Iuliano docet, deberi illud à die mortis non aliter expectata interpellatione, quia vt in hac eadem specie aduertit, *Giurb. d. decis. 97. sub num. 18.* ideò tale legatum debetur à die mortis, quia stat vti sors, & principalitèr; ex adagio illo, vt tot censeantur legata, quot fuerit anni, sicq; non militat sub regula, *l. 1. & 2. C. de vsur. & fruct. legat.* idemq; ex nostratibus probant *Franch. decis.* 634. ità referens per S. C. determinatum, & *Rouit. cit. decis. 90, nu. 1.*

17 Et tandem omissis alijs limitatur in legato relicto filio in satisfactionem legitimæ, vt pro eo debeatur interesse à die mortis testatoris, *Franch decis 575. Caualc. decis 22. nu. 86. lib. 3. Ricci. in collect. decis. part. 3. collect. 689. vers. Infero tertiò Giurb. decis 65. nu. 6. Caedin. Caualce. decis. Rot. Rom. 341. num. 2. Camill. Salec. ad consuetud. Eas autem, in Apostill. incipiente Paragium, circà fin. vers. Cui debetur, fol. mihi 97.* & exquisitè *Peregr.*

18 *de fideicom. artic. 36. sub nu. 69.* Ratio autem ea potissima est, secundum relatum *Peregr.* quia tales fructus non debentur proptèr moram, ad quam contrahendam est necessaria interpellatio, *l. si ex legati causa 23. ff. de verb. oblig. l. nulla 89 ff de reg. iur. & glos. in cap. mora 25. versic Circà banc tamen regulam, eod. tit. in 6.* Sed debentur iure dominij, *Bocc. decis. 3. nu. 17. & Franch. decis. 16. in fin.*

19 Malè tamen voluerunt nonnulli, vt hæc conclusio, quam in legato legitimæ firmauimus, procedat tantum, si legitima relinqueretur in corporibus, contrarium expressè sentientes, si in quantitate tale legatum consisteret, sequuti opinionem *Angel. cons. 101. Considerandum est, circà medium, vers. Incedum consistit;* Malè inquam sentiunt, qui in hoc cum *Angel.* inclinant, si enim eius opinio vera esset, nulla foret differentia inter legatum voluntarium, ex mera liberalitate relictum, ac legatum in satisfactionem legitimæ, idcircò ipse teneo, vt aliquid specialitatis legitimæ tribuatur, quod trahat interesse a die mortis, siuè in quantitate, siuè in certis corporibus præstari iussum fuerit, *Peregr. d. artic. 36. post num. 69.* vbi omnia hinc indè addocit, & omissis alijs *Ricci. collect. 1717. in vers. Item an legitima quæ consistit in pecunia, debeatur vna cum fructibus;* Quinimò

20 pro interesse legati in satisfactionem legitimæ relicti, præterri legatarium in bonis testatoris, Creditoribus hæredis, decisum refert *Franch. decis. 374.* signantèr *nu. 3. & 4.* & ei competere actionem pro dicto interesse, seù fructibus etiam contrà tertios possessores, in subsidium, plenissimè probat *Reg. Ferdin. Braneia*, pænès *Spectab. Dom. meum tom. 3. alleg. 71. per totam*, vbi omnes huius sententiæ authores cumulat, sed ad quam

21 rationem fructus, seù interesse legitimæ sit liquidandum, videndi *Cephal. cons. 85. nu. 26. & 29. Caualc. de vsufruct. mulier. relict. sub nu. 31. Gratian. decis. Marcb. 4. nu. 61. Visicont. in suis conclus. verb. Fructus legitimæ. & Thor. in compend. decis. in 2. part. 3. pact. verb. Liquidatio fructuum legitima, &c.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

R*efectio damnorum, & interesse, quandò sit facienda, ei cui sine dolo, vulnus, vel aliud damnum illatum est, remissiuè, nu. 1.*

Actio pro refectione damnorum, & interesse, transit in bæredes occisi, nu. 2. Et etiam contrà bæredes occisoris, nu 4.

Confiscatis bonis alicuius proptèr delictum, est antè omnia detrabenda æstimatio damnorum, & interesse passi à parte offensa, nu. 3.



AD CAPVT CCI.

Additio.

1 Damnum, vel vulnus infertur sine dolo, & insidia, quandò ad expensarum, & sumptuū refectionem teneatur, præter innumera iura, *sub tit. ff. ad leg. Aquil.* est legendus *Pat. Lessi. de iusti. & iur. lib. 2. cap. 7. tit. de iniur. & restit. in gener. dubit. 6. fol. 64.* vbi doctè quamplures casus distinguit.

2 Ipse verò hac sumpta occasione noto, quod in omni quocumq; casu, in quo tenetur vulnerans, vel occidens ad damnorum, expensarum, & amissorum operum refectionem, transit actio hæc in hæredes eius qui iacturam passus est *l. ex hac, ff. si quadru. pauperi. fecis. dicat. l. fin. ff. de his qui eiect. vel effeude.* §

 ob ho-

ob hominem, instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun. Speculat. in tit. de iniur. §. 2. nu. 3. cum seqq. vers. Sed namquid, Abb. in cap. 1. & cap. olim, de iniur. Crauett. consil. 119. num. 6. vers. Aut voluit Gomes. variar. resol. lib. 3. cap. 3. tit. de homicid. nu. 37. Card. Pute. qui sic refert in Rot. Rom determinatum, *decis. 280 par. 3. Franch. decis. 460. nu. 5.*

3 & plenè *Nouar. decis. 10. nu. 2.* Adeo quod si interficiens aliquem, esset puniendus confiscatione bonorum, deberet antè omnia à bonis confiscandis detrahi valor, & æstimatio expensarum, damnorum, & interesse passi, signantèr habito respectu ad id quod interfectus ex operibus suis potuisset lucrari *Hippolit. de Marsil. consil. 115. nu. 19. lib 2.* & prosequitur *Petr. Gaball. resol. crim. centur. 3. casu 248. nu. 24. & 25.* & per totum; Inquiés

4 etiam, vt quemadmodum actio hæc pro refectione damnorum, & interesse, transit in hæredes damnum passi, ita etiam transit, contra hæredes eius, qui iacturam intulit, *Balb. decis. 391. Achill. de Graff. decis. 1. de iniur. & cit. Lessi. d. tract. de iust. & iur. lib. 2. cap. 9. tit. de iniur. in corpus proxi. dubit. 19. nu. 127. fol. mihi 88.*

Io: Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

Consiliarius effectus Fisci patronus, debet sedere in nouissimo loco, nu. 1.

Consiliarius interueniens in causa vti Aduocatus, ex Regia dispensatione, postremum locum in sedendo occupat, nu. 2.

Rector Studij præfertur Episcopo Scholari, nu. 3.

Consiliarij assistentes in M. C. cum vadunt ad S. C. nouissimum locum cum alijs Consiliarijs occupant, nu. 4.

Officialis transiens de maiori ad minorem dignitatem, perdit omnes prærogatiuas prioris eminentioris dignitatis, nu. 5.

Regentes Reg. Cancell. præcedunt Præsidem S.C. nu. 6. Sed limita, si aliquis ex Regentibus efficeretur Regiæ Cameræ Locumtenens, nu. 7.

Consiliarij præcedunt Præsidentes Regiæ Cameræ, nu. 8. Et quando secus, nu. 9.

Officialis posterior in data priuilegij, sed anterior in adeptione possessionis, præfertur officiali, qui habuit priuilegium anterius, nu. 10.

Officiales plures si à Barone eligantur, ille præfertur qui primò possessionem officij obtinuit, num. 11.

Possessionis tempus attenditur in officiorum præcedentis, nu. 12.

Possessorum Iudicium competit in quæstionibus præcedentia, nu. 13.

Officialis quis non dicitur ante officij possessionem adeptam, nu. 14.

Dignitate in acquirenda, quæ debeant copulatiuè concurrere, nu. 15.

Officiali priuilegium habenti, nullum ius competit, ante possessionem, nu. 16.

Forum declinare nemo potest occasione alicuius exercitij, si solam matriculam habeat, absque actuali exercitio, nu. 17.

AD CAPVT CCII.

Additio.

1 

Ddo breuitèr *Thor. in compend. decis. tom. 2. verb. Fisci Patronus, fol. 248. col. 1. in princip.* vbi refert in Collaterali determinatũ, quod Cõsiliarius effectus Fisci Patronus Regiæ Cameræ, debet sedere in consueto loco Fisci Patroni, præpositis ei Dom. Præsidentibus illius, concordat *Pappon. lib. 6. tit. 9. arrest. 8.*

2 Iterum addo *Dom. de Franch. decis. 138.* vbi defendit, quod Consiliarius, qui ex Regia dispensatione, in aliqua graui causa patrocinatur, licèt alijs senior fuerit, debet nihilominùs sedere in nouissimo loco, vti Aduocatus, nulla habita ratione de eius antiquiori officij adeptione, sequitur *Fontanel.* dicens opinionem istam esse tutam de rigore *decis. Senat. Catalon. 207. à nu. 7.* ad finem, quamuis *nu. 12.* subdat eam, de æquitate, ac vrbanitate non esse consonam, cum in omni actu Senatoria dignitas, cum præheminentijs suis, fulgeat.

3 Sed corroboratur opinio *Dom. de Franch.* paritate Episcopi Scholaris, cui Recthor Studij præfertur, non quidem proptèr dignitatem, sed causa exercitij, quod ab eorum quolibet exercetur; Episcopus nempè in studendo, Recthor verò in docendo, *Cassanc. in Catal. glor. Mund. par. 4. consider. 44. vers. Sic etiam, idem part. 11. considerat. 12. vers. Et in Recthore Studij Caputaquens. decis. 307. nu. 1 & 2 part. 1. & cit. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 10. part. 2. num. 74. fol. 273.*

4 Item etiam corroboratur ex eo quod dicitur de duobus illis Regijs Consiliarijs, qui ad M. C. V. in Criminalibus vti Patres peritissimi mittuntur, ad cohibendum, mitigandumq; rigorem cæterorum Iudicum. *pragm. 2. §. nunc verò, de offic. Sacr. Consil.* illi enim

enim si ad idem S. C. vadant, pro relatione
causarum criminalium, sicuti fit in quolibet
die Iouis, debent sedere in nouissimo loco,
post cæteros Consiliarios, licèt in officio
moderniores, ad tradita per *M. A. Surgent.*
tract. de Neapol. Illustr. lib. 1. cap. 27. nu. 25.
& sequitur *Reg. Rouit. in pragm. 6. nu. 8. de*
commiss.

5 Quia officialis transiens de maiori, ad in-
ferius gradum, perdit cuncta priuilegia, &
prærogatiuas prioris eminentioris dignita-
tis, vt exemplificat in Regentibus effectis
Locumtenentibus, & in Consiliarijs effectis
Præsidentibus R. C. *de Pont. tract. de potest.*
Proreg. tit. 3. §. 8. nu. 7. authoritate *Bald. in*
l. cum te, C. de nupt. Aluar. in cap. 1. col. fin.
quis dicatur Dux, *& Rebuff. in l. his, C. qui*
milit. non poss.

6 Hinc pro indubitato tradunt *Marin. Frec.*
& Surg. quos sequitur *cit. Rouit. cons. 84.*
num. 18. vol. 1. Regentes Regiam Cancella-
lariam, præferri, & præcedere Spect. Præsid.
7 S. C. Et nihilominùs si aliquis ex Dom. Re-
gentibus transferretur ad officium Locum-
tenentis R. C. eo casu Dom. Præses illum
præcederet, vt pluries refert decisum *cit.*
Rouit. per rationes ab eo adductas, *cit. cons.*
84. nu. 15.

8 Et simile est quod dicitur de Dom. Con-
siliarijs S. C. qui præcedunt Dom. Præsiden-
tes Reg. Cam. quandò simul conueniunt in
Collaterali Consilio pro adiunctis, vel si Præ-
sidentes ipsi irent ad S. C. nam hisce, & si-
milibus casibus indifferentèr Consiliarij oc-
cupant dexteram, & loca superiora *Dom.*
Surg. d. tract. cap. 27. nu. 24. & Reg. Constant.
in l. 1. nu. 37. C. de re milit. lib. 12. Tamen
9 si Consiliarij irent ad Reg. Cam. pro ad-
iunctis, ex Regia ordinatione, tunc Præsiden-
tes illius, Consiliarijs præferrentur, dexte-
ram, & superiores sellas occupando, ea po-
tissimum ratione, quia in domo propria mi-
nor præcedit maiores, *glos. in l. apud eum 14.*
verb. potest, vers. Sed quilibet, ff. de manumis.
latissimè *cit. Surg.* qui plura eruditè cumulat
dict. tract. de Neap. Illustr. lib. 1. cap. 12. nu.
53. & 54.

10 Quandò verò quæstio super præcedentia
est intèr duos pares in officio, eo casu qui
priùs officij illius possessionem fuit adeptus,
is alteri debet præferri, licet habeat datam
priuilegij anteriorem, vt concludunt *Mol-*
fes. cons. 15. per totum, Reg. Valenzuel. cons.
34. nu. 36. lib. 1. Reg. Constant in l. 1. num. 25.
cum seqq. de Consul. Gabed. decis. 3. Reg. Carol.
Tapp. decis. Ital. 21. nu. 15. vers. Vigesimus
casus, Reg. Sanfelic. qui ità in propria causa
refert in Collaterali Consilio determinatum
contrà Spectab. Regent. D. Ferdinandum
Ascon *decis. 269.* plenè etiam *Consil. Ari. de*
Mes. variar. resol. lib 3. cap. 41. à num. 28. ad
fin. copiosè *Cæsar. Frecc.* in quodam eius
solemni responso impresso *per Spect. Dom.*
meum, tom. 3. allegat. 30. legendiq; *Boer. decis.*
150. nu. 6. & Camill. Lerath cons. 1. per tot.
11 & dicunt in simili, quod si plures officiales
à Barone eligantur, pro gubernio Baroniæ
eorumque vni possessio gubernij tradita fit,
hic præferri deberet aliis, licèt prioribus in
data litterarum, & commissionum, *Masull.*
in addit. ad Capyc. decis. 179 nu. 10. & omniū
meliùs *Dom. Reg. Rouit. in pragm. 5. à num. 3.*
cum seqq. de Baron. & possunt applicari ter-
mini tex. *in l. quoties, ff. de rei vendic. in l. qui*
sibi, C. de hæred. vel action. vendit. & in l. 2.
ff. de except. rei vend. cum concord.

12 Tum quia in prærogatiua officiorum, alia
qualitas non attenditur nisi tantum tempus
in quo officialis possessionem fuit adeptus,
ità vt is maior dicatur, qui priùs ingressus
fuit etiam per horam, vel momentum, *cap.*
quod autem de iur. patronat. & de consuetu-
dine testatur *Afflict. decis. 1. num. 7.* & ibi
13 *Vrsill. nu. 13.* inquit, quod pro tali honore,
& præcedentia competit remedium posses-
sorium, *ex cap. licet causam, verb. honore, vbi*
Bald. de probat. & Gratian. discept. forens.
tom. 2. cap. 298. nu. 11.

14 Tum etiā quia in officiis habentibus anne-
xam administrationem, non dicitur quis offi-
cialis, neque solitis prærogatiuis potitur, nisi
quò vsque possesonē cœperit *Bald. in l. sed &*
miles, §. quæsitum, ff. de administr. tutor. cum
15 sit regulare, vt tria in acquisitione dignitatis
copulatiuè debeant concurrere, scilicèt ele-
ctio acceptatio, & possessionis adeptio, quæ
fit per actualem administrationem *Frecc. de*
subfeud. lib. 2 tit. quis dica. Dux nu. 52. Franch.
decis. 62. nu. 10. Reg. Constant. in tit. de Consul.
num. 26. Ann. cons. 42. & Molfes. d. cons. 15.
16 *nu. 10. & 13.* Quandò igitur horum vnum
deficit, electus non potest appellari officia-
lis, vt deducitur, *ex glos. in cap. authoritate,*
de instit. vbi habetur, nullum ex electione
acquiri ius, ni possessio per administrationem
actualem capiatur, concordat alia *glos. in cap.*
ex tore, de his quæ fiunt à maior. part. capit.
Bald. in rubr. de contrah. emptio. in 17. quæst.
& in l. 1. C. de vsucap. pro donat. Mastrill. cap.
14. nu. 36. & 39. & Consil. Theodor. alleg. 84.
17 *sub nu 19.* Hinc decisum comperimus quod
si aliquis describeretur inter homines alicu-
ius artis, & obtineret matriculam, nequiret
virtute illius declinare forum, ex priuilegio
talis artis, si se actu in exercitio, & ministerio
illius non applicauerit, *Franch. decis. 481.*
Gastill. decis. Sicil. 39. nu. 4. Capiblan. in prag.
8. nu. 239. de Baron. & Ricc. in collect. 1829.
ex eo tantum, quia nunquam prodest priui-
legium sine possessione, vt iam suprà demon-
stratum est.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Clericatus exceptione proposita, Iudex laicus non potest amplius in causa procedere, nu. 1.

Sed hodie quid in praxi seruetur, nu. 2.


Rit. M. C. 65. quò ad pœnam contumaciæ aduersus Clericos, non est in vsu, nu. 3.

Clericatus exceptio potest proponi à consanguineis citati, ad impediendam foriudicationem, num 4.

Clericus non potest fieri contumax à Iudice laico, nu 5.

Sententia Iudicis laici, lata contrà Clericum in contumaciam est nulla, nu. 6.

Clericatus exceptio quandocumqs potest proponi, & reddit Iudicium retrò nullum, nu. 7.



AD CAPVT CCIII.

Additio.

1 De Iure communi Canonico, quandò quis à laico Iudice citatur, isq; Clericatus exceptionem proponit, ita citantis Iudicis manus ligantur, vt nullo modo ad vlteriora procedere queat sed debet conuentum Ecclesiastico remittere, vt is super proposita clericatus exceptione cognoscat cap. si Iudex laicus, de sentent. excom. in 6. Rot. Rom. decis. 7. circa medi. in vers. Nec obstat, de iudic. in nou. & Couar. practic. quæst. cap. 33. nu. 1.

2 In praxi verò aliter seruatur, nam quandò citatur quis per M. C. vti laicus, isque comparet, proponendo declinatoriam fori propter clericatum, non priùs remittitur, quam illum coram Iudice citante probauerit, ad quem effectum sæpè datur terminus super clericatu, vt ex Rit. di. M. C. 65.

3 Benè verum, quatenùs iste ri. dicit quod Clericatum allegans si non compareat, illum probaturus, contumax efficiatur, non est in vsu, vti contrà libertatem Ecclesiasticam, vt refert decisum Grammat. vot. 17. quem sequitur Petr. Foller. in prax. crim. verb. audiantur excusatores nu. 38. cum seqq. dicentes, non teneri Clericum citatum, etiam sub nomine laici, personalitèr comparere, & nunquam pœnitùs hac de causa eum contumaciæ

4 pœnam contrahere; Imò in casu fortiori, cum esset quis ad foriudicandum citatus, vti laicus, fuerunt per sententiam S. C. admissi eius consanguinei ad probandum Clericatum, pro impedienda foriudicatione, non obstante rit. suprà allegato per quem disponitur, vt citatus teneatur personalitèr comparere, Clericatum probaturus, vt per Dom. Præsid. de Franch. decis. 329. per totam.

5 Clericus namque non potest à laico Iudice contumax fieri, cum is nec tacitè, nec expressè possit ordini renunciare cap. vnic. de Cleric. coniugat. in 6. traduntq; communitèr Canonistæ in cap. si diligenti, de for. compet.

6 Adeò quod si in contumaciam, vel alitèr condendetur Clericus, sententia est nulla, si post eam, vel quoandocumq; proponatur Clericatus, Bart. cons. 225. vol. 1. dicens hoc verum, siuè sub nomine Clerici, siuè sub nomine laici fuerit citatus, sicuti etiam prosequitur Bald. in l. generalitèr la 2. nu. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. subdens pro ratione, quia ista exceptio potest quandocumq; opponi, & opposita reddit Iudicium retrò nullum, Albens. cons. 62. nu. 5.

Io: Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Iudex Sæcularis requisitus pro exequutione sententiæ latæ ab Ecclesiastico in Crimine hæresis non potest illius iustitiam reuidere, cum sit merus executor, nu. 1. Secùs verò in alijs Criminibus Sæcularibus, vel mixti fori, nu. 3.

Vel si ageretur de exequutione sententiæ in causa ciuili, nu. 5.

Iudex sæcularis est prorsùs incompetens, cum agitur de crimine hæresis, nu. 2.

Iudex sæcularis potest cognoscere de nullitate, vel subreptione absolutionis à iuramento, ab Ecclesiastico Iudice concessæ ad finem agendi, nu. 4.



AD CAPVT CCIV.

Additio.



Ad totam istam materiam, sunt nouissimè legendi Dom. Reg. Capyc. Latr. decis. 82. & Reg. Merlin. contr. forens. centur. 2. cap. 98. per totum. Et præter istos (vt aliquid in

1 specie addamus) Noto quod quandò Iudex Sæcularis ab Ecclesiastico requiritur pro exequutione eius sententiæ, contrà aliquem latæ in crimine hæresis, tunc nullo pacto potest

potest ipse rescidere vires sententiæ, per reuisionem actorum, nam merus exequutor in hoc casu reputatur, vt hic concluditur, addo *Afflict. in Const. Post Mundi Machinam, nu. 58. Foller. in prax. crim. rubr. panis debitis feriantur. nu. 56. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. part. 2. §. 2. nu. 6. Petr. Garsi. decis. 56. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauf. 4. glos. 13. par. 2. nu. 36. fol. 328. Genuens. in prax. Cur. Archiepisc. cap. 36. nu. 3. Ricci. in prax. Eccles. par. 1. resol. 298. & Reg. Sanfelic. decis. 239. nu. 4.*

2 Quoniam Sæcularis Iudex in crimine hæresis est pænitùs incompetens, propter quod nequit se immiscere in cognitione illius, recipiendo accusationes, & inquisitiones ex officio formando, cum hæc priuatiuè Ecclesiasticis Magistratibus pertineant, ad *text. in cap. inquisitionis, §. prohibemus de hæret. in 6. Alex. in l. magistratibus nu. 9. ff. de iurisdic. omni. iudic. Leand. Galganet. de iur. publ. lib. 3. tit. 111. nu. 40. & Ricci loc. cit. nu. 2.*

3 In alijs verò casibus, cum nempè fumus in crimine Sæculari, vel mixto, tunc Iudex laicus, requisitus pro exequutione sententiæ Iudicis Ecclesiastici, non tenetur ad exequutionem procedere, priùs quam Iustitiam sententiæ examinauerit, quapropter potest petere actorum copiam, vt ità matura habita consideratione super meritis causæ, ad exequutionem deueniat, ad *tex. in authen. de Sanctis. Episcop.* in illis verbis. *Et tunc competens Iudex hanc comprehendat, & secundum leges litem examinans, causa finem imponat,* & ex innumeris docet, *Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 1. num. 827. Reg. Sanfelic. d. decis. 239. nu. 3. & Capyc. Latr. cit. decis. 82. nu. 11. cum seqq.*


4 Idemque videmus de absolutione, siuè relaxatione iuramenti, alicui impartita à Iudice Ecclesiastico, ad finem agendi, quia benè potest Magistratus Sæcularis cognoscere de nullitate, seu subreptione illius, ad repellendum agentem à limine iudicij, vt consuluit *Anchar. cons. 183.* latè *Hippolit. singul. 367. Salices. & Alex. in l. Titia num. 9. ff. solut. matrim. Ias. in l. 2. num. 56. ff. de iudic. Thom. Parpal. in repet. leg. placet num. 122. C. de Sacrosanct. Eccles. Felin. in cap 1 col. 7. in 3. quæst. vers. posset etiam Iudex Sæcularis de iur. iur.* Idem *in cap. cum sit col. 6. versic. limita quartò, de for. compet. Io. Andr. in cap. cum in iure de offic. delegat. Paris. cons. 43. nu. 21. lib. 1. Rimnald. cons. 234 nu 274. cum seqq. Crauett. cons. 7. nu 11. Addit. ad Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 67. nu. 16 Afflict. decis. 220.* vbi sic decisum refert *nu. 9* & ibi *Vrsill.* pariter, *nu. 9. Viui. decis. 380 nu. 45 & 46. Cunal. decis. 9. nu. 45. lib. 1. Dom. Consil: Staib. resol. forens. lib. 1. resol. 40. num. 3. & Thor. in compend. decis. part. 1. verb. Iudex Sæcularis, fol. 292. col. 1.*

5 Et fortiùs tandem, non tenetur Iudex Sæcularis requisitus pro brachii imploratione, ac pro exequutione sententiæ, latæ à Iudice Ecclesiastico, in causa ciuili, ad exequutionem deuenire, nisi priùs causa cognita, & diligentèr meritis illius discussis, vt præter alios satis doctè probant *Capyc. Latr. d. decis. 82. & Merlin. d. cap. 98. centur. 2.*

Io. Leonardus Rodoertus.

SVMMARIVM.

Torqueri qualitèr debeant rei, nu. 1.
Iudex qui nouo torquendi genere, indicijs præcedentibus aliquem magnum criminosum tormentis supposuit, ad nihilum tenetur, licèt rei mors sequatur, nu. 2. Et idem est in quocumque alio casu, nu. 3.
Iudex habens liberum procedendi arbitrium in causis criminalibus, nihilominùs non potest aliquem sine indicijs torquere, alias in Syndicatu tenebitur, nu. 4.
Iudex iniuste reum torquens, vel modum in torquendo excedens, tenetur pæna mortis, etiam non sequuta morte rei, nu. 5. Sed quomodò in Regno practicetur, nu. 6.
Iudex tenetur in Syndicatu, si non curauit quod reus torquendus benè ligetur, si indè is cadat, & aliquam corporis iacturam patiatur, nu 7.
Consultor officialis, qui iniuxtam torturã, vel torquendi excessum consuluit, tenetur in Sindicatu, non verò officialis, nu. 8.
Condendari non potest reus ex confessione extorta ex iniuxta tortura, cum ampliatione, nu. 9.



AD CAPVT CCV.

Additio.

1 PRæmitto ad ornatum huius materiæ, id quod Cæsares, & I. C. statuerunt *in l. quæstionis modo, & in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst. & in l. si quis in ea culpa, C. de Custod. reor.* quibus locis cauetur moderatè torquendos esse reos, non quantum dira accusatorum hostilitas exposcit, sed quantum rationis, & conuenientiæ temperamentum desiderat, ità vt disamatus, vel saluus ob innocentiam euadat, vel pænis debitis ob perpatratam scelera iuxtè noscat se punitum; quæ benè cumulat *Nouar. de grauam.*

grauam. vassallor. grauam. 182. *nu.* 1. *&* 2. & per totum, quo loci sibi furtim mutuauit omnia ferè, quæ in currenti capite *per Spect. Dom. meum* dilucidantur, in materia excessus a Iudice adhibiti in torquendo reum.

2 Quo circa eiusdem Dom. mei stylum prosequendo, noto primò, quod Iudex qui præcedentibus indicijs, nouo torquendi genere, aliquem magnum alioquin criminosum, cruciatibus subiicit, propter quod rei mors sequuta sit, non dicitur in pæna, a qua excusatur propter duram delinquentis qualitatem, vt meruerit nouis torqueri cruciatibus, vt refert decisum *Viui.decis.*262 *lib.*2.

3 Noto secundo, idem generaliter esse in omnibus alijs casibus, nam si Iudex præcedentibus indicijs aliquem torturæ subiiciat, absque quod modum excedat, tunc licèt inde reus moriatur, quia tamen nec dolus, nec culpa potest Iudici imputari, nulla propterea pæna plectendus erit, ob sequutam rei mortem, *Aluarez in Spec. Imperat. & Reg. cap.* 87. *vers. Et quid si fortè fol.* 561. *Brun. de indic. ad tortur. quæst* 5. 2. *part. num.* 19. *Francis. Marc. decis.*98.*part.*2. *& Ricci. collect.*218. *vers. Adducitur etiam. par.* 6.

4 Tertiò noto, quod licèt Iudex habeat in criminalibus liberam procedendi potestatē, (sicuti nos dicimus ad modum belli) non potest nihilominùs sine Indiciis aliquem tormentis subiicere, & si contra fecerit, tenebitur in Syndicatu, nulla habita ratione de libero arbitrio, quod moderatè, & terminis habilibus capi debet, *Hippolit. de Marsil. in prax. §. secunda nu.*6.

5 Quartò noto, puniri Iudicem pæna vltimi supplicii, si dolo, & consequentèr iniuxtè aliquem tormentis supponat, *Bald. in l.*2.*C. de requir. reis, & in l. Decuriones, C. de decur. Hippolit. in cit. prax. §. successiuè nu.* 10. & plenè *Viui. decis.*467.*nu.*54. *cum seqq. lib.*3. etiam si torti mors non fuerit sequuta, *cit. Brun. tract. de indic. ad tortur. part.* 5. 2.*part.nu.*33. *& quæst.*7. *nu.* 2.

6 Sed in Regno practicatur, quod si ex dolosa tortura, sequitur rei mors, tunc mortis pæna tenetur Iudex; si verò rei obitus sequutus non sit, & eo casu biennalis carceris pæna & confiscatione tertiæ partis bonorum punitur, reste *Grammat. decis.*15. *sub num.* 15. & sequitur *Thor. in compend. decis. part.* 1. *verb. Iudex indebitè fol.*293. *col* 2.

7 Quintò noto, quod Iudex non curans, quod torquendus reus benè funiculis alligetur, tenetur in Syndicatu, si is cum esset in alto suspensus cadat, & ex eo brachii, pedisq; vel in alia corporis parte iacturam patiatur, *Paul. de Castr. in l. sicut certo, §. nunc videndum in fin. ff. commodat. & Hippolit. in dict. sua prax. verb. expedita nu* 90.

8 Vltimò est notandum, quod si aliquis officialis, de voto consultoris, iniustam torturam alicui inferat, vel modum in torquendo excedat, in nihilo tenetur, nam breui manu pæna iniustę torturæ, vel excessus, transit in Consultorem ipsum, notabilitèr *Maur. Burgi. de mod. proced. ex abrupt. quæst.*71. *nu.*20.

9 Neque tandem omittam, quod confessio extorta á reo iniustè torto, vel contrà quem torquendi modus fuit excessus, nulla est, & inualida, ità vt nequeat ex ea condendari, etiam data perseuerantia extrà torturam, *Alex. cons.*5.*num.*1.*vol.*1. Capyc. *decis.*145. *num.* 3. *& Macerat. variar. resolut. lib.* 3. *resol.* 47. *nu.*2.

Io:Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

CLericus conuentus pro auocatione pecuniæ sibi à laico Iudice liberatæ est Ecclesiastico remittendus, nu.1. Et de ratione, nu. 2. Sed limita si pecunia fuisset ei liberata sub pacto restitutionis, cui quibus, & quando, & ad omnem ordinem, nu. 3.

*Agens ad distractum repetendum tenetur sequi forum rei possidentis, nu.*4.

*Clericus conuentus pro restitutione bonorum sibi à Iudice laico datorum, est remittendus ad forum Ecclesiasticum, nu.*5. *Sed limita, si ipse possessionem adeptus fuisset cum clausula saluo Iure cuiuslibet, nu.* 6.



AD CAPVT CCVI.

Additio.

1 IStum frequentem punctum, prætèr allegatos hic, pertractant etiam *Consil. Carle. de Iudic. lib.*1. *tit.*1.*disput.*2. *quæst* 7. *section.*3. *in* 1. *tom.* & *Capyc. Latr. decis.* 123. signantèr *nu.*7. *lib.*2. dicentes, quod pro pecunia liberata Clerico à Iudice Sæculari, non potest coram eodem conueniri, pro auocatione, & vendicatione illius, ab anterioribus

2 Creditoribus petita: Quæ opinio ex eo indubitata redditur, quia post obtentam à Clerico pecuniæ liberationem, iudicium suum extinctum est; quandò igitur Creditor anterior comparet, & instat pro auocatione illius, nouam videtur formare litem contrà Clericum, qui propterea merito ad Iudicem Ecclesiasticum petit remitti, vti reus con-

conuentus, per regulam *text. in l. 2. C. de iurisdic. omn. iudic. & in cap. cum sit, & cap. si diligenti de for. compet.* & in diuiduo hoc disponit *Vulpianus in vulgat. l. à Diuo pio* 15. 9. *si post addictum, ff. de re iudic.* ibi. *Si post addictam pignus, aliqua controuersia emptori moueatur, an sit cognitio eiusdem Iudicis, qui sententiam exequutus fuit, videndum est, & cum semel emptio perfecta sit, eiusq; qui sic comparauit periculum versetur, non puto esse locum cognitioni.*

3 Limitat tamen superiorem Conclusionem *cit. Capyc. Latr. d. decis.* 123. *nu.* 8. 9. & 10. si pecuniæ liberatio, non simpliciter, sed cum aliquo vinculo facta fuisset, quemadmodum apud nos indistinctè practicatur, in liberationibus quæ fiunt in concursu Creditorum, nam nunquam exequutioni demandantur, nisi cum cautione de restituendo, cui quibus, & quandò, & ad omnem ordinem, &c. cum enim per cautionem de restituendo fingatur extare pecuniam, vt iam diximus *sup. cap.* 71. *nu.* 14. propterea isto casu, nulla vrget concludens ratio, quarè Clericus pro auocatione conuentus, iudicium declinare possit ad Iudicē Ecclesiasticū, inspecto quod auocabilitèr ei fuit liberata pecunia, & sub vinculo restitutionis, & sic conditionaliter.

4 Vndè in simili videmus, quod agens ad distractum repetendum tenetur sequi forum rei possidentis, *l. 2. C. vbi, & apud quem*, &

5 in specie casus nostri, si clericus possessionem alicuius rei fuerit adeptus ordine iudicis laici, si deindè ab aliquo conueniatur pro reuocatione, seù vendicatione eiusdem rei, iuxtè petit causam ad forum suum remitti, *Menoch. de adipiscenda possessione remed.* 4. *nu.* 476. cuius sententiam strenuè defendit, *Gratian. discept. forens. lib.* 2. *cap.* 238. *num.* 93. cum multis sequentibus, confutato *Peregrin.* contrarium volente *in tractatu de fideicommissi art.* 48. *à nu.* 62. *cum seqq.*

6 Nihilominùs licèt opinio hæc sit alioquin indubitata, tamen non procedit si clericus fuisset inmissus in possessionem illius rei à Iudice laico, non simpliciter, sed cum aliqua clausula suspensiua, vel conditionali, vtputè cum immittitur in possessionem cum clausula, *saluo iure cuiuslibet*, quoniā tunc videtur, quod Iudex laicus reseruauerit sibi iurisdictionem, casu quo alium comparere contingerit, & sub hac qualitate rei possessionem Clerico concessisse. *Peregr. cit. art.* 48. *à nu.* 62. cuius sententiam mordicùs defendit *Censalius ibi in addit. à fol.* 485. *vsque ad* 387. *cit. Carlen. de iudic tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *à nu* 947. *cum seqq. vsque ad nu.* 960. *Ansalt. de iurisdic. par.* 3. *tit. vnic. cap.* 16. *à num.* 15. *vsque ad* 29. *cum seqq. Giurb. decis.* 49. *à nu.* 11. *Barbos. de clausulis claus.* 83. *nu.* 4. & *Capyc. Latr. d. decis.* 123. *à nu.* 8.


Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVdicium deuolutionis emphyteusis Ecclesiasticæ, coram Ecclesiastico Iudice agitari debet, num. 1.

Limita si esset inchoatum coram Iudice Saculari, num. 2.

Coloni, Conductores, & Emphyteutæ Ecclesiæ, pro Canone, & annuis pensionibus, coram quo Iudice debeant conueniri, remissiuè, nu. 3.



AD CAPVT CCVII.

Additio.

1 X quadam solemni Sacræ Rot. Rom. determinatione, concluditur hic, quod Iudicium deuolutionis rei emphyteuticæ alicuius Ecclesiæ, ad illius fauorem, proptèr Canonem non solutum, debeat agitari coram Iudice Ecclesiastico, non verò coram sæculari, quem tali casu esse prorsùs incompetentem, decidit Rot. cui addo *Cuman. cons.* 41. *in princip. Bologni. in addit. ad Anani. cons* 84 *nu.* 7. *Cald. de iur. emphyt. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 24. *Dom. Cardin. Tusch. practic. conclus lit. E. conclus.* 155. *nu.* 4. optimè *Macerat. variar. resol. lib.* 1. *resolut* 30. *resol.* 48. *resolut.* 71. *nu.* 10. & *resolut.* 98. *in princip.* quibus in locis semper pro hac opinione testatur resolutum, & nouissimè quampluribus cumulatis *Ciarlin. contr. forens. lib.* 2. *cap.* 188. *nu.* 2. & 3. qui tamen in *seqq. nu.*

2 conclusionem istam limitat, si iudicium caducitatis seù deuolutionis rei emphyteuticæ alicuius Ecclesiæ, esset inchoatum coram Iudice Sæculari, quia tunc, inquit memoratus *Ciarlin.* coram eodem expliendum esse, nec posse forum declinari, trahiq; causam ad forum Ecclesiasticum, in ludibrium Sæcularis auctoritatis, & iurisdictionis, eiusq; iudicū, coram quibus lis fuit introducta, & cæptum iudicium.

3 Vtrum verò Coloni conductores, & emphyteutæ bonorum Ecclesiæ, pro solutione Canonis, & pensionum, possint coram Ecclesiastico Iudice conueniri, non obstante quod sint personæ Sæculares, & exemptæ à iurisdictione illius, videndi Canonistæ *in cap. si Clericus, de for. compet. Carocc. de locat. & conduct. part.* 4. *tit. de recusat. quæst.* 14. *nu.* 43. *fol. mihi* 206. *col.* 1. *in princip. Grass. de effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 521. *Burgi. de laudem.*

laudem. part. 3. inspect. 1. nu. 6. Nigr. in eod. tract tom. 1. quæst. 17. artic. 2. nu 12. fol. 233. col. 1. in princip. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauf. 4. glos 18. part. 4. nu 11. fol. 473. & cit. Ciarlin. contr. lib. 1. cap. 39. num. 50. & cap. 52. nu. 19.

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.


IVs dicere extrà locum suæ Iurisdictionis nemo potest, nu. 1.

Etiam si alicui inferiori officiali esset à superiori demandatum, quod iustitiam faciat, nu. 2.

Clausula iustitiam faciat quid operetur remissiuè, num. 3.

Facultatem habens conueniendi reum vbiq; locorum, non potest extrà locum suæ Iurisdictionis illum vrgere, nu. 4.

Dictiones vniuersales, pleriq; restringuntur iuxtà subiectam materiam, nu. 5.



AD CAPVT CCVIII.

Additio.

1 IVS dicere extrà locum suæ iurisdictionis neminè posse, iure sancitum est, *in l. fin ff. de iurisdic. omn. iudic. Hippol. de Marsil. singul. 203. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 45. nu. 14. & Reg. Rouit. in pragm. 2. nu. 16. de iurisd. iudic. non turb.*

2 Amplia, vt si alicui, à superiore Iudice mandetur, quod iustitiam faciat, nequit hic cui commissiones diriguntur, vigore illarum, extrà locum suæ iurisdictionis aliquid exercere, quia clausula prędicta regulatur pro ve iuris, & restingitur ad terminos habiles, vt hic concluditur, addo *Crescent. decis. 1. de rescript.* Reg. *Lanar. cons. 37 nu. 8. Mart. de clauf. par. 1. clauf. 66. num. 1. Nouar. in prag.*
3 *collect. 174. nu. 5.* Et latiùs quid operetur clausula, iustitiam faciat, apposita in commissione alicui directa, tradunt *Nouar. decis 49. nu. 2. Rouit. in prag 5. nu. 3. de fid. memorial. & Marant. in Specul. part. 4. distinct. 9. nu. 4. & 5.*

4 Plus dico, etiam si quis haberet in priuilegium facultatem conueniendi reum vbiq; locorum, nec minùs posset extrà locum suę iurisdictionis eum vrgere, *glos.* notabilis, *in l. eum qui 43. vers quocumq; loco, ff. de iudic. in l. si duo, §. 1. vers. Sed & certo, ff. de constit. pecun. & in l. qui loco certo 27. versic. quilibet, ff. de condit. indeb.* & in puncto *Mart.*
5 *vot 96.* Nam plerique, dictiones vniuersales, qualis est dictio, vbique, quicumq; & vnusquisque restringuntur secundum subiectam materiam, & regulantur cum qualitate negotij cui adhęrent, *glos. in l. promittendo, in princip. versic. Conditionisq; in fin ff. de iur. doti. in l. emancipati, vers. loco,* & ibi etiam *Bar. ff de adopt. in l. 2. vers quocumq, C. vbi de ratiocin. agi oporte in l. 1. vers. Quibuscumq,* C. *de fid instrum. in l. 1. vers. habeat vnusquisque C. de Sacrosanct. Eccles. Alex. Soccin. & Ias. in l. 2. §. Prætor ait, ff. qui satisd. cogan. Barbat. cons. 1. col. 5. vers. Et licèt statutum vol 2. & cons. 57. col. 8. versic. Cum ergò Papa, eod. lib. 2. Soccin. cons. 260. col. 10. vers. Sed ad ista, vol. 2. & Bald. cons. 67. col. 2. vers. Nec obstat lib 3.* vbi loquitur de dictione, quandocumq; dicens non semper eam generalitèr capi, sed restringi iuxta qualitatem negotii, cui adiicitur.

Io:Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVdex est suspectus in causa alterius Iudicis, qui per priùs in aliqua causa votum contrà eum præbuit, nu 1.

Iudices duo non possint ad inuicem in eorum causis interuenire, nu. 2

Iudex non potest interuenire in causa illius, qui vti Aduocatus contrà eum patrocinatus fuit, num. 3.

Iudex qui mecum litigauit, vel actualitèr litigat, non potest in causis meis interuenire, num. 4. Etiam lis esset sub nomine dignitatis, vel præcedentiæ, nu. 5.

Inimicitia capitalis oritur ex ciuilibus litibus, num. 6.

Iudex amicus, vel consanguineus inimici mei, non potest in causâ mea interuenire, etiam si litigium non esset immediatè cum inimico meo, nu. 7.

Iudex ex quacumq; inimicitia, etiam leui, dummodò sit probabilis, potest recusari, nu. 8.

Iudex facilius recusatur, quam testis, nu. 9.

Inimicitia qualis esse debeat ad recusandum testem, nu. 10. Et quid in criminalibus, nu. 11.



AD

AD CAPVT CCIX.

Vsque ad Cap. CCXI.

Additio.



Compendiosè tractatur in his tribus Capit. de recusatione iudicium ex capite inimicitię, Quo circà prosequendo in specie ea tantum quę à *Spect. Dom. meo* discutiuntur,
1 dico primò quod *Iudex* non potest interuenire in causa alterius Iudicis, qui per priùs contrà eum in aliquo negotio votum dedit, quia satis ex hoc eius animus presumitur indignatus, & quod tutò, contrarium votum illi sit redditurus, quia vt solet dici, facite, & retribuetur vobis; & eadem mensura qua mensurati estis mensiemini. Vndè in casu
2 contrario dicebat, *Hostiens. in summ. tit. de recusat. iudic. delegat. nu.* 3. quod duo *Iudices* non possunt ad inuicem in suis causis interuenire, quia intèr eos censetur facta tacita pactio, quod alter alteri par votum sit redditurus, proptèr quod *Hostiens.* vbi sup. appellat istos *Iudices* taxionarios, quasi taxatum esset, & connentum intèr eos, tali modo; bona me la fai, & bona te la faccio, idem tenet *Aufrer. in tit. de recusat. testi. nu.* 11. & ità fuisse decisum, iunctis Consiliariis triũ Aularum refert *Thor. in compend. dec. f. verb. Suspictio an obstet Iudici fol.* 532 *col.* 2. *in fin. tom.* 1. & plura etiam in puncto allegat *Capyc. Latr. decis.* 85. *nu.* 2.
3 Dico secundò, quod *Iudex* non potest interuenire in causa illius, qui vel Aduocatus contrà eum patrocinium pręstitit, proptèr probabile odium, quod partes cum contrariis Aduocatis contrahunt *Rouit. in pragm.* 1. *nu.* 55. *de suspict. official.* videndusq; *Bertran. cons.* 150. *vol.* 2.
4 Tertiò à fortiori dico, quod, nec potest Iudex internenire in causa illius cum quo litem habet, vel habuit, ex regula illa, vt is qui mecum litigat, meus Iudex esse non possit *Anton. Corset. in singul. lit. I. verb. Iudex singul.* 3. *Marant. in Spec. part.* 6. *act.* 2. *rubr. & quandoq; appellatur, nu.* 47. *Carauit. rit. M. C.* 258. *nu.* 32. *V iui. decis* 363. *num.* 4. *Spectab. Dom. meus resol. tom.* 2. *cap.* 114. *nu.* 10. & pluries ita refert decisum in Senat. Catalon. *Fontanell. decis.* 14. *num.* 26. & doctè *Reg. Sanfelic. in prax. iudiciar. sect.* 40. *num.* 11. & 12. subdens procedere conclusionem istam, etiam si lis esset sub nomine
5 dignitatis; Hinc Iudex qui cum aliquo pro præcedentia litigauit, non potest deindè interuenire in eius causis, proptèr præsumptam animi alterationem ex causa præcedentiæ, super qua olim inuicem contenderunt, *Sanfelic. vbi sup. in vers. Etiam si lis*, allegans illam celebrem Collateralis decisionem, de qua *Dom. Reg. de Pont. decis.* 30. cuius quoq; mentionem faciunt *Ricc. in collect. decis. par.* 5. *collect.* 1823. *in fin. vers. Sed an recusari possit*, & *Thor. in compend. decis. tom.* 1. *verb Suspe-*
6 *ctus Iudex fol.* 532. *col.* 2. Capitalis enim inimicitia ex ciuilibus cócertationibus intèr partes oriri solet, *Abb. in cap.* 2. *num.* 2. *de iudic. Hyppolit. de Marsil. in l.* 1. *§. Præterea nu.* 23. *ff de quæst. Anan. cons.* 59 *sub num.* 3. *& Gram. decis.* 33. *nu.* 6.
7 Dico quartò, & vltimò, benè posse *Iudicem* amicum inimici mei à me recusari, *Alex. in l. qui iurisdictioni num.* 7. *ff. de iurisdict. omni. iudic. Fului. Paccian. de probat. lib.* 2. *cap.* 40. *nu.* 26. *Marant. in Spec. part.* 6. *act.* 2. *rubr. & quandoque appellatur nu.* 36. *& Rou. in pragm.* 1. *nu.* 62. *de suspict. official.* & fortiùs si esset consanguineus inimici mei, *Abb. in cap. postremò nu.* 6. *de appellat.* etiam si inimicus meus mecum non litigaret, sed faueret parti aduersæ, *Reg. de Pont. d. decis.* 30. *nu.* 8. quia licèt in casibus prædictis, Iudex non sit mihi inimicus taliter declaratus, præsumitur tamen talis ex familiaritate, vel consanguinitate cum inimico meo, sicq; omni iure à causis meis repellendus est, inspecto
8 quod ad effectum vt possit Iudex ex capite inimicitiæ recusari, non est necessaria capitalis, vel magna riualitas, sed sufficit qualiscumque sit, etiam leuis, dummodò fuerit probabilis *Grattan. discept. forens tom.* 2. *cap.* 284. *nu.* 28. *V iui. decis.* 363. *num.* 3. *Reg. de Pont. cit. decis.* 30. *nu.* 4. *cit. Rouit. in d. pragm.* 1. *nu.* 24. *de suspict. official. Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib.* 1. *contr.* 39. *nu.* 43. *cum seqq. & Reg. Sanfelic. decis.* 81.
9 Quò fit vt minor causa requiratur ad repellendum *Iudicem*, quam testem, vt habetur ex *l. apertissimi, vbi Ias. nu.* 7. *C. de iudic. & Reg. Capyc. Latr. decis.* 90. *nu.* 9. *par.* 1. quia vt iam diximus; ex leui inimicitia Iudex re-
10 cusatur, sed ad recusandum testem, opus est capitali, vel magna riualitate *Bald. in auth. si testis productus nu.* 9. *C. de test. Carauit. rit.* 73. *nu.* 9. *Cramm. decis.* 34. *nu.* 27. *& Farinac.*
11 *tract. de test. quæst.* 53. *nu.* 52. Nisi essemus in causis criminalibus, in quibus cum requirantur probationes omni exceptione maiores, admittitur propterea in illis recusatio testium, etiam ex leui, leuissima, vel præsumpta inimicitia, vt ex quampluribus docet, *Farinac. cit. quæst.* 53. *nu.* 53.

Io. Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Reuocatio alienationis feudi, est concedenda vigore Const. Diuæ memoriæ proptèr defectum iuramenti fidelitatis præstiti à non habente potestatem, nu. 1.

Iuramentum fidelitatis non potest præstari à consanguineo pro consanguineo, nec à filio pro Patre, nu. 2.

Potest tamen præstari à quocumq; persona habente mandatum speciale, nu. 3.

Sed intellige hoc verum, consentiente Domino, secùs verò si it vellet personalitèr intueri faciem vassalli sui, nu. 4.



AD CAPVT CCXII.

Additio.

1 ADdo in terminis terminantibus tradita, & decisa per *Dom. Reg. Tapp. decis. S.* C. 3. quò loci refert determinatum in collaterali, iunctis Aulis S. C. admittendum esse venditorem feudi, ad reuocationem venditionis vigore *Const.* Regni, *Constitutionem Diuæ memoriæ*, proptèr defectum iuramenti fidelitatis, quod licèt in illa causa fuisset præstitum, nulla tamen de eo habita fuit ratio, tanquam præstitum à persona non habente potestatem, vt ipse *Dom. Tapp.* aduertit *loc. cit nu. 75.*

2 Quoniam huiusmodi fidelitatis iuramentum adeò debet personalitèr dari, vt nequeat à Consanguineo, pro alio consanguineo præstari, *Bart. in l. vulgò, ff. de in lit. iuran.* plenè *Surd. decis 159. nu. 4. & Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 401. nu. 14.* vel à filio pro Patre, vt satis notantèr docet *Bald. in l. nec filius 7. C. de reb. Cred. & iur. iur.*

3 Est tamen intelligenda conclusio ista, deficiente mandato ad id specialitèr stipulato, sed illo existente, nè dum coniunctus pro coniuncto, & fortiùs filius pro Patre, verum quoque à quauis alia persona posset illud Domino exhiberi, *Alex. in l. qui bona, §. si alieno nomine, nu. 25. ff. de damn. infect. Luc. de Penn. in l. super seruis col. 4. in fin. versic. Sed quid in casu, C. qui milit. poss. vel non, lib. 12 Roman. singul. 807 Iul. Clar. in §. feudum. quæst. 49. nu 13. Surd. cit decis. 159. nu. 7. Marant. in Spec. part. 6. act. 9. rubr. defertur quandoq; iuramentum nu 41. & Nouar. super pragm. collect. 108. nu. 8.*

4 Quod est verum, & indubitatum, sed annuente Domino cui iuramentum præstandum est; Cæterum si ipse discrepetur, puta quia vult personalitèr intueri faciem vassalli sui, velitq; eum monere, mouere, & terrere, tunc quidem non admittitur procurator, etiam cum speciali mandato ad iurandam fidelitatem, *Roman. cit. singul.* 807. sequitur *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. author. 4. nu. 11. versic. Tertiò quod Procurator, Surd. d. decis. 159. sub nu. 17. & 18* & fuisse decisum in Senatu Cataloniæ, testatur *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 10. part. 1. nu. 18. in vers. Quid dicendum*, vbi latè, & doctè præsentem materiam pertractat.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVrisdictio quod sit concessa priuatiuè, vel cumulatiuè, quid operetur, nu. 1.

Iurisdictio in dubio censetur cumulatiuè concessa num. 2.

Iurisdictio inquisitoris in causis hæreticæ prauitatis, est cumulatiua, ad iurisdictionem ordinarij, nu. 3.


Patronus donans alieni ius præsentandi, censetur donasse cumulatiuè ad se, nu. 4.

Iurisdictio Baiulorum est priuatiua ad iurisdictionem Baronum, eiusq; officialium, nu. 5.

A decretis Baiulorum, appellatur ad Curiam Baronalem, nu. 6.

Iurisdictio concessa super certa causarum qualitate, certoque personarum genere, est priuatiua ad alios officiales superiores, nu. 7. Sicuti etiam iurisdictio, concessa limitatiuè, & cum verbis taxatiuis, nu. 8.

Dohanerius Regiæ Dohanæ Menopecudum Apuleæ, in causis suorum officialium, & subditorum habet priuatiuam iurisdictionem in prima instantia, actiuè, & passiuè, quò ad omnes alios Iudices inferiores, & superiores, & ità generali decreto decisum per R. C. nu. 9. Et quarè contrarium determinauerit S. C. num. 10. Et quid in causis Neapolitanorum, nu. 11. & 12.



AD CAPVT CCXIII.

Additio.



1 NOn modicum disputata quæstio proponitur in præsenti Capite discutienda, verum nempè iurisdictio alicui tributa, cumulatiuè, an verò priuatiuè ad superiorem Iudicem concessa dica-

dicatur? Effectus, est maximus, siquidem si dicimus cumulatiuè concessam fuisse, & eo casu respectu superioris Iudicis, ad inferiorem, erit locus præuentioni; Sin autem priuatiuè concessam esse fateamur, & tunc præuentio cessabit, & prohibit penitùs talis iurisdictio prorogari, in præiudicium eius, cui concessa fuit, ità magistraliter declarat, *Foller. in prax. crim. in 1. part rubr. Audiantur excusatores nu. 68.*

2 Modò ad propositam controuersiam deueniendo, pro indubitato concludo, quod in dubio, semper iurisdictio cumulatiuè censetur concessa, vt pro regula constituunt prętèr antiquos *Ann. singul.* 631. idem *allegat.* 52. *nu.* 53. *Foller. loc sup. cit. nu* 67. *Grammat. decis.* 30. *nu.* 1. *&* 9. *Cancer. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 221. *Gratian. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 154. *nu.* 35. *& tom.* 2. *cap.* 270. *num.* 13. *Fontanel. decis.* 293. *num.* 12. *Mart. de claus. part.* 2. *claus.* 7. *nu.* 17. *Cald de mod. articul. glos. vnic.* §. 2. *nu* 74. *versic. & licèt iurisdictio fol. mihi* 154. *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *num.* 28. *tit. vbi de delic. quis conuen. debe. Thor. vot. decis.* 93. *nu* 33. *Caualer. decis. Rot. Rom.* 617. *nu.* 3. *& Peni. decis. eiusd. Rot* 260. *nu.* 2. *&* 3.

Probatur ista communis conclusio, primò per *text. in cap. dudum* 14. §. *nos igitur de præbend. & dignit. in* 6. ibi. *Nos igitur attendentes, quod & si memorato Episcopo prædictā concessimus potestatem, penès nos tamen nihilominùs remansit maior.*

Et meliùs secundò ex *text. in cap. per hoc* 17. *de hæret. in* 6. ibi. *Per hoc quod negotium hæreticæ prauitatis, alicui, vel aliquibus, ab Apostolica Sede generalitèr in aliqua Prouincia, Ciuitate, vel Diæcesi delegatur, Diæcesanis Episcopis, qui & ipsi authoritate ordinaria, vel delegata si habent, in eodem procedere valeant, nolumus derogari.*

3 Ex quo *tex.* satis manifestè elicitur, quod per delegationem factam alicui Inquisitori super cognitione hæreticæ prauitatis, non adimitur ordinario loci, facultas inquirendi super eodem Crimine, & sic quod iurisdictio delegato concessa, dicatur data, non priuatiuè, sed cumulatiuè, respectù ordinarij loci illius, sicut aduertit *Francis. Pegna in prax. inquisit. lib.* 2. *cap.* 62. §. 3.

4 Aliudq; exemplum deducitur ex *Rot. Rom. decis.* 365. *num.* 8. *part.* 1. vbi habetur, quod donatio alicui facta à Patrono de iure præsentandi, non quidem priuatiuè facta censetur, sed cumulatiuè ad se ipsum, ità vt non prohibeatur defuncto Rectore, in præsentando præuenire, idem tenet *Ricci. collect.* 1545. *vers. & de patrono, part.* 5. *& cit. Grat. discep. tom.* 2 *cap.* 270 *nu.* 15. vbi alia exempla inuehit.

5 Verum vt ad rem deueniamus, limitanda est superior communis conclusio in iurisdictione baiulatus, quam omnes ferè vniuersitates huius Regni solent ex priuilegio habere, pro cognitione damnorum, aliarumque causarum parui momenti; hanc enim Baiulorum iurisdictionem priuatiuam esse ad Barones, eorumq; officiales, concludit in præsenti *Spectab. Dom. meus*, cui addo in puncto *Petr. Foller. in Const. Iustitiarij nomen, & normam num.* 116. Cum hoc tamen, quod vbi
6 Baiuli grauamina inferunt, ab eorum decretis appellari debeat ad Curiam Baronalem, vt ex quampluribus probat idem *Dom. meus tom.* 2. *cap.* 39. *nu.* 2. *& lib.* 3. *allegat* 74 *nu.* 11. *&* 12. addo *Camill. de Medic. cons.* 151. *sub nu.* 30. *cum seqq. in vers. Et demum, Rendell. de Pasq. part.* 1. *cap* 9. *vers à sententia Baiuli Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4 *glos.* 10. *part.* 2. *nu.* 14. *fol.* 263. & conferunt tradita per *Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libell. rubr.* 12. *nu.* 23.

7 Ee corroboratur limitatio, siquidem semper quod alicui conceditur iurisdictio, non grueraliter, sed in specie super certa causarum qualitate, certoq; genere personarum, tunc indistinctè priuatiuè censetur concessa *Franch. decis.* 422. *nu.* 7. *Molfes. ad Consuet. tom* 3. *part.* 11. *quæst.* 7. *nu* 92. *Consiliar. Georgi. allegat.* 48. *nu.* 4. *vers. corroboratur propositio*, latè *Reg. Rouit cons* 60 *vol.* 2. *Thor vot decis.* 25. *nu.* 45. *&* 51. pluraq; inuehit *Ricc. collect. part.* 2. *collect.* 392. quidquid in contrarium velit *Deci.* quia contrà eum vrget communis opinio, quam nouitèr approbat ex *Amat. Dom. Consiliar. Statban. resol. forens. lib.* 1. *resol.* 37 *nu.* 10.

8 Quemadmodum etiam, quando iurisdictio conceditur limitatè, cum verbis, & dictionibus taxatiuis, nam tunc dicitur concessa priuatiuè *Foller. in dict. prax. rubr. Audiantur excusatores num.* 67. *Cancer. variar. resol. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 222. *&* 223. dicens contrariam sententiam esse falsam, ex *Rip. tract. de pest. tit. de remed. praseru. num.* 62. traditq; *Escob. de ratiocin. cap.* 7. *nu* 48.

9 Neque tandem omittam hac occasione, mentionem facere de iurisdictione, & priuilegijs Regiæ Dohanæ Menopecudum Apuliæ, cuius Dohanerius in prima instantia, actiuè, & passiuè, tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus cognoscit de omnibus causis suorum subditorum, & officialium, qui vulgò locati Regiæ Dohanæ nuncupantur, priuatiuè ad omnes Iudices, tàm superiores, quàm inferiores, cum expressa derogatione, *l. vnic C. quand. Imper. &c* vt fuit decisum per R. C. in anno 1657. Referente *Spectab. Dom. meo*, tempore quo in dicto Tribunali meritissimi Præsidis munere fungebatur, & cum eo interuenientibus Ill. ac Spect. Dom. D. Gaspare de Sobremonte, supremi Consilij Castellæ & Italiæ Regente, ac in dicta R. C. olim Locumtenente, Dom. Consiliario Io. Baptista Amendola Præside Decano,

Dom. D. Stephano Garrillo de Salsedo, ad præsens Regente meritissimo, ac dictæ Regiæ Dohanæ Præfecto, Dom. D. Didaco Viloa. Dom. Consil. D. Didaco Moles, & Dom. Præside Io. Dominico Astuto; eisq; supradictum decretum tenoris seqq. vz.

Die 12. Septembris 1657. Neap.

In causa in Regia Camera introducta pro parte Vrsolæ Guadagno virginis in Capillis, contrà V. I. D. D. Antonium, & D. Io. Baptistam de Angelis fidatos Regiæ Dohanæ Menopecudum Apuleæ, carceratos in carceribus ipsius, ex causa homicidij commissi in personam quon. Marij Guadagno, fratris dictæ Vrsolæ, pro vt ex prouisionibus per Reg. *Camer.* expeditis sub die 29. mensis Iunij proximè præteriti, ad Reg. Dohanam directis, pro transmissione informationis, contrà dictos de Angelis, per ipsam captæ ex causa dicti homicidij, stante electione fori facta per dictam virginem in Capillis, vt ex dictis prouisionibus fol. 1. apparet.

Visis scripturis in actis præsentatis. Per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis, Præsidentem Regiæ Cameræ, & causæ Commissarium, factaq; per eundem relatione in dicta Regia Camera, coram Spectabili Regente Dom. D. Gasparre de Sobramente, Locumtenente, & alijs Dom. Præsidentibus ipsius; Audito Dom. Io. Hieronymo de Filippo Regalis Patrimonij Fisci Patrono, fuit per dictam Regiam Cameram prouisum, & declaratum; Regiam Dohanam Menopecudum Apuleæ in prima instantia, actiuè, & passiuè in subditos suos cognitionem habere omnium causarum Ciuilium, Criminalium, & mistarum priuatiuè quò ad omnes alios Iudices, tàm inferiores, quam superiores, etiam cum derogatione, *l. vnic. C. quand. Imperat. int. pupill. vel. vid. vel miserab. person. cognosc. & ne exhibeant.* Ac proindè in causa homicidij commissi in personam quon. Marij Guadagno eadem Regia Dohana procedat, & iustitiam faciat, fori electione facta in hac Regia Camera, per Vrsolam Guadagno, virginem in Capillis, sororem dicti quon. Marij. non obstante, hoc suum. Donatus Antonius de Marinis, Processus est in Banca Francisci de Luca pro Magif. Act. Padula Scriba.

10 Et quamuis contrarium fuerit decisum per S. C. in causa inter Dom. Iosephum Ragone, cum Mag. Marcello Ioannino locato dictæ Regiæ Dohanæ Menopecudum Apuleæ, cui sub die 18. Iunij 1660. fuit denegata petita remissio ad dictam Regiam Dohanam, ad relationem Dom. Consiliarij Pauli Iannattasii, quo etiam referente fuit idem decretum confirmatum, sub die 13. Septembris eiusdem anni, non obstante quod pro parte dicti Ioannini fuisset exhibitum supra mentionatum generale Reg. Cam. decretum, vt ex Processu in Banca Lict.; Nihilominùs, vt audiui ideò ità S. C. determinauit, quia causa prædicta iam diù fuerat in eo introducta, & dictus Marcellus conueniebatur vt hæres Patris, Sic q; igitur cum casus euenerit, nullo pacto à decisis per R. C. recedatur.


11 Tanto magis quia in casu duriori legimus practicarum, vt pro causis tangentibus ipsam Regiam Dohanam, eiusq; Patrimonium, consistens in herbagiis, & pasquis, Dohaneius adeò priuatiuam iurisdictionem habeat, vt trahat etiam Neapolitanos, ad suum Tribunal, non obstantibus eorum notoriis priuilegiis, maximè in materia fori, vt trahantur, & non trahantur, *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 4. §. 8. à nu. 49. cum seqq.* & signantèr *nu. 50.* cuius doctrinam ità intelligit *Consil. Carle. de iudic. tom. 1. disput. 2. quæst. 6. sectione 8. in 4. limit nu 687 fol. mihi 280.*

12 Verum quando lis est inter Neapolitanum aliquem, & officialem dictæ Regiæ Dohanæ, pro priuato contractu, & negotiatione, eo casu priuilegium Neapolitanorum remanet in suo robore, ità vt officialem illũ, qui alio nomine locatus appellatur, ad Tribunalia huius Ciuitatis trahat, vt sæpè, ac pluries refert determinatũ *Thor. in compend. decis. tom. 3. part. 2. verb. Neapolitani Ciues. fol. 133 col. 1.* Sed aduerte quia videtur etiã in hoc casu contrarium prouisum per memoratum generale Regiæ Cameræ decretum, ideò cogita.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

PRocurator constitutus cum pacto de non reuocando, potest adhuc ad libitum reuocari, nu. 1. Etiam si iuramentum interuenisset, ibid.
Et constituta pæna in casu reuocationis, nu. 2.



AD CAPVT CCXIV.

Additio.

1 


Ddo eantum, quod Procurator constitutus cum pacto de non reuocando, etiam cum iuramento, potest ad libitum reuocari, quia pactum illud, vel contrà libertatem, reputatur inuali-

inualidum, & illieitum, *glos. in cap. fin. vers. reuocatus de procur. in 6. Bart. in l. cum præcario, ff. de præcar. Angel. in l. Sticchum, §. vsumfructum nu. 3. ff. de solut.* idem *cons. 225. per totum, Felin. in cap. si diligenti num. 3. de præscipt. & in cap. si diligenti col. 10. num. 32. in fin. versic. Primum corollarium de for. compet. Alex. cons. 18. nu 7. vol. 2. Gaballin. Milleloq.* 247. & magistralitèr de more
Dom. *Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1.*
2 *contr. 60. num. 1. cum seqq.* Et procedit ista
communis sententia, etiam si fuisset procurator constitutus, cum pacto de non reuocando, sub certa pæna, quia poterit adhùc renocari ad libitum, nec pæna committitur, ex theorica *Dec. in l. si quis in conscribendo nu. 20. in fin. C. de pact.* & in terminis *Angel. in d. l. Sticchum, §. vsumfructum, ff. de solut. & in cons. 222. per totum.*

Io. Leonardus Redoerius.

SVMMARIVM.

IVrisdictio eadem pluribus competens, non potest inter eos diuidi, nu. 1.
Vassallorum interest, nè iurisdictio diuidatur, n. 2.
Iurisdictio pluribus dominij iure competens, potest ab eis insolidum exerceri, nu 3.
Vassallorum interest vnicũ habere dominum, n. 4.
Vassalli possunt plures eiusdem iurisdictionis dominos ad se concordandum compellere, nu. 5.
Iurisdictio pluribus competens, debet intèr eos diuidi, diuisione alternata, nu. 6.
Episcopalia iura alternis vicibus exerceri debēt à duobus ordinarijs, si aliqua Ecclesia sita reperiatur in confinio duarum diœcesium, nu 7.
Seruitus aquæ ducendæ pluribus competens, debet diuidi, diuisione alternata, vt ea tanto tempore vnus vtatur, & totidem alter, nu. 8.



AD CAPVT. CCXV.

Additio.

1 CErtum est de iure; quod si vnica, eademq; iurisdictio pluribus competat ea non potest intèr ipsos diuidi, ad *tex. in l. 1. §. si vsusfructus, ff. ad leg. falcid. Bart. in l. intèr tutores nu. 6. ff. de administ. tutor. Innocent. in cap. prudentiam de offic. delegat. Old. ad cons. 121. nu. 16. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 396. nu. 9. Consiliar. Georg. allegat. 40. nu. 10. vers. Decimò concludit, Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 1. nu. 64. Reg. Sanfelic. decis. 340. & Camill. de Medic. cons. 147. nu. 22. cum*
2 *seqq.* Quò loci magistralem rationem reddit quoniam plurimum vassallorum, subditorumq; refert, nè iurisdictio diuidatur, proptèr incommodum, quod de facili ex diuisa iurisdictione resultat, *ad tex.* notabilem *in*
3 *Can. in Apib. 2. quæst. 1. Et* propterea per DD. concluditur, vt cum pænès plures, vnica eademq; iurisdictio, dominij iure reperitur, exercitium illius eorum singulis insolidum competat, *per tex. in l. via 17 ff. de seruit.*
4 Verum quoniã ex hoc etiam aliud resultat inconueniens, siquidem ipso facto quod plures sunt eiusdem iurisdictionis Domini insolidum, plures consequentèr Dominos subditi recognoscere coguntur, & tamen eorum interest vnicum tantum habere Dominum, per *tex. in l. Imperialem, §. Præterea Ducatus de probib. feud. alienat. per Federic. Andr. in cap. 1. §. ex eadem lege nu. 10. de leg Corrad.* & alij quos cumulat *cit. Dom. Camill. de*
5 *Medic. cons. 147. num. 24. & 25.* Idcircò ad euitandum inconueniens hoc, licitum est vassallis, subditisq; plures eiusdem iurisdictionis Dominos, ad intèr se concordandum prouocare, compellereq; ex notatis *in l. huiusmodi legatum, §. si is cui.* vbi optimè *Bart. in vers. si verò, ff. de legat. 1. & per Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 19. nu. 4.*
6 Concordia autem ad effectum prædictum, tali pacto fieri debebit, vt nempè plures eiusdem iurisdictionis Domini, eam intèr se diuidant, diuisione tamen alternata, vt per annum vnus exerceat, & pro alio alter, vt hic concludit *Spectab. Dom. meus,* cui addo *Bar. in d. l. intèr tutores, ff. de administ. tutor. Felin. in d. cap. prudentiam nu. 3. & 5. de offic. delegat. Alex cons 25. Attentis narratis vol. 5. Deci. cons. 249. in casu de quo quæritur col. 2. in princip. Crauett. cons 313. in princip. & cons. 995. nu. 19. vers. Respondetur, Roland. à Vall. cons. 80. nu. 17. vol. 1. Curt. tract. feud. par. 4. quæst. 30. Boer. tract. de Custod. Claui. à nu. 61. vsque ad 66. Iacob. de S. Georg. tract. de Rodijs nu. 51. Petr. de fideicom. quæst. 8. in addit. post nu. 530. cum seqq. vers. nunc videndum est, Cenall. commun. contr. commun. quæst. 248. num. 55. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 552. nu. 38 Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 9 part 2. num 22. fol 143.* vbi sic refert per Senatum Cataloniæ determinatum *Georg. d. allegat. 40 nu 35.* & omissis aliis *D. Consil. Marcian. cons. 9. nu. 29 vol. 2.*
7 Hinc in simili habemus, quod si Ecclesia aliqua sita reperiatur in confinio duarum diœcesium, absque quod iurisdictioni alterius tantum addicta sit, ad tollendas controuersias possunt in ea alternis vicibus Episcopi

scopi diœcesium illarum exercere intra Episcopalia, vt determinauit notabilis *glos. in Can. licèt in fin. 16. quæst. 3.*

8 Et iterum tandem, si duobus, vel pluribus seruitus aquæ ducendæ concessa sit, vt nequeant eodem tempore omnes ea vti, debent ad alternatam diuisionem deuenire, vt tanto tempore vnus, & totidem alter ea seruitute potiatur, *ad tex. in l. cum constet 5. ff. de aqu. quot. id. & æst. cum glos. ibi, in vers. Ius aquæ & in l. arbor 19. §. fin. versic. Aquarum, ff. com. diuid.*

Igitur conueniens est, vt eodem modo iurisdictionis exercendæ ius, pluribus competens, inter eos diuidatur, sicuti dictum est.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVS, siuè actio superueniens actori lite pendente, ex causa de præterito, conualidat iudicium sine nouo libello, nu. 1. Sed quandò hoc procedat, num. 11.

Ius superueniens pendente iudicio, retrotrahitur ad tempus petitionis, nu. 2.

Iudicium super feudo intentatum, conualidatur, si lite pendente assensus impetretur, nu. 3.

Assensus retrotrahitur ad tempus contractus, nu. 4. Et quandò secùs, nu. 5.

Emphyteutæ petenti rei caducitatem, ob defectum à solutione, prodest tempus decursum lite pendente, nu. 6.

Creditori petenti liquidationem, ob cessationem à solutione tertiarum, prodest mora contracta lite pendente, nu. 7.

Rescissio contractus ex falsa assertione, non est concedenda si lite pendente conuentus efficiatur res dominus, nu. 8.

Conuentus in actione hypothecaria, debet absolui, si lite pendente obtineat cessionem iurium à Creditore anteriore, nu. 9.

Ius quomodolibet reo superueniat lite pendente, ei prodest ad obtinendam absolutionem, nu. 10.

Iudici nō spectant tractus futuri temporis, nu. 12.

AD CAPVT CCXVII.

Additio.

1 Vod ius superueniens actori lite pendente, ex causa de præterito, conualider iudicium, sine nouo libello, iure receptissimum est, per *text. in l. si in rem, §. fin. ff. de pignor. action. & in l. si mandauero tibi, ff. mandat.* nec non est communis opinio DD. per *Alex. cons. 127. viso instrumento num. 4. vol. 5 Capoll. in tract. de actiou. redhibit. cap. 591. nu. 6. Negusant. de pignor. membr. 1. 8. part sub nu. 37. vers. Et ratio, Riminald. cons 39. nu 38. & cons. 388. num. 26. Molin. de Hyspan. primog. cap. 14. nu. 4. Crass. de effect. Cleric. effect 1. nu. 192. cum seqq. Alban. cons. 165. nu. 10. & 13. vol 1. Gratian. discept. forens. tom. 3 cap. 531. num. 13. & 14. & tom. 5. cap. 903 nu. 22. Cappell. Tholos. decis. 30. Randens variar. resol. cap. 3. nu. 20. Ann. cons 39. n. 66. Surd. decis. 44. nu. 22. Dom. meus Consil. Hodier. ad eundem Surd. decis. 6. nu. 2 Reg. Ronit. cons. 37. nu. 17. vol. 2.* & omnium meliùs *Dom. Consil. Paul. Staiban. resol. forens. lib. 1. resol. 13. à num. 14. ad fin.*

2 Quia licèt actio tempore petitionis non competat, si tamen lite pendente superueniat, retrotrahitur, & reddit iudicium à principio validum, ac fundatum, *Alex. in l. si seruum nu 5 ff. si ex noxal. caus. agat.*

3 Hinc si quis super feudo litem excitauerit, eaq; pendente obtineat assensum (etiam post conclusum in causa) conualidatur actio, & cōsequēter iudiciū, vt rectè illud valeat prosequi sine nouo processu, ferriq; sententia in eisdem actis, vt refert decisum *Capyc. in snur si feudal. verb feudorum exequutiones fol. 195. col. 1. vers. Et quid si actum.* & iterum

4 latissimè *R. g. Lanar. co s. 17.* quia assensus retrotrahitur ad tempus contractus, & habetur perinde si a principio fuisset imperratus *Camerar. in l. Imperialem lit. C. de probib. feud alienat. per Federic. fol. 28. cit. Capyc. decis. 181. num. 16. & Lanar. loc. cit. num. 10.*

5 dummodò tamen per istam retrotractionem non inferatur præiudicium alio Creditori, cui iam fuit ius quæsitum per anteriorem assensus impetrationem, ad tradita per *Afflict. decis. 286.* cum aliis plenè cumulatis per *cit. Dom. Staiban. d. lib. 1. resol. 1. nu. 77.* & conferunt notata per *Cenall. commun. contr. commun. quæst. 606. nu. 26.*

6 Pariter si directus alicuius rei dominus, litem contrà emphyteutam super caducitate & illius deuolutione moueat, propter cessationem à solutione Canonis, prodest ei ad victoriam illud interuallum temporis, decursi lite pendente, licèt à principio bienniū, vel trienniū non esset expletum, *cit. Capyc. decis. 16. sub nu. 6. vers. Sed de hoc Putc. decis. 426.* vbi sic refert decisum per Rot. Rom. & iterum per Senat. Mantuanum, *Surd. decis. 6.* & ibi locupletissimus *Dom. Hodier. Verall. decis. 299. part. 1.* & omissis aliis *Giurb. decis. 17 nu. 6.*

7 Non omittam tradita per eruditissimum *Francis. de Petr. cons. 41.* quo loci refert per S. C. determinatum, benè posse ad liquidationem instrumenti deueniri, ex defectu à

solu-

solutione tertiarum, licet tempore petitæ liquidationis mora non esset à debitore contracta, si tamen pendente lite contrahatur; & sic per ius superueniens ex mora commissa post cæptum iudicium, conualidatur præcedens petitio, sine nouo libello, concordat *Reg. Rouit. in pragm. 1. nu. 43. tit. de cession. bonor.* & nouissimè *R. P. Affl. contr. forens. cap. 13. nu 54. in appendic.*

8 Procedunt etiam supradicta respectu rei; Nam si quis ad restitutionem pecuniæ mutuatæ conueniatur, & sic in Iudicio rescissionis contractus, ex capite falsæ essertionis, eò quia res quam hypothecauit aliena est, vel alteri oneri obnoxia, debet absolui, si lite pendente rei Dominus efficiatur, vel eam ab onere anterioris hypothecę liberauerit, *Alex. in l. filiam 56. nu. 2. ff. ad Trebell. & Francis. de Amic. in tract. feud. fol. mihi 94.* Aliudq;

9 exemplum ponitur in tertio possessore conuento hypothecaria, qui si pendente lite cessionem obtinuerit ab alio anteriore Creditore, propter illud ius superueniens, debet absolui, nam excludit posteriorem, repræsentando iura potiora, sibi vt supra cessa, ad *text. in l. in rem* 18. cum ibi notatis, *ff. de compensat.* Sicq; vt concludamus, nè dum

10 actori prodest ius superueniens lite pendente sed etiam reo, cum hac etiam disparitate, vt actori profit, dummodò superueniat ex causa de præterito tantum (vt diximus) reo autem sufficit quocumq; modo ei superueniat, pro obtinenda absolutione ab impetitis per actorem *Fab. in Cod. lib. 7. tit. 2. defin. 35. Cæsar. Manent. decis. 12. num. 24. & Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 17. in fin.*

11 Item tandē, tunc actio superueniens actori lite pendente, ei prodest ad conualidandum iudicium sine nouo libello, si tamen non fit expressum in eo, quod actio, & ius de futuro competit, vt refert decisum *Giurb. decis. 17.* Cæterum si id Iudici actor denunciauisset, tunc nullo pacto conualidatur iudicium, *Dom. Hodier. d. decis. 6. nu. 3.* quia in hoc secundo casu, omnia acta à principio sunt nulla nam Iudex scienter sine actione ad vlteriora processit, & sic non cōualidantur, licèt actio indè superueniat, ex regul. *text. in l. quod ab initio, ff. de regul. iur.*

12 Nam Iudici tractus futuri temporis non spectant *Paul. de Castr. in l. non quemadmodum 35. ff. de iudic. Alex in l. 1. §. si quis ita nu. 18. ff. de verb. obligat. Osas. decis. 130. nu. 15. Surd. decis. 120. nu. 5. Pappon. consi. 22. nu. 12. & 13. Suar. allegat. 3.* & plenè *Fontanel. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 18. part. 4. nu. 19. fol. 474.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVS *deliberandi in filio quanto tempore duret, distinguitur, nu. 1. & 5.*

Ius deliberandi transmittitur ad hæredes, nu. 2.

Sed non transit in fiscum successorem ex confiscatione, nu. 3 Author tenet contrarium, nu. 4.

Tempus continuum currit etiam ignoranti, nu. 6.

Filius exclusus ab hæreditate Patris per titulum vndè liberi, admittitur per titulum vndè legitimi, & vnde agnati, nu. 7.

Adeundi ius ex titulo vndè legitimi, vel vndè agnati, quanto tempore duret, nu. 8.



AD CAPVT CCXVIII.

Additio.

PRæter ea quæ hic *per Spectab. Dom. meum* copiosè, & subtilitèr enucleatur, distinguo breuitèr tempus vtile à tempore continuo.

1 Vtile tempus vnius anni est, in hærede suo; Hinc filius cui Paterna hæreditas delata fuit, vtilem annum habet ad deliberandum, si vel nè velit adire, & currere incipit annus iste à die scientiæ delatæ hæreditatis, per *text.* in vulgat. *l. cum in anti-*

2 *quioribus 19. C. de iur. deliber.* Adeò quod si anno non dum expleto, ac hæreditate non adhùc adita decedat, residuum tempus ad hæredes suos, vel etiā extraneos transmittit, qui possunt ex persona defuncti, deliberare, & sic adire, vel repudiare hæreditatem prædecessori delatam, vt in *ead. l* sancitum est, vbi *Ias. nu. 5. Alex. cons. 86 sub nu. 1 vol. 2. in vers. nec minus vol. 3. Gomes. variar. resol. lib. 1. cap. 9. sub num. 51. vers. Aliquandò, & tertiò. cum seqq. & Cardin. Caualer. decis. Rot. Rom. 504. nu. 8.*

3 Animaduertit tamē *Raph. Cuma in l. si quis mihi, § si quis planè, ff. de acq. har.* quod tale ius deliberandi non transmittitur in fiscum, ad quem deuoluta fuerunt bona eius, cui delata erat hæreditas, & pro ratione dicit, quia transmissio ista fit in hæredem, ergò non fit in fiscum, qui non dicitur hæres confiscati.

4 Ego tamen contrarium teneo, quia non est simplicitèr verum, quod ius deliberandi ad solos hæredes transmittatur, cum & in successores etiam transeat, vt inquit *Alex.* infrà allegandus, & fiscus cum succedit alicui ob confiscationem, dicitur eius successor *l. 2. C. ad leg. Iuli. de vi public.* Igitur in fiscum ius deliberandi transire debet, ita vt benè

benè possit ex persona prædecessoris, hæreditatem ei delatam adire, vt latissimè defendit contra Cuman. *Alex.in d.l.si quis mihi, & sequuntur Emanuel Suar. ad Gomes. loc. sup.cit. in vers. nam tunc lit. M. Eman. à Costa in repet. l. Gallus, §. & quidsi tantum, par. 2. num. 178. cum seqq. ff. de liber. & posth. & Peregr.de iur. fisc. lib.5.tit.1. nu 84.*

5 Continuum verò tempus est 30. annorum, intra quorum spatium filius cui paterna hæreditas delata est, eam adire, vel repudiare potest ad *tex. in l. licet, cum glos.* ibi *C. de iur. delib. Io. Guttier. in repet. text. in §. sui, nu. 108. inst. de hæred. qualit. & differ. Gabriel. de præscript. conclus.8. & 9. Bilot. consult.7. nu.5. cit. Cavaler. decis. Rot. Rom. 346. nu.2. & Peni. decis.386.nu.5.*

6 Et dicitur continuum tempus, quia currit filio, etiam ignoranti, ad differentiam anni vtilis, qui (vt diximus) currit à die scientiæ, *glos. in d. l. licet,* quam esse communiter receptam, testatur *Put. decis. Rot.54. nu.2. lib. 3.* aliosq; cumulat *Marant. in repet. l. nemo potest nu. 267. de acquir. hæredit.*

7 Sed nihilominùs aduertatur, quod licèt elapsis 30. annis, filius etiam ignorans à paterna hæreditate excludatur, est tamen hoc verum, si vellet ipse venire per titulum vndè liberi; Cæterum quia supersunt alia remedia, nempè titulus vndè legitimi, & vndè agnati, ad *tex. in l.1. C.de success. edict.* non prohibebitur filius his remedijs, hæreditatem paternam petere, nouissimè *Capyc. Latr. decis.80. nu.4.part.1. & Thor. in compend.decis.tom.3.*

8 *verb. Ius adeundi fol. 632. col. 1.* Idemq; ius adeundi ex titulo vndè legitimi, &, vndè agnati, durare per alios 30. annos, concludunt *Gabriel in supracit.conclus.9 num.7. de præscript.* & sequitur *Peni. d.decis.386.nu.9.*

Io:Leonardus Rodoerius

SVMMARIVM.

CReditor posterior aduersùs anteriorem habet ius offerendi, nu. 1. Etiam si fuisset ei iudicialiter facta rei adiudicatio, nu.2.

Ius offerendi cessat post adiudicationem, nu.3. Sed quandò hoc procedat, nu. 4.

Offerendi iure vti volens, totum debitum offerre tenetur, nu.5. Vna cum interesse decursi, nu.6.


Tertius possessor conuentus hypothecaria, habet ius offerendi aduersùs Creditorem agentem, nu. 7. Antè tamen apprecium, & rei consignationem, nu. 8. Et tenetur totum debitum offerre, & quandò secùs, nu. 9.

Ius offerendi cessat, facta venditione Iure Creditoris anterioris, nu.10. Ecquid si esset facta iure Creditoris posterioris, sed pretium fuisset libe-ratum Creditori anteriori, nu.11.

Mulieri petenti assecurationem, non potest opponi ius offerendi, nu 12. Sed limita, vt nu. 13.

Iuri offerendi quanto tempore præscribatur, quod duret perpetuò, nu.14. Sed melior opinio est, vt duret 30. annis, ibid.

Actus facultatis in ius deducibilis 30. annis præscribitur, nu.15.



AD CAPVT CCXIX.

Additio.



1 Istinguendo in hac materia procedendo, sequentes frequentiores conclusiones sunt notandæ; Prima conclusio est, vt possit Creditor posterior, anteriori creditum offerre, & rem debitoris obtinere, *ex tex. in l. cum prior. ff. de distract. pignor. & in l.1. C. si antiq. Credit.* plenè *Osasc. decis. Pedam.135. num.1. Meno.h. de præsumpt. lib.3. præsumpt.121.nu.4. & Barbat. in pragm. affiflentiam glos.12. nu. 164. de affist.*

2 Et procedit regula ista, etiam si anteriori Creditori, per decretum Iudicis facta esset bonorum debitoris adiudicatio, quia adhùc data de hoc posterioris Creditoris ignorantia, poterit iure offerendi iuuari, remq; de manu illius eximere, vt latissimè probat *Consiliar. Ari. de Mis. varia.resol.lib 1 cap.6. & 8.*

3 Opinio verò contraria, vt post factam rei adiudicationem, non sit amplius locus iuri offerendi, quam tenent *Bart. in l. si finita, §. Iulianus nu.53 ff. de damn.infect. Afflict. decis. 187. & Cæsar Maiest. decis. Mantuan. 12.*

4 *nu. 16. & 17.* procedit quandò posteriores Creditores fuerunt citati in actu adiudicationis anteriori faciendæ & passi fuere eam effectum sortiri, spreto iure offerendi, vt ex *Thesaur.* docet hic *Spectab. Dom. meus, nu. 8. in fine.*

5 Est tamen notandum, quod quandò Creditor posterior proponit aduersùs anteriorem ius offerendi, tenetur et integrum creditum soluere, neque obtinebit si offerat solam æstimationem rei super qua contenditur, *Alex. in l. qui Romæ 122. § cohæredes s.u. 12. ff. de verb.obligat. Maron. de iur. offeren par. vltim. nu.68. Fontanell. de pact nuptial.tom.2. claus. 7 glos.2.part.6.num 26 fol.439. Manenr. cons. 125.nu.1. & 22.* & remissiuè *Ricc.collect.11. verf. An posterior part. 1.*

6 Imò vultià debitum sortis, tenetur etiam ei offerre tertias medio tempore decursas, & non solutas, *l.3. circà fin. ff de distract. pignor. Franch. decis.12. nu.* & ità fuisse decisum iunctis

iunctis suis, testatur *Reg. Lanar. cons. 19. per totum.*

7 Secunda conclusio est, vt possit tertius possessor conuentus hypothecaria, offerre actori debitum, & pænes se rei dominium conseruare, *ad text. in l. mulier 20. ff. qui potior. in pignor. habean. l. Paulus 12. §. qui pignoris, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Franch. decis. 34. nu. 3 Surd. de alim. tit. 7. quæst. 16. nu. 70.* idem *decis. 174 num. 22. Negusan de pignor. part. 5. membr. 3. nu. 28. & Dom Hodier. ad cit. Surd.*

8 *decis. 173. nu. 2.* dummodo tamen conuentus hypothecaria eo offerendi iure vtatur antè apprętium, adiudicationem, & rei consignationem, *cit. Barbat. in d. pragm. assistentiam glos. 2. nu. 26. tit. de assist.*

9 Et in hoc est notanda vnica singularis differentia, nam si tertius possessor, qui hypothecaria conuenitur, nullas fecisset in re per eum possessa meliorationes, teneretur ad dimittendum Creditorem agentem, offerre ei totum eius creditum, cum interesse, vt sup. diximus, licèt prædium cuius causa conuenitur, esset minoris valoris; Secùs autem si illud proprijs sumptibus meliorauisset, quia tunc in gratiam meliorantis, admitteretur ad ius offerendi, soluendo tantum actori, valorem prædij tempore emptionis, sicuti ex quampluribus probaui, *sup. cap. 155. num. 14. & 15.*

10 Tertia est conclusio, cessare ius offerendi aduersùs emptorem rei, distractæ iure Creditoris anterioris, per *text. in l 2 C si antiq. credit. pign. vendid. Franch. decis. 69. & decis. 224. Ann. allegat. 56. nu 2. idem Ann singul. 443. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. ius offerendi fol. 302. col. 1. in fin.* videndusq; *Card. Caualer. decis. Rot. Rom 612. nn. 55. & 56.*

11 Qua occasione non desinã notare id quod interrogatus in vna facti contingentia, dicebam, vt hæc regula alioquin vulgatissima, non procedat, si res fuisset distracta petente aliquo Creditore posteriore, licèt deindè pretium fuisset solutum Creditori anteriori, quia non ideò venditio potest dici facta ipso instante, sed eum tantum venditioni consensum præstitisse, per prætij receptionem, ex *tex. in l. aliud est 121. ff. de reg. iur.* cuius mentionem facit *Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 4. tit. 2. nu. 10.* & corroboratur ista opinio, *per tex. in l. 3. ff. de distract. pignor.* vbi hypothecæ Creditorum posteriorum resoluuntur, facta rei venditione, iure Creditoris anterioris; sed secùs in *eod. text.* habetur, si venderetur res ab eodemmet debitore, & pretium anteriori Creditori solueret, nam ex quo talis distractio nequit dici facta eo instante, hypothecæ posteriorum in suo robore permanebunt, de qua re nos sup. tractauimus, *cap. 74. nu. 3. 4. & 5.*

12 Quarta est conclusio, vt mulieri agenti super bonis viri dilapidatoris iudicio assecurationis, nequeat ab eiusdem viri Creditoribus opponi ius offerendi, *Bart. in l. cum sibi nu. 3. C. qui potior. in pignor. habean. Paul. de Castr. in l. 2. nu. 3. ff. solut. matrim. Alex. in l. si constante nu. 31. ff. eod. Negusan. de pignor. membr. 1. 5. part. nu. 31.* vbi inquit, quod iudicans contrarium potest de temeritate reprehendi, latè *Mandell. Albens. cons. 80. Osas. decis. 135.* vbi ita refert per Senat. decisum, & *nu. 9.* reddit huius dicti rationem. *Capyc. decis. 41. num. 11. Crauett. cons. 98. Rebuff. in comment. tom. 2. tract. de const reddit. artic. 1. glos. 14. num. 44. fol. 589. Guid. Pap. singul. 583. Afflict. decis. 119. Franch. decis. 54. Reg.* Capyc. *Latr. decis. 42 Reg. Sanfelic decis. 338. nu. 50. Vinc. decis. 413. num. 5. Molfes. ad consuetud. Neap par. 6. quæst. 5. num. 32. Dom. Consiliar. Hodier. ad Surd. decis. 44 nu. 5. Ricc. in collect. decis. part. 1. collect. 11. versic. Et num etiam. Thor. in compend. decis. part. 1. verb. ius offerendi fol. 302. col. 2. in princip. & Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 65. nu. 20.*

13 Nos verò eundem punctum examinauimus plenè *sup. cap. 20. à num. 8.* vsque ad 12. vbi quatuor limitationes firmauimus ad præcedentem conclusionem, vt ibi legenti patet; & secundo loco eam constituimus, si mulier non ad solam assecurationem, sed ad plenariam restitutionem ageret, quia tunc potest ei licito iure ab aliis viri Creditoribus, creditum dotale offerri, ex authoritatibus inibi adductis, quibus addo *tex. in l. cum tibi*, vbi *Bar. nu. 2. C. qui potior. in pignor. habean. Osas. d. decis. 135. nu. 4.* Cardin. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 11 tit. 30. num. 1. & 8. & Reg. Capyc. Latr. decis. 42. nu. 3.*

14 Quinta, & vltima conclusio est, vt ius offerendi debeat intrà legitima tempora proponi, quia triginta annis præscribitur, *Paul. de Castr. cons. 144 col. 2. vers. fin. vers. non sic in iure offerendi, vol. 2. Franch. decis 69. num. 12. & Thesaur. decis. 157. per totum.* Et licèt diuersimodè alij senserint, ex traditis per *Ricc. collect. 11. in fin.* vt non defuerint qui dixerint, ius offerendi perpetuò durare, vt refert decisum per Senat. Pedem. *Osasc. d dec. 115.* & sequitur *Mysinger. obseruat. 16. cent. 1.* & consonant notata per *Dec. cons. 164. nu. 4. lib. 1.* ea ratione, quia cum ius offerendi sit actus facultatis, idcircò nullo tempore debet circumduci.

15 Tamen non est à priori opinione recedendum, & ratio hæc quæ pro contraria parte ponderatur, facilè diluuitur; nam quandò actus facultatis parit ius in iudicium deducibile, tunc extinguitur per 30. annos iuxta theoricam *Angel. & Imol.* per illum *text. in l. licèt, C. de iur. deliber.* & ità sentio.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.


Beneficiatus Clericus efficitur Ciuis loci in quo beneficium possidet, nu. 1. Et reijcitur Bart. volens oppositum, vti sibi ipsi contrarius, nu. 2.

Beneficiatus vti Ciuis loci in quo beneficium habet, potest vti rebus communibus vniuersitatis, sicuti cæteri Ciues, nu. 3.

Officialis durante officio dicitur Ciuis, imò Caput Ciuium loci in quo præest, nu. 4. Et ideò pro eo tempore potest vti rebus communibus vniuersitatis, signantèr herbagijs, & aquis, pro suis animalibus, nu. 5.

Doctor actu legens, & miles stipendiarius, efficiuntur Ciues loci in quo hic stipendium habet, & ille legit, nu. 6.

Episcopi, & Prælati efficiuntur Ciues in suis diæcesibus, nu. 7. Et vti tales possunt vti aquis, & herbagijs communibus, nu. 8.



AD CAPVT CCXX.

Additio.

1 
Clericus quod ratione beneficij efficiatur Ciuis loci, in quo illud situm est, tradút communitèr DD. intèr quos est *Angel. cons. 23. circ. finem, Boer. decis. 260. num. 20 vers. vbi idem, Francis. Marc. decis. 456. nu. 9. Gaill. pract. obseru. lib. 2. obser. 35. nu 9. Macerat. variar. resol. lib. 1. resol. 112. casu 28. versic. Secundò nam ratione beneficij Giazzi. discep. crim. tit. de Cleric. prim. nu. 4. cum seqq. fol. 119. Nigr. de laudem com. 2. quæst. 46. num. 19. fol. 448. & Ricc. in prax. Eccles. resol. 475. nu. 5. lib. 3.*

2 Non negauerim tamen, contrarium ante omnes tenuisse *Bar. in l. placet nu. 38. C. de Sacrosanct. Eccles.* volens expresè, clericum non effici Ciuem loci ratione solius beneficij: Sed de eo non est curandum vti sibi ipsi contrarius, & memoria lapsus, quoniam is idem *in l. 1. nu. 13. ff. ad municip.* pro Clerico respondidit; & certè hæc est verior, & magis communis opinio, ex traditis per DD. sup. allegatos.

3 Quà de causa dicimus, quod Clerici beneficiati, propter acquisitam Ciuilitatem in locis, in quibus beneficia possident, possunt vti, fruiq; rebus communibus non minus ac cæteri eorundem locorum Ciues, vt in puncto ex *Alber.* docet *Boer. d. decis. 260. nu. 21. vers. Sed primum*, & conferunt tradita per *Mastrill. decis. Sicil. 49. per totam.*

4 Idem legimus procedere in officialibus, qui vadunt ad Gubernium Ciuitatum, & terrarum, hi namque cum ratione officij, efficiantur eo durante Ciues locorum, quæ gubernanda habuerunt, imò dicuntur caput Ciuium *Bart in tract. Represal. quæst 5. princip. nu. 12. vers Ad quintum, Roman. cons. 427. in princip. Io de Plate. in l. Ciues, C. de incol. lib. 10. Reg Lanar. cons. 88. nu. 15.* & alij mox infra allegandi.

5 Propterea officiales isti, durante officio potiuntur in locis, in quibus pro tempore vti tales assistunt, omnibus priuilegijs, prærogatiuis, & honoribus, quibus cuncti alij Ciues gaudent, & ideò pro animalibus eo[illegible], in eis locis possunt vti herbagijs, & aquis communibus, sicuti vtuntur cæteri homines vniuersitatum quibus præsunt, *Ann. singul. 365 Paris. de Pute. de Syndicat. verb. Ciuitas fol 77. in paru. Surd. decis. 330. num. 2. cum seqq. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 184. nu. 50. cum seqq. vers. Ex quibus Cancer. variar. resol. lib. 3 cap. 12. à nu. 228. cum seqq. & Thor. in compend. decis. tom. 3. 2. par. verb. officialis, fol. 208. col. 2.*

6 De Doctore actu legente, & milite stipendiario, vt efficiantur Ciues loci illius in quo actu legit, vel in quo militiæ ascriptus est, cum stipendij perceptione, & ideò quod gaudeant omnibus priuilegijs, cæteris Ciuibus indultis, notat *Bar. in l. Municeps, §. miles, ff. ad municip.* idem *in tract. de Represal. nu. 12. Boer. cit. decis 260. nu. 19. Gaill. d. obseru. 35. nu. 10. lib. 2. & Ann. cit. singul. 365.*

7 Vltimò, & fortiùs, Prælati, & Episcopi locorum, in locis, & Ciuitatibus quibus præsunt, veniunt appellatione Ciuium, quia tales ipso facto efficiuntur, per Episcopatus adeptionem *Angel. cons. 23. Loff. ed. cons. 4. nu. 7. & 8. Pellic. ad consuet. Auers. in prælud. nu. 70. Cancer. d. cap. 12. num. 230. lib. 3.* & sæpè cit.

8 *Ann. d. singul. 363.* vbi his, & alijs authoritatibus dicebat, quod Episcopi in eorum diæcesibus vti Ciues possunt depascere propria animalia in territorijs, & aquis communibus, non minùs ac cæteri homines vniuersitatum illarum, quod ipse indubitatum censeo.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVS patronatus cum vniuersitate bonorum transit in quemlibet, nu. 1.

Situm in feudo, transit in emptorem illius, nu. 2. Vel in conductorem, nu. 4.

Feudum dicitur ius vniuersale, nu. 3.

Iuspa.

Iuspatronatus, scilicet: ius præsentandi in eo, transit in conductorem corporis vniuersalis, nu. 4.
Transit etiam in virum, intuitu rerum dotalium, quibus adheret, nu. 5.
Dos est ius vniuersale, nu. 6.
Iuspatronatus transit in vsufructuarium vniuersalem, ità vt præsentatus ab eo, præferatur præsentato per proprietarium, nu. 7.
Item transit in vxorem relictam vsufructuariam, num. 8.
Iuspatronatus parit fructus, qui sunt ius præsentandi, & eligendi potestas, nu. 9.
Iuspatronatus transit in emptorem hæreditatis, nu. 10. Et pro eo potest agi de euictione, & quomodò, nu. 11.
Transit etiam in fiscum, ob generalem bonorum confiscationem, nu. 12.
Demum transit in fideicommissarium vniuersalem, nu. 13. Sed contrarium tenet Bar. dicens, hæredem de restituendo grauatum, non teneri restituere Iuspatronatus hæreditarium, num. 14. Author verò tenet primam sententiam, & quarè, nu. 15.



AD CAPVT CCXXI.

Additio.

1 IVS patronatus Ecclesiasticū quod cum vniuersitate bonorum transeat in quemlibet, satis vulgare est, & indubitatum, per *text. in cap. literis, vol DD. de iur. patron. glos. in cap. cum sæculum, eod. tit. DD. in Clement. fin. eod. Archidiac. in cap. considerandum 16 quæst. 7. glos. in l. si operarum 29. de oper. liber. Bald. in l. 2. C. de in ius vocand. & in cap. decedenti col. 2. qui feud. dar. poss. Gratian. discept. forens. cap. 645. num. 10. & Macerat. variar. resol. lib. 1. resol. 60. num. 13. 15. & 16.*

2 Hinc primò in emptorem feudi, transit ius patronatus illi annexum *Alex. in l. quæcumq; nu. 77. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdic. Paris. tract. de reintegrat. feud. verb. Baro vendidit nu. 10. fol. 121. Ferrer. in addit. ad Guid. Pap decis. 107. in addit. quæ incipit certum est, & Reg. Rouit cons. 101. nu. 29. vol. 2.*

3 Quia feudum dicitur corpus, & ius vniuersale, *Bald. in auth. cessante nu. 4. C. de legit. hæred. idem cons. 202. vol. 2. & Cappe. decis. 20. nu. 29.*

4 Secundò in conductorem feudi, transit ius patronatus, hoc est ius præsentandi Cappellanum, nam generaliter in conductorem corporis vniuersalis (quale appellauimus feudum) transfunditur istud ius præsentandi in Iure patronatus, annexo corpori locato, excluso locatore, vt docet *Abb. & Rocc. de Curt.* quos sequitur *Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. sub nu. 43. circ. fin. vers. His addo Barbos. in cap. literis* per illum *tex. de iur. patron. & Campanil. in diuers. iur. Canon. rubr. 11. cap. 13. nu. 358.*

5 Tertiò Iuspatronatus rebus dotalibus annexum, transit in virum, qui eo modo, quo cæteros dotis fructus percipit, eodem modo potest præsentare in eo cappellanum *Rot. dec. 10. de iur. patron. in nou. & Barbos. in l. diuortio, §. si vir nu. 56. ff. solut. matrim.* Quia

6 dos in abstracto sumpta, ius vniuersale nuncupatur, *ex tex. in l. item veniunt, §. fructus, ff. de petit hæred. Angel. cons. 81. Dom. Maria nu. 2. vers. In contrarium Alex. cons. 49. viso Processu nu. 7. vol 3. & cons. 79.* elegantèr, & subtilitèr *nu. 6. vol. 5. Camill. de Medic. cons. 162. nu. 40. & Cenc. de censi. quæst. 33. nu. 13.*

7 Quartò in vsufructuarium omnium bonorum, transit Iuspatronatus, ità vt præsentatus ab eo, præferatur præsentato per proprietarium *Innoc. in cap. nihil nu. 4. vers. Sed potest de elect. Abb. cons. 54. col. 2. sub num. 2. vol. 1. Macerat. variar. resol. lib. 1. resol 104. num. 7. Castill. de vsufruct. cap. 36. nu. 35. Io. Baptist. Ciarli. contr. forens. lib. 1 cap. 1. nu. 68. & Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 13. num. 70. fol. 198.*

8 Hinc in vxorem relictam vsufructuariam transire Iuspatronatus hæreditarium, & consequentèr ius præsentandi in eo, tradit *Ricc. in prax. Eccles. resol. 173. num. 5. part. 1.* quidquid in contrarium senserit (sed perperam) *Ann. singul. 593.* ibiq; filius *in addit.*

9 Quia Iuspatronatus parit fructus, qui sunt ius præsentandi, & eligendi potestas, *glos. in cap. cum Bertoldus, 18. vers. Patrono de re iudicat. Felin. in cap. cum olim de maior. & obedien. Alex. cons. 75. nu 42. & 43. lib. 4.* vbi longà *Apostill. in verb. possessores Tiraquell. ad leg. Connubi. glos. 9. num. 5. in fin. Molin. tract. de Hyspan. primog. lib. 1. cap. 24. num. 2. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 177. nu. 17. & Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 29. artic. 6. nu. 11. fol. 473.*

10 Quintò in emptorem hæreditatis, transire ius patronatus hæreditarium, docent *Deci. cons. 127. nu. 2. & 3. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 18. num. 8. Caned. in d. cap. ex literis in §. mandamus de Iurepatronat. Tiraquell. de nobilit. tit. de iur. primog. quæst. 36.* per discussum plenè *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 12. Ricc. d. resol. 173. num. 2. part. 1. Mangil. de euict. quæst. 127. num. 6. cit. Nigr. de subhast. part. 2. cap. 30. nu. 20. fol. 204. & in tract. de laudem. tom. 2. quæst. 33. num. 5. fol. 370.*

11 Adeò quod si Iuspatronatus sub generali hæreditatis venditione comprehensum euinceretur, posset emptor de euictione agere non

non quidem specialitèr pro eo tantum, sed pro integra hæreditate vendita, ad tradita per *Lambertin. de iur. patron art.* 23. quem sequitur *Mangil.d.quæst.*127. *nu.*18.

12 Sextò Iuspatronatus illius, cuius bona omnia fuerunt confiscata, eransit cum generali confiscatione in fiscum *Ann. singul.*291. *Sur d.de alim.tit.*9.*quæst.*12.*nu.*28. *Ricci. in cit.prax.part.*1.*resol.*173. *nu.*7. *& Thor. in compend. decis.tom* 1. *verb. Iuspatronatus fol.* 303. *col.* 2.

13 Vltimò grauatus de restituendo totam hæreditatem, tenetur restituere Iuspatronatus hæreditarium,& sic transire illud in fideicommissum vniuersalem,cocludunt *Benedic. in cap. Raynutius part.*2.*verb si absque liberis* 2. *sub nu.*4.*de testam. Cassane. in Catal.glor. Mund.part* 1. *conclus.*43. latissimè defendit *Molin. de Hyspan. primog.lib.*1.*cap.*24.*nu.*6. *vers. Contrarium tamen*, & fuisse decisum in *Rot. Roman. in vna Aretina* Cappellania 13. *Iunij* 1587. *coram Vbaldo*, testatur *Ricci. in sæpè cit. resol.*173. *nu.*4. *par.*1.

14 Et licet in hoc puncto scripserit contrariũ *Bar. in l. quia perindè.ff. ad Trebell.* quem sequuntur *Alex. in l. si Patroni.nu.*16.*ff. eod.* & alij innumeri quos amplectitur *Peregrin.* dicens, sententiam *Bart.* esse communem *in tract.de fideicom.artic.*6.*nu.*37.*cum seqq.*addo *Gomes. variar. resol.lib.*1.*cap.*5.*nu.*99. *Fusar. de fideicommis. subst. quæst.*637. vbi cumulat pro hac parte exercitum DD. *& Macerat. variar. resol. lib.*1. *resol.* 7. *nu.* 20. *& resol.* 60. *nu.* 9.

15 Nihilominùs non est à priori sententia recedendum, eam namq; ipse semper censui probabiliorem, sicuti quoque arbitratus fuit *Rainer. in d. l. patroni, ff. ad Trebell.* ea potissimum ratione, quia si Iuspatronatus de quo agitur est hæreditatis, in hæreditate, & de hæreditate, quæ restituenda venit ex præcepto testatoris, consequens est, vt restitutioni, eiusq; vinculo obnoxium sit, non minùs ac cætera bona hæreditaria, per *tex.* irrefragabilem, *in l. in fideicommissaria* 18. *§. quoties,ff. de. tit. ad Trebelle.* ibi, *Quoties quis rogatur hæreditatem restituere,id videtur rogatus reddere,quod fuit hæreditatis.*Igitur&c.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

In fundatione Iuris patronatus debent concurrere fundus constructio, dotatio, & Assensus ordinarij, nu.1.

Assensus ordinarij potest interponi post fundationem Iurispatronatus, nu. 2.

Iurispatronatus donatio non valet sine assensu ordinarij, nu. 3.


Assensus tamen potest donationem subsequi, n. 4.

Et potest ab hæredibus donatarij impetrari, nu.5.

Quinimò sufficit si fuerit tacitus, & quandò dicatur Episcopum tacitè consensisse, nu.6.

Episcopus approbans præsentatum à donatario Iurispatronatus, satis censetur super donatione consentir., nu. 7.

Donatarius Iurispatronatus, per vnicam præsentationem sequuta Episcopi approbatione, irreuocabilitèr in possessione constituitur, nu. 8.



AD CAPVT. CCXXIII.

Additio.

1 IN erectione, seù fundatione Iurispatronatus, tria debere copulatiuè concurrere, nempè fundus, constructio, & dotatio, iure indubitatum est, tam ex dispositione, *text. in cap. filijs* 16. *quæst.* 7. *in cap. quicumque* 18. *quæst.*1. *& in cap.*3. *& cap. nobis de iur.patr.* quam ex dispositione *S. Concil. Trid. Session.* 14. *cap.* 12. *de reformation.* & tradunt *glos. in cap. pia mentis* 16.*quæst.*7. *Abb.cons.*54.*nu.*1. *vol.*1. *& cons.*106.*nu.*2.*vol.*2.*Card.Caualer. decis.Rot.Rom.*265.*nu.*2.*Menoch.de præsump. lib.*3. *præsumpt.*90. *num.*6. *Reg. de Pont. de potest. Proreg.tit.*10. *de insign. & arm. nu.*10. *& Ricci. in prax.Eccles.part.*1.*resol.*193.*nu.*1. Vndè versus.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Addo quartum quod requiritur, nempè assensus ordinarij diœcesani, *d.cap.nobis de iur. patron. & S. Concil. Trident. loc. sup.cit.*

2 *in final. verbis.* Cum hoc tamen, vt possit talis assensus interponi post erectionem, & fundationem iurispatronatus, nec est necessarium, quod præcedat, vt docet *cit. Ricci. decis.Car. Archiepis* 224 *sub nu.*10.*par.*1.

3 Et in simili videmus, quod Iuspatronatus nequit alteri donari sine assensu ordinarij, quo cessante donatio esset nulla, vt plenè *Verall. decis.*144. *vol.* 2. *& Gratian. discept. forens.tom.*1.*cap.*177.*nu.*8. quod est adeò verum, vt non sufficiat confirmatio Vicarij, quia pro forma requiritur ad validitatem huiusmodi donationis, consensus ipsius Episcopi *Ferret.cons.*343.*nu.*7 & fuisse decisum in Rot. Rom. testatur *Card. Caualer. decis.* 639. *nu.*2.

4 Et tamen assensus iste pro forma requisitus in casu prædicto, potest donationem ipsam subsequi, nec est necesse quod præcedat,vt pluribus defendit *Ricc.d.dec.*224.*lib.*1.

con-

5 concludens quoq; quod etiam post mortem donatarij, eius hæredes possunt ordinarij assensum impetrare, pro confirmatione donationis prędecessori factæ de iurepatronatu.
6 Quinimò sufficit ex crebriori sententia, tacitus assensus Episcopi, quem satis consensisse præsumitur, si sciens donationem, donatarium in possessione iurispatronatus tolerauerit, *ex glos. in cap Cura pastoralis, verb. legitima in vers. Quidam dicunt de Iurepatr.* ponens hæc verba. *Quidam dicunt, quod eo ipso, quod Episcopo sciente, & non contradicente, possederint, intelligitur Episcopus consentire*, in puncto *Francis. Marc. decis.* 473. *nu.4. part.1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.90. nu.17.* & omnium melius *Gratian. discept. tom.3. cap.* 577. *nu.* 39. quid quid in contrarium senserit *Ferret. d. consil.* 343. *nu.3. & 4. lib.* 2. quem sequitur *Ricc. in praxi Eccles. part.2. n. fol.469. nu.3.*
7 Hinc Episcopus approbans, seù instituens Rectorem præsentatum à donatario Iuris patronatus, satis ex hoc videtur donationi consentire, ac assensum suum super ea præstare, per actum præsentationis, & Institutionis respectiuè, in exequutionem donationis, *glos. in d. cap. Cura pastoralis, & Peni. decis.* 31. *nu.*3. vbi sic refert per Rot. Rom. decisum, in vna Iurispatronatus 21. Martij 1585.
8 coram Blanchetto. Et donatarius ipse, per veŕ um illū præsentationis Cappellani actū, sequuta ordinarij approbatione, validè, & irreuocabilitèr in possessionem Iurispatronatus constituitur *Abb. consil.* 54. *nu.* 2 *vol* 1. *Dec. consil.* 134. *nu.* 1. *vol.* 1. *Granet consil.* 322. *Pute. decis.* 189. *num.* 2. *& decis* 192. *l. b.* 1. *& decis.* 243. *lib.* 2. *Card. Cauaier. decis* 197. *nu.*3. *Peni. decis.* 348. *nu.* 1. *& Maceras. variar. resol. lib.* 1. *resol.* 60. *nu.* 20.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARVM.

PAtronus in fundatione Iurispatronatus, potest quaslibet conditiones apponere, dummodò non exorbitantes, num. 1. Sed intellige, vt hoc liceat in limine fundationis, secùs verò post fundationem, & dotem liberè traditam, num. 15. cum ampliatione nu. 16.

Episcopus tenetur consentire super fundatione Iurispatronatus, & licitis conditionibus, nu. 2.

Patronus, in fundatione Iurispatronatus, non potest apponere conditionem, quod non possit loci ordinarius se intromittere, in guberneo, & administratione illius, num 3. *Valet tamen ista conditio, & est seruanda, si super ea loci ordinarius consensum præstauerit, nu.* 4.


Patronus in fundatione Iurispatronatus potest pacisci, quod illud debeat semper transire in descendentes suos, exclusο quocumq, harede extraneo, nu. 5. *Item quod debeat semper præsentari Cappellanus de familia, nu* 7. *Cum declarationibus, num.* 8. *& 9. Item quod teneatur Cappellanus singulis annis dare patronis Candelam, cereum, vel simile, num.* 10. *Item quod Cappellanus præsentandus debeat esse Sacerdos, nu.* 11. *Item quod Cappellanus per se debeat, non per substitutum deseruire, nu.* 12. *Et quod Cappellanus cum moritur, possit sibi successorem nominare, num.* 13. *Et demum quod Iuspatronatus possit à Monachis possideri vti quod laicale, nu.* 14.

Iuspatronatus transit in hæredes extraneos, nu. 6.

Pacta qualibet possunt apponi super dote in eius constitutione, nu. 17. *Secùs post constitutionem, num.* 18.

Venditor post perfectam venditionem non potest sibi prospicere per pactum reseruationis dominij pendente solutione, nu. 19.

Patronus quis efficitur ex fundatione, & dotatione Iurispatronatus, etiam absque illius reseruatione, nu. 20.



AD CAPVT CCXXIV.

Additio.

1 PRæmitto breuitèr vnicam generalem regulā, vt possit quis in erectione, & fundatione iurispatronatus apponere quas vult conditiones, modò tamen compatibiles sint, ac iustum, & æquum non excedant *cap. verum, vbi glos. de censi. glos. in cap. cum dilectus, verb. constitutum, vers. Tamen credo de consuet. Paris. consil* 48. *in princip.* & per totū *lib.*4. *Milen. in repert. verb. Patronus in fundatione Rot. decis.* 442 *nu.* 2. *& decis.* 695. *nu.* 3. *part* 3. *& Molfes. consil.* 31. per totum signan. *tèr nu.* 11. 22. *&* 32.
2 Et in isto casu, quandò nempè conditiones quas aliquis in fundatione Iurispatronatus apponere intendit, sunt licitæ, & minimè exorbitantes, super eis tenetur ordinarius diæcesanus consentire, suumq; præstare beneplacitum, *Lambert. de iur. Patron. lib* 1. *quæst* 9. *nu.* 50. *&* 82. *& cit. Molfes. d. consil.* 31. *nu.* 14. aliàs autem non tenetur consentire, quia conditiones exorbitantes ex se non valent, vt inquit *Guttier.* mox allegandus.
3 Hinc nequit quis in fundatione Iurispatronatus, apponere conditionem, quod quò ad illud attinet, nullo futuro tempore queat

Episcopus se intromittere, sicq; non potest
adimere ordinario loci regimen Iurispatro-
natus Ecclesiastici ab eo erecti, quia repugnat
conditio hæc cunctis Sacris Canonibus vo-
lentibus, institutionē Iurispatronatus, eiusq;
futurum gubernium, & administrationem,
Episcopo loci ordinario spectare, vt in pun-
cto probant *Io. Guttier. in l. nemo potest, num.
449. ff. deg. iur. Couar de sponsal. part. 2. cap. 3.
§. 1. in fin. num. 20. fol. 192. col. 1. & Nouar.
quæst. forens. lib. 1. quæst. 91. nu 2.*
4 Verum si fortè consensum suum præstitisset
Episcopus super fundatione Iurispatrona-
tus, in cuius limine fuit à Patrono apposita
conditio, quod nullo tempore ordinarius
Ecclesiasticus valeat se immiscere in guber-
nio, & administratione illius, valeret isto casu
conditio, & esset seruanda, vti munita con-
sensu eius, qui consentiendi, & authorizandi
habebat facultatem, ac qui sua poterat iura
remittere, vt doctè probat *Cardin. cons. 11.
Quædam Societas, &c.* & confert *Molfes.
d. cons. 31. nu. 11.*
Extra verò casum istum, aliosq; qui totalē
Iurispatronatus Ecclesiastici quidditatem
destruunt, omnes aliæ quæcumq; conditio-
nes licitæ sunt, & apponi permissæ.
5 Hinc primò potest Patronus in fundatione
Iurispatronatus Ecclesiastici apponere pa-
ctum, quod illud debeat semper transire ad
descendentes suos, excluso omni quocumq;
alio extraneo hærede, *Bald. in l. 2. sub nu. 1.
vers. Sed numquid, C. de in ius vocand.* quem
sequitur *Felin. in tract. quand. literæ Apostol.
noce. patron. col. 2. vers. Et dicit Bald sub nu.
1. Lambert. de iurepatronat. lib. 1. part. 1. quæst.
9. principal artic. 1. in princ p. sub nu. 4. vers.
Vndè dicit Bald.* Idem *Lambert. in eod. tract.
lib. 1. part. 2. quæst. 2. principal. artic. 2.* per
totum, & communitèr esse receptam opinio-
nem istam, nouissimè testatur *P. Peni. decis.
6 Rot. Rom. 63 nu 3. & 4.* Non obstante quod
de iure Iuspatronatus sit transitorium in ex-
traneos, cum vniuersitate bonorum, vt plenè
probauimus *sup. cap. 221.* & cauetur per *glos.
in cap. considerandum 16. quæst. 7.* quia hoc
procedit, modò tamen non fuerit contrariū
in fundatione conuentum.
7 Secundò potest Patronus apponere pactū,
quod in iurepatronatu ab ipso erecto, sem-
per debeat præsentari Aeconomus, seù Cap-
pellanus, qui sit de sua familia, *Felin. in sup.
cit. tract. sub nu. 1. col. 2. vers. Tamen dicen-
8 dum est.* Et isto casu duo sunt notanda, Pri-
mum quod Patronus qui in fundatione hu-
iusmodi conditionem adiecit, potest ipso
viuente, præsentare Cappellanum etiam ex-
traneum, quia non censetur voluisse sibi ipsi
legem ponere, & ligare arbitrium præsen-
tandi eum quem maluerit, *Menoch. de præ-
sumpt. lib. 3. præsumpt. 44. nu. 15.* & authori-
tate *Lambert. d. tract. de iur. patron. lib. 2. par.
1. quæst. 7. principal. nu 2. & 3.* determinauit
Rot. Rom. teste *Card. Caualer. decis. 365.* Se-
9 cundum verò, quod licèt in fundatione Iu-
rispatronatus fuisset dictum, quod in eo de-
beat semper præsentari aliquis de familia, &
de genere fundatoris, nihilominùs in horum
defectum, benè posset præsentari Cappella-
nus extraneus, quia dispositio fundatoris,
nè reddatur elusoria, debet intelligi in casu
prædicto, nempè existētibus Clericis de fa-
milia, vt per *Buratt. decis. 530. nu. 11. versic.
Vndè ipse Pater part. 1. in recentior.* quem se-
quitur *cit. Canaler. decis 631. nu. 3.*
10 Tertiò potest in fundatione Iurispatrona-
tus apponi pactum, quod teneantur Cappel-
lani pro tempore, dare annis singulis patronis
Candelam, cereum, vel pretium illius *Caualc.
decis. Finiz 11. nu. 110 lib. 3. de vltim. volunt.*
11 Quartò, quod nemo possit pro seruitio
Iurispatronatus præsentari, nisi fuerit Sacer-
dos, *Bero cons. 5. viso puncto nu. 9. cum seqq.
in vers Rursus vol. 1. Farinacc. decis 570. &
Ricc. in prax. Eccles. par. 1 resol 157 sub nu. 2.*
12 Quintò, quod Rector, seù Sacerdos præ-
sentandus, per se debeat personalitèr, non
per substitutum deseruire, & quod abessendo
per certum tempus à seruitio Cappellaniæ,
ea debeat illicò priuari *Bald. cons. 35. per to-
tum vol. 4.*
13 Sextò, quod possit Rector cum moritur,
alium sibi nominare successorem, *Lambert.
de iur. patron. lib. 1. quæst. 9 artic. 3.* per totū,
referens ità fuisse consultum per quosdam
grauissimos DD. in Ciuitate Papiæ, & fuisse
decisum testatur, *Amat. decis. March. 4.* per
discursum.
14 Vltimò, quod Iuspatronatus in aliquo Re-
ligiosorum Monasterio erectum, à monacis
illius vti quid laicale possideri posit, & de-
beat, sicuti consuluit *Molfes. d. cons 31.* & se-
cundum suam sententiam in ea causa per
Rot. determinatum *In vna Romana Iurispa-
tronatus veneris 31. May 1613.*
15 Animaduertendum verò est, quod licèt
prædicta in se verissima sint, procedunt ta-
men quandò patronus re integra, scilicèt
ante dotationem, vel in limine illius, & sic
vnico actu, dotat, & onerat per appositio-
nem conditionum, ac pactorum, Cæterum si
post quam dotauisset, vellet vincula, & con-
ditiones inijcere, nequiret vtiq; quia quæ se-
mel diuino fuerunt dicata cultui, honorari
magis, quam onerari debent, sic in terminis
habetur per *glos. in cap. cum dilectus, verb.
Quondam, vers. Et hoc de sentent. & re iudic.
Bald. in cap. cum Bertoldus in penult. columna
vers. Quæro vtrum postquam cod. cit. tit. Ang.
in l. ex morte in fin. C. de pact. conuent. Anchar.
Iuni. quæst. 67. nu. 6. part. 2. Bero. cons. 4. num. 8.
24. & 48. vers. Et si diceretur, vol. 1.* Sicque
refert decisum *Caualc. d. decis. 11. sub nu. 110.
vers. vbi dicunt, & decis. 27. nu. 35. & 36. lib. 3.*
sub-

16 subdens notabilitèr, quod nequit Patronus, post quam bona liberè assignauit pro dote Iurispatronatus, illam cōditionibus, & pactis submittere, etiam cum consensu Diœcesani, ex *Francis. Marc decis. 474. num. 6. part. 1.* & meliùs idem ante omnes voluit, *glos. in Can. sana mentis 16. quaest. 2.* & confert *Ricc. in d. prax. part. 1. resol. 183. nu. 1.*

17 Et ad corroborationem duo conferunt exempla. Primum quidem quod dicitur de dote matrimonij carnalis, in cuius datione possunt pacta qualibet apponi, quæ dantibus, & contrahentibus libent, *l. 1. §. illud, C. de rei uxor. action.* eaque validissima esse, & obseruanda tradit *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 5. glos. 8. part. 12. num. 54. fol. 192.*

18 Tamen hoc non procedit post dotem liberè datam, quia ampliùs onus, pacta, & conditiones in eius præiudicium, & diminutionem non recipit, iuxtà vulgares terminos, *tex. in l. Attilicinus, ff. de pact. dotal.* & plenè *Reg. Capyc. Latr. decis. 109. nu. 3.*

19 Secundum verò, quod licèt alicuius rei venditor, queat pendente pretii solutione, illius dominium sibi reseruare, ad finem vt indè super re illa, cunctis aliis emptoris Creditoribus præferri debeat; Ista tamen dominii reseruatio debet apponi in ipso, eodemq; actu emptionis, & venditionis, ac in stipulatione contractus, adeò vt non prodesset si ad. impletis prædictis, vellet venditor per pactū reseruationis dominii sibi prospicere, in præiudicium Creditorum anteriorū emptoris, per *tex. in l. 1. § fin. & in l. 3. ff. de reb. cor. l. licet 7. § tamen enim, C. qui potior. in pignor. habean. l. obligationum ferè 43. §. conditio, ubi glos. ff. de action. & obligat.* latè *Negusan. de pignor. part. 4. principal. num. 35. cum seqq. & Gozadin. consil. 15. & 16.*

20 In quantum tandem dicitur hic, quod efficitur quis Patronus ex sola fundatione, & dotatione Iurispatronatus etiam quod expresse Patronatū sibi non reseruauerit, addo *Abbat. cons. 57. col. penult. vers. Nec placet, vol. 1. Rot. in antiq. decis. 5. Card. Caualer. decis. 30. nu. 1. decis. 265. num. 4. & decis. 336. nu. 2. & Ricci. in prax. part. 1. resol. 134. post nu. 3. vers. intellige, & amplia.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SUMMARIUM.

Iuspatronatus non acquiritur ex modica dotatione, num. 1.


Iuspatronatus testibus probari non potest, sed tantum publicis, & authenticis scripturis, nu. 2.

Unde non probatur ex libris visitationum, armis, insignis, instrumentis enunciatiuis, & confessione Episcopi, nu. 3.

Probatur tamen in antiquis ex Epitaffijs, & literis Marmoreis, nu. 4.

Item ex actibus præsentationum, etiam non continuatarum, nu. 5.

Et ex decreto decernente alicui alimenta, ex fructibus Iurispatronatus, uti Patrono pauperi, n. 6.



AD CAPVT CCXXV.

Additio.

1  D acquirendum Iuspatronatus, quod sufficiens, & congrua dos requiratur, aliàs quod ex modica dotatione Patronus quis non euadat, sed simplex benefactor, habetur ex decreto *Sacr. Congreg. Concil.* per hæc verba. *Dotans insufficienter (quod arbitrabitur ordinarius) non acquirit Iuspatronatus, sed dicitur Benefactor.* Hocque idem aliis pluribus obuallat authoritatibus *Ricci. in prim. part. prax. Eccles. resol. 134. post nu. 3. vers. Declaratur tertiò.*

2 Aliam etiam determinationem, plurimum ad materiam huius Capit. pertinentem, emanauit eadem *Sac. Congr. Concil. Session. 25. cap. 9.* vbi fuit dictum, quod ad probandum Iuspatronatus sunt necessariæ publicæ, & authenticæ scripturæ, ità vt repellatur probatio per testes, hiscè verbis. *Congregatio Concilij censuit, requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticas scripturas, & regulam esse constituendam, quod probatio per testes non sufficiat,* tradunt etiam plenè *Gonzal. in d. regul. Cancell. glos. 18. nu. 79. & seqq. Marescot. variar. resol. lib. 2 cap. 52. nu. 2. Gratian. discept. for. tom. 1. cap. 168. nu. 21. & 22. Piaseg. in prax. Episcop. cap. 5. part. 2. & Molfes. in Summ. Theolog. moral. tract. 6. cap. 5. nu. 44 tom. 1.*

3 Vndè libri visitationum, Arma, Insignia, Instrumenta enunciatiua fundationis, & confessio Episcopi, nihil prosunt ad probandum Iuspatronatus, vt latè probat *cit. Ricci. in prax. part. 1. resol. 136.* per totam. Dicit tamen ipse idem, contrarium esse in Epitaffiis,

4 ac literis marmoreis, nam hæc saltim in antiquis probant Iuspatronatus, & habentur perindè si essent publicæ, & authenticæ scripturæ, sicuti Ipse *Ricc.* refert per *Rot. Rom.* decisum, & indifferentèr practicari in Curia Archiepiscopali Neap. & iterum fuisse determinatum per eandem *Rot. in vna Calagnritana Iurispatronatus de Victoria, Mercurij 30. Octobris 1613.* testatur *Cardin. Caualer. decis.*

*decis.*265.*nu.*1 *cum seqq.* his; addo *Macerat. variar. resol.lib.*1. *resol.*109. *num.*51. & antè omnes refert decisum *Ann.singul.*289.

5 Non omitteam tradita, & decisa per *Bilot. decis. Beneuent.* 6. dicens satis constare de Iurepatronatu ad fauorem alicuius, ex quibusdam antiquissimis actibus præsentationum, licèt non continuatarum, ex quò insimul producebantur tres sententiæ diuersis temporibus manatæ, declarantes adesse Iuspatronatus.

6 Et tandem alia notanda est decisio, olim ab Illustriss. Sarnensi Episcopo facta, per quam fuit dictum, sufficienter esse probatū Iuspatronatus, quia producebatur quoddam antiquum decretum, decernens alicui vti Patrono pauperi alimenta, de fructibus & redditibus Iurispatronatus, iuxta *text. in cap. quicumq;* 16. *quæst.* 1. Sicq; fuit habitum decretum illud pro publica & authentica scriptura, ad effectum prædictum, consulente *Io. Maria Nouar.* sicuti ipse testatur *quæst.forens. lib.*1. *quæst.* 49.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVspatronatus paternum in naturales filios non transit, nu.1. Limita in Iurepatronatu materno, nu.2. Item limita in filijs legitimatis, nu.3. Sed hanc limitationem sublimita, si in fundatione fuissent vocati filij ex legitimo matrimonio procreati, nu. 4.

Legitimorum filiorum appellatione, non veniunt legitimati in honoribus, & dignitatibus assequendis, nu.5.

Legitimatus per subsequens matrimonium, non excludit substitutum, vocatum in casu deficientia filiorum ex legitimo matrimonio procreatorum, & nu. 6. & 13.

Legitimatus per subsequens matrimonium, dicitur legitimus à principio, per quandam retrotractionem, nu.7. Sed vide, & intellige, vt num. 8. & 9.

Voluntas testatoris debet verificari per actum verum, non fictum, nu. 10.

Ætatis certa mentio, debet intelligi verè, non fictè, vt quando Princeps supplet ætatem num. 11.

Qualitas aliquo tempore requisita, non prodest, si transacto tempore superueniat, nu. 12.



AD CAPVT CCXXVI.

Additio.

1 Breuitèr addimus *Lamber. de Iurepatron. lib.*1. *part.* 2. *quæst.* 2. *princip. art.*26. *nu.*2. & *Rocc. de Curt. in eod.tract.rubr.* Competens &c. *num.*6. *cum seqq.* dicentes, ac communiter practicari testantes, repelli filios naturales à successione in Iurepatronatu Paterno, sequitur *Maceratens. variar. resol.lib.*1. *resol.*108. *nu.* 9. quidquid in contrarium velit *Gratian. discep. forens.tom.*2.*cap.*218. *nu.*1. Cuius sen-

2 tentia saluari tantum potest in Iurepatronatu Materno, in quo eius filii naturales non prohibentur succedere, quia ipsi respectu matris, vocantur legitimi *Anchar. cons.*355. *vis. puncto nu.*2. *vers. Ad secundum,* & *Ant. de Butr.cons.*29 *nu.*3. *vers. Item quia*...

3 Legitimati verò filii, cum à naturalibus differant maximoperè, succedunt in Iurepatronatu paterno *Ricc. in prax. part.* 1. *resol.* 196.*nu.*5. vbi latè ad materiam.

4 Nisi tamen in fundatione fuisset dictum, quod in eo succedere debeant filii, vel illi de familia ex legitimo matrimonio procreati, nam quia eo casu qualitas legitimitatis est requisita in generationis actu, idcircò si eo tempore deficit, non prodest, licèt indè per legitimationem superueniat, vt in puncto nouissimè docet *Io. Baptis. Carlin. contr. forens.lib.*2.*cap.*172.*nu.*29.

5 Et confert, quia in dignitatibus, & honoribus assequendis, legitimati filij, legitimorum appellatione non continentur, *Bald. in l. generalitèr,* §. *cum autem nu.*2. *C.de inst.* & *subst.* & *Molin. de Hyspan. primogen. lib.* 3. *cap.*3. *nu.*9.

6 Vndè ad supradictorum corroborationem concludit *Spectab. Dom. meus,* quod legitimatus per subsequens matrimonium, non excludit substitutum, vocatum in casu deficientiæ filiorum legitimorum, & naturalium ex legitimo matrimonio procreatorū, addo *Alex. cons.* 94. *consideratis his, num.* 4. *vol.*1. *Peregrin. de fideicom.artic.*24. *à nu.*25. *cum seqq. Facchin. contr.iur. lib* 4. *cap.* 54. & *lib.* 10.*cap.*71. vbi omnia contraria reijcit, *Macerat. variar.resol. lib.*1.*resol* 49 *nu.*34. *Carl. contr.lib.*1.*cap.*111. vbi latissimè, doctissimus *Pat. Fragos.* Societatis Iesu, *tract. de regim. Reip. Christian.part.*1.*lib.*3.*dispu.*6.§.3.*sub nu.*43.*vers. Illud vnum addam,* & locupletiss. *Dom. Consil. Hodier. ad Surd. decis.* 319.

7 Licet enim legitimati per subsequens matrimonium, habeantur perindè si à principio ex legitimis nuptiis nati essent, per quandam retro-

retrotractionem ad tempus natiuitatis, *Alex. in l. Lucius num. 17. ff. de vulgar. & pupill. Menoch. conf. 227. num. 24. lib. 3. Bursat. conf. 10. nu. 9. & conf. 17. nu. 7. vers. Respondetur, Noguerol. allegat. 24. sub nu. 27. & sub nu. 31. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. glos. 4. nu. 111.* plenè *Mart. vot. 94 à nu. 5. cum seqq. Cost. de retrotract. cap. 8. cas. 32. nu. 3. & 4. Lup. de illegit. comment. 4. §. 3. nu. 14. versic. Ratio huius opinionis, & Fusar. de fideicom. subst. quæst. 409. nu. 21. vers. Responderi potest, & nu 25. vers. Respondetur secundò.*

8 Tamen omissa circa hoc contraria opinione *Riminald. Iun. cons. 222. nu. 82. & 83. vol. 2.* volentis, legitimatum per subsequens matrimonium dici legitimum ex nunc, non ex tunc (cum verè falsa sit opinio ista) licet eandem teneat *Cevall. pract. quæst. commun. contr. commun. quæst. 606. à nu. 26. cum seqq.* vbi expressè negat fieri retrotractionem ad tempus natiuitatis.

9 Omissa inquam horum, & sequacium sententia, negari non poterit, quin legitimatus, legitimus dicatur à die natiuitatis per retrotractionem, tamen non physicè, sed fictè vt doctè docet *cit. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 3. nu. 35.* Si ergò fictè tantum euadit quis legitimus à die natiuitatis, sequitur vt non debeat admitti ad ea, ad quæ filii ex legitimo matrimonio procreati inuitantur.

10 Ea potissimum ratione, quia voluntas testatoris verificari debet per actum verum, non per fictum, & sic in sensu formali, *ad tex. in l. non aliter 67. ff. de legat. 3.* sicq; igitur dum filios quis vocauit, ex legitimo matrimonio procreatos, de iis dumtaxat dicendum est intellexisse, qui inmediatè, & realitèr ex legitimis nuptiis nascuntur, exclusisse verò eos, quorum legitimatio per subsequens matrimonium suppletur, vt in simili deducitur ex *text. in l. si quis 4 C. de his, qui veni. ætat.*

11 *impetra.* ibi. *Si quis aliquid dari, vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem, vel si se absolutè dixerit perfectæ ætatis: illam tantummodò ætatem intellectam esse videri volumus, quæ & viginti quinque annorum curriculis completur; non quæ ab Imperiali beneficio suppletur, & præcipuè quid? in substitutionibus, vel restitut onibus hoc intelligi sancimus.*

12 Iterum tandem, quia quandò qualitas est requisita in certo tempore, eo casu non amplius prodest, si transacto tempore superueniat, nam abest quandò præcisè requiritur, *l. obligari 9 §. tutor, ff. de author. tutor & Argel. in l. his verbis, §. interdum,* per illum

13 *tex. ff. de hæred. instit.* In casu nostro, quandò nempè testator filios ex legitimo matrimonio procreatos nominat, videtur præcisè voluisse, qualitatem legitimam tempore natiuitatis; cum ergò ea in proposito themate absit, non satisfit menti illius, licèt indè qualitas superueniat, ac per subsequens matrimonium suppleatur, ex suprà latè deductis, & ità ingenuè tenendum esse fatetur.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

MIssarum numerus augendus est, auctis redditibus Iurispatronatus, nu. 1. Et diminui illis diminutis, nu. 3.

Canonicorum numerus est augendus, auctis bonis capituli, nu. 2.

Feudi fructibus auctis, non debet augeri Adhoa, & Relevium, nu. 4. Nec diminui illis diminutis, nu. 5. Nisi tantum Rex ex certa scientia, aliquam feudi partem faceret allodialem, nu. 6.

Furnum, vel Molendinum in emphyteusim recipiens, cum pacto molendi frumentum, vel panem coquendi gratis Domino, & toti eius familiæ, tenetur etiam aucta familia ad magnum numerum, nu. 7. Et de ratione, nu. 8. Contraria verò opinio refertur, nu. 9. Et quandò procedat, num. 10.

AD CAPVT CCXXVII.

Additio.



1 Missarum onus, atque numerum augendū esse, auctis Iurispatronatus bonis, seu redditibus, ad illum effectum destinatis, coȼludit in præsenti *Spectab. Dom.* meus, cui addo in terminis *Nouar. decis. 153.* qui super hoc puncto consultus, ità se determinasse testatur; & ad corroborationem facit *tex.* singularis *in cap.*

2 *cum M. Ferrariensis 9. de consue.* vbi auctis bonis Capituli, Canonicorum numerum augendū esse sancitur, pro quantitate incrementi, sicuti etiam sentit *Bar. in l. non plures nu. 3. C. de Sacrosanct. Eccles.* & omnium melius *Boer. dec. 62. nu. 7.* Sicuti è contrario, pro

3 diminutionē, vel inexigibilitatem redditũum pro celebratione tot missarum destinatorum, esse faciendam earundem diminutionem, ità vt non teneatur beneficiatus, omnes Missas celebrare, sed tantum pro capacitate redditũum, concludunt *Ricc. in prax. Eccles. part. 3. resol 105. & Nouar. d. decis. 153. nu. 3.*

4 Feudorum verò onera, qualia sunt Adhoa, & Relevium; quæ Regiæ Curiæ, non quidem intui-

intuitu fructuum, & redditnum, sed in recognitionem directi, & supremi dominii soluuntur, minimè esse augenda, auctis fructibus, & redditibus industria vassalli, vel per temporis progressum, notant *Preec. de subfeud. lib. 2. autbor. 5. nu. 21. Paris. de reintegr. feudor. cap. incipiente, & reperitur num. 8. fol. 96. col. 2. Capan.* alios allegans *in tract. de iur. releu. part. 2. quaest. 6. nu. 3.* & innumeros Papineanco Calamo de more cumulat Dom. & praeceptor meus Consil. *Io. Hieronymus de Philippo*, R. C. Praesideus, in quodam suo celebri responso, per Spect. Dom. Authorem registrato, *tom. 3. allegat. 116. nu. 9. & 10. ex tex. in l. fin. C. de alluuion. & palud.* ubi cauetur, non esse augendum censum, licet possessio efficiatur fertilior, sumptu, & solicitudine possessoris.

5 Et si ex augmento redditunm feudi, Adhoa, & Releuium nequeunt augeri, & alterari ultrà taxam antiquam, consequens est ut nec diminui debeant propter naturalem fructuū diminutionem, tribus potissimum rationibus, tum nempè quia de augumento ad diminutionem validum est argumentum, *l. si ex toto 8. ff. de legat.* 1. tum etiam quia contrariorū eadem est dispositio, *§. 1. inst. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* tum tandem quia non est condedendum id, cuius contrarium quis non esset postulaturus.

Et haec opinio hodiè est indubitata, quidquid disputandi gratia, prò, ac contrà in puncto scripserint *Corne. cons. 24. nu. 16. vol. 3. Amat. cons. 37. & Capan. d. tract. de iur. releu. part. 2. quaest. 6. nu. 41. & quaest. 11. nu. 3.* Nisi

6 tantum diminutio feudi prouenirer facto Domini, & sic Principis, qui ex certa scientia, aliquam illius partem fecit burgensaticam, quia tunc diminutio onerum, scilicet Adohae, & Releuii facienda etiam est, pro rata diminutionis feudi, *Dom. Camill. de Medic. cons. 6. nu. 3.*

7 Elegantèr etiam concluditur in praetenti, quod recipiens ab aliquo furnum, vel molendinū in emphyteusim, cum pacto coquendi panem gratis, vel molendi frumentum Domino eiusque familiae, non possit ab emphyteusi recedere, licèt directi Domini familia ad magnum numerum augeatur, addo in terminis *Anebaran. in cap. quanto de censi.* satisfimè *Cepoll. de seruit. Vrbun. praedi. tit. de furn. à nu. 12. usque ad 22. Alberic. in l. si cui fundus, ff. de condit. & demonstr. Boer.* omninò legendus, *decis. 213. num. 9. usque ad 12. & Reg. Costant. in l. unic. nu. 158. C. de Class. lib. 11.*

8 Corroboratur ista opinio, quia familiae nomen est genericum, augumentum recipiens; & diminutionem, *l. grege 21. ff. de legat. 1.* Sicq; sibi emphyteuta imputet, si dum potuit ad augumentum cogitare, sibi non cauit. Secundò quia seruitutes, & iura seruitutum etiam ad futura extenduntur *l. seruitutes 19. ff. de seruit. Vrbun. praedi.* tertiò, quia seruitus non limitata, pro augumento etiam debetur, sicutià contrario sensu habetur ex *l. non modus 12. C. de seruit. & aqua*, & quareò quia ut sup. diximus, non est concedendum id, cuius contrarium quis non esset postulaturus; Igitur si non recessisset emphyteuta à pacto molendi, & coquendi, diminuta familia, nequit paritèr recedere, ea ad magnum numerum aucta.

9 Non abscondam tamen, contrariam sententiam in proposito articulo, in puncto tenuisse, *Luc. de Penn. in l. sancimus, la t. circa fin. C. de consul. lib. 12. Ias. in l. quo minus nu. 144. ff. de flum. Alex. cons. 178. in occurrenti casu nu. 7. vol. 2. Tiraquell. de retract. Lignag. glos. 1. §. 34. nu. 4. Thesaur. decis. 226. num. 1. cum seqq. Pontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clans. 4. glos. 18. part. 1. nu. 117. & 118. fol. 429. & Nigr. de iundem. tom. 1. quaest. 44. nu. 39. fo. 649.* qui dicunt, quod nè res reddatur inutilis, ob magnum familiae augumentum, potest furnarius, vel molendinarius recedere à pacto molendi, vel coquendi gratis, vel petere quod onus illud ad ius, & aequum reducatur cumq; opinio haec tot grauissimorum patrū authoritate sit munita, eam proptereà ipse nec sperām, nec metuam, sed ad concordiam tali modo arbitror reducendam.

10 Ut procedat, quandò nempè promisso de molendo, vel coquendo gratis toti familiae, est gratiosa, nihil dato vel recepto, illo casu nè res reddatur inutilis ei qui gratiosè promisit, ob magnum familiae augumentum, postulare non prohibetur, quod promissio ad ius, & aequum reducatur, vel quod ab ea releuetur.

Quandò verò obligatio est onerosa, & aliquo dato, vel accepto, sicuti casum figurauimus, de accipiente in emphyteusim molendinum, vel furnum, cum obligatione molendi, vel coquendi gratis Domino, ac toti eius familiae, tunc quia promissio est correspectiua ad acceptum, idcircò nequit promittens ab ea recedere, praetextu familiae auctae, per rationes suprà adductas, *num. 8.* quas ineuitabiles existimo.


Et in effectu ità contrariam opinionem fore intelligendam, inquit *Anebaran. in cap. quanto de censi.* cuius prae caeteris mentionem facit *Boer. cit. decis. 213. nu. 12.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SUMMARIUM.

Patroni plures eiusdem Iurispatronatus, possunt intèr se conuenire de alternis vicibus pra-

præsentando Cappellanum, num. 1.
Papa potest Iurispatronatus laicorum derogare, num. 2.
Sed quid requiratur, vt censeatur derogatum, n. 3.



AD CAPVT CCXXVIII.

Additio.

1 Breuitèr addo primò, quod possunt plures eiusdem Iurispatronatus compatroni, inter se conuenire, de alternis vicibus præsentãdo Cappellanum, ad *tex. in clem. 2. de Iurepatron.* ibi. *Et vt facilius prouideatur Ecclesijs, non inconuenicuens reputamus Patronos ipsos inter se posse liberè conuenire de Rectore alternis vicibus præsentando*, quam sententiam citrà controuersiam admittit, *Bologn. in addit. ad Io. de Anan. conf. 43.* quem sequitur *Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. P. conclus. 140. num. 7.* & prætèr eum *Cevall. practic. quæst. commun. contr. commun. quæst. 248. nu. 53. & Abb.* relatus per *Nigr. tract. de laudem. tom. 2. cap. 7. art. 3. nu. 28. fol. 129.*


2 Secundò addo, quod Pontifex potest Iurispatronatus laicorum derogare, præsentando Recthorem, eiq; Cappellaniam conferendo, absque quod quærant Patroni laici discrepari, cum ius illud ex gratia Pontificis habeant *Roman. conclus 329. circ. fin. vers. Octauò, Abb. in suis singul. verb. Papa potest. fol. 59. col. 1. & Feliu in tract. Quand. liter. Apostolica noce. Patron. in princ. & per tot.*

3 Tertiò, & vltimo addo, quod Papa nunquam censetur derogare voluisse Iurispatronatus laicorum, etiam quod motu proprio alicui conferat beneficium, ad illorum collationem spectans, quia vt derogatio fiat, debet ex certa scientia conferre alicui beneficium, spectans ad præsentationem laicorum, *Rot decis. 27. tit. de rescript. in nou. Roland. à Vall. cons. 46. nu. 7. vol. 1. & Consil. Paschal. de patri. potest. part. 1. cap. 9. nu. 210.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Maioris partis consensus sufficit ad validitatem actus, non obstante dissensu minoris partis, nu. 1.
Præsentatus à maiori parte patronorum, præferri debet, nu. 2. Sed limita, vt nu. 3. 7. & 9.
Electio facta de digno, licèt à minori parte, præferri debet, nu. 4.
Maiorem partem efficiunt ij, qui meliori mouentur ratione, nu. 5.
Maior pars dicitur ratione meliorum hominum, num. 6.
Electio de seniori, debet præferri electioni factæ de Iuniori, nu. 8.
Electio facta de se ipso non tenet, nu. 10.
Compatronus quando possit sibi votum dare, n. 11.
Gratificationi quandò sit locus, nu. 12.
Gratificatio quid sit, nu. 13.
Episcopus digniorem eligere debet, ex pluribus ad idem beneficium, vel iuspatronatus præsentatis, nu. 14.
Appellare potest dignior, si cum ad idem iuspatronatus fuisset præsentatus, cum alio minus digno, fuerit illi postpositus, nu. 15.
Eligens dignum, omissa digniore, peccat mortalitèr, nu. 16.
Eligens dignum, digniore omisso, facit sicut Iudei qui præposuerunt Barabbam Christo, n. 17.
Præsentatio Cappellani, facta per procuratorem, an teneat, distinguuntur tres casus, n. 18. 19. & 20.



AD CAPVT CCXXIX.

Additio.

1 Præmitto generalitèr, quod consensus maioris partis, satis est, & sufficiens ad obseruandum, & exequendum id, quod factum, mandatumq; ab eis fuit, non obstante minoris partis dissensu, vt habetur in *l. quod maior, ff. ad Municip. in l. nulli, ff. quod cuiusq; vniuersitat. nomi. in l. nominationum 45. C. de decur. lib. 10. & in cap. 1. de his quæ fiũ à maior. part. capit.* quia ad vniuersitatem refertur, quod à maiori parte confectum est, *l. aliud est 121 ff. de reg. iur.* ibi. *Refertur ad vniuersos quod publicè fit per maiorem partem.* Concordat *text. in l. restituenda in princip. cum glos. C. de Aduoc. diuers. iudic. in l. vbi absunt, ff. de tutor. & curat. in l. nominationum, C. de decur. lib. 10. in l. 2 C. de prædi. decur. sul. fin. C. de venden. reb. Ciuit. lib 11. in l. penul. C. de legat. in cap. 1. 74. distinct. & in cap. non potest cum glos. de re iudic.*

2 Modò verò regulam hanc ad casum nostrum applicando dicimus, quod præsentatus à maiori parte Patronorum, debet præferri præsentato à minori parte, & consequentèr Cappellania potiri, ac ab Episcopo institui, *cap. 3. de iur. patron. Abb. cons. 76. part. 2. Bald. cons. 17. in princip. lib. 5 Roman. conclus.*

*conclus.42. col.17. Peregrin. cons.27.num.16.
lib. 2. Macerat. variar. resol. lib.1.resol.104.
nu.1. & 13. Ricc. in prax. Eccles. par.1.resol.
172.nu.3. Nigr. de laudem. tom.1. quæst.28. art.
2.nu.19. fol.437. Cardin. Caualer. decis.519.
nu.2. & Peut. decis.388.nu.1.*

3 Patitur tamen conclusio ista, alioquin
communissima quamplures restrictiones; Pri-
mo quidem non procedit, si à maiori patro-
norum parte præsentaretur aliquis indignus
& inhabilis, is enim isto casu nec instituit, nec
præferri potest præsentato per minorem par-
tem, qui dignior, & habilior, sit *Dec. cons.532.
nu. 7. 8. & 9. Lambert. de Iurepatron. lib. 2.
part.1. quæst.10. princip. artic.6 nu.6. versic.
Secundus, & versic. legitimus, Vint. in eod.
tract. part.2. lib.6. cap.7. nu.76. vers. Adde
Barbos. de offic. Episc. allegat.72 nu.198. in fin.
part. 3. Rocc. de Curt. de Iurepatron. in vers.
Honorificum quæst.16. nu. 43.* vbi refert alios
pro hac opinione citasse, *sup. quæst 4. nu.16.
vers. Sin autem præsentatus Caualc. decis.40.
nu.16. lib.1. & Cardin. Caualer. decis.231. nu.
2. ex tex. in cap. dudum de elect. vbi Abb. in*
4 *vltim. notab. nu.10.* singulariter inquit, quod
quando concurrunt duo electiones super ea-
dem dignitate, vel gradu, quarum vna facta
reperitur à maiori parte de indigno, altera
verò à minori parte de digno, & habili, tunc
hæc præferri debet, & confirmari, ex traditis
communiter per *Canonistas in cap. cum vos de
offic. ordin.*

5 Quia maiorem partem efficiunt ii, qui
efficaciori ratione mouentur, non qui maio-
res sunt numero, *glos.* notabilis, *in cap. nul-
lus, vers. Item minor pars, distinct.61. & in
cap. 1. versic. Rationabiliter de his quæ fiunt à*
6 *maior. part. capit.* Quemadmodum etiam
maior pars dicitur, ratione meliorum homi-
num eligentium *Bald. in l. & sernum, §. fin.
num.4. ff. de pact. & Petr. ad Capye. decis.
152. lit. A.*

7 Secundò dicta regula non procedit, si à
maiori patronorum parte fuisset præsenta-
tus aliquis extraneus; à cæteris verò numero
paucioribus aliquis Ciuis, & de gremio Ci-
uitatis in qua situm est Iuspatronatus, quia
hæc de Ciue electio, vti Canonica, ac magis
iuri Consona præferri debet *glos.* singularis,
*in d. Can. nullus in vers. sed quid si maior pars
& in versic. dico tenere, distinct.61.* confert
*text. in l. in Ecclesijs 11. C. de Episc. & Cleric.
& in Can. primatus, cum Can. seqq. distinct.
71.* & notant *Abb. in cap. bona. il 2. in 13. no-
tab. & in cap. ad decorem, de instit. Deci. cons.
542 nu.13. vol 2. Ann. allegat.57. nu. 18. Ma-
cerat. variar. resol lib.1. resol. 104. sub nu.2.
vers. Tum quia, Bilott. decis. Beneuent. 23. nu.
13. & Ricc d. resol. 184. nu.3.* Quemadmodum
8 etiam electio facta de Seniori, præferri de-
bet electioni factæ de Iuniori, *Lambert. de
Iurepatron. lib.2. part.3 quæst.5. princip. art.13.
nu 1. Macerat. d. resol.104. sub num.1. vers.
Tum vti, & Rot. penes Ricci. loc. sup. cit. sub
nu. 3. vers. Item Senior.*

9 Tandem, & fortiùs non procedit memo-
rata conclusio contrà alium compatronum;
Hinc si *v. g.* tres compatroni, tertium præsen-
tarent, & duo alium compatronum, hæc licèt
paucioribus munita suffragijs, præferri debet,
trahendo a fortiori argumentum à præce-
10 denti conclusione: Imò quamuis electio facta
de se ipso, tanquam ambitiosa, sit nulla, &
à Canonibus improbetur, *cap. per nostras de
iur. patron. Pute. decis.253. nu. 2. lib.3 Caualc.
decis.40. nu.1. lib.1. Macerat. variar. resol. lib.
1. resol.51. nu.1. Verall. decis.400. nu.2. par.2.*
nouissimè *Ciarlin. contr. forens. lib.1. cap.69.*
11 *nu.8.* Tamen si duo compatroni vellent aliũ
compatronum præsentare, & alij numero
plures discrepentur, isto casu compatronus
præsentandus posset accedere ad sui benefi-
cium, cum suo voto, & accessus vocis suæ
auget numerum votorum, *cap. cum in iure,
de electio.* facie *l. Imperator, cum glos. ibid. ff.
de pact.* in puncto *Lambert. de Iurepatron.
part. 3. lib.2. artic.7. quæst.5. Peregrin. decis.
100. nu.1. Barbos. de offic. Episc. par.3. allegat.
72. nu.91. Caualc. d. decis.40. nu.4. 6. 7. & 11.
1. lib. Macerat. d. resol.51. nu.5. par.1. & Ciarl.
d. cap.69. nu.9. & 10 lib. 1.*

12 Sed non omittam, quod quandò inter plu-
res compatronos contentio est, veputa qui a,
vnus vnum, alter alterum præsentauit, ad
idem Iuspatronatus, isto casu ad gratifica-
tionem deueniri debere, docent communi-
ter DD. omnes relati per *Ricc. in d. 1. part.
prax. Eccles. resol. 184 nu. 2. cit. Macerat. var.
resol. lib.1. resol.104. sub nu.2. vers. Tunc de-
mum, & Lambertin.* quem sequitur *Cardin.*
13 *Caualer. dec.s.517. nu.7.* Dicitur autem grati-
ficatio, electio vnius ex pluribus præsentatis
ad vnicum, idemq; Iuspatronatus, ordinario
arbitrante, *Clement. 2. in fin. de Iurepatron.
Ceuall. pract. quæst. commun. contr. commun.
quæst.248. nu.32.*

14 Cautè tamen aduertat ordinarius, vt cum
ad gratificationem vnius ex pluribus præsen-
tatis deuenire habet, eum eligat, quem noscit
digniorem, & rectis moribus ornatiorem,
Can. si fortè 63. distinct. & optimè *Abb. in
cap. cum autem num. 5. de Iurepatron.* vbi *in*
15 *vers. Et per hoc putarem,* singulariter docet,
quod dignior posset ad eundem Episcopum
loci ordinarium, vel ad alium superiorem
appellare, si eo prætermisso, minus dignus
fuisset institutus, hæc sunt *Abbat.* verba. *Et
per hoc putarem, quod si magis idoneus poster-*
16 *garetur, posset appellare.* Quinimò in foro con-
scientiæ eligens dignum, omisso digniore,
peccat mortaliter, contrà Iustitiam distribu-
tiuam, *D. Thom. 2. 2. quæst.63. artic.2. ad 3.*
dicens. *Sed ad conscientiam eligentis, necesse
est eligere meliorem, vel simpliciter, vel in com-*

para-

paratione ad bonum commune, traditq; latisfimè *Pat. Lessi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. tit. de*
17 *benefic. dubit. 14.* Nam qui elegit dignum, digniore postergato, facit sicut egerunt Iudei, qui præposuerunt Barrabam, Christo, ideò grauitèr peccat, vt ingeniosè *Laspergi. cap.* 598. per discursum.


18 Quæritur tandem hic, vtrum præsentatio Cappellani per procuratorem facta valeat? Adeo breuitèr distinguendo tres casus, Primus si procurator ad hoc speciale mandarũ non haberet, & isto casu præsentatio non tenet *Franc. in cap. qui ad agendum, §. fin. limit. 26. de procurat. in 6. & Gaballin. Mil-*
19 *leloq. 152.* Secundus si ad præsentandum specialitèr esset constitutus, & isto casu, valet præsentatio, *Seraphin. decis. 554. part. 1. Pute. decis. 312. lib. 3. & Capntaquens. decis. 365.*
20 *nu. 1. part. 2.* Tertius, & vltimus, si constitueretur aliquis procurator cum speciali, ad præsentandam certã personam, in casu vacationis beneficij, vel Cappellaniæ, & tunc ex quò adest votum captandæ mortis, idcircò nec mandatum tenet, nec præsentatio indè sequuta valet, *cit. Macerat. variar. resol. lib. 1. resol. 7. nu. 15. & Ricc. d. resol. 175. n. 3. par. 1.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVrispatronatus donatio Ecclesiæ, vel Clerico facta, valet sine Diœcesani assensu, nu. 1. Sicuti etiam donatia facta à Patrono alio Compatrono, nu. 2.

Assensus directi domini non requiritur in donatione facta ab emphyteuta de sua portione, alio emphyteuta, num. 3. Nec est soluendum laudemium, ibid.



AD CAPVT. CCXXX.

Additio.

1 INter cætera, quæ in præsenti Cap. singularitèr habentur, illud notabile est, quod donatio de Iurepatronatus facta Ecclesiæ, vel Clerico, valida sit absque assensu Diœcesani, addo *Rot. decis. 9. de Iurepatron. in nou. Garsi. decis. 90. & Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 744. vers. Limita Secundò.*

2 Sicuti etiam donatio Iurispatronatus facta à Patrono, alio Compatrono valet, sine consensu ordinarij, quia isto casu Iuspatronatus non distrahitur, sed integratur magis, *glos. in cap. ex insinuatione de Iurepatron. in Clemen. plures, vers. Licere eod. tit. & in Can. nemini 16. quæst. 7. Verall. decis. 284. part. 1. & decis. 131. part. 2. Grattan. discept. forens. tom. 3. cap. 577. nu. 37. Ricc. d. collect. 744. vers. Limita nunc*, & nouissimè *Nigr. de Laudem. tom. 1. quæst. 12. art. 1. nu. 11. fol. 156.* subdens *nu. 12.*
3 ad corroborationem, quod si plures essent eiusdem rei emphyteutæ, posset vnus alteri portionem suam donare, citrà domini directi assensum, sicuti etiam tradidere *Hippol. de Marsil. singul. 28. Surd. decis. 343. num 12.* & probatur optimè *ex text. in l. codicillis 91. §. Institoto, ff. de legat. 2.* Nec esse soluendum laudemium, docet *Guid. Pap. decis. 48. sub nu. 2. circ. fin. vers. Sed an ex remissione.*


Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARVM.

IVris postliminij materiam quis latè pertractet, num. 1.

Remiges capti ab hostibus, si reuertantur, reincidunt in pristinam deseruiendi obligatio. n. 2.

In ius nostrum reuertitur, quidquid captiuitatis tempore amisimus, nu. 3.



AD CAPVT CCXXXI.

Additio.

1 IN materia Iuris postliminij, addo latissimè tradita per *Gabal. resol. crim. centur. 2. casu 140. à nu. 7.* vsque ad finem, ad quem cunctis in casibus, postliminij ius concernentibus recurrere.

2 Addo etiam *Bologuet. in l. 1. in princip. ff. de acquir. poss.* vbi dicit, quod si Triremium Remiges ab hostibus caperentur, deindè verò reuertantur, reincidunt in pristinam deseruiendi obligationem; id quod probatur, ex *tex. in l. si mulier in opus Salinarum, ff. de capti. & postlimin. reuers.* & doctè *Reg. Constant. in l. vnic. nu. 49 C. de Classibus lib.*
3 Quia in ius nostrum reuertitur, quidquid captiuitatis; vel hostilitatis tempore amisimus, si deperditum contingat recuperari.

Can.

Can. prima actione 16. quæst. 3. Parlador. quotid. different. different. 19. num. 8. & Mohedan. decis. 87. aliàs decis. 5. nu. 2. de restit. spoliat.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Fiscus in venditione feudi, vti directum dominium habens, omnibus præfertur, nu. 1.

Dominus directus in venditione rei emphyteuticæ, præfertur cunctis emere volentibus, nu. 2. Etiam in venditione meliorationum in re factarum, nu. 3. Et in venditione fructuum illius, n. 4.

Dominus directus volens præferri in emptione rei emphyteuticæ, tenetur offerre pretium, quod ab alio emptore venditor esset percepturus, nu. 5. Sed intellige, & limita, vt nu. 6.

Prælationis ius competens ratione directi dominij, cessat in sex casibus relatis, num. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.

Cedi non potest ius prælationis, resultans ex directo dominio, nu. 13.

Tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. habet locum etiam in venditione necessaria, nu. 14.

Directus Dominus in venditione rei emphyteuticæ præfertur vicino retrahere volenti iure congrui, num. 15.

AD CAPVT CCXXXII.

Additio.

1 Directum dominium parit prælationem; Hinc in venditione feudi, esse fiscum præferendum cunctis alijs emere volentibus ratione supremi dominij, refert decisum *Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. Ius congrui fol. 299. col. 2.* & corroboratur hæc decisio ex traditis per *Iacob. de S. Georg. de feud. §. qui quidem inuestiti num. 60. Io. Raynaud. in eod. tract. §. Præterea lex prima nu. 37. & Guid. Pap. decis. 415. num. 2.* qui dicunt, quod tàm in feudis, quàm in emphyteusi, competit prælatio directo Domino.

2 Sed de emphyteusi est *tex.* particularis, in vulgat. *l. fin. C. de iur. emphyt.* qua cauetur, vt in venditione rei emphyteuticæ, directus Dominus cunctis alijs emere volentibus præferatur, sicuti etiam tradunt *Guid. Pap. decis. 47. & decis. 508. vers. Quoniam Ius prælationis, Osas. decis. 156. in princip. Paris. de reintegrat. feud. cap. incipiente Fuit facta concessio, nu. 15. fol. 10. à ter. col. 2. & 3 Franch. decis. 482. & Ann. alleg. 43. nu. 14.*

3 Imò non solum in venditione ipsius rei emphyteuticæ competit directo Domino ius prælationis, verum quoque in venditione meliorationum, in ipsa re factarum; qua de causa tenetur emphyteuta qui illas vendere intendit, ei pretium prædicere, vt is volens, alijs præferatur *d. l. fin. Corbul. tract. de iur. emphyt. tit. de alienat. inrequisit. Dom. fact. quæst. 2. num. 2. & Rot. Rom. post* Cenc. *decis. 71. nu. 3.*

4 In vendendis etiam rei emphyteuticæ fructibus, Domino directo prælatio concedenda est *Bart. in l. 1. nu. 3. C. de mattallar. & metal. lib. 11.* & ibi quoque *Io. Plate.* alijque congesti per *Philipp. Testai allegat. 17. nu. 16. Boer. ad* Consuet. *Bituricens. tit. della retenue, §. 1. in princip.* idem *decis. 107.* signantèr *nu. 2. Surd. cons. 28 nu. 19. lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. sub num. 2. vers. Ex quo, Vincent. Carocc. de locat. part. 3. tit de libert. quæst. 2 fol. 156.* ad intellectum *leg. initus, C. de locat.* & plenè *Nouar. quæst forens. lib. 1. quæst 41. nu. 16.*

5 Tenetur tamen Dominus directus in casibus prædictis offerre venditori eam quantitatem, quam ab alio emptore esset percepturus, ità vt non audiatur, si excipiendo dicat, se ad magnum pretium conuenitri, vt in sæpè *cit. l. fin.* vbi *Salic. & Ias. nu. 22. vers. Septimò, Oldrad. cons. 34. Quæstio talis est, propè fin. Fab. in Cod lib. 4. tit 43. de iur. emphyt. & Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. nu. 5.*

6 Sed temperanda venit ista conclusio, vt nō procedat, si emphyteuta cum aliquo collusus, asserat vendidisse pro cariori pretio, ad hoc vt ita directum Dominum à retractu, & prælatione deterreret, quia isto casu, volens ipse præferri, satisfacit si iustum pretium offerat *Barber. in prax. tit. de locat. num. 65. Philipp. Testai d. allegat. 17. nu. 20. & 33. & Giurb. decis. 51. sub nu. 8.*

7 Cessat autem Ius prælationis in quampluribus casibus, & primò quidem si in concessione in emphyteusim, data esset emphyteutæ libera facultas alienandi rem concessam, *Cald. de extinct. emphyt. cap. 7. nu. 3.* & *Decian. cons 4. nu. 11. vol. 1.*

8 Secundò, si emphyteutica res lucratiuo titulo distraheretur, per contractum nempè donationis, vel legati titulo, *Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libello. rubr. 4. de action. in rem nu. 19. vers. Addit, & nu. 26.*

9 Tertiò, si directus Dominus, sciens rei alienationem, pro laudemio institisset, quia renunciasse videtur iuri prælationis, *Alberic. Tiraquell. Masuer. Cassan. Boer.* & alij relati per *Nigr. de laudem tom. 1. quæst. 30. per tot.*

Quartò,

10 Quartò si dominium directum esset alicuius Ciuitatis, vel Reipublicæ, ex Iuribus, & DD. relatis per eundem *Nigr. in tract. de laudem. tom. 2. quæst. 4. per tot.*

11 Quintò itidem, si dominium directum esset alicuius Ecclesiæ, quia ad eius fauorem non habet locum ius prælationis, & consequentèr *tex. in d. l. fin. Amade. tract. de laudem. quæst. 13. nu. 7. & Anton. Ranchin. in addit. ad Guid. Pap. decis. 48. in fin. vers. Cessat etiam.*

12 Vltimò omissis alijs, non est concedenda prælatio, si directus Dominus nollet remillam emphyteuticam pro se retinere, sed alteri cedere gratis, vel pretio recepto *Felin. cons. 25. nu. 14 Guid. Pap. decis. 411. Euerard. in Topic. cap. ab emphyt. ad feud. nu. 4. Amede. de laudem. quæst. 13. n. 5. cum seqq. Sol. ad statut. Sabaud. tit. de iur. emphy. §. in casibus nu. 7. circa medium. Cald. de renouat emphyt. quæst. 13. nu. 6. in fin. Intrigliol. de feud. centur. 2. artic. 5. num. 998. Surd. cons. 105. alids 205. Francisc. Marc. decis. 21. Giurb. decis 51. nu. 6. & 8. Reg. de Pont. decis. 28. num. 12. Franch. decis. 226. nu. 2. & Nouar. quæst. forens. lib. 2. quæst. 50. nu. 3.*

13 Quia ius prælationis competens alicui ratione directi dominii, non potest cedi, neque gratis, neque recepto pretio, nam dicitur inseparabilitèr affixum ossibus ipsius, vt concludunt omnes DD. modò relati, quibus addo *Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glos. 2. nu. 43. Cassan. ad consuet. Burgund. tit. de censi. §. 1. vers. Ratenne nu. 3. cit Ranchin. ad Guid. Pap. d. decis. 411.* & plenissimè *Io. Bapt. Ciarlin. contr. forens. cap. 121. per tot.*

14 Extrà verò casus istos, & alios speciales, semper directus Dominus, in venditione rei emphyteuticæ præfertur cunctis aliis emere volentibus, ex dispositione *text. in d. l. fin.* quem locum habere (inquit *Franch. dec. 227.*) etiam in venditione necessaria, oriente ex obligatione, & contractu per emphyteutam facto, quia eius culpa non debet esse alteri nociua, Idem *Franch. decis. 482. nu. 2. & Gratian. discept forens. tom. 4. cap. 784. nu. 10.* vbi probat, quod *Bulla Pij V.* per quam datur prælatio directo Domino in distractione rei emphyteuticæ, extenditur etiam ad venditionem necessariam.

15 Imò contrà vicinum retrahere volentem iure congrui, præualet ius directi dominii, ex *d. l. fin.* vt refert decisum *Capyc. decis. 99. Franch decis 610. Intrigliol singul. 339. lib. 1. Reg. de Pont. decis. 3. Rice in collect. decis. par. 6. collect. 230. col. 2. in princ. vers. Et an Dominus directus. Thor. in compend. decis. part. 6. verb. Ius congrui fol. 299. col. 2. & Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 41. sub nu. 3. versic. Sine aduersus vicinum*, quia statutum concedens vicino ius congrui, intelligitur saluo iure directi domini, vt plenè *Capyc. Latr. decis. 46. nu. 15. cum seqq.* & dicemus in sequenti *Cap. num. 5.*

Alia plura pertinentia ad materiam huius cap. supple apud *Cenci. de censi. quæst. 65.* per totam, vbi omnia doctè cumulat.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

IVS *retractus an habeat locum in feudis hæreditarijs, & quid in feudis planis, & de tabula remissiuè. nu. 1.*


Feudi Dominus an in illius locatione, ordine S.C. facienda sit præferendus, nu. 2.

Et quid in agnatis, nu. 3.

Ius retractus non habet locum, si sciente, & non contradicente eo cui competebat, fiat feudi venditio, nu. 4.

Directus Dominus in venditione feudi, præfertur consanguineis feudatarij, nu. 5.

Consanguineus petens præferri in emptione feudi, tenetur offerre illud pretium, quod ab alio emtore venditor esset percepturus, nu. 6.



AD CAPVT CCXXXIII.

Additio.

1 De pluribus potest in hoc cap. dubitari, & primò quidem an ius retractus habeat locū in feudis hæreditariis, an tantum in feudis ex pacto, & quid in feudo plano, & de tabula, de quibus latissimè *Capyc. Latr. decis. 57. & consult. 27. Spectab. Dom. meus resol. lib. 2. cap. 126. & tom. 3. allegat. 93. Herman. Vulte. de feud. lib. 1 cap. 11. nu. 91.* & latè *Ricci collect. decis. par. 5. collect. 2055.*

2 Secundò, an in locatione feudi, ordine S. C. facienda, ad instantiam Creditorum feudatarii, Dominus cunctis aliis præferatur? affirmatiuè nouissimè *R. P. Afflict. contr. iur. cap. 20.*

3 Tertiò, an agnatis competat prælatio in locatione feudi alterius agnati, negatiuè idē *P. Affl. d. cap. 20. nu. 5. & 11.*


4 Quartò an ius retractus, habeat locum, si feudi venditio fiat præsente, ac non contradicente eo, cui ius illud competebat, negatiuè *glos. in l. cum proponas, vers. Item si vnus fratrum, C. de pact. Gulicl. de Cune. in l. 1. §. scientiam, ff. de tributar. Roman. cons. 227. sub nu. 2. circ. fin.* & *Nigr. de laudem. tom. 2. quæst. 37. nu. 10.*

Quintò,

5 Quintò, an consanguineus volens retrahere feudi venditionem ab alio consanguineo factam excludatur à Domino directo, volente itidem præferri? Affirmatiuè *Nonar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 41. nu. 2.*

6 Vltimò, an consanguineus cum petit præferri in feudi emptione, teneatur illud pretium offerre, quod ab alio extraneo emptore esset venditor percepturus, videndus *text. in cap. 1. §. Sed & res, tit. per quos fiat inuest. in cap. 1. §. donare, vers. Porrò, tit. qualit. olim poter. feud. alienar. & in l. fin. C. de iur. emphyt. Paris. de reintegr. feud. cap. incipiente, An si fuit concessa col. 2. nu. 9. fol. 77. Scrader. de feud. part. 8. cap. 7. num. 41.* & nouissimè cit *R. P. Afflict. in appendic. ad cit. cap. 20.* vbi doctè de more ratiocinatur.

Io: Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

Facultas reuocandi feudi alienationem sine assensu factam, tollitur 30. annis, & ità decisum, nu. 1.

Actio qualibet 30. annis præscribitur, nu. 2.

Iuri dicendi de nullitate alicuius actus, 30. annis præscribitur, nu. 3.

Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. tollitur per 30. annos, nu. 4.

Agnatus post 30. annos excluditur à iure retractus, nu. 5. Imo per annum, & quando, nu. 6.

Supplementum legitimæ non potest post 30. annos à filio peti. nu. 7.

Actio de inofficioso testamento expirat quinquennio, nu. 8.

Ius reemendi, vigore pacti de retrouendendo expirat 30. annis, etiam si sit dictum, semper, & quandocumq, nu. 9. Sed vid. nu. 10.

AD CAPVT CCXXXIV.

Additio.

1 

Authoritas *Spectab. Dom. mei* in præsenti, fuit pro sinodali habita in S. C. in causa hæredum quoad. Martiæ Galluccio, qui iunctis aolis Ill. Dom. mei Marchionis la Terzæ, & D. Pauli Scaibaoi, fuerūt absoluti ab Impetitis per qu. Cæsarem Galluccio, respectu petitæ reuocationis alienationis cuiusdam feudi, sine assensu, ex dispositione *Constit. Regni, Constitutionem, Diuæ memoriæ*, ex eo tantum, quia ob lapsum plus quam 30. annorum, talis facultas erat præscriptione extincta, referente Doctissimo, ac integerrimo Dom. Consiliario Io. Baptista Hodierna, sub die 28. Ianuarii 1661. qui quidem Dom. causæ Relator, post quam solemnem istam decisionem mihi denunciasset, vt eam in præsenti registrarem, attestatus fuit, fundamentalem eius lapidem extitisse, hanc Dom. mei authoris sententiam quam celebrem, & singolarem appellauit, quatenùs concludit præscribi facultati reuocandi feudorum alienationes, absque assensu factas, per 30. annos: Processus dictæ causæ, est in Banca Domioici de Martino Actorum Magistri.

2 Absolutissimum enim in iure est, actionē quamlibet 30. annis præscriptione extingui, *l. sicut. & l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. 1. l. 2. C. de constit. pecun. l. vnic. §. deindè in fin. C. de annal. except. l. licèt 8 cum glos. vers. Lo gi, C. de iur. deliber. Deci. cons 267. nu 4. Afflict. decis. 13. sub nu. 3. cum seqq. & Parlador. quotid. differ. differ. 148. nu. 22.*

3 Maximè autem, quod per 30. annos præscribatur iuri allegandi nullitatem, ac inualiditatem actus, tradunt *Put. decis. 192. nu. 1. part. 2. Manent. decis. Mantuan. 74. nu. 18. & Parlador. loc. sup. cit.*

4 Hinc remedium læsionis, resultans ex *l. 2. C. de rescind. vendit.* quod tollatur præscriptione 30. annorum, communiter concludunt DD. *ex glos. in d. l. 2. & in cap. cum causa, vers. alij dicunt de emption. & vendit. Pinell. in cit. l. 2. part. 2. cap. 1. nu 26. Balb. de præscrip. part. 4. quæst. 26. cit. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. part. §. 16. nu. 14. fol. 276. & Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. vnic. part. 1. nu. 29. fol 596.*

5 Eodem etiam triginta annorum Curriculo præcluditur agnatis facultas retrahendi feudi alienationem ab alio agnato factam, per ius consanguinitatis, *ad tex. in cap. 1. §. si Titius, tit. si de feud. d. funt. milit. contr. fuer.* doctè *Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. nu. 12. & Gratian. discept. forens. tom 4. cap. 742. nu 12.*

6 Imò si fortè distraheretur feudum in aliquem agnatum remotiorem, tunc proximior agnatus, cui retractus ius ex consanguinitate spectabat, per lapsum vnius anni à die scientiæ, excluditur à facultate retrahendi, quia feudum eo casu in agnatione etiam conseruatur, licèt emptor, & possessor illius sit de remotioribus agnatis, sic habetur *ex glos. in d. cap. 1. §. si quis decesserit, verb. per annum tit. si de feud. defun. milit. &c.* & prosequuntur *Alex. cons. 15. visis narratis, num. 10. vol. 5. Deci. cons. 328. in casu proposito, num. 4. col. 1. & Iacob. Mandell. Albens. cons. 76. nu. 4.*

Rursùs

Rursùs post 30. annos, nequit amplius filius petere legitimæ supplementū, quia præscriptione tanti temporis actio illa sublata est, *Iaf. in l. si quis filium, nu. 5. C. de inoffic. testam. idem in l. si eum qui iniuriarum, nu. 19. ff. si quis caut. & in l. certi conditio nu. 25. ff. si cert. peta. Alex. cons. 108. consideratis verbis sub nu. 5. vol. 1. Guid. Pap. decis. 82. Cremens. singul. 229. Misinger. singul. obseruat. centur. 2. obseruat. 72. Rip. respons. 193. Ciarlin. contr. forens. tom. 2. cap 205. nu. 62. Macerat. variar. resol. lib. 1. resol. 83. nu. 18. & lib. 2. resol. 54. nu. 7.* Camill. *Salern. ad consuet. eas autem, in Apostill. incipiente Paragium, vers. Illud int. fol. 95. Censal. ad Peregrin. de fideicomm. fol. 382. col. 1. vers. 1. & col. 2. Mohedan. decis. 2. alidr 151. de præscrip. Pute. decis. 127. part. 2. & Cardin. Canaler. decis. 156. nu. 4.* vbi testatur, sententiam istam fuisse pluries per Rot. Canonizatam, contrà *Bart. in d. l. si quis filiū,* C. *de inoff. testam.* vbi tenet sufficere quinquennii lapsum ad excludendum filium à petitione supplementi legitimæ.

8 Procedit tamen hæc *Bart.* doctrina in actione de inofficioso testamento, quam non negamus, expirare quinquennio, *ex text. in d. l. si quis filium in fin. Alex. cons. 8. sub nu. 25. vol. 3. & Gomes. variar. resol. lib. 1. cap. 9. tit. de succeß. contr. testam. nu. 16.*

9 Vltimò omissis aliis, 30. quoque annis tollitur facultas reemendi, vigore pacti de retrouendendo, *Deci. cons. 164. sub nu. 4. vol. 1. Balb. tract. de præscript. part. 4. 5. part. principal. quæst 3.* etiam si esset dictum, quod possit venditor semper, & quandocumque reemere, quia non obstantibus verbis his denotantibus infinitatem, & perpetuitatem, per triginta annos tali facultati præscribitur *Felin. in cap. cum accessissent sub num. 27. de consilis. Angel. cons. 55. Ancabar. cons. 337. Surd. decis. 2. num. 7. Boer. decis. 182.* Reg. *Merlin. contr. centur. 2. cap. 70. num. 31.* & nouissimè omnium meliùs, atque latiùs *Dom. Consiliar. Paul. Staiban. resol. forens. lib. 1. resol. 40. à nu. 37.* cum mult. seqq.

10 Sed contrà, quod ex virtute illorum verborum, semper, & quandocumq; nunquam facultati reemendi præscribatur, prætèr innumeros, acritèr defendunt *Osas decis. Pedam. 69. num. 12, cum seqq.* & *decis.* 115. per discursum, & acutissimè *Faechin. contr. iur. lib. 2. cap. 13.* per totum, propterea cum casus contingerit cogita.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

L*Audemium non debet solui de alienatione rei emphyteuticæ, facta sub pacto legis commissoria, vel adiectionis in diem, nu. 1. & 6. Et si fuerit solutum debet restitui, resoluto contractu ex pacto legis commissoria, nu. 2.*

Gabella si solui deberet pro quolibet contractu, non deberetur pro contractu stipulato sub pacto legis commissoria, vel adiectionis in diem, nu. 3.

Venditio facta cum pacto legis commissoria, licèt sit pura, venit tamen resoluenda sub conditione, num. 4.

Venditionis contractu resoluto ex pacto legis commissoria, redit ipso iure res ad Dominum, & fingitur nunquam adfuisse contractum, nu. 5.

Laudemium non debetur pro alienatione conditionata, nu. 7.

Debetur tamen pro alienatione celebrata sub pacto de retrouendendo, nu. 8.

Venditio celebrata cum pacto de retrouendendo dicitur pura, simplex, & perfecta, nu. 9.

Laudemium iterum debetur pro retrouenditione, nu. 10. Sed Author tenet contrarium, num. 11. Et prima opinio quandò procedat, nu. 12.



AD CAPVT CCXXXV.

Additio.

1 INtèr casus in quibus, ex venditione rei emphyteuticæ non est soluendum laudemium, est iste, de quo hic agitur, quandò nempè fit rei alienatio sub pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, quoniam enim pendente tempore adiectionis, venditio semper iacet sub periculo, ne resoluatur, & ad pristinum statum reducatur, idcircò quousque pura non remanserit, laudemium non debet solui *Guid. Pap. decis. 48. sub nu. 2 Tiraquell. de retract. conuent. §. 6. glos. 2. nu. 4.* & nouissimè *Thor. in compend. decis. part. 2. 3. part. verb. Laudemium fol. 6. col. 1. in princip.*

2 Adeò quod si fortè facta venditione rei emphyteuticæ sub pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, esset illicò solutum laudemium, indè verò venditio ex vi pacti resolueretur, deberet illud restitui, vti ex errore, vel absque causa solutum, vt doctè *Fontanell. decis. Catalon. 277. nu. 23. & 24.*

3 Neque omittam ad corroborationem superioris Conclusionis, similem doctrinam *Bald. in appendic. ad leg. ab emptione sub nu. 1. vers. Sed quid si de contractu, ff. de pact.* vbi voluit, quod si statuto caueretur, quod de quolibet contractu solui debeat gabella, & stipularetur instrumentum sub pactis resolutiuis ipso facto (quale est pactum legis Commissoriæ) isto casu non esset soluenda gabella, quò vsq; venditio pura nō remanserit, & effe-

quum suum irreuocabilitèr fuerit sortita?

4 Prædictorum potissima ratio est,quia licèt venditio celebrata sub pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, dicatur vera venditio, producens effectum translationis dominij, tamen resoluitur sub conditione, quatenùs scilicèt non solueretur pretium intrà tempus conuentum, ad *text. in l. 2. §. Sabinus ff. pro emptor. l. 3. ff. de contrah. empt. & l. 2. ff. de in diem addict.*

5 Adeò quod resoluto contractu emptionis, & venditionis ex virtute pacti legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, redit res ad Dominum ipso iure, absque noua retrotraditione, & fingitur, nunquam adfuisse contractum illum, in puncto *Bald. in d. l. ab emtione, nu. 3.* vbi etiam *Angel. nu. 3. Las. nu 7. & Paul. de Castr. num. 9. ff. de pact. Petr. Iacob. Aurelian. in pract. libell. rubr. 4. tit. de action. in rem, pro re emphyt. quæ cecid. in commis. sub num. 29. & 30. vers. Quantò in omni,* & facit *glos. in l. necessariò verb. in præteritum, ff. de peric. & comod. rei vendit.*

6 Sicq; meritò de tali venditione hiscè pactis celebrata, laudemium solui non debet, cum posìt dati casus resolutionis illius, & fingi nunquam adfuisse, sicuti probauimus;

7 Et est generale, vt pro quacumq; alienatione conditionata laudemium non debeatur, quousque purificetur conditio, *Surd. decis. 305. nu. 18.*

8 Non obstat, quod pro alienatione rei emphyteuticæ, sub pacto de retrouendendo, debeatur domino directo statim laudemium, non expectato lapsu temporis, intra quod poterat venditor vti facultate reemendi, vt latissimè docet *Nigr. de laudem. tom. 2. quæst. 5. artic. 1. & 2.* cum ibi remissio.

9 Quia respondetur, quod longè dispar est ratio; venditio enim, quæ cum pacto de retrouendendo celebratur, omni tempore dicitur pura, perfecta, & simplex, absque quod aliquid in contrarium resultet, ex pacto reemendi, quod non solum contractum ipso iure non resoluit, sed imò tunc demum operatur, cum pretium à venditore reemere volente offertur, *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Deci. cons. 279. nu. 2. vers. & idem Beci. cons. 21. nu. 21. lib. 2. & Thesaur. decis. 140. nu. 5.* Propterea iure meritò ex tali venditione debetur laudemium, vti de vera, ac simplici distractione; diuersa ab ea, quæ fit sub pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, sicuti in pūcto ponderat *Petr. Iacob. Aurelian. relatus sup. nu. 5.*

10 Imò nec defecere qui scripserint, aliud deberi laudemium de retrouenditione quæ fit vigore pacti, vt præ cæteris voluit *Marin. Frece. de subfeud. lib. 2. cap. incipiente His quaro nu. 7. fol. 177. à ter. ex tex. in l. si duobus, ff. de diuers. & tempor. præscript. & in l. 2. §. si sub conditione, ff. pro emptor.* & authoritate *Guliel. de Cune. & Alberic. in dict. l. ab emptione, ff. de pact.*

11 Ipse tamen quò ad hoc contrarium audacter affirmo, adhærendo *Rot. Rom.* quæ non deberi ex retrouenditione aliud laudemium determinauit, teste *Cardin. Caualer. dec. 360. nu. 5.* & prosequitur latissimè *Thesau. decis. 75. & Boer. decis. 279.* quem sectatur *Censal. ad Peregrin. de fideicom. artic 42. fol. 432. col. 1. in fin. vers. Addent vlterius.*

12 Authoritates verò adductæ à *Frece.* in contrarium, procedunt quandò pactum de retrouendendo non fuit illicò appositum, in eodem contractu emptionis, & venditionis, sed quandò ex interuallo post perfectam venditionem, distrahens sibi per pactum de retrouendendo prospexit; ex quo enim isto secundo casu, cum sequitur retrouenditio, illa effectum sortitur, non quidem in exequutionem pacti appositi in primo contractu, sed ex noua conuentione, idcircò debetur pro ea laudemium, vti pro nouo distractionis contractu; & i à in effectu tenent *Guliel. de Cune. & Alberic. sup. cit.* quos sequitur *Tiraquel. de retract. conuent. §. 6. glos. 2. nu. 9.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Compromissum factum in duos, cum facultate eligendi tertium in casu discordiæ, non valet, nu. 1.

Laudum est nullum, si sit deuentum ad tertij electionem, ante quam de discordia arbitrorum constaret, nu. 2.



AD CAPVT CCXXXVI.

Additio.

1 Quandò fit compromissum in duos, & datur facultas vtrique eligendi tertium in casu discordiæ, tunc compromissum, & successiuè laudum, ratione formæ est nullum, vt in *Rot.* decisum refert *Cardin. Caualer. decis. 327. nu. 5.*

2 Item laudum est nullum, si tertius eligendus in casu discordiæ, fuisset electus, non constito priùs de discordia, *Deci. cons. 475. nu. 40. vol. 2. Ann. singul. 38. Reg. Ronit. in pragm.*

pragm. odia litium, nu.59. de arbitr. & Cauale, decis. Finiz.27.nu.57. lib.1. vbi subdit, quod debet de discordia in actis constare, neque sufficit si de ea in laudo fiat mentio, *Alex. consf.124. nu. 10.lib.2.* & per totū, vbi ali ad materiam pertinentia pertractat.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Legatum speciei pluries, ac in diuersis scripturis, ad fauorem eiusdem personæ repetitum, semel præstari debet, nu. 1.
Secus in legato quantitatis, quia illud toties debetur, quoties legatur, nu. 2.
Et quid si legatum quantitatis pluries pro eadem causa relinqueretur, nu. 3. Vbi quod semel tantum præstari debeat.
Author verò distinguit, nu. 4. & 5.



AD CAPVT CCXXXVII.

Additio.



1 Capio ad ornatum huius *Cap.* notabilem, *glos. in l. planè 34 ff de legat. 1.* vbi singulariter distinguit, dicens, quod si pluries certa species alicui ab eodem testatore relinqueretur, siuè in eodē testamento, siuè in diuersis scripturis, vtputa in testamento, & codicillis tale legatum semel tantum præstari deberet, quasi semel ex præsumpta voluntate testatoris, fuerit præstari relictum, cum species ex se, multiplicationem, & reiterationem non recipiat, sequitur *Gomes. variar. resol.lib.1. cap.12. tit. de legat. sub nu. 38. vers. Si verò eadem res, & Menoch. de præsumpt.lib.4.præsumpt.128.*

2 Si verò non species, sed quantitas pluries eidem relinqueretur, tunc inquit memorata *glos.* diuersam esse inspectionem, nam cum quantitas recipiat de sui natura multiplicationem, idcircò toties debetur, quoties legatur, idem *Gomes. vbi sup. vers. Secùs verò, & Menoch. loc. cit. nu.15.* & melius, quam alibi, habetur ex *text. in l. quingenta 12. ff. de probat.* vbi cum eadem quantitas relinquitur eidem personæ in codicillis, quæ fuerat in testamento relicta, duplicandi animo id actum præsumitur, nisi contrarium ab hærede probetur, ibi. *Et hic igitur, cum prior duas scripturas ostendit, hæres posteriorem inanem esse, hæres ipse id probare Iudici debet.* Videndus etiam *Aret. in §. 1. instit. de except. nu.26.*

3 Alij tamen dicunt, quod quandò pluries eadem quantitas alicui relinquitur, pro eadē causa, tunc quidem, non nisi semel præstari debet, licet in diuersis scripturis relinquatur: quia cùm vnica sit causa, & vnus finis pro quo quantitas legatur, vnicum etiam censeri debet legatum, & non tot, quot sunt vices, quibus repetitur, *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.14. nu. 19. Surd. de alim. tit.9. quæst.4. nu.11. Cauale. decis. Finiz. 31.nu.1. vol.3. & Gomes. loc. sup. cit. versic. Quod est verum.*

4 Ipse verò opinionem istam ita simpliciter non puto veram, procedit enim in eo dumtaxat casu, cum nempè, causa pro qua pluries eadem quantitas legatur, de se non recipit reiterationem, quale est legatum pro alimentis, quæ cum nec incrementum, nec reiterationem eodem tempore, ac instanti recipiant, fit consequenter, vt si in causam alimentorum relinquantur Titio centum annua, & totidem deindè in codicillis eidem legentur, pro eadem causa, semel præstari debebunt annua centum, non bis, quia vnicum præsumitur legatum, ob vnitatem causæ, non reiterabilis, sicuti satis manifestè elijcitur, *ex tex. in l. libertis 18. ff. de alim. & cibar. legat.* & tradunt *Bart. in l. alimenta 16. ff. Basilicæ, ff.* eod. *Surd. dict. quæst.4.* per totum, *Menoch consf.23 nu 62. & in d. tract. de præsumpt. lib 4. præsumpt.128. nu.18.*

5 Sed quandò causa pro qua pluries eadem quantitas relinquitur, recipit incrementum, quale est legatum pro dote, pro anima, vel simile, tunc quidem esset secus dicendum, vt vtar verbis. *Præsidis Franch. decis 422. nu.4.* existimans isto casu (& quidem rectissimè) non semel tantum soluendam esse quantitatem, sed toties, quoties legatur, per *tex. in d. l. quingenta, ff. de probat.* & ibi optimè *Salic.* & post alios *Ann. consf 91. nu.38.*

Legendus etiam ad totam istam materiam *Thesaur. quæst. forens lib 1. quæst. 67.* per discursum.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.


Testamentum ratione voluntatis imperfectum, fauore piæ causæ sustinetur, num. 1. Sed contraria opinio, est verior, nu. 2.
Testamentum imperfectum ratione solemnitatis

substinetur fauore piæ causæ, nu. 3. Etiam si deficiat in hæredis institutione, nu. 4.

Testamentum dicitur imperfectum ratione solemnitatis, si testator, qui Notarium, & testes vocari iussit, morte fuit præuentus, nu. 5.

Sed quod dicatur imperfectum ratione voluntatis, si testator, qui stipulationem in aliū diem distulit decedat, nu. 6.

Et quid, si post quam voluntatem suam Notario denunciauisset, isque eam scribere cæpisset, morte præueniatur, nu. 7. Et vid. nu 8.



AD CAPVT CCXXXVIII.

Additio.



De duobus hic principaliter tractatur; Primò vtrum testamentum inualidum ratione voluntatis substineatur fauore piæ causæ; Et secundò in quibus casibus testamentum imperfectum dicatur ratione voluntatis.

1 Quò ad primum duæ sunt contrariæ sententiæ, vna quidem volens, substineri fauore piæ causæ testamentum nullum ex causa imperfectæ voluntatis, secundum quam determinauit Senat. Pedam. teste *Thesan. quæst. forens. lib. 3. quæst. 35. nu. 7.* & tenent etiam *Mascard. de probat. conclus. 1353. nu. 71. & 72. & Castill. decis. 59. lib. 1.* cum alijs ab eis cumulatis.

2 Altera verò volens oppositum, vt nempè cum testamentum claudicat ob imperfectam voluntatem, non substineatur, fauore piæ causæ, quam tenent, præter innumeros *Ias. cons. 155. nu. 1. vol. 4. Angel. cons. 91. nu. 6. cum seqq. Gomes. ad leg Taur. 3. nu. 106. Rouit. cons. 41. nu. 9. lib. 2. Dom. cons Francis. Mari. Prat. discept. forens. tom. 3. cap. 37. sub nu. 32.* & crebrius in iudicando obtinuit opinio ista, teste *Surd. decis. 292. & Capyc. Latr. decis. 140. tom. 2.* quia testamentum deficiens in voluntate, deficit in iure naturali, cui nemo potest derogare.

3 Et ideò substinetur tantum fauore piæ causæ, testamentum deficiens in iure positiuo à quo solemnitates in actu testandi fuerunt introductæ; vndè si eæ deficiant, licèt testamentum sit nullum, debentur tamen ex eo legata pia. *Bart. in l. cunctos populos, sub nu. 30. vers. Caueter statuto, C. de summ. Trinit. & fid. Cattol. Abb. in cap. relatum nu. 5. de testam. Angel. cons. 372. Bellon. cons. 16. num. 1. & Cardin. Caualer. decis. 168. nu. 1.* qua de

4 causa si reperiatur conditum testamentum sine hæredis institutione, quamuis vti deficiens in salutari suo, sit inualidum, cum tamen hoc proueniat ob defectum solemnitatis, substinetur ad pias causas, *Bald. cons. 287. in fin. lib. 4.*

5 Quò ad secundum verò capio *Alex. cons. 4. Attentis narratis nu. 13. vol. 7.* dicentē quod testamentum ad pias causas coram duobus testibus confectum, deficiens iudicari debet in solemnitate, non in voluntate, si testator qui Notarium, & testes in numero oportuno vocari præcepit, vt testamentum in forma publica redigeretur, decessisset priùs quam ad actum stipulationis esset deuentum, & ideò testamentum prædictum esse validum fauore piæ causæ, concludit *cit. Alex.* & sequitur *Beiard. ad Clar. in §. testamentum, quæst. 9. n. 4.*

6 In contrarium tamen facit *decis. Capyc. Latr. 7.* vbi refert fuisse per S. C. declaratum nullum ex defectu voluntatis quoddam testamentum manu Notarij scriptū, quia testator qui illius stipulationem in alium diem distulit, decessit prius quam stipulatio perficeretur, idem tenet *Surd. cit. decis. 292.* vbi sic etiam refert decisum contra piam causam, & confert *Bald. in l. contractus, C. de fid. instr.* vbi idem dicit de testamento, cuius stipulationem distulit defunctus in alium diem, ex quo volebat melius cogitare.

7 Facit etiam alia *decis. c. t. Capyc. Latr. 140. lib. 2.* vbi refert decisum, nullū esse ex defectu voluntatis quoddam testamentum scribi inchoatum manu Notarij, sed non expletum, ex quo testator à morte præuentus extitit, non obstante, quod de pia causa ageretur, & quod ab eodem testatore, fuisset Notarius, & alter eius socius, de integra ipsius voluntate informatus, quia cum illa deberet redigi in publica testamenti forma, propterea substineri non potuit, si prius quam opus perficeretur, decessit testator, vt magistraliter de more docet, *cit. Dom Consil. Prat. d. cap. 37. sub nu. 32. lib 3.* & concinunt tradita per *Castill. quotid. contr. lib 5. cap. 62. num. 29.* dicentem, quod si quis nommodò testari destinault, verum etiam testari cæpit, & sic ad actum processit, si tamen non perfecit, testatus non dicetur, cum nec sola destinatio, nec actus inchoatio sufficiat, *ex l. si quis cum testamentum, ff. de testam.*

8 Sed vltrà prædictos legendus omninò in contingentijs Dom. & Præceptor meus *Consil. Io. Baps. Hodier. ad Surd. cit. decis. 292.* vbi plenissimè declarat, quandò claudicet testamentum ex defectu solemnitatis, vel voluntatis, ex eo quia decessit testator, prius quam solemniter illud esset stipulatum, vtputà quia stipulationem in alium diem distulit, vel quia morte fuit præuentus, ad eum recurre, quia ibi meliùs quam alibi materia dilucidatur.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM-

SUMMARIVM.

Legatum annuum alicui in perpetuum relictū, casu quo eum filijs decederet, extinguitur si moriatur cum posthumo, qui natus postea decessit, nu. 1. Et quarè, nu. 6.

Conditio quod sufficiat si impleatur per momentū temporis, quomodò intelligatur, nu. 2. & 5.

Conditio si sine liberis, expirat licèt filij superstites momento superuiuant, nu. 3.

Fæmina ob existentiam masculorum exclusa, semper remanent exclusa, licèt masculi indè decedant, nu. 4.



AD CAPVT CCXXXIX.

Additio.

1 

Concluditur, & quidem subtiliter in præsenti, legatum annuum in perpetuum alicui relictum cum conditione quod eo sine filijs moriente extinguatur, in effectu extinctum censeri, si legatarius decesserit cum filio posthumo, qui in lucem posteà æditus, matre superstite decessit; Sicq; esse excludendam matrem, quæ eius legati transmissionem postulat, satis elegantèr hic demonstratur, addo in terminis terminantibus, *Præsid. Anell. de Amat. cons.* 34. per totum, vbi ita refert decisum, sequitur *Thor. in compend. decis. lib. 1. verb. legatum annuū. fol.* 115. *col.* 1. & in terminis etiam latissimè *Alex. Mastrill.* in quodam suo celebri responso, pœnès *Spectab. Dom. meum, tom.* 3. *allegat.* 20.

2 Non obstat, quod conditio sufficit si momento temporis impleatur, licèt indè non duret, *l. si quis haredem, C. de inst. & substit. Bald. in l. precibus, C. de impub. & alijs subst. Rip. in l. ex facto, §. penult. ff. ad Trebell.* cum infinitis concordantibus: Quia respondetur, veram esse regulam hanc, quandò factum cui adijcitur conditio, non habet tractum successiuum.

3 Hinc si aliquis hæres instituatur, cum onere de restituendo, si sine filijs decesserit, expirat conditio, si grauatus filium reliquerit, qui tamen Patri per momentum superuixit, *Bald. in cap. 1. §. quin etiam nu. 2. tit. Episc. vel Abb. in vsib. feud. Iaf. in l. intèr stipulantem, §. sacram num. 21. ff. de verb. obligat. & l. non tantum, nu. 1. in fin. C. de legat. Gaill.* qui de communi testatur, *obseru.* 136. *nu.* 1. *cum seqq. lib.* 2. plenè *Mattheaci. tract. de legat. & fideicom. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 9. *cum seqq.* & plenius *Capyc. Latr. decis.* 146. *nu.* 1. 2. & 3. & *Cons. ad Peregr. de fideicom. artic.* 29 *fol.* 263 *col.* 1. *versic. Secundus est casus, & col. seqq.* videndusq; *Tiraquell. tract. de iudic. in reb. exig. nu.* 146. *fol.* 452.

4 Paritèr statutum, per quod masculi excludunt fœminas, à successione parentum, habet locum, quamuis masculi momento temporis superuiuant parentibus, sicq; isto casu fœminæ remanent perpetuò exclusæ, quia non est necessaria perseuerantia existentiæ masculorum, cit. *Bald. in l. in quibus nu.* 3. *C. de secund. nupt. idem in auth. sed & si quis, nu.* 10. *C. eod. Iaf. in l. intèr stipulantem, §. sacram, num.* 22. *ff. de verb. signif. Alex. cons.* 29. *nu.* 7. *vol.* 1. *Deci. cons.* 309. *sub nu.* 7. *in fin. vers. Sufficit, Aret. cons.* 50. *nu.* 6. & *Mascard. decis.* 74. *lib.* 5.

5 Tamen quandò factum cui conditio adijcitur habet tractum successiuum, tunc non sufficit, si per aliquod tempus conditio adimpleatur, sed requiritur, quod adimpleta perseueret, *l. si à te, ff. si seru. vendic. l. si quis ita legauerit, ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. humanitatis nu.* 28. *vers. in condit. omnibus autem.* C. *de impub. & alijs subst. Iaf. in l. si quis, col. fin. vers. Quartò limita, C. de inst. & subst. & Angel. cons.* 34. *nu.* 9.

6 Tale est legatum annuū (de quo noster est sermo) nam cum illud, non vnicum, sed plura censeantur legata, tot scilicèt, quot sunt anni, *l. cum in annos, ff. quand. dies legat. ced. l. Senatus, §. fin. ff. de donat. caus. mort. & l. cum in annos, ff. de ann. legat.* Idcircò non sufficit quod in tali legato conditio illa, *si sine liberis*, per momentum adimpleatur, sed debet durare, anno quolibet, pro quo illud petitur, vt in puncto habetur per *glos. in l. si quis ita legauerit, ff. de cond. & demonstr.* traditque *Bart. cons.* 56 *nu.* 3. *vol.* 1. *Soccin. cons.* 68. *nu.* 9. & 10. *vol.* 1. & alij quamplures magistralitèr cumulati, *per cit. Alex. Mastrill. in d. sua allegat.* & per *Amat. d. cons.* 34.

Io. Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Mulier relicta à viro vsufructuaria suorum bonorum, non consequitur vsumfructum bonorum, quæ vir fideicommissi titulo possidebat, licèt eorum restitutio hæredi proprietario fieri debuisset, nu. 1. *Sed limita, vt num.* 10. 11. & 12.

Testator in generali dispositione bonorum, non præsumitur disposuisse de ijs, quæ alio titulo ad suum hæredem erant peruentura, nu. 2.

Neque

Neque de illis bonis, quorum simplex vsusfructus ei spectabat, sed de ijs tantum, quæ ei pleno iure pertinebant, nu. 3.
Bona fideicommisso subiecta, non dicuntur in domino hæredis grauati, nu. 4.
Hæres grauatus, vsufructuario equiparatur, nu. 5.
Testator potest hæredem in re propria grauare, nu. 6. Sed quomodò hoc fieri debeat, vel factum præsumatur, nu. 7.
Testator præsumitur disposuisse de bonis proprijs tantum, nu. 8.
Testamenta ad quid adinuenta fuere, nu. 9.
Bona fideicommisso subiecta, in tribus casibus sub generali dispositione comprehenduntur, vt nu. 10. 11. & 12.



AD CAPVT CCXL.

Additio.

1 N terminis addo *Peregrin. de fideicommiss. artic. 6. à nu. 9. vsque ad 17.* vbi post prolixam disputationem concludit; quod mulier relicta à viro suo vsufructuaria omnium, & quorumcumq; bonorum testatori spectantium, & pertinentium, non potest consequi vsumfructum illorum bonorum, quæ sub vinculo fideicommissi, & restitutionis à testatore possidebantur, non obstante, quod fideicommissarius, seu is cui restitutio facienda erat, esset ille, quem in proprietate idem testator instituit, eandemque sententiam tenent etiam *Caualc. de vsufruct. mulier. relict. intrà num 99. vers. Sextò deduceret, fol. mihi 279. Carocc. decis. 31. à nu. 7. cum seqq. Gratia. discep. forens. tom. 2. cap. 237. nu. 22. Marescot. varia. resol. lib. 2. cap. 104. à num. 1. cum seqq. Cancer. varia. resol. lib 3. cap. 20. nu. 296. vers. & an legans,* & antè omnes *Bar. cons. 50 sub nu. 1. vers.* Item fuit *adiectum vol. 1 & cons. 87. lib. 2.*

2 Ista traditio corroboratur primò, quia in generali bonorum dispositione, non præsumitur quod voluerit testator, de illis bonis disponere, quæ alio titulo futura erant hæredis instituti, licèt aliàs de eis potuisset specialitèr ad libitum disponere, vt satis notanter ad rem nostram concludit, *cit. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 554. nu. 26. Peregr. loc. sup. cit.* & nouissimè *R. P. Afflict. contr. iur. cap. 31. sub nu. 9. vers. vniuersalis.*

3 Et secundò quia vt inquit *Vlpianus* cum testator de bonis suis disponit, non censetur de illis bonis disposuisse, quorum simplex, solusq; vsusfructus ei pertinebat, *ad text. in l. seruos, 71. ff. de legat. 3.* ibi. *Seruos autem suos, vel ancillas, eos accipimus, qui sunt pleno iure testantis, intèr quos fructuarij non continebuntur.* Sed tantum de illis sensisse, quæ pleno iure testatori pertinebant, *l. certum 6. §. sed & si fundum, ff. de confess. l. is qui nummis 4. ff. de manumiss. l. quintus 33. §. argento, ff. de aur. & argent. legat. Siluan. cons. 14. & Roland. cons. 61. nu. 28.*

4 Bona autem subiecta oneri de restituendo non dicuntur in dominio hæredis grauati, qui proptereà cum de bonis suis loquitur, ea non videtur comprehendere, *l. vnum ex familia 69. §. 1. vers. Quid enim, ff. de legat. 2.* quem *tex.* in puncto ad rem nostram adaptat *Cuman. cons. 109. col. fin.* imò intrat indiuidualis dispositio, *tex. in d. l. seruos,* quia hæ-

5 res grauatus, prò bonis quæ sub vinculo restitutionis possidet, vsufructuario equiparatur, proptèr quod tenetur inuentarium librumq; rationum conficere, cautionem præstare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ac demum de restituendo adueniente tempore fideicommissi, *Fusar. de fideicommiss. subst. quæst. 512. 513. 514. & 515.*

Quod si dicatur, quod cum in casu nostro, is cui restitutio faciend. est, sit hæres testatoris, valida consequentèr iudicari debebit dispositio ab eo facta de bonis restituendis,

6 cum satis vulgata sit con. lusio, posse testatorem disponere de re hæredis, eumq; in re propria grauare, absque quod post aditam hæreditatem, queat amplius contrauenire, *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat. 2. Bar. d. cons. 51. nu. 4. lib. 1. & Gratian. discept. tom. 5. cap. 878. nu. 13.*

7 Respondeo, regulam istam veram esse, quando tantum testator in specie de re hæredis disponit, *Peregrin. d. tract. de fideicom. art. 6. nu. 16. Cephal. cons. 371. nu. 27. cum seqq. lib. 3. Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 71. n. 3. in fin. vers. Bene verum*; Vel quando adsunt adeò vrgentes contecturæ, vt constet euidentèr, voluisse testatorem, hæredem in re propria grauare, vel de re ipsius disponere *Paul. de Castr. cons. 396. Pramittenda sunt lib. 1.* per discursum.

8 Sed quandò expressa testatoris voluntas, vel eius coniecturata mens cessat, fit locus contrariæ præsumptioni iuris, volentis præsumi voluisse testatorem de bonis suis tantum disponere, non de alienis, & successiuè de bonis hæredis, *l. quod in rerum, §. si vsumfructum,* vbi *Bar.* & cæteri DD. *ff. de legat. 1. glos. in l. conficiuntur 8. §. si post factum, vers. testa-*

9 *tur in fin. ff. de iur. codicill.* ad hoc enim adinuenta fuere testamenta, vt quisq; liberè de bonis proprijs disponeret, *l. verbis legis 120. ff. de verb. signif. Roland. à Vall. cons. 71. nu. 26. lib. 2. Peregr. loc. sup. cit. nu. 14. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. nu. 7.* Ergò &c.

10 Sed non desinam notare tres casus, quidem singu-

singulares, in quibus sub dispositione à testatore facta, comprehenduntur bona fideicommissata, quæ ipse dispositionis tempore possidebat; Et primus si de fideicommisso nullam dispositionis tempore habebat notitiam *Mandell. Albens. cons. 73. sub num. 7. versic. Propterea*.

11 Secundus si dispositionis verba essent adeò prægnantia, vt possint verosimiliter fideicommissata comprehendere, ad eaque trahi, idem *Mandell. ibid. nu. 6. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 6. nu. 8. versic. cum hac bona*, & in terminis nostris *Canale. decis. Fiuz. 3. nu. 42. lib. 3. de vltim. volunt.*

12 Et vltimus, si testator dispositionis tempore alia bona non possidebat, præter fideicommissata, vt nequeat eius voluntas alibi verificari, cit. *Canale. de vsufruct. mulier. relict. nu. 104. cum seqq.* quem sequitur *Cancer. varia. resol. lib. 3. cap. 20. sub nu. 297. versic. Vbi sublimitas, & benè*, & latè *Censal. ad Peregr. de fideicommis. art 33 fol. 341. col. 2. circ. fin.* vbi punctualitèr ratiocinatur.

Io: Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Legatario non competit via exequutiua, pro legati consequutione, nu. 1. Refertur contraria opinio, nu. 2. Et hac est magis communis, ac vsu recepta. nu. 3. Confutato Boer. aliter sentiente, nu. 6.

Iudex summariè cognoscere debet super exceptionibus, aduersus legati petitionem propositis, n. 4.

Terminus super legati petitione, quandò sit impartiendus, nu. 5.

Legatarius non tenetur integrum testamentum exhibere, sed sufficit, si legati particulam producat, nu. 7.



AD CAPVT CCXLI.

Additio.

1 Vper articulo isto, licèt innumeros non defuisse DD. competiam, qui acritèr defenderint, nullam legatario viam exequutiuam competere pro legati consequutione, sed ordinariè esse ab eo agendum, & ordinariè à Iudice procedendum, & contrariæ opinionis sectatores non benè intellexisse, *tex. in §. illud auth. de hæred. & falgid.* vt præ cæteris notant *Deci. in l. fin. nu. 16. C. de edict. D. Adri. tollend. Segura in l. si ex legati causa nu. 64. ff. de verb. obligat. Gomes. ad leg. Taur. 45. nu. 137. Peralta in l. 1. nu. 85 ff. de legat. 2. Menoch. de adipisc. poss. remed 4. nu. 693. cum seqq* & subtilissimus *Fachin. contr. iur. lib. 5. cap 31.*

2 Nihilominùs in contrariam partem alij infrascripti, forsè non minores numero, & authoritate, inclinarunt, putantes rectiùs, dandam esse legatario viam summariam, & exequutiuam pro consequutione legati, nec opus habere indicio ordinario, ex præsumpta etiam voluntate testatoris, qui dati iussit, sicq; voluisse videtur, quod vel hæres illicò spontè daret, vel quod legatarius hærede recusante, authore Prætore, sine tamen Iudicij figura, relictum consequeretur, ita elicitur ex *tex. in d. §. illud, auth. de hæred. & falgid.* vbi *Angel. nu. 57. Alex. in d. l. fin. nu. 13.* ibiq; etiam *Iasnum. 16. C. de edic. D. Adrian. tollend. Deci.* sibi contrarius, *in l. in testamentis, num. 6. ff. de reg. iur. Alciat. in l. pecuniæ verbum, §. actionis, nu. 10. ff. de verbor. obligat. Didac. Perez in l. 2. tit. 14. lib. 5 ord nam. Duen. reg. 15. in fin Mart. cons 206. nu. 1. Gratian. discept. forens tom. 2. cap 254. nu. 44. & Dom. Galà de mod. articulan. glos. 4. num. 71. & 72. fol. mihi 101.*

3 Istamque partem dantem legatis, viam, & processum exequutiuum esse veriorem, magis æquam, communem, & magis communem, & in foris seruari, ex indubitata praxi & stylo, ex quampluribus docet *cit. Gratian. discept tom. 1. cap 62. num. 16. 17. & 18. Reg. Capyc. Latr. decis. 12. sub nu. 18. vers. Tamen quia*, & omnium melius *Parlador. lib. 2. rerũ quotid. cap. fin. part. 1. §. 9.* per totum, *fol. 178.* vbi elegantissimè quidem ratiocinatur.

4 Quò fit, vt si legati petitio, exceptionibus ab hærede impugnetur, debet Iudex super oppositis, summariè, simplicitèr, & de plano, omni prorsùs Iudicij figura remota, procedere, *Marap. in spec. part. 4. distinct. 9. rubr. vel Iudicium mercatorum, num. 184.* Quod si

5 agnouerit Iudex leues esse exceptiones, easq; ad dilatandum proponi, iubebit hæredi quod soluat, vel legatam rem tradat; At verò si recusationis causas validas esse ei constiterit, illasq; non tantum ad dilatãdum calumniosè proponi, sed ad impediendam iniustam, vel incompetentem legati petitionem, isto casu tantum, terminum vtriq; parti, in iudicio ordinario impartiatur, sicuti singularitèr docet *Guliel. de Benedic. in capit. Raynutius, verb. si absque liberis 2. nu. 191. de testam.* eumque sequitur *Parlador. vbi sup. num. 4.* vbi alios concordantes concerit.

6 Opinio verò relata per *Boer. decis. Burdegal. 295. nu. 12.* nullo pacto est recipienda, dum inquit, iudicium petitionis legati, esse ordi-

ordinarium, si legatarius intentauerit vnam ex illis tribus actionibus, de quibus *in l. 1. C. commun. de legat.* quia si vera esset, nulla pateret via legatarijs consequendi legata exequutiuè, tres namque proditæ sunt actiones ad fauorem illorum, personalis nempè, realis, & hypothecaria, vt in *cit. l.* habetur, cumq; necessariò legatarius harum vnam intentare cogatur, cum nulla alia præter illas cognita sit, sequeretur quod pernecessè iudicium petitionis legati, deberet esse ordinarium.

7 Non omittam tandem singularem *Bart.* sententiam, *in l. argentarius, §. edi, ff. de eden.* vbi docet, quod legatarius petens legatum, cum simplici particula illius, non tenetur instante hærede, integram testamenti copiam exhibere, sequitur notabilitèr *Parlador. loc. sup. cit. nu. 5.*

Io. Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Legatum vsusfructus ad certum tempus restrictum, ad hæredes transmittitur, si legatarius tempore non dum expleto decedat, nu. 1.

Legatum annuum integrum pro anno incapto debetur, licet legatarius eo non dum expleto decesserit, nu. 2.

Vxor cui annuum legatum fuit à viro relictum, quousq; innupta vixerit, consequitur, vel ad hæredes transmittit integrum anni legatum, quamuis eo non adhùc completo decessisset, vel alio nupsisset, nu. 3.

Salarium debetur officiali pro toto anno, illudq; ad hæredes transmittit, licèt non dum completo anno decedat, nu. 4. cum ampliatione, nu. 5.



AD CAPVT CCXLII.

Additio.

1 

Legatum vsusfructus alicui relictum ad certum tempus, putà pro decem annis, concludit Spect. Author, quod decedente legatario, decennio non dum expleto, ad hæredes reliquum tempus transmittit, excluso proprietario, ex *tex. in l. vxori 35. ff. de vsufr. legat. & in l. si cum præfinitione, ff. quand dies legat. ced.* addo *tex. in l. codicillis, ff. de ann. legat. & Reg. Constan. in l. 1. & 2. nu. 128. C. de sil. official. lib. 12.* quia istud vsusfructus legatum, ad certum annorum numerum restrictum, vnicum est, & purum, idcirco non extinguitur, sed transmissibile debet iudicari, vt doctè in puncto tradit *Cancer. varia. resol. lib. 3. cap. 20. à num. 35. cum seqq.* vbi pro indubitato concludit, quod legatarius temporalis, decedens ante finitum tempus legati, transmittit illud ad hæredes, & sequitur *Censal. ad Peregr. de fideicom. art. 30. fol. 283. col. 1. in fin. versic. Quiatò & hinc*, & *R. P. Afflict. contr. iur. cap. 43. nu. 26.*

2 Pariter legatum annuum alicui relictum, integrum debetur, licèt legatarius anno non dum expleto, sed tantum inchoato decesserit, vndè pro toto anni tempore, illud ad hæredes, etiam extraneos transmittit, ex iuribus, & rationibus cumulatis per *Luc. de Pean. in l. 1. col. 2. vers. Et si moritur, C. de primipil. lib. 12.* istumq; casum figurant DD. in vxore,

3 cui annuum legatum à viro relictum fuit, quousq; innupta vixerit, & concludunt, integrum sibi, vel eius hæredi esse soluendum, licèt anno non dum finito decedat, vel alteri nubat, *Signorol. de H. mode. cons. 53. Rube Alex. cons. 23. in fin. Bo gni. Canale de vsufr. mulier. relict. sub num. 166. vers. Hinc est*, & *Franch. decis. 155. nu. 4. & 5.* nec aliter pro eo tantum tempore deberi, quo mulier vixit, vel innupta vixit, concludit *Francisc. Viui. decis. 85. an. 4.*

4 Item demum, salarium quod anno quolibet officiali debetur, integrum solui debet, nec aliter pro rata temporis, si anno non dum expleto decedat, ideò illud ad hæredes transmittit *Bart.* per illum *text. in l. diem functo. vers allegatur hac lex*, ibiq; etiam *Alex. nu. 20. & 21. cum seqq. & Ias. nam. 36 vers. Pro clara intelligentia, ff. de offic. Assessor.* plenè *Luc. de Penn. in d. l. 1. col. 1. vers. Vt autem, C. de primipil. lib 12. R. p. tract. de pest. nu. 115. Iacob. Mandell. Albens. cons. 91. & Capyc.*

5 *decis. 125.* signantèr *nu. 2.* Estq; opinio ista indubitata, licèt salarium terciatim soluetetur, non verò integrum vnica vice; vt per *Ias. loc. sup. cit.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Legatum annuum relictum cum onere, quod debeat legatarius, triam testatoris hæredum negotijs vacare, pro rata cessare debebit, vno hærede defuncto, nu. 1.


Legatum determinatur secundùm causam illius, n. 2.

Legatum Ecclesiæ relictam annuatim pro officio celebrando, non amplius debetur Ecclesia diruta, vel ad aliam Religiosorum speciem translata, nu. 3.

Lega-

Legatum annuum alicui relictum, cum onere, quod debeat hæredis negotijs vacare, debetur etiam quod hæres illi legatarium pro suis gerendis negotijs recusauerit, nu. 4.

Legatum debet cessare, cessante causa illius, nu. 5. Sed quandò hæc regula procedat, plenè num. 6. 7. 8. & 9.



AD CAPVT CCXLIII.

Additio.

1 DVO possunt ad hunc propositum considerari casus. Primus in legato annuo alicui relicto, cum onere, vt trium hæredum suorum negotijs vacare debeat, & isto casu, si vnus hæredum decedat, diminui debet annuum legatum pro tertia parte, secundum quod diminutum est onus legato adiectum, vt habetur ex *tex. in l. S. io amico. 10. ff. de annu. legat. Ducun. regul. 277. Osas. decis. Pedam. 98 nu. 10. & Reg. Capyc. Latr. decis. 52.*

2 *nu. 3 lib. 1.* quia legatum ob certam causam relictum, determinatur secundum causam illi annexam, vt per *Bart. in d. l. Seio amico,* & confert *Gemin. in cap. licet in princip. nu. 7. de*

3 *elect. in 6.* vbi dicit, quod si quid annuatim alicui Ecclesiæ legetur, pro officio celebrando, non amplius legatum ab hærede debetur si Ecclesiam illam destrui contingat *Felin. in cap. cum dilecta nu. 22. de rescript. in verf. Et dicit, & Hippolit. de Marsil in l. vnic. nu. 119. C. de raptor. virgi.* vel etiam si Ecclesia illa in aliam religiosorum speciem conuertatur, *Caffane. conf. 26 nu. 24.*

4 Secundus verò casus, in legato alicui annuatim relicto, cum onere, quod debeat instituti hæredis negotijs vacare, & hoc persolui debet, etiam quod nollet hæres, quod legatarius ille negotijs suis patrocinando incumberet, inspecto quod nullus isto casu concurrit illius defectus, dum se paratum exhibet, & promptum de patendo oneri, vt hic concluditur, addo *Consil. Art. de Mes. variar. resol. lib. 2. cap 7. nu. 16. & Thor. in compend. decis par. 3. verb. legatum fol. 17. col. 2.* quamuis cum casus in facto occurrisset, contrarium defenderit *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 1. contr. 6o.* Sed in ea causa pro legatario refert in præsenti decisum, *Spect. Dom. meus.*

5 Non enim est applicabilis regula illa, vt debeat cessare legatum, cessante causa illius, quam exornant *Tiraquell. tract. cessan. caus. lit. L. ve b. legati causa nu. 126. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 14. Surd. decis. 38. nu. 1. & in tract. de alim. tit. 9. quæst. 4. nu. 9. & Reg. Rouit. conf. 65. nu. 7. vol. 1.*

6 Quia hæc conclusio procedit, quandò causa legati cessat ex defectu legatarij, recusantis patere oneri, sicuti figuratur casus in tutore testamentario, cui fuit relictum legatum; nam si onus tutelæ acceptare recusauerit, à legati vtilitate paritèr repelletur, *l. qui tutelam, ff. de testam. tutel. l. tutor petitus, §. 1. ff. de excusat. tutor. & Alex. in l. omnia, nu. 5. ff. si cert. petat.* cum concord. adductis per *Tiraquell. loc. sup. cit.*

7 Item procedit, quando causa est determinata in vtilitatē alterius, quia si cesset persona eius, ad cuius fauorem fuit apposita; vt cum dicitur, lego singulis annis centū Titio, si filij mei negotia, vel tutelā gesserit, & tunc si decesserit testatoris filius, cuius gratia fuit adiectum onus legato per modum causæ, cessabit præstatio legati, vt elijcitur *ex d. l. Seio amico, ff. de annu. legat.*

8 Vel tertiò, procedit quandò quis legauit alicui cum onere, per modum causæ finalis, quia tunc si is in codicillis adimat onus, cuius causa legauerat, legatum etiam ademisse censebitur, *l. filio, § matri, ff. de alim. legat.* & ibi magistralitèr *Bart. Rein. conf. 23. num. 19. & conf. 46. col. fin. verf. Nec obstat lib. 2. Menoch. conf. 62. nu. 8 in fin. lib. 1. conf. 146. nu. 26. l b. 2. & plenè tract. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 172. nu. 2.*

9 Quandò verò legati causa, cessat citrà defectum legatarij, promptum se exhibentis de parendo oneri, imò cum culpa hæredis, qui vt se ab onere eximeret, causam quærit impugnare, nec menti, nec rationi, eo casu congruit, vt suis debeat legatarius fraudari iuribus, applicando *tex. in l. iure Ciuili 122. ff. de reg. iur. in l. 1. C. de inst. & subst. & in cap. imputari 41. & cap. cum non stat 66. de reg. iur. in 6.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Legatum relictum puellæ sub conditione nubendi certa consanguineæ persone non debetur, si legataria cōditioni parere n... recusauerit, n. 1.

Matrimonium ad contrahendum nemo metu p... potest compelli, num. 2. Potest tamen allici spē lucri, nu. 3. & 4.

Pœnam, vel damnum pati, quandò quis dicatur, plenissimè, nu. 5. 6. 7. & 8.

Feudum si concedatur, cum hoc vt concessionarius certas nuptias contrahat, eo recusante conditioni parere, feudo priuabitur, nu. 9.

Legatum filiæ relictum, dummodò nubat cum con-

 sta

filio d.orum amicorum, non debetur, si nubat spr tis amicis, nu. 10.

Timor am'ssionis magni lucri, parit iustum metu, nu 11. Sed contrà, nu 12.

Conditio nubendi consanguineo reputatur impossibil s. nu. 13. Sed contrà nu. 17.

Impossibile reputatur, id quod à Principis voluntate dependet, nu 14. Sed quomodò intelligatur ista conclusio, & quandò procedat, nu. 15. & 16.



AD CAPVT CCXLIV.

Additio.

1 Copiosè concluditur, quod legatū puellæ relictum, sub conditione quod consanguineo in specie nominato nubere deberet, soluendum non est, si legataria conditioni parere recusauerit, addo prætèr innumeros infrà allegandos *Molfes. consi. 12. Cancer. variar. resol. lib. 3. cap 7. à nu. 91. cum seqq. Sanfelic. decis. 289. & Bilott. decis. Beneuent. 21.*

2 Licet enim nemo possit metu pœnæ ad matrimonium contrahendum compelli, vti ab vtroq; iure veritum, tàm nempè Canonico, quàm Cæsareo, *ad tex. in cap. gēma de sponsal. in l. Titia* 134. vbi communitèr scribentes, *ff. de verb. obligat. in l. cum ita legatum, & l. Titio centum, ff. de condit. & demonstr.* cum concordantibus, cumulatis per *Butr. in cap. Raynutius, verb. Cuidam Petro, de testam. Conar. l b. 1. varia. resol. cap. 19 nu. 10. Card. Mantic. de coniect. vltim volunt, lib. 11. tit. 19. & Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 30.*

3 Verius tamen est, posse quemlibet spè lucri ad certas nuptias contrahendas inuitari, quia eo casu ad matrimonium allectus magis, quam coactus accedit, *l. vter ex fratribus, & l. qui ex fratribus, ff. de condit. & inst. d. l. Titio centum, §. 1. & l. cum ità legatum §. videamus, ff de condit. & demonstr. Oldr. cons. 16. Conar. in Epit. de sponsal. part. 2 cap 3. §. 3. nu. 6. Molin. de Hyspan. primog lib. 2. cap. 13. nu. 3. Mart. de success. legal. tom 2. part. 4. quæst. 18 artic. 2. nu. 85. & artic. 3. nu 45. cum seqq. Gomes. varia resol. tom. 1. cap. 12. tit. de legat. nu. 79 Mysinger. centur. 6. obser. 31. Cuiac. in l. 1. C. de condit. inst.* & ibidem *Petr. Gilet. nu. 1. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 113. nu. 1. cum seqq. Mier. de Maiorat par. 1. quæst. 50. nu. 51. Leand. Galganet. de condit. part. 1. cap 18. Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 33. nu. 7. Francis. Molin de rit. nuptiar. lib. 2. differ. 7. nu. 11. & 33. Castill. quotid. quæst. cap. 115. nu. 11. & cap. 136. nu. 1. cum seqq. Crass. de success. ex testam. in §. legitim. quæst. 50. nu. 14. Fontanell. de pact. nup. tial. tom. 2. claus. 6 glos. 3. par. 4. num 5. & Pat. Ponti. de matrim. lib. 3. cap. 6.* vbi reijcit *Sā in summ. §. legatum nu 37.* qui temerariè intèr omnes consentientes, solus aduersus supradictam communissimam sententiam, ausus fuit dissentiri, sicuti etiam notat *addit. ad Molin. d. tract. d. Hyspan. primog. lib. 2. cap. 13. sub nu. 1.* vbi fatetur, aliū non reperiri, qui ab opinione ista discedat, quam tandem confirmat *Maresiott. varia. resol. lib. 1. cap. 79. num. 9. & 10.* vbi ità refert in *Rot. Rom.* resolutum.

4 Vndè notandum ex *Conar. in Epit. de sponsal. part. 2. cap. 3. § 3. num. 7. & 8.* & ex *Mantic. d. tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18 nu. 1. cum seqq.* plurimum referre, an quis metu pœnæ compellatur ad matrimonium cum aliquo contrahendum, an verò spè lucri, & præmij ad illud alliciatur; nam licet admittamus, primum legibus improbari, secundū tamen licitè fieri posse, omnes admittunt, *ex d. l. cum ità legatum, §. videamus, & in d. l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonstr. Bart. in l. cum donationis, C. de transact. Anchar. in reg. nemo potest, de reg. iur. in 6. Soccin. in l. obtinuit, ff. de condit. & demonstr. Grat. consi. 108. nu. 9. vol. 2. Minad. in Const. Regni, in aliquibus in 6. notab. num 18. vers. Tertiò potest responderi, Gomes. variar. resol. lib. 1. cap. 12. nu. 78. Cappell. Tholos. decis. 292. nu. 4.* vbi *Aufre. Azeued. consi 4. num. 11. cum seqq. Surd. cons. 205. nu. 22. & Mart. vot. 50. nu. 5 & 6.*

In proposito casu, cum nempè alicui certa quantitas legatur, sub conditione nubendi certæ personæ, non dicitur ad illud matrimonium contrahendum compelli metu pœnę sed allici magis lucri spè sibi præposita.

5 Quod assumptum eo potissimum fundamento fulcitur, quia pœna tunc dicitur, cum quis priuatur re aliqua, sibi purè quæsita, ac super qua plenum habebat dominium, *glos. in l. 1. §. si quis proptèr, verb. per in integrum in fin. ff de itin. actuq; priuat.* communem *Ias.* relatus à *Conar. loc. sup. cit.* & colligitur *ex text. in l. 3. ff. de damn. infect.* hinc nul-

6 lam pœnam pati videtur is, qui nihil de suo amittit, vt doctè *Donell. in l. si stipulatio facta fuerit, 19. in fin. ff. de verb. obligat.* & verè damnum pati dicitur ille, cuius patrimonium diminuitur, *Bald. in l. iubemus in fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Abb. in cap. nostra de iniur. Rip. in d. l. 3. nu. 10. ff. de damn. infect.* vbi hoc latè probat, *ex text. in cap. fin.* vbi *Abb. de*

7 *rescript.* Quare dum quis priuatur re aliqua, quam non dum purè acquisiuit, nec in ea ius habet radicatum, non dicitur pœnam pati, sed lucrum non habere, in terminis *Oldr. d. cons.*

conf.16. num.1. cum quo concordant *Fulgos. conf. 61. Crauett.conf.1.nu.3. vers. Amplius, & conf.80. nu. 11. & Roland. à Valle de lucr. dot quæst.31.nu.9.* post *Aret. in d. l. Titio nu. 4. ff. de verb.obligat.Tell.Fernand.ad leg.30. Taur.nu.9. Mierez de Maiorat quæst 50.nu.1. Guttier.de matrim cap.21.nu.18.Turret. conf.*
8 *67.nu.1.& 2.* Sicut etiam priuatio lucri etiã quæsiti, inducta ab eo qui lucrum dedit, non potest dici propriè pœna, *Guttier.conf.18.nu. 3. cum seqq. & Mierez de Maiorat. part. 2. quæst.1. nu.7.* cum infinitis concordantibus.

9 Qua fretus ratione, dicebat *Minad. in Consil. in Aliquibus, notab. 6. à nu. 5. vsque ad 19.* quod si concedatur alicui feudum, cũ onere contrahendi matrimonium cum certa persona, & sub hac expressa lege, si inde recipiens conditioni non paruerit, priuabitur feudo, quia illius concessio principalitèr facta fuit ad alliciendum concessionarium, vt illius lucri vtilitate sibi præposita, matrimonium contraheret; sicq; postea permittitur in consequentiam priuatio, ex condicione, causa data, & non sequuta.

10 Subditq; idem *Minad. ibid. nu. 18. in vers. Et per istam rationem*, id quod aliàs fuit per S. C. determinatum; vt nempè legatum 10. m. ducat. filiæ relictum, si nupserit, cum consilio duorum amicorum, non debeatur nuptæ legatariæ, spretis personis illis, earumque consilio.

11 Non obstat, quod timor amissionis magni lucri, pariat metum iustum, cadentem in constantem virum, *Cyn. in l. interpositas, in 1. opposit.C.de transact.* vbi *Bald.nu.6.cum seqq. Ias. in d. l. Titia num. 10. vers. Secundò notabiliter limita. ff. de verb. obligat. Caphal. conf.205.nu.17 vol.2. & Farinac. in 2. part. fragmentor.verb.metus,nu.111.* & iustus metus pœnæ comparatur, vt colligitur ex *l. fin. §. faenerator, ff. quod met. caus.* vbi datur repetitio, & conceditur restitutio pecuniæ extortæ, metu perdendi lucri.

12 Quia pro responsione, præter lattissimè ponderata per sæpè *cit. Minad. vbi sup. d. notab.6. circà fin. vers. Tamen hæc limitatio,* reperio de hac re particularem formasse disputationem, *Pat. Meroll. in 1. vol. Theolog. moral. de volunt. & inuolunt. cap. 3. de voluntar. in ordine ad metum dubit. 10.* & tandem pænitus contrarium firmat, volens, timorem amissionis magni lucri, non inducere metum cadentem in constantem virum, neq; aliter probari, ex *tex. in d. §. faenerator,* quia eius dispositio manault, in odium maximæ cupiditatis illius, qui pecuniam ab aliquo extorsit, præposita ei amissione lucri; vndè rectè dicit *cit. Meroll.* vt præter casum istum; nunquam timor amissionis magni lucri, pariat metum, authoritate *Médin. in tit. de restit. quæst. 3. causa 2. versic. Si fiat remissio, Sanch de matrim, lib.4. disput.5.nu.2. Molin. de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 207.* & aliorum, quos ipse doctè manu cumulat.

13 Non obstat secundò, quod conditio nubendi consanguineo censeatur impossibilis, propter dispensationem à Summo Pontifice obtinendam; Sicq; videtur non teneri legatariam ad illius implementum, sed ad legatum admitti debere, conditione reiecta iuxtà terminos, *l prim. & l fin. ff. de condit. instit. & l. prim. C. de his quæ pen. nomin.* impossi-
14 bile enim reputatur, quidquid à Principis voluntate dependet, *l. Aphricanus, §. constat, ff. de legat. 1. l. continuus, §. cum quis, ff. de verb.obligat.* vbi *glos. Bar. & Ias nu 5.* alijq; congesti per *Osas. decis.26.nu.7.*

15 Quia respondetur primò, conclusionem istã, vt quod à Principis voluntate dependet, impossibile reputetur, pcedere circailla quæ tangũt Patrimoniũ & bona ipsius Principis, nõ verò quò ad ea, quæ in sola gratia, vel habilitate impetranda consistunt, hæc.n.nommodò impossibilia non reputantur sed imò imputatur ei, qui gratiam erat postulaturus, quare Principi pro ea non supplicauit, quapropter ob impossibilitatem nequit excusari, ità probant iura, in *l. quidam relegatus 6. ff. de reb. dubi in l. interdicit, ff. de condit. & demonstr. iul. 1. § permittitur, circà fin. ff. de aqu. quotid. & æsti. in l. 2. § tractari in fin. vers. Finge autem, ff ad Tertull in l.qui cum natu 14 § Sed si minor, ff. de bon. libert. & in l. 2. ff. de cadauer. puniut.* & videtur esse de mente *Gotofred. in cit. l. Aphricanus*, aliàs *cum seruus, §. constat, ff. de legat. 1.* vbi postquam notasset, censeri impossibile id quod à Principis voluntate dependet, subdit esse nihilominus videnda iura in *d. l. quidam relegatus, & in d. l. interdicit,* addo *Mart.vot. 50.num.18. cum seqq.* & *Tiraquell. de retract. lignag. §.31.glos.vnic.nu.61. cum seqq.*

16 Iterum tandem, tunc impossibile reputatur, id quod à voluntate Principis dependet, quando Princeps nunquam consueuit concedere, vel dispensare super negotio de quo tractatur, *Raph. & Castr. in d. l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. obligat. Alex.in l.apud Iulianum, §. constat, ff. de legat. 1. Loffred. conf.16. num.9. Roman. in l.2. ff de re iudic. Surd. decis. 183. nu 5. Reg. Rouit. in prag. 1. nu.178. de titul seu inscrip. abus.* & plenissimè *Castill. lib. 3. contr. cap. 7.* signanter *nu. 14. & 15.*


17 Ergò supradicta conditio nubendi consanguineo non debet impossibilis reputari, cum in dies videamus concedi à Sede Apostolica dispensationes in matrimonijs contrahendis intèr consanguineos, & coniunctos, vsque ad tertium gradum, & interdum etiam in secundo gradu, cum causa, maximè quandò vrget ratio conseruandarũ diuitiarum, vel familiæ, ad quod videndus, *Castill. loc. proximè cit.*

Io. Leonardus Rodoerius.

Iii 2 *SVM-*

SUMMARIUM.

Legatum quantitatis ità relictum, si scilicèt expediens hæredi meo videbitur, valet, n.1.
Legatum alicui factum, de eo quod hæres arbitrabitur, valet, num.2. Et quo pacto tenetur isto casu hæres arbitrari, nu.3.
Dictio videbitur, boni viri arbitriū importat, n.4.
Item dictia placuerit, nu.5.
Vassallus submittens se gratijs Baronis, pro compositione obtinenda, potest ab excessiua eius compositione appellare, nu.6.
Submittens se gratijs Curiæ, quid fecisse videatur, nu.7.
Legatum quantitatis relictum, si hæres meus voluerit, non valet, nu. 8.
Substinetur tamen fauore piæ causæ, nu.9.
Institutio captatoria, valet fauore piæ causæ. n 10.
Dispositio per quam committitur voluntati alicuius distributio bonorum testatoris, cum verbis, pro vt ei placebit, & videbitur, valet, quia hæc verba indicant arbitrium boni viri, ideò videtur is grauatus, distribuere bona ad pias causas. nu 11 Et procedit ista opinio, etiam si facultas esset data, cum verbis importantibus liberam voluntatem, nu. 12. Sed contraria sententia, est verior. nu.13.
In dubio tamen ad substinendum actum, & dispositionem verba sunt capienda, vti denotantia arbitrium boni viri, nu.14.



AD CAPVT CCXLV.

Additio.



Istam materiam, an in legatis attendatur captatoria voluntas, omnium latiùs pertractat, *Gomes. ad leg. Taur 31.num.3. & variar. resol. lib.1. cap.12. tit. de legat. nu. 47.*

1 Sed nè cum solo *Gomes.* videar addendi muneri satisfecisse, idcircò breuitèr infrascriptas conclusiones firmandas hac in re deliberaui. Prima quidem, vt valeat legatum certæ quantitatis alicui relictum, si tamen expediens, vel iustum hæredi meo videbitur, *l. si sic 78. ff. de legat. 1.* ibi. *Si sic legatum, vel fideicommissum sit relictum, si æstimauerit hæres, si comprobauerit, si iustum putauerit, & legatum, & fideicommissum debebitur, quoniam quasi bono viro potius ei commissum est, non in meram voluntatem hæredis collatum,* Idem firmat *glos. in d. l. Senatus 45. §. legatum, vers. Item si hæres, ff. eod. tit. & Cardin. Canaler. decis. Rot. Rom. 374. nu.1.*

2 Secunda conclusio, vt valeat legatum certæ personæ factum, de eo quod hæres arbitrabitur, cum tunc non substantia, sed sola legati quantitas alterius voluntati committatur, *Alex. cons. 175. vol. 6. Cancer. varia. resol. part. 3. cap. 20. à nu 81. vsque ad 102. Nouar. decis 22.* & ità fuisse decisum *in Rot.* testatur *cit. Canaler. d. decis 374. & decis. 413.* Istoq;
3 casu; hæres qui quantitatē ad fauorem legatarij arbitrari tenebitur, debebit ab arbitrio boni viri consilium capere; vndè si modicam summam declarauit, non videtur satisfecisse inspecto quod lex eam summam legatam videri fingit, quæ viribus hæreditatis, & qualitati legatarij conuenit, *Bald. in l. societas, §. societas in addit. nu.2. ff. pro soci. Socein. Iun. in l. in quartam nu.99. ff. ad l'g falcid F.e. b'n. contr. iur. lib 2. cap. 1 vers. R spondeo huic argumēto in fin.* & ex *Alex.* docet *cit. Canaler. d. decis 374. nu. 5.*

4 Regulare enim est, & indubitatum, quod illa dictio, *videbitur*, non liberum, sed boni viri arbitrium importat, *l. fideicommissa ij, §. sic fideicommissum, vers. Quandam, ff de legat. 3. & l. si filia 41. ff. eod. Canc. r.soc. cit. post Deci. cons. 294. num. 5 & Menoch. de arbitr. iudic. casu 8. à num. 1. cum seq.* Sicut
5 etiam dicitur de dictione, *placuerit*, vt arbitrium pariter boni viri indicet, *Bart. in l. 1. num. 5. C. de Sacrosanct. Eccles. in l. Ilura magna,* idem *cons. 136. nu 2. & cons 168. nu. 3. vol. 1. Alex. in l si conuenerit, nu.14. ff de Iurisdict. omn. iudic. Bald. cons 434. in fin. lib. 1. Ias. in l. sic legatum 78. nu.6. ff. de legat. 1. Abb. cons. 48 nu.3. vol. 2. Macerat. variar resol. lib. 2. resol. 40. nu. 20. & Cardin. Tusch. pract. conclus lit. A. conclus. 536 n 15. 16. & 17.*

6 Hinc vassallus submittens se gratijs, & arbitrio Baronis, à quo petijt vt eū ad compositionem pro aliquo suo delicto admitteret, cum videatur de arbitrio boni viri intellexisse, proptereà non prohibebitur appellare ab excessiua compositione, notabilitèr *Bald. in d l. Societas, §. societas, vers & facit ad quæstionem ff. pro soc & Anu singul. 562.* & refert ità determinatum per S. C. *Grzzarel. decis. 55.* facit text. optimus in *l. in personam 23. §. generaliter ff de reg iur.* ibi. *Generaliter probandum est, vbicumque in bonæ fidei iudicijs confer ur in arbitrium Domini, vel procuratoris eius, conditio pro boni viri arbitrio,*
7 *hoc habendum esse.* Et facit tandem *Innocen. in cap. venient de renunc.* vbi dicit, quod submittens se gratijs Curiæ, non videtur renunciasse iuri suo, neque submissio tenet, nisi gratia fiat, sequitur *Angel. in l. si cui, nu. 2. ff. de seruit. Guid. Pap. decis. 495. & cit. Anu. singul. 226.*

8 Tertia conclusio est, legatum in meram hæredis voluntatem collatum, vti captatorium non valere; veputa cum dicitur, centū Titio relinquo, si Sempronius hæres meus vo-

voluerit, *l. Senatus 45. §. legatum. ff. de legat. 1.* ibi, *legatum in aliena voluntate poni potest in haredis non potest*; Concordat alius *tex. in l. captatoria, cod. tit. Angel. consil. 201. & Afflict. decis. 371. sub nu. 5.*

9 Sed fauore piæ causæ legatum captatoriū, illud scilicèt, quod in omnimodam hæredis voluntatem confertur, validum est, & debetur, iuxta terminos *tex. in cap. cum tibi 13. de testam.* quem ad hoc allegat *Bart. in d. l. captatoria in fin. vers. Hoc est verum*, vbi etiam *Bald. in princip. Ias. sub num. 8. in fin.* & alij communitèr, iunctis *Guliel. de Benedic. in cap. Raynutius, verb. cond. dit, nu. 8. de testam. Alex. consil. 14. sub nu. 6 in fin. vers. Prætereà, Peregrin. de fideicommiss. art. 33. nu. 66. Tiraq. de privileg. piæ caus. privileg. 64. Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 6. nu. 5 Crass. in §. Institutio, §. 18 sub nu. 6. & in §. legatum quæst. 46. nu. 11 Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de pia causa, conclus. 3. Fusar. quæst. 503. num. 68. Afflict. vbi sup. Gomes. in princip.* allegatus, & corroboratur *ex l. fideicommissaria libertas 46. ff. de fideicommiss. libert.* Imò *Tiraquell. &*
10 *Crass. loc. sup. cit.* concludunt, vt etiam captatoria institutio, in omnimodam alterius voluntatem collata fauore piæ causæ substineatur, *ex tex. in d. cap. cum tibi.*

11 Quarta, & vltima conclusio, omissis alijs est, quod si quis ità diceret, *Committo voluntati Caij, vt de bonis meis disponat, prout ei placebit, vel videbitur*, ista dispositio valet, quia cum illa verba, *placebit*, & *videbitur*, arbitrium boni viri denotent, videtur Caius grauatus erogare bona ad pias causas, ità concludunt omnes *ex d. cap. cum tibi de testa.* signantèr verò ibi *Innoc. & Guliel. de Benedic. nu 8.* & concordant *Bar. in d. l. 1. nu. 64. cum seqq. C. de Sacrosanct. Eccles. Bald. in l. exequutorem nu. 7. C. de exequut. rei indic.* idem *in l. & in Epistola. col. 1. vers. Nec obstat, C. de fideicommiss. & in l. illa institutio nu. 3. ff. de hæred. instit. Alex. in l. captatoriat nu. 6. in fin. C. de militar. testam. Abb. consil. 110. nu. 2. lib. 2. Angel. d. consil. 201. sub nu. 4. Paris. consil. 38. nu. 23. lib. 3. Gabriel. de pia caus. conclus. 3. nu. 2.* vbi de communi, pro vt etiam *Crass. in d. §. institutio quæst. 18. nu. 2. Iul. Clar. in d. §. testamentum, quæst. 6. num. 6. Gomes. ad leg. Taur. 32. & Peregr. d. tract. de fideicom. artic. 33. sub nu. 66. circa med. vers. colligo.*

12 Quinimò nec defuere qui dixerint, vt fauore piæ causæ, substineatur dispositio in alterius voluntatem collata, licèt per verba denotantia liberum arbitrium, vt ex *Bald. Cardin. Deti. & Angel.* docet *Fusar. de fideicom. subst. quæst 503. nu. 73.*

13 Sed hæc ampliatio displicuit *Bart. in d. l. 1. sub nu. 64. vers. Secundum quod prædicta*, & *vers. Sed si diceret, C. de Sacrosanct. Eccles.* quo loci plurimum inquit referre, an committatur facultas distribuendi bona, per verba denotantia arbitrium boni viri; an autem per verba importantia liberam voluntatem; Nam primo casu, dispositio valet, quia cogitur is, in quem facultas collata est eligere piam causam, etiam si de ea nulla fuerit facta mentio, iuxtà opinionem, sup. relatam; In secundò verò casu, quoniam persona in quam volūtas testatoris est collata liberam habet distribuendi, disponendique licentiam, quapropter non cogitur eligere piam causam, remanet meritò talis dispositio inualida, vti captatoria à principio; & hæc sententia est verior, & amplexata ab *Abbat. Alex. Peregri. & Gabriel. loc. sup. cit.* alioquin nullus daretur casus, in quo dispositio vti captatoria corrueret, nam semper illa vti in piam causam facta substineretur;

14 In dubio tamen, cum nempè verba dispositionis, in proposito themate, possunt in duplicem sensum capi, tam scilicèt vti denotantia arbitrium boni viri, quam liberam voluntatem, ad substinendam dispositionem nè corruat, sunt capienda in meliorem sensum, in eum nempè, per quem boni viri arbitrium significatur, argum. *l. Thais 41. §. respondit, ff. de fideicom. libert. & l. si societatem 6. ff. pro soci.* in punctō *Bart. in l. cum filius 76. nu 2. ff. de legat. 2. Ias. in l. si sic legatum 78. num. 32. ff. de legat. 1. Abb. consil. 4. nu. 9. in fin vol. 2. Alex. consil. 58. nu. 13. vol. 3. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 7 nu. 14. & 15.* vbi latè.

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Legatum dotis ab extraneo relictum, est conditionale, sicq; sequutis nuptijs tantum debetur, nu. 1. Sed limita in duobus casibus, vt nu. 2.

Legatum dotis relictum ab extraneo, non transmittitur ad legatariæ hæredes, si decesserit, priùs quam fuerit matrimonio copulata, nu. 3.

Tenetur tamen hæres eam quantitatem in alios pios vsus erogare, nu. 4.

Legatum dotis relictum filiæ, est purum, num. 5. Quod sit etiam conditionale, num. 6. Quod sit purum quo ad quantitatem legitimæ, conditionale verò pro quantitate vltra illam, num. 7. Sed Bart. hanc opinionem reijcit, nu. 8. Author verò quid tenendum dicat, nu. 10.

Eadem res non debet diuerso iure regulari, nu. 9.

Dos præstanda puellæ stupratæ est conditionalis, & non debetur, nisi tempore nuptiarum, nu. 11. Ideò si decedat ante nuptias, non transmittit actionem de dote ad hæredes, nu. 12. Et quare, nu. 13.

AD

AD CAPVT CCXLVI.

Additio.

1 LEgatum dotis alicui puellæ relictum ab extraneo testatore, scilicèt ab eo qui dotare non tenetur, conditionale esse, non purum, sicq; non nisi nuptijs sequutis deberi, concluditur hic ex *tex. in l. sancimus la prim. C. de nupt. in l. cum testatoe, C. de testam. manumis. in l. testamento lo 2. & in l. Titio centum, §. Titio Genero, ff. de condit. & demonstrat. & in l. stipulationem, ff. de iur. doti.* addo *tex. in l. plerumq; §. ante, & in l. stipulationem, ff. cit. tit. de condit. & demonstr. in l. promittendo, & l. dotis promissio, ff. de iur. doti. Alex. cons. 42. consideratis num. 2. & 3. vol. 7. Tiraquell. de retract. conuent. glos. vnic. §. 2. nu. 54. Couar. de testam cap. 3. num. 21. Facchin. contr. iur. lib. 5. cap. 48. Ceuall. pract. quæst. commun contr. commun. quæst 138.* latissimè *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 146. Cancer. varia resol. par. 3. cap. 21. nu 335. Viui. decis. 484. num. 7. & Reg. Sanfelic. decis. 84. nu. 1.*

2 At doctissimus Couar. *in cap. nos quidem sub nu. 10. extrà de testam.* sequutus per *Peregr. de fideicom. artic. 37. in fin.* conclusionē istam resteingit singularitèr in duobus potissimis casibus, cum nempè legatum relinquitur simplicitèr pro dote, vel simplicitèr, vt possit nubere; vtroq; namq; casu, præcit. DD. purum esse legatum hoc concludunt, nam nuptiarum, vel matrimonij contrahendi verba, non videntur causa finalis legati neque sunt talia quæ illud reddant conditionatum, quia non dispositionem, sed executionem legati respiciunt, extimanturq; perfunctoria, ac vti proferri solita, cum aliquid mulieribus relinquitur, vt in puncto *Bald in l. generalitèr nu. 9. C. de Epis. & Cler.* idem *Bald. cons. 149. vol. 4. Bald. Nouell. de dot. Part 6. priuileg. 76. Crauet. cons. 101. & Gott. discept. forens. lib. 2. cap. 275. num. 23.* Extrà
3 verò casus istos, semper quod ab extraneo testatore puellæ legatur, pro matrimonio ab eo contrahendo, tale legatum conditionale erit, ità quod legataria defuncta, priùs quam cum aliquo matrimonio se copularet, perdit legatum, illudq; ad hæredes non transmittit, *Angel. in l. Seius Saturnius 46. num. 2. ff. ad Trebell. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 2.* & alij cumulati sup. nu. 1.
4 Sed auget quantitas illa hæreditatem, cum hoc tamen, vt debeat in alios pios vsus conuerti, *Bart. in l. Pater, §. Tusculanus, ff. de legat. 3. & Couar. in d. tit. de testam. cap. 3. nu. 11. vers. Et tamen,* vbi posteà subdit, vt debeat conuerti pro alio matrimonio, vt in *versic. Sextò ex proxima illatione, ex Bald. Nouell. d. tract. de dot. priuileg. 77. col. vltim.*

5 Cum tamen à Patre pro dote filiæ legatur isto tunc, tale legatum indistinctè purum est, & statim sequuta legantis morte debetur, *Abb. cons 92. nu 1. vol. 2. Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 146 nu. 31. Molfes. ad consuet. Neap. tom. 1. part. 4. quæst. 15. num. 20. Reg. Lanar. cons. 10. nu. 1. cum seqq. Landerch. cons. 25. nu. 8. & 9. & Grat. d. cap. 275. nu. 21. & 22.*

6 Contradicit verò *Gomes. ad leg. Taur. 50. nu. 29.* dicens prorsùs oppositum, vt scilicèt legatum dotis, non tantum conditionale censeri debeat, cum ab extraneo testatore relinquitur, verum quoque cum à Patre filiæ dos ab hærede præstari mandatur.

7 Mediam opinionem alij sequuti fuere, putantes, vt in proposito casu, legatum dotis purum sit, quatenùs est intrà legitimam, sicq; pro ea quantitate statim sequuto Patris obitu solui debeat, reiecta ipso iure conditione nuptiarum, perindè ac onus quodlibet à legitima detrahitur; Quatenùs verò legatum illud legitimæ quantitatem excedit, conditionale iudicari debeat, quia Pater in ea quantitate, tanquam extraneus legans reputatur, ità tenent quamplures, quos nouitèr cumulat *Dom. Const. Staib. resol. forens lib. 1. resol. 88. nu. 3.*

8 Sed *Bar. in d. l. Titio centum, §. Titio genero nu 4 ff. de condit. & demonstr.* ab illa distinguente opinione recedit, volens, vt totum legatum sit purum, non verò pro ea tantum quantitate, quæ ad legitimam ascendit, & concordant *Anchar. Angel. Matthæaci. & Couar.* quos refert *Cancer. d. lib. 3. variar.*
9 *cap. 21. post nu. 336.* quia non potest vnica, eademq; res diuerso iure regulari, *l. nam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. & l. cum quis ædes, ff. de vsucap. Bart. in l. qui negotiationem 59. §. pupillo in fin. ff. de administr. tutor. Ias. in l. 1. §. hoc autem nu. 12. ff. ad Trebell. Albens. cons. 38. nu. 7. Iacob. de Franch. in rub. si de inuestitur. feud. contr. fuer. §. cum autem nu. 6. Caualc. decis. 7. nu. 32. de vltim. volunt. & Nouar. quæst. forens. part. 1. quæst. 14. nu. 6.*

10 Ipse tamen intèr tot discrepantes sententias, eam moneo amplexandam, quæ tali pacto distinguit; vt si quidem simplicitèr dotis nomine filiæ legetur, totum legatum sit purum, & per consequens debitum statim sequuta morte Patris, qui videtur quod totam quantitatem ab eo pro dote relictam, in legitimæ locum subrogasse voluerit sicq; nulla nuptiarum dilatio expectari debet, sicuti primæ, & postremæ sententiæ sectatores docuerunt; Aut verò filiæ dos à Patre relicta fuit, eo adiecto, quod non soluatur nisi nuptiarū tempore, aut sub alio onere, & illo casu, vel est tenenda opinio, *Peregrin. de fideicom. artic.*

artic 37. nu.16. dicentis, vt prætèr legatum
hoc, sub conditione relictum, debeatur leg-
tima purè, quasi illud non veniat cum ea
compensandũ; vel est tenenda superior distin-
ctio, relata à *Dom. Staib.* (quam puto tutio-
rem) vt eo casu legatum illud sit purum,
quatenùs est intrà legitimam, conditionale
vero quatenùs illam excedit, vt plenè *Cancer.
loc. sup. cit. nu. 337. & 338.* vbi ità expressè
distinguit, allegans *Brun. cons 83. nu. 7. vol. 1.
& Magon. decis. Lucens. 28. vbi addit. lit.* C.
addo *Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 43.* &
sequitur plenè *Censal. ad Peregr. de fideicom.
d. artic. 37 fol. 392. col. 2 vers. quamuis tamen.*
11 Neque tandem omittam hac occasione,
quid iuris quærere circà dotem stupratæ vir-
gini dandam? Quò circà concludo breuitèr
esse paritèr illam conditionalem, nec alitèr
deberi, nisi nuptijs sequutis. *Caualc. in re-
pert. decis. verb. matrimonium fol. 1086. col.
2. in fin. nu. 7. & 8. cum seqq.* latè *Fontanell.
de pact. nuptial. tom 2. claus. 5. glos. 5. part. 1.
nu. 87. fol. 68. Ricc. in collect. decis. par. 7. collect.*
2710. & omnium latius *Nonar. quæst forens.
part. 1. quæst. 27.* Et consequentèr si decedat
12 ante matrimonium cum aliquo contractum,
non transmittit ad hæredes actionem de
dote, ei à stuprante debita, *Berdazzol. in
addit. ad cons. sui Genitoris 96. lit. B. Fontanel.
loc. cit. nu. 89. & cit. Caualc. decis. Fiuiz. 10.
sub nu. 38. vers. dotem autem lib. 3.* vbi sic plu-
ries decisum refert, reprehendendo quosdã
Iudices, qui proprio Marte contrarium iudi-
13 cauerunt; Et est ratio, quia damnum quod
consistebat in difficultate nuptiarum, cum
aliquo modica cum dote contrahendarum,
ex causa amissæ virginitatis, suum non ha-
buit effectum, cum nubenda mulier morte
fuerit præuenta, vt in puncto ponderat *Pat.
Leonard. Lessi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 10. dubit.
2. sub nu. 18. vers. Similitèr.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

*LEgatum dotis, relictum puellæ cum erit an-
norum quindecim, debetur statim incæpto
decimoquinto anno, & priùs quam expleatur,
nu. 1. 3. & 8.*

*Annus inceptus habetur pro completo in fauora-
bilibus, nu. 2. Et vid. nu. 11.*

*Legatum pium tali anno præstari relictum, statim
incepto anno debetur, nu. 4.*

*Dotis legatum dicitur pium, nu. 5. Sed limita,
vt nu. 6.*

*Legatum relictum consanguineo pauperi, non
dicitur pium, nu. 7.*

*Matrimonium potest contrahi à fæminis incæpto
duodecimo, & à masculis decimoquarto anno.
num. 9.*

*Alienare prohibitus, quousq; erit 30. annorum,
inchoato trigesimo anno, potest liberè alienare,
num. 10.*



AD CAPVT CCXLVII.

Additio.

1 SIngularitèr in hoc cap. con-
cluditur, quod dotis legatũ,
puellæ relictum, cum erit
annorum quindecim, ei de
betur statim inchoato deci-
moquinto anno, nec alitèr
opus esse, quod ætas illa perfectè complea-
tur, ad limitationem *text. in l. si cui legetur
51. ff. de legat. 1. in l. non putabam 47. ff. de
condit. & demonstrat. & in l. qui hoc ff. de
verb. obligat.*
2 Regularitèr enim in fauorabilibus annus in-
cæptus pro expleto habetur, *l. ad Rempubli-
cam, ff. de muner. & honor.* ibi. *Annus autem
vigesimus quintus captus pro pleno habetur,
hoc enim in honoribus fauoris causa constitutũ
est, vt pro plenis inchoatos accipiamus,* traditq;
Paschal. de patr. potest. lib. 1. cap 9. nu 3. Igi-
tur legatum dotis, præstari relictum, cum
legataria, ad certum annum peruenerit, in
principio anni debetur, non vero in fine, cum
dotes mulierum, in Republica fauorabiles
extimentur, *l. 1. ff. solut. matrim.*
4 Iterum supradicta conclusio probatur, quia
legata pia tali anno præstanda, indifferentèr
solui debent in principio anni, non expectato
fine illius, *l. si ita fuerit libertas relicta, ff. de
manumis. testam. Dian. resol. moral. part. 3.
tract. 6. resol. 29. §. secundò, & Paschal. loc.
sup. cit. vers. Et idem quoque*, vbi dicit quod
legatum pium adimpleri relictum secundo,
tertio, vel quarto anno post testatoris obitũ
cum sit fauorabile, debet adimpleri, statim
inchoato anno destinato, per *tex. in d. l. si ità
fuerit*, & *Bellugi in spec. princip. rubr. 17. vers.
Videamus autem in fin. fol.* 111.
5 Ergò idem obseruendum est in legato do-
tis, quod paritèr dicitur pium, *Dec. in l.
captatorias in princip. ff. de testam. milit.* idem
*cons. 66. num. 5. & cons. 120. nu. 4. vol. 1. Corne.
cons. 50. num. 4. in fin. vol. 1. Caphal. cons. 216.
nu. 3. Afflict. decis. 371. nu 2. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 23. sub nu.
55. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 189.
nu. 102. Surd. decis. 298. nu 9 Calcan. cons. 31.
Io. de Anani. cons. 57. in princip. & seqq. Boer.
decis. 94. nu. 1. Cæsar. Manent. cons. 147 nu. 27.*

Gratian.

*Gratian. discept. forens.lib.4.cap.666.nu.5. &
6. & eod. lib. 4. cap.700.nu.11. Tiraquell. de
priuileg. piæ cauſ. priuileg. 158. Nouar.quæſt.
forens.pa 1.1.quæſt 47.num.7.& quæſt 55. nu.
10 Reg.Ronit.decis 57.nu.22.& Card.Canaler.
d.cis.Rot.Rom.27. nu.4.*

6 Quod ſi dicatur, hoc non eſſe verum in
duobus potiſſimis caſibus, & primus ſi lega-
tum dotis eſſet magnæ quantitatis; Secun-
dus verò ſi eſſet factum à conſanguineo, quaſi
in vtroque caſu ceſſet ratio pietatis, & regu-
lari debeat tale legatum cum regulis com-
munibus, ſicuti de primo dicunt, *Bald. in
auth ſimiliter num.4. C. ad leg. falgid. Corne.
d.conſ.50.nu. 6.verſ. & attento*, aliiq; pænès
Ciarlin contr.forens lib.1.cap.7 nu.71. & de
ſecundo *Dom.Conſil.Staiban. reſol forens.lib.
1.reſol.23. nu. 36.* exemplo etiam legati re-
7 licti pauperi conſanguineo, quia non dicitur
pium, ſed magis præſtari iuſſum intuitu con-
ſanguinitatis, *Abb. in cap. requiſiti, ſub nu. 2.
verſ. Si verò à propinquo de teſtam. Bald. in
authen. ſimilitèr nu. 5. ibiq; Roman. nu.3. C.
ad leg falgid. Cardin. Mantic.de coniect. vltim.
volunt.lib.6.tit.3.nu.19. Marc. Anton. Eugen.
conſ.36.Crot.conſ 3.nu.22.lib.1. Carocc.dec.
120. & Thom. Sanch. de matrim. lib. 3.
diſput.4.nu.9.*

8 Reſpondeo, non ceſſare per hoc priui-
legium legati dotalis, vt debeatur ſtatim
incæpto anno deſtinato, abſque quod debeat
expectari finis illius, ſicuti à principio dice-
bamus, quamuis eſſet magnæ quantitatis, &
relictum à conſanguineo; hiſcè namque caſi-
bus licèt nequeat illud pium nuncupari, erit
tamen fauorabile, ſicq; ſi ceſſat diſpoſitio *d.l.
ſi ità fuerit libertas. ff. de manumiſ. teſta.* intrat
ſaltim diſpoſitio *tex in ſupracit.l. ad Rēpubli-
cam, ff. de muner. & honor.* vt in fauorabili-
bus, annus incæptus pro completo habeatur.

9 Per quam rationem, dicebat *Sot. lib. 4.
ſentent.tom. 2. diſput. 35. quæſt. vnic. artic. 5.
col.3.verſ. Et tamen aduertendum*, quod tem-
pus matrimonij, præfixū in fœmina ad duo-
decimum annum, & in maſculo ad decimum
quartum, non eſt intelligendum de duode-
cimo, ſeù decimoquarto expleto, ſed de
inchoato, fauore matrimonij, ſequitur *Vin.
decis.288.nu 6.*

30 Demum ſi fuerit aliquis grauatus de non
alienando, quouſq; erit annorum triginta,
fauore libertatis, & vt libera ſit ei alienandi
facultas, ſufficit quod trigeſimum annum
tetigerit *Odd.de reſtit. in integr.quæſt.2.nu.52.
cum ſeqq. Surd.decis.178. & Merlin. de legit.
lib.3.tit.2.quæſtit 1.nu.18.*


31 Legendus ad materiam, quandò annus in-
cæptus habeatur pro completo, & quandò
non *Canalc.* vbi multa remiſſiuè allegat *dec.
40.nu.18.lib.1. & Marant. reſponſ.iur.lib.4.
reſponſ.46.* per diſcurſum.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

LEgatum à legatario repudiatum, vel effectum caducum, auget hæreditatem ad fauorem hæredis inſtituti, nu.1.

Hæres de reſtituendo grauatus, tenetur reſtituere fideicommiſſario legata repudiata, vel effecta caduca, nu.2.



AD CAPVT CCXLVIII.

Additio.

1 LEgatum à legatario repudia-
tum, vel effectum caducum,
fingitur retrò ac ſi nunquam
fuiſſet legatarij, vel meliùs,
ac ſi nunquam fuiſſet à te-
ſtatore relictum, proindeq;
auget hæreditatem ad fauorem hæredis, *l.
quædam ſunt 16 ff de reb.dubi. l.1. §. vtrum,
ff. ſi quid in fraud. patron.* tradunt que *Surd.
tract. de alim.ti 9.quæſt 35. nu.27. Vaſqui.de
ſucceſ. progreſ.lib.3.§.23.n 6.Cæſar.Manent.
decis. Mantuan.4 nu.27. & Reg.Merlin.contr.
forenſ.centur 2.cap.63.nu.28* Vndè hæres ſim-
2 pliciter grauatus hæreditatem alicui reſti-
tuere, tenetur ſimulatq; reſtituere fideicom-
miſſario legata effecta caduca, *l. cum hæres
deduxit 51. ff. ad Trebell. Manent. cit. decis.
4. nu. 28.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

DEbita hæreditaria à quo hærede ſolui debeāt, à proprietario, an ab vſufructuario, nu.1.

Hæres proprietarius, an inuito vſufructuario poſſit vendere corpora hæreditaria, vt reemeret annuos introytus, debitos ab hæreditate, affirmatiuè, nu.2. Negatiue, nu 3. & vid. nu 4.

Vſufructuarius hæres, tenetur ad annua legata, n.5

Proprietarius hæres, defuncto vſufructuario, non tenetur ad annua legata ab eo non ſoluta, nu.6.

Vſufructuarius hæres nō tenetur ad annua legata adeò exceſſiua, vt vſusfructus redderetur inutilis, nu.7. Sed vid. nu.8. & 9.

Legata vnica vice præſtari relicta, ſunt de proprietate ſoluenda, nu.10.

AD

AD CAPVT CCXLIX.

Additio.



Missa in hoc puncto *Bar.* sententia, *in l. fin. nu. 5. ff. de vsufru3. legat.* vbi tenet, quod æs alienum in hæreditate remansum; ab hærede vsufructuario solui debet, non verò à proprietario, cum hæc in solutione annuorum introytuum tantum vera sit, & non aliter, vt elijcitur ex *Ronit. decis 43. num. 13. & 14.* Adhæreo opinioni *Spectab. Dom. mei*, qui concludit, vt æris alieni solutio, vnica vice facienda, qualis est capitalium reemptio, comperat vtrique hæredi, tàm vsufructuario, quam proprietario, hoc modo; vt distractis corporibus hæreditarijs, vsufructuario vsusfructus, proprietario proprietas diminuatur, *Deci. consi 590 Testator reliquit nu 4. & 5 vol. 2.* & plenè *Viui. lib. 2. commun. opin. opinione 444. Incip. ete vsufructuarius*.

2 Sed de eo aliàs in hac materia fui semel singulariter Interrogatus, an possit hæres proprietarius reemere capitalia Creditorum in hæreditate remanforum, sicq; exercere cum eis pactum de retrouendendo, & vendere hac de causa corpora hæreditaria, reluctante hærede vsufructuario, qui sua vita durante annuos introitus soluere Creditoribus paratum se offert? Quidam non mediocris doctrinæ vir, qui voamecu reperiebatur affirmatiuã partẽ quasi impatiens fuit tutatus, ea potissima ratione, quoniã regulariter fauorabilior est liberatio, quam obligatio *l. arriaticis, ff. de ust. & liber. & l. fauorab liores ff. de reg. iur.* Igitur magis fauendũ hæred proprietario, volenti hæreditatẽ ab oneribus eximere, quã vsufructuario reemere recusanti, eo magis, quia in rebus hæreditarijs potentior est ius proprietarij vniuersalis, quam vsufructuarij, *Bald.* per illum *tex. in l. locum, §. ex eo. ff. de vsufruct.* Et demum quia in ea factí specie, proprietarius vtile tentabat negotiũ, siquidem ex venditione vnius ex corporibus hæreditarijs ascendentis ad valorem duc. mille, ex quo non percipiebantur nisi annua quadraginta, extinguebatur debitum consimilis summæ duc. 1000. pro quo hæreditas correspondebat annuos duc. 80. ad rationẽ octo pro centenario, sicq; ità augebatur magis vsusfructus, & vtile negotium pro vlusfructuario gerebatur.

3 Sed his non obstantibus in contrariam sententiam ipse inclinaui, dicebam enim, quod cum ex reemptione taliter facienda, l... vsufructuarij tangatur, idcircò eo reluctante ad eam nequit deueniri, siuè ità vsusfructus diminuatur, siuè etiam augeatur, primò per *text. in l. sed & si quid 19. §. proprietatis eum. §. seqq. ff. de vsufruct.* secundò per *text. in l. vsufruct. 7. §. hac ratione, ff. eod.* ibi. *Hac ratione labeo scribit, nec edificium licere Domino te inuito altiùs tollere, sicuti nec area vsufructu legato, potest in ea ædificium poni, quam sententiam puto veram.* Tertiò per *text. in l. fin. ff. de vsu, & habit.* ibi. *Neratius ait, vsurarius rei speciem, is cuius proprietas est, nullo modo commutare potest, deteriorem enim causam vsurary facere non potest; Facit autem deteriorem etiam in meliorem statum re commutata.* Vndè patet, non esse allegabilem rationem illam, vt ideò facienda reemptio sit, quia ex ea vsufructuarij conditio melior efficitur, nam vt satis manifestè ex citatis iuribus apparet, nil circà vsumfructum alteri sp. ctante, eo inuito fieri posse, quamuis conditio Ipsius melior efficiatur; Sicq; igitur rectè inquit is ad quem totius hæreditatis pertinet vsusfructus, nolo quod tale corpus hæreditarium vendatur, pro reemptione annuorum introytuum ab hæreditate debitorum, quia quò ad viuam vsufructu illius potiri velle protextor, & annuos introytus soluere; alioquin autem ei vtendi, fruendiq; libera facultas prohiberetur, contrà *text. in d. l. sed & si quid, § proprietatis*, ibi. *Proprietatis dom nus non debet impedire fructuarium ità vtentem, nè deteriorem eius conditionem faciat.* Illa alia ratio, vt in rebus hæreditarijs potentior sit ius hæredis proprietarij, quam vsufructuarij, procedit quò ad proprietatem; quò verò ad vsumfructum omne ius pertinet vsufructuario, nullum verò proprietario, igitur hic nequit reluctante vsufructuario vendere corpora hæreditaria, pro reemptione facienda cum ex ea venditione, illorum corporum vsusfructus omninò vlusfructuario adimatur, id quod ipso inuito non potest fieri, etiam si in consequentiam eidem aliqualis vtilitas resultet, vt iam manifestissimis iuribus demonstratum est.

4 Verum quia in eo occurrenti casu contentio erat inter pupillum vsufructuarium, idcircò ad venditionem pro reemptione facienda, procedi posse consului; In facto enim supponebatur, quod debitum erat duc. 1000. pro quibus annui duc 80. correspondebantur, poteratq; extingui debitum illud ex venditione cuiusdam domus, quæ de fertili, ad infertile, vix reddebat annua quinquaginta, propterea non erat pupillo expediens, venditionem domus, pro reemptione facienda impedire, dum eius euidens vtilitas resultabat; hoc tantum ductus consilio, quia in causis pupillaribus, id dumtaxat inspici debet, quod pupillis vtile est, & proficuum, quidue etiam expediat, *l. vtilitatem 10. ff. de eo. sim.*

confirm. tutor. ibi. *Vtilitatem pupillorum Prætor sequatur, non scripturam testamenti, vel codicillorum, Deci.cons.349.nu.5.Gramm. decis.7.nu.5.& decis.55.nu.2. Vrsill.ad Affl. decis.281. sub nu.3. Fontanell.de pact.nuptial. tom.2.claus.5.glos.8.part.21.nu.17.fol.182. Reg. de Pont. decis.20. nu.21. cumseqq.Mastrill.decis.230.nu 6. 15. 16. 24.& 28.Nouar. decis.130.nu.24. Cancer. varia.resol. lib 1 tit. de tutor. cap.7.nu. 94.* & *Capyc. Latr. decis. 57. nu.59. & 60.*

5 Sed ad institutum nostrum redeundo, dicimus quod quemadmodum annuorum introytuum soli hæredi vsufructuario pertinet, ita etiam annuorum legatorum præstatio, *l. fin. §. sin autem, vers. sin autem, C. de bon. quæ liber. glos. in l. firmio, §. Pater, ff. quand. dies legat.ced. Surd. decis.* 28. & latius *decis.193.* plenissime *Grattan. discept. forens. tom.2. cap. 294. & Ciarlin contr.forens.lib.1. cap.47. à nu.20. vsque ad 24.* Adeò quod defuncto vsufructuario, qui annua legata non

6 soluit, proprietarius cuius fauore vsusfructus reintegratio facta est, non tenetur ad illorum solutionem, sed vsufructuarii hæredes vigedi sunt, *Paul. de Castr. cons. 16. viso dicto pu.cto, nu.4. vol. 2. Surd.d decis.28. num.3. & Natt.* quem sequitur *Peregrin. de fideicom. artic. 4. nu.24. in fin. vers. His adde.*

7 Animaduerti tamen idem *Peregrin. loc. mox allegato, vers. Intellige modò*, quod quando legata annua sunt adeo excessiua, vt reddant vsumfructum inutilem, isto casu ad illorum solutionem non tenetur hæres vsufructuarius, sequitur *Castill. de vsufruct. cap.56. nu.18. & Dom. meus Consil. Hodier.ad Surd. d. decis. 193. nu. 8. & 9.* & mihi quoque hæc

8 opinio plurimum adæquat, quando legata annua, excedat introytus hæreditatis *Conar. variar.resol. lib.2 cap.2. sub nu.7. vers. Tertiò considerandum est*, quia tunc ex præsumpta voluntate testatoris præsumitur grauata proprietas, vt allegati DD. concludunt, & cauetur per *text.* expressum *in d.l. fin §. sin autem, C. de bon. mater.* ibi. *Sin autem non habeat subslantiæ sufficientem redditum, ad legatorum, vel fideicommissorum præstationem, vel minimè reddit, vel alias accessiones continueat, sunt tamen res mobiles, vel immobiles, steriles quidem, non tamen inutiles, veluti domus in Prouinciis pretiosæ, vel vbicumque posita, ædificia, vel suburbana, ex quibus huiusmodi legata possint explicari, licentia dabitur Patri, sufficientem partem eorum, similiter si y nomine, vendere, & satisfacere legatis.*

9 At si fructus hæreditarii æquarent cum annuis legatis, vt videantur pro illorum satisfactione sufficere, tunc quidem, & si vsufructus nihil penès vsufructuarium remaneat, non ideò eximitur ab onere soluendi illa, sed eliciitur per eundem suprà *cit. text.* ibi. *Sin autem legata, vel fideicommissa, siuè annalia, siuè semel relicta imminent huiusmodi personis, siquidem tales redditus sunt, qui sufficiant ad annalia legata, Pater ex huiusmodi redditibus, hæc dependere compellitur.*

10 Legata verò vnica vice solui relicta, dicit *Bart. in d. l. fin. num. 6. ff. de vsufruct. legat.* quod ad instar æris alieni, præstari debent ex venditione proprietatis, non autem à solo vsufructuario, de fructibus hæreditatis, sicuti etiam sensit, *Deci d cons.590. sub nu.4. vers. Et idem dicendum est*, ac refert decisum in Rot. Rom. *Mohedan decis.123.* aliàs *decis 4. de appellat. & Card. Cauaier. decis.163.nu.2.*

Io: Leonardus Rodoerius.



SVMMARIVM.

Legato feudo, debetur legatario æstimatio detracta legitima primogeniti, nu. 1.

Legitima debita primogenito, super feudo quanta sit, plenè, nu. 2. 3. & 6 Ibi referuntur sententiæ multorum, sed auctor quid sentiat, nu.7.

Legitima est tertia pars eius, quod quis esset ab intestato habiturus, nu.4.

Primogenito feudi successio integra debetur, nu.5.

AD CAPVT CCL.

Additio.

1 Contingit sæpè de puncto isto haurari gradatim post aliam illam quæstionem, an legato feudo debeatur legatario illius æstimatio, in qua licèt affirmatiuam partem acriter defendant *Camerar. in l. Imperialem à fol.26.lit E. vsque ad fol.28. lit O. de prohib. feud. alienat. per Feder. & Reg. Lanar. cons.80.* In iudicado tamen hæc affirmatiua opinio cum temperamento præualuit, vt nempe debeatur æstimatio, sed detracta legitima liquidanda ad fauorem primogeniti, teste *Afflict. allegat 126.nu.22.* quem refert *Thor. in compend. decis. part. 1. verb. legitima in feudalibus bonis, fol. 318.col.2.*

2 Sed quia ur iam in hac, quàm aliis in contingentiis, summopere pluries fuit disceptatum, quanta esse deberet legitima primogeniti, in feudo? Multi dixerunt, totum feudum esse legitimam primogeniti *Marin. Frecc. de subfeud.lib 3 e 19. nu. 1.*

nu.1. fol.264.àter. Ann. in rubr. cap. prim. de vassall. decrep. atat. nu.253. fol.18. àter. idem *singul.197. & Consil. Georg. allegat. 20. nu 21. & 30.* Sed hæc opinio mihi videtur vera in sensu metaphorico ex eo, quia totum feudū est legitima successio primogeniti de iure Francorum, *Amicangel. quaest. feud. quaest. 1. nu.55.* est tamen falsissima in sensu formali, nam semper quod præscindimus à feudo ex pacto antiquo, cætera alia feuda, tam illa ex pacto, sed nouitèr quæsita, quam hæreditaria antiqua, non possunt formalitèr nuncupari legitima filiorum primogenitorum, quia super illis possunt grauari pro concurrenti valore, & onerari ad libitum, saltim in pretio, sicuti alibi demonstrauimus contrà naturam legitimæ, quæ nequit onerari, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. l. cum patronus 28. ff. de legat. 2. l. si arrogator. ff. de adop. & l. coheredi, §. cum filio, ff. de vulgar. & pupill.*

3 Alii dicunt, quod in feudo hæreditario antiquo legitima primogeniti, est tertia pars totius feudi, in aliis, verò est tertia tertiæ partis *Capyc. Latr. consult. 13 sub nu. 14. consult. 118. nu 13. & consult. 121. & 122. per totam Reg. Reuer. d. cis. 50 & Censal ad Peregrin. de fideicomm. ss. artic. 36 fol 288. col 1.* traditq; etiam *Dom Reg Ca y. Galeot. contr. iur lib. 1. cap. 59. nu. 26.* vbi dicit quod legitima competens primogenito super feudo antiquo, est

4 tertia totius, regulando hoc per terminos iuris communis, quo cautum est, vt legitima sit tertia pars eius, quod quis esset ab intestato habiturus, *auth. nouissima, C. de inoffic. testam. Paul. de Castr. cons 29. nu.6 vol.1. & Alex. cons. 140 num. 9. vol. 1.* Sed ab intestato

5 tota feudi successio competit Primogenito, quando in eo viuitur iure Francorum, vt in *Const. Regni, vt de successionibus,* & habetur per *tex. in cap. licet de voto, Alex. cons. 25. nu. 10. vol. 5. Andre. in l. Imperialem, §. Praeterea Ducatus, num 35. de prohib. feud. alienat. per Federic. & Afflict. in Const Regn. Comitibus;* Ergò tertia pars totius feudi debet esse legitima primogeniti.

6 Profectò hæc opinio quo ad feudum antiquum non videtur habere apud nos contradictorem; Contentio tamen est quid in legitima taxanda in feudo nouo, nam licèr *Reuert. Capyc. Latr. & Reg. Brancia* iuncto nouissime *Censal. loc. sup. alleg.* voluerint illam esse tertiam, tertiæ partis, vt iam diximus. Tamen non se subscribunt huic sententiæ *Spectab. Dom. meus,* in præsenti, & *Io. Thom. de Rogeriis,* pænès eundem, *tom. 3. allegat. 103.* putantes, vt non tantum in feudis antiquis, sed etiam in feudis nouis legitima primogeniti, debeat esse tertia totius, ex doctrina *Camer. in l. Imperialem, §. Praeterea Ducatus fol.99. cum multis seqq.* Quinimò ità retentum decitum in causa Comitissæ Roitii, non obstantibus his, quæ in contrarium fuerunt allegata per *cit. Capyc. Latr. d. consult. 121. & 122.* & per *Reg. Ferdin. Branciam,* ab ipso adductum.

7 Itaq; constat ex his, esse quæstionem hanc maximoperè dubiam & si casus contingeret, tutò iterum sub controuersia constituendam proptèr ambages, quas vtraque opinio patitur; qua de causa, vt ipse sensum meum aperiam, punctum à quantitate filiorum consulo regulandum, & eodem prorsus modò, quo ius commune Romanorum disponit, in legitima taxanda super patrimonio burgensatico; vt in puncto *Amicangel quaest. feudal. d. quaest 1. in fin. vers. Et propterea,* tanto magis quia sumus in feudo nouo, eius namque successio licèt in abstracto sumpta integra primogenito debeatur, tamen si attendimus vtilem illius successionem (quæ in facto, non in nomine consistit) hæc secundum indubitatam iudicandi consuetudinem in Regno, est propriè burgensatica, nam fingitur, quod pretium pro illius emptione erogatum duret in patrimonio burgensatico Patris defuncti, ob quod omnes fratres succedunt æqualitèr in valore illius, cum onere dandi paragium sororibus, sicuti dictum est *sup cap. 128. nu. 1. & 2.* Sicq; dico ego, si esset vera opinio, quod legitima primogeniti in feudo nouo sit tertia totius feudi, daretur casus, quod cæteri fratres numero quinque, vel sex grauarentur, nam eis duæ partes, & primogenito tantum, vnica applicaretur, contrà veram, & communem opinionem, volentem vt omnes fratres æqualiter succedant in pretio feudi noui empti à communi Patre; Sin autem attendeterimus aliam illam opinionem, dicentem vt legitima primogeniti in feudo nouo sit tertia tertiæ partis, sequeretur aliud non minoris considerationis inconueniens, nam posset dari casus quod vnicus superesset filius, cui consequentèr integra tertia pars spectaret pro sua legitima, & tamen solam tertiam tertiæ partis consequeretur, contrà *tex. in sup. cit. auth. nouissima, C. de inoffic. testam.* qua cauetur, vt legitima sit tertia pars eius, quod quis ab intestato esset assecuturus; Rectissimè igitur ex prædictis concludo, legitimam primogeniti in feudo nouo, esse tertiam partem illius partis, quæ ei remanet in valore, detractis æqualibus portionibus cæteris fratribus spectantibus, maturiori saluo iudicio.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Collatio bonorum, vt habeat locum, quatuor requiruntur, de quibus, nu. 1. 3. 4. & 5.

Collatio bonorum non habet locum in linea collaterali, nu. 2.

Dos data nepti ab auo, debet ab ea conferri in successione patris nu.6.

Dos data filia, debet ab ea conferri, si eum fratribus, vel alijs sororibus, vellet succedere patri, num. 7.

Nepotes in successione aui, tenentur conferre dotem eorum matri traditam, nu.8.

Dos pro Matrimonio spirituali data, debet conferri, nu.9.

Collatio debet fieri de illis tantū bonis qua extant, nō de illis quæ sunt bona fide consumpta, nu. 10.

Soror volens cum fratribus Patri succedere, non tenetur dotem bona fide consumptam conferre, nu.11. Et nec minus eius filij, nu. 12.

Expensa à Patre erogatæ in festiuitate nuptiarum filij, non debent conferri, nu.13.

Neque expensa facta pro filio studenti, nu.14. Excepto tantum si contrarium Pater voluisset, etiā præsumptiue, nu.16.

Frater fratribus conferre non tenetur libros sibi à Patre emptos causa study, nu.15.

Collatio cessat si fuerit prohibita, etiam tacitè, vel præsumptiuè, nu 17.

Frater non tenetur conferre sumptus à Patre erogatos pro redemptione sua persona, nu.18.


Neque etiam pœnam pecuniariam pro eo à Patre solutam, & quandò secus, nu. 19.

Frater fratribus conferre non tenetur, donata sibi à Patre ex causa meritorum, nu. 20.

Filius Patris donatarius ex causa meritorum, tenetur aliundè probare merita, ad validandam donationem, nu.21.

Meritorum assertiani intèr personas prohibitas non statur, nu. 22. Limita si fuerit iuramento firmata, nu.23.

Conferri an debeat à fratre cateris fratribus officium, beneficiū militia, vel quid simile, paternis sumptibus acquisitum, remissiuè, nu. 24.



AD CAPVT CCLI.

Additio.

1 ON inconueniēs existimaui, situare in præsenti cap. velem, atque frequentem collationis materiam, circà quam quatuor præmittimus fore necessaria, vt locum ea sibi possit obtinere. Primum quidem principalius, quod tam is, qui collationem petit, quam is à quo aliquid conferri petitur, sint de descendentibus eius, de cuius agitur successione, *Bald. in l. si emancipati, nu.3. 4. & 5. Alex. num.4. Deci. nu.9. Aret. in fin. Fulgos. col fin. Roman. nu.24. Ias. nu.30. & Curti. nu.28. C de collat.*
2 addo *Boer. decis.* 302. *num.* 3. Vnde videmus quod in successione transuersalium, cessat collatio, *Bald loc. cit.* quem sequitur *Anton. de Alex. in consuetud. quod autem in Apostill. incipiente, sed quaro, vers. Ista glos. tit. de success. ab intest.* & latè *Boer. cit. nu.3.*

3 Secundò requiritur, quod is qui ad conferendum conuenitur, velit cum alijs titulo vniuersali succedere. Cæterū si legatum, vel fideicommissum peteret, non teneretur conferre, quod in vita habuit à legante, vel fideicommittente, *l. à Patre, C. cit. tit. de collat. vbi glos.* & communitèr DD. alius text. *in l. si Pater pro filia, ff. eod. Bald. & Deci, in d. l. si emancipati. nu.11. & 25.* idem *Bald. in l. ex causa, C. fam. ercisciund. Cassan. ad consuetud. Burgun. tit. de successión. 5 glos. 5. nu.69. & Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 16. num.52.*

4 Requiritur tertiò, quod is qui conferre tenetur, velit insimul cum alijs fratribus communi Parenti succedere; Nam si aliàs vellet se à succedendo abstinere, & consequentèr renunciare paternæ, vel cuiuslibet alterius ascendētis successioni, non teneretur isto casu conferre id quod inter viuos sibi datum fuit, quinimò nec prohiberetur aliquid aliud sibi fortè promissum petere, *l. fin ff. de collat. dot.* vbi DD. omnes, *Dyn. Bart. Alberic. & Bald. in d. l. si emancipati in fin. nu. 22.* vbi etiam *Ias. nu. 35.* & concordat, text. optimus *in l. ex causa 25. C. fam. ercisciund.*

5 Vltimò requiritur, quod bona quæ conferri petuntur, prouenerint à patrimonio eius, de cuius agitur successione, *l. cum liberis C. de collat. l. quoniam nouella in fin. vers. ex substantia, C. de inoffic. testam. Cassan, ad consuet. Burgun. d. rubr. des successions. 5. glos. 6. nu.6. Anton. de Alex. loc. sup. cit. vers. Item quia Thesaur. decis. 46. nu.9. & Vini. dec. 188. num. 18.* vel saltim requiritur quod peruenerint contemplatione eius, de cuius successione tractatur, *Alex. cons. 179. viso processu, sub nu. 2. vol. 5.*

6 Hinc dos data ab auo nepti, debet ei imputari in portionem legitimæ in bonis Patris, cuius cōtemplatione dos ei ab auo data præsumitur, *Bart. cons. 131. vol. 1. Rip. in l. in quartam, nu. 202.* vbi etiam *Picus nu. 83. ff. ad leg. falcid. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 17. Alex. d. cons. 179. num. 3.* & optimè *Deci. cons 81. in casu proposita nu. 5. vol. 1.*

7 Fortius etiam filia à patre dotata, volens indè eidem succedere cum alijs fratribus, vel sororibus in Capillo, tenetur conferre dotē, *d. l. quoniam nouella 29. C. de inoffic. testam. Marant. in singul. & iur. notabil. verb. legatū, vers. Sed ipsa dos fol. 56. col. 1. Pappon. lib. 21. tit. 7. arrest. 4. & 5.* vbi subdit, quod tenetur etiam conferre fructus dotis, à die quo fuerit in mora conferendi constituta.

Imò

8 Imò quemadmodum ipsa filia dotata volens succedere, tenetur dotem conferre, ità quoque hæredes eius tenentur; hinc est, quod nepotes ex filia, concurreotes cum patruis, vel amitis ad auitam successionem, debent non minùs ac eorum defuncta mater, dotem ei traditam cooferre. l. nepotes, ff. de collat. bonor. l. illum. vers talem C. de collat. Menocb. cons 153. lib. 2. & Facbin. contr. iur. lib. 5. cap. 78 vers. Sexta conclusio.

9 Dos etiam pro matrimonio spirituali filiæ tradita, debet ab ea in collatione poni, si ad paternam hæreditatem, cum alijs fratribus, vel sororibus concurrat, Bart. in l. 1. §. si parens, vers. Et ideò, ff. si à Parent. quis fuer. manumis. idem in l. Titio centum, §. Titio genero in fin. vers. Quæro quid si Pater, ff. de condit. & demonstr. & Bald. in d. l. quoniam nouella in fin. vers. Sed pone, C de inoff. testam.

10 Animaduertunt tamen rectissimè, quod cum regularitèr collatio fieri debeat de illis dumtaxat bonis, quæ reperiuntur extare, non autem de illis etiam quæ bona fide consumpta fuere, & quæ talia reperiuntur tempore collationis faciendæ. l 2 §. de illis ff de collat. bonor. auth. quod locum. vers. bis cessantibus, C. de collat. optime Fontanell. de pact. nupt. tom 1. claus. 4. glos. 1. num. 45. cum seqq. fol. 66.

11 Idcircò soror dotata à Patre, volens cum fratribus suis, vel cæteris sororibus eidem succedere, non tenetur dotem bona fide coosumptam conferre, vel in suam portionem imputare, vt refert decisum Afflict. decis. 247. aliosque multos pro hac opinione cumulat, Munoz de Escob. de ratiocin. lib. 2. comput. 18. sub num. 7. vers. vbi dicit, quem sequitur etiam Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus 4 glos. 1. nu. 75 fol. 11.

12 Et fortiùs neque nepotes Auo succedere volentes, tenentur conferre dotem quond. eorum matri traditam, si illam non esse in rerum natura comperiatur, ac citrà eorum, matrisnè defunctæ dolum consumptam, vt ex multis notabilitèr ducet Cancer. varia. resol. lib. 1. cap. 3. tit. de legit sup. nu. 63. vers. Prædicta tamen cum seqq.

13 Eadem ratione, expensæ à Patre erogatæ in festiuitate nuptiarum filij, vel vti consumptæ, vel vti erogatæ in honorem eiusdem Patris, qui ad eas tenebatur, quasi ad proprij decoris conseruationem non sunt in filij portionem computandæ, vel ab eo conferendæ, Bar. in l. 1. § nec Castrense num 9. ff. de collat. bonor. Bald. in l filia nu. 14 C. fam. erciscund. & in auth. ex testamento, sub num. 35. versic. Secundò, C. de collat. & Vital. Nemausens. tract de collat. quæst 22. per discursum.

14 Data quoque filio studenti, non sunt ab eo cum alijs fratribus in collationem ponenda, neque in portionem suam imputanda, l. qua pater 51 ff. fam. erciscund. Bar. in d. § nec Castrense, nu. 2. Bald. in d. auth. ex testamento, nu. 35. idem in d. l. omnimodò §. imputari nu. 7. C. de inoff testam. Angel. in d. l. in quartam nu. 6 ff. ad leg. falgid. Barbos in l. 1. part. 7. nu. 35 ff. solut. matrim. Pappon. lib. 21. tit. 7. arrest. 6. Roland. cons 11. vol. 2. Menoch. de arbitr lib. 2 casu 131. & Paschal. de patr. potest. lib. 1. cap. 4. sub nu. 33. vers. Imò, & licet tex. in d. l. qua Pater, loquatur de expensis erogatis causa studij, pro filio emancipato, eadem tamen, vel maiori ratione, debet sibi locum vendicare, in filio in potestate existente, & in effectu, indistinctè in eo tex. loquuntur Bar. Bald. Odofred. Albert. Fulgos. & cæteri cōmunitèr.

15 Quibus adstipulatur, quod non tenetur frater fratribus conferre libros sibi à patre emptos, studendi gratia Ias. in l. filia licet, nu. 7. C. de collat. Berengar. in d. l. in quartam in 3. part. num. 82. & Negr. qui alios allegat, tract. de laudem tom. 2. quæst. 16. artic. 1. nu. 51. fol. 258. eò quia cogitur Pater, quo consentiente filius studijs operam dare inchoauit, subministrare ei necessarias expensas, ac libros emere oportunos, Rebuff. tract. de priuileg. Scholar priuileg. 111. Crauett. cons. 125. nu. 8. & Lud. tract. de priuileg. studem. priuileg. 16. vers. Nonò.

16 Verum tamen si testibus, vel alijs probationibus constaret, voluisse Patrem vt tantundem cæteri filij consequerentur, etiam ex eius præsumpta mente, isto casu teneretur frater cæteris fratribus conferre expensas, quas pro ipso studii causa Pater erogauit, quamuis consumptæ reperirentur tempore collationis faciendæ, pro vt notabilitèr fuit decisum in Rot. teste Macerat. variar. resol. lib. 2. resol. 27. nu. 12. quia semper est facienda collatio, si ità Pater voluerit, saltim præ-
17 sumptiuè. Quemadmodum in casu cōtrario indiffeentèr cessat collatio, si illam prohibuisset is à quo bona conferenda prouenniunt, ac de cuius tractatur successione, etiam si collationis prohibitio esset tacita, vel præsumptiua, Cassan. ad consuetud. Burgun. tit. des sucression. § 5. glos. 5 nu. 8. Surd. tract. de alim. tit. 9. quæst. 35. nu. 20. Ann. qui sic refert decisum, singul. 94. & Facbin. contr. iur. lib. 5. cap. 78. in fin. vers Et ad collationem.

18 Iterum non tenetur frater fratribus conferre sumptus quos Pater erogauit pro ipsius redemptione, tempore captiuitatis suæ personæ, l. liber captus 17. cum glos. verb. non conuenit, C. de captiu. & postlim. reuers. Bart. in l. Sticcus nu. 3. ff. de pecul. legat. Angel. in d. l. in quartam, nu 6. vers. Idem dicas, ff. ad leg. falgid. vbi quoque Alex. sub nu. 22. in vers. Et idem, & Bald in dict. auth. ex testamento, sub nu 35. vers Quartò quæritur, C. de collat.

19 Similis est huic conclusioni, alia illa receptissima opinio, vt nec pœna pecuniaria, quam Pater pro filio delinquente soluit, debeat ab eo conferri, vel computari in suam

portio-

portionem, excepto tantum si Pater coactè soluisset, puta quia pro filio fideiussit, vel quia statuto cauetur vt Pater pro filii pæna teneatur, *Bart. in d.l. Sticcus sub nn. 2. Bald. in d.l. omnimodò, §. imputari nn. 5. vers. Quæro modò, C. de inoff. testam. & in d. auth. ex testamento, nu. 36 C. de collat. Aretin. in §. actiones autem de peculio col. 4. nu. 10. inst. de action. Io. Guttier. in §. sui nu. 93. inst. de hæred. qualit. & different. Peregrin. de fideicom. artic. 36. sub nn. 37. & 38. Surd. decis. 167. num. 10. & 11. Beltram. ad Ludouis. decis. 435. lit. A.* & præter istos videndi *Ludouis. cit. dec. Cenall. pract. quæst. commun. contr. commun. quæst. 513. Camil. de Medic. cons. 167. sub nn. 6. vbi Dom. Reg. Capyc. Galeot. in addit. nu. 11. Valas. in prax. partition. cap. 13 num. 25. & cap. 25. num. 22. Grivell. decis. dolan. 98. Farinac. in prax. quæst. 24. à nu. 18. & Consil. Ant. de Mes. variar. resol. lib. 3. cap. 42. nu. 9.*

20 Vltimò non subest oneri de conferendo, id quod Pater filio donauit, ob ipsius donatarii filii benemerita, atque seruitia, argum. *cap. relatum il 2. de testam.* expresè *glos. in l. si donatione 13. C. de collat.* vbi communitèr DD. *Cravett. cons. 141. num. 4. Petr. de fideicommis. quæst. 15. nn. 8. Fontanel. de pact. nuptial. tom 1. claus. 4. glos. 7. par. 2. nu 5 f. 106. & Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. nu. 18.*

21 Benè verum, vt inquit idem *Merlin. ibid.* *nu. 25.* tenetur filius donatarius, aliundè probare merita, ob quæ asseritur fuisse ei factam donationem, neque standum simplici assertioni donantis, *Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis, nu. 4. ff. de legat. 3. Alex cons. 45. nu. 11. lib. 1. & cons. 18. in fin. lib 4. Surd. cons. 164. in fin. Cost. de portion. & rat. quæst. 75. nn. 12.* plenè *Tiraquell. in l. si vnquam, vers. donatione largitus num 89 C. de reuoc. donat. Card. Tusch. pract. conclus. lit. D. conclus. 636. nu. 14.* & omnium meliùs *Fontanel. loc. sup. cit. à num. 16. cum seqq.* iuncto *Nouar. quæst. forens. par. 2. quæst. 16.* signantèr *nu 9.*

22 Quia simplici meritorum assertioni non statur intèr personas prohibitas, intèr quas eo sub prætextu donationes celebrantur, abundant enim suspicione fraudis, & simulationis, ideireò merita sunt aliundè probanda, ad actum firmandum, *Bart. in l. si fortè sub num. 4 vers. Ego dico, ff. de Castrens. pecul. & in l. per diuersas nu. 12. C. mandat. in l. sciendum nu 4 ff. de verb. oblig. & in auth. si quis in aliquo sub nu. 12. C de edend. Cepoll. de caut. cap. 465.* aliàs *caut. 60. nu. 5. Gabriel. lib. 3. tit. de donat.* *conclus. 1 sub nu. 63. & cit. Fontanell de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4 glos. 10. par. 2. nu. 22. fol. 265.* Nisi tamen merito-

23 rum assertio esset iurata, quia tunc illi standum esse, nec requiri quod aliundè probentur, docet *Bald.* communitèr receptus, *in d. l. si donatione, C. de collat. Alex. cons. 8. visis, & consideratis his, nu. 5. vol. 2. Nouar. loc. sup. cit. nu. 13. & Fontanell. d. claus. 4. glos. 7. part. 2. nu. 24.* vbi notabilitèr inquit, standum esse iuratæ assertioni meritorum ab hæredibus iurantis, vel eo sub prætextu donantis, secus autem à Creditoribus ipsius, ex notabili *addit. ad Guid. Pap. decis. 95. lit. G. vers. Iuramentum.*


24 An autem quæ non sunt ad hæredes transmissibilia debeant conferri? Casus figurari potest in filio, qui paternis sumptibus officiū beneficium, militiam, vel quid simile acquisiuit, an teneatur ipse, volens Patri cum aliis fratribus succedere, prædicta quæ sui natura nō sunt ad hæredes transmissibilia, conferre: Articulus iste cum multas habeat inspectiones, est diuersimodè decidendus, secundum varias facti circumstantias, idcireò cum casus contingerit legito tex. *in l. omnimodò, § imputari, cum glos. & DD. C. de inoff. testam.* alium *tex. in d. l. 1. §. nec Castrense, vers. Sed an id cum glos. ff. de collat. bonor. Boer. decis. 14 nn 3. Cersal. ad Peregrin. de fideicom. art. 36 fol. 384. col. 1. & 2. vers. Tertiò addas, & Gratian. discept. forens. tom. 4 cap 670. nn. 14.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARVM.

Onus non potest super legitima imponi, nu. 1.
Et impositum reijcitur, nu. 2.
Et quidem ipso iure, nn. 3.
Filius legitimam liberam detrahere potest, licèt
Patris testamentum approbauerit, in quo vni-
uersale fideicommissum fuit ordinatum nu. 4. &
5. Etiam si fideicommissum fuisset in specie or-
dinatum super legitima, nu. 8,
Legitima quantitas filijs debita nunquam censetur
sub generali fideicommisso comprehensa, nu. 6.
Actus ab agentis potestate regulatur, nu. 7.
Filius acceptans legatum paternum ei relictum pro
omni parte, & portione, non sibi præiudicat quò
ad legitimæ supplementum, nu. 9.
Ius petendi legitimam liberam, transit ad hære-
des, nu. 10.
Legitima in quibus casibus possit onerari, vel non
remissiuè, nu. 11.
Legitima potest relinqui, sub conditione ne alie-
netur, quousque filius erit 30. annorum, nu. 12.
Cautela traditur ad hoc vt possit onerari legitima
nu. 13. cum ampliatione, nn. 14.
Mater potest relinquere legitimam filio, cum hoc
vt eius vsusfructus Patri non quæratur, nu. 15.
Refertur contraria opinio, num. 16. Et hanc
author amplexatur, num. 17. Et contrarijs re-
spondet, nu. 18.
Fœmina exclusa per statutum à successione paren-
tum, facit partem in computatione legitimæ ad
seuo-

fauorem masculorum, num. 19.
Lucrum quo quis alterius contemplatione priuatur, illi acquiritur, cuius contemplatione est inducta priuatio, nu. 20.



AD CAPVT CCLIII.

Additio.

1 VVlgatissimum est per ora
Tyronum adagium, vt nequeat super legitima naturali ratione filiis debita, onus, siue grauamen imponi, *ad text. in vulgat. l. quoniam in prioribus.* C. *de inoff. testam. l. cum Patronus 28. ff. de legat. 2. l. si arrogator. ff. de adopt. & l. coheredi, §. cum filio, ff. de vulgar. & pupill.* cum concord. penès *Bart. cons. 34. lib. 1. Alex. cons. 55. nu. 7 vol. 4 Cevall. pract. quæst. commun. contr. commun. quæst. 68. nu. 2. & Reg. Merlin. contr. forens. cent. ur 2. cap. 7. nu 1.*
2 At propterea si quod onus super legitima imponatur, vti incompatibile, & impertinens reiicitur, perinde si nunquam fuisset appositum ex fictione iuris. *Deci. cons. 238. nu. 4. vol. 1. & cons 295. nu. 22. vol. 2. cit. Cevall. quæst. 911. nu. 3. Curt. cons. 75. Paris. cons. 55. nu. 16. vol. 3. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1 lib. 11. tit. 13. num. 4. & Consil. Theodor. allegat 61. nu. 78.*
3 Dubitarunt tamen, vtrum huiusmodi oneris reiectio à quantitate legitimæ, ipso iure fiat, an vero petitio, & ministerium filii onerati requiratur; Et licèt *Cephal. cons. 272. nu. 143.* sequutus per *cit. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. t. 1. 8. num. 3.* velit non fieri ipso iure, sed factum requiri filii grauati, quod petat onus reiici; mihi tamen probabilior videtur contraria sententia, quam tenet *Peregrin. de fideicommiss. artic. 36. num 61.* & defendit sub. tilissimus *Facbin. contr. iur. lib. 12. cap. 10.* quia si admittimus legitimam non recipere onus, consequens est vt illud impositum, pro non apposito ipso iure censeri debeat, alioquin sequeretur, quod legitima reciperet onus, reiiciendum tamen ope exceptionis, contrà iura sup. allegata; & iterum quia, si filii petitio, & protestatio necessaria foret, ad finem repellendi onus, adhuc etiam in legitima filius oneraretur, cogeretur enim instantias, & petitiones emanare, vt singulariter aduertit, *Facbin. loc. sup. cit.*
4 Quapropter dicimus, quod filius qui postremum Patris elogium approbauit, in quo vniuersale fideicommissum super omnibus
bonis suis reperitur ordinatum, non prohibetur ob illam approbationem, legitimam
liberam a patrimonio, & hæreditate paterna
detrahere *Gratian. discept. forens. tom. 2. cap.*
347. num. 31. tum primo, quia nunquam ex
5 testamenti approbatione, onus in legitima
iniunctum, censetur approbatum *Ancbar.*
cons. 152. nu. 7. in fin. plenè *Surd. cons. 45. nu.*
51. cum seqq. Alex. cons. 89. nu. 13. vol. 4. cit.
Facchin. d. lib. 12. cap. 7. vbi late, & fuit per
Rot. decisum, in vna *Romana legitimæ 11.*
Nouembris 1609. teste *Cardin. Caualer. decis.*
326. num. 7. tum secundò, quia nunquam
6 sub generali fideicommissi ordinatione super
omnibus testatoris bonis, censetur comprehensa quantitas legitimæ filiis debitæ, cum
specialis requiratur mentio, *Abb cons. 15. duo*
sunt col. 2. in fin. part. 2. Alex. cons. 3. circa
præmissam, num. 2. vol. 7. Deci. cons. 419 viso
eleganti Consilio, nu. 1. vol. 2 Peregrin. d. tract.
de fideicommiss. artic. 3. nu. 132. & art. 8. nu. 4.
& 11. Consilia Theodor. allegat. 61. nu. 79. vbi
singularem huius rationis rationem præbet,
ex *cit. Deci. cons. 81. nu. 1. vol. 1.* quia nempè
dispositio generalis, non extenditur ad id,
quod est præter disponentis potestatem
7 cum actus quilibet ab agentis potestate reguletur, *cap. à nobis il 1. de sentent. excom.*
Bart. in l. si quis sub conditione, ff. de condit.
inst. & Bald. in l. fin. §. in computatione, C. *de*
iur. deliber.
8 Iterum (vt ad rem redeamus) quamuis Pater generale fideicommissum ordinauerit, etiam super portione legitimæ filijs debitæ, nihilominùs agnita ab eis paterna dispositione, non ideò legitimā liberā petere prohiberentur, nam ex quò onus super legitima, ipso iure reiectum remansit, vt sup. dictum est, fit vt subsequens approbatio, non induxerit illius approbationem, cum non entis nullæ sint partes, vt in puncto satis notantèr docent *Ias cons. 162. num. 3. vol. 2. Deci cons. 687. sub nu 7 vol 2. Peregr. de fideicom art. 36. nu. 87 vers. Sed contrà, & Fusar de fideicommiss. subst. quæst. 196. nu. 91.* vbi ex innumeris concludit, requiri specificam aditionem, & acceptationem oneris, etiam super legitima.
9 Et similem casum habemus de filio cui certa quantitas fuit à Patre relicta, cum onere, nè quid vlterà petere deberet; nam si legatarius filius huiusmodi dispositionem approbauerit, non ideò prohiberetur legitimæ supplementum petere, quamuis dixisset testator, quod quantitas legata intelligatur pro omni parte, & portione, *Anton. Fab in Cod. tit. de inoff. testam. defin. 10. Molfes. ad consuetud. tom. 2 part. 3. in addit. ad quæst. 7. à nu 5. cum seqq. & Consil. Ari. de Mes. variar. resol. lib. 2. cap. 8. nu. 21. cum seqq.* vbi docet, quod legitimæ supplemento filius non videtur

tur renunciare, si simpliciter annuat legato Patris, relicto sub onere, vt illud vice legitimæ succedat, nam requiritur quod expressè prohibeat petitionem supplementi, aliter enim disponendo filius sibi proculdubio ei patrendo præiudicaret, legendus *Alexan. Raudens. tract. de Analog. cap. 19. nu. 31. & 32.*

Notatu etiam digna est ad hanc materiã
10 traditio ista, vt ius petendi legitimam liberam à Patrimonio patris, sub generali fideicommissi vinculo relicto, non tantum duret viuente persona filii, cui legitima debebatur, verum quoque quod transeat ad eius hæredes, & successores, vt per *Merlin. tract. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 17.* vbi doctè authoritates, & rationes hinc indè cumulat, tandem verò in hanc sententiam inclinat, quidquid aliter senserit, *Gratian in addit. ad suam decis. 76. num. 4.* & *cit. Consil. Ari. de Mes. variar. resol. lib. 3. cap. 42.* vbi dicit, ius hoc non transire in fiscum, videndusq; *Mastrill. decis. 181.* per totam.

11 Sed nihilominùs animaduertendum est, quamplures dari casus, in quibus liberè potest onerari quantitas legitimæ, vt plenissimè notat, *Vasqu. tract. de success. lib. 1. §. 10* vbi explicando *tex. in cit. l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam.* applicat centum ampliationes ad regulam, vt à legitima omne onus reiiciatur, & totidem ferè refert limitationes, quarum quidem infrascriptas ipse, vti frequentiores notandas deliberaui.

12 Et quidem primò, potest Pater relinquere filio legitimam, cum onere de eam non alienando, quousque erit annorum 30. *Boer. dec. 87.* & *Rolan. à Vall. conf. 31. nu. 30.*

13 Secundò potest onerari legitima per indirectum, tali pacto, vt Pater instituat filium hæredem vniuersalem, iniuncto super omnibus bonis fideicommisso, indè verò dicat, *quod si filius meus hæres institutus, legitimam sibi spectantem liberam petierit in sola legitima remaneat institutus, in reliquo verò Caium instituo,* tali enim pacto filius per indirectum cogitur onus super legitima acceptare, nè iacturam amissionis hæreditatis patiatur, *Raudens. d. cap. 19 sub nu. 30. cum seqq. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 28. sub nu. 45. Gabriel. commun. opin. tit. de legit. conclus. 1. num. 19. Duran. de art. testan. tit. 5. caut. 31 sub num. 6. vers. Sed vt in restitutione, Gram. cons. ciuil. 145. nu. 3. Peregr. de fideicommiss. artic. 36. nu. 62.* & innumeros doctè cumulat *Dom. Io. Francis. Marott. discept. forens. cap. 18. sub num. 107.*

14 Istoq; casu, si elegerit filius magis legitimam liberam, quam totam hæreditatem ea inclusa, sub onere fideicommissi, teneretur detracta legitima restituere fideicommissario reliquum hæreditatis, vna cum fructibus, *Cuman. in l. coherede. §. cum filia, sub nu. 2. ff. de vulgar. & pupill.* & quamplures congerit *cit. Marott. dict. num. 107.*

15 Vltimò potest Mater relinquere filio legitimam, cum hoc vt eius vsusfructus Patri nõ quæratur, ità enim consulitur magis filio, quam oneratur, vt expressè tenet *glos. in §. 1. vers. Sed nunquid auth. vt lice. matr. & auiæ,* ibiq; etiam *Iacob. de Beluis. col. fin. vers. Quæritur, fol. mihi 66. & Angel. nu. 2. vers. Contrarium, Bald. in l. filiæ cuius, nu. 21. in fin. C. fam. ercissund. in vers. teneas ergò, Salic. in l. filijs Matrem, nu. 5. vers. Sed glos. ista, & vers. Teneo ergò, C. de inoff. testam. Io. Dilect. de art. testan. tit. 6. cap. 16. nu. 1. 2. & 3. cit. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 10. nu. 234 cum seqq. fol. mihi 190. & 191. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 989. nu. 20. & 21. Boer. decis. 194. nu. 2. & 6. Franch. decis. 161. nu. 6. & 7.* vbi ita refert determinatum per S C huius Neapolitanæ Ciuitatis, in causa Ioannellæ Ruffæ, & iterum etiam ità fuisse per idem decisum die 8. Octobris 1598. testatur *Amend. in add. 1. ad cit. Franch. num. 6. in fin.* & omissis alijs eandem probat opinionem *Consiliar. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. nu. 31. cum seqq.* & signantèr *nu. 38.*

16 Non abscondam tamen sententiam istam reddi maximopere dubitabilem, ex his quæ in contrarium in puncto tenent DD. mox allegandi, inquientes nullo pacto posse matrem taliter filijs legitimam relinquere, cum hoc nempè vt Patri vsusfructus non quæratur, sicq; reijciendam conditionem istam, siuè consideretur vti onus in legitima adiectum, siuè consideretur vti Patri præiudicialis, tradunt *Bar. in auth. excipitur, nu. 1. C. de bon. quæ liber.* vbi etiam *Ang. l. nu. 1. & Fulgos. nu. 2.* vbi restatur, quod interrogatus bis ità respondit, gauisus reperisse *Bar.* eiusdem opinionis, sequitur *Rimnald. Iun. in §. 1. inst. per quas person. nob. acquir. nu. 149. cum seqq. Rodric. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. limit. 1. num. 11. fol. 462. Gomes. in l. 48. Taur. num. 11. Gutier. in cap. quamuis pactum, verb. nullum, nu. 19. & 20. de pact. in 6. Eman. Cost. in repet. leg. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 89. cum seqq. ff. de liber. & posth. Cald. Pereyer. in l. si Curatorem habens, vers. latis, nu. 145. & 146. C. de in integr. restit. Parlador. quotid. differ. differ. 123. §. 1. num. 11.* communem appellat *Viui. decis. 187. nu. 10.* & doctè *Spectab. Dom. meus resol. tom. 2. cap. 128.*

17 Idcircò si licebit mihi in hoc tam graui DD. conflictu meum aperire sensum, dicendum arbitrarer, hanc secũdam partem nommodò esse veriorem, vel maiori Authorum calculo munitam, sed imò indubitatam duplici fundamento. Et quidem primò, ex *rubr. tex. in cit. §. 1.* ibi *vt liceat matri, & Auiæ, & alijs parentibus, post legitimam partem filio derelictum, quomodò voluerit residuam facultatem suam disponere.* Solidissimè ergò ex hoc

infert

infert *Bar.* quantitatem legitimæ considerari in bonis matris in abstracto, ac prætèr omnẽ ipsius liberam disponendi licentiam; Igitur nequit prohibere Patri vsumfructum illius, cum talis prohibitio facta consideretur vti à non habente potestatem: Et secundò quia onus à legitima dupliciter reijci potest, vel vti præiudiciale filio, vel vti præiudiciale tertio; hinc licèt in currenti casu diceremus prohibitionem vsusfructus non esse reijciendam vtì filio minimè præiudicialem, sed profiguam magis, irrita tamen ad fauorem patris iudicari debet, proptèr ipsius formatum interesse vsusfructus, per singularem authoritatem, *Dom. Consil. Carle. de indic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. 25. nu* 28. vbi docet, quod filius acceptando onus super legitima, sibi tantum præiudicat, minimè tamen præiudiciũ infert Patri, vel Creditoribus suis, proptèr formatum ipsorum interesse, per *text. in l. filius familias* 118. *ff. de legat.* 1. & sequitur *Consal. ad Peregrin. de fideicommis. artic.* 36. *fol.* 360. *col* 2. *vers. Quinto & tandem*, Sicq; licèt prohibitio substineatur respectu filij, vti ei fauorabilis, erit tamen caduea respectu Patris, qui suo fraudatur vsufructu.

18 Non obstat *tex. in l. filijs matrem* 25. *C. de inoff. testam.* vbi habetur quod potest Mater filios instituere, dummodò à Patre emancipentur, proptèr quod videtur substineri prohibitionem vsusfructus, quæ venit vti necessarium consequens ad emancipationem, quia omissa responsione *Roderic. Suar. in repet. d. leg. quoniam in prioribus limit.* 1. *nu.* 12. *C. de inoff. testam.* cum verè frigola sit, ac minimè satisfaciens, Respondeo quod tunc in eo *tex.* id matri licitum esse cauetur, cum nempè de viri moribus secus suspicatur, ad finem vt possit filijs prouidere, atque consulere; non est ergo trahenda consequentia, vt valeat prohibitio vsufructus, quia hæc in eo speciali casu non venit principalitèr, quemadmodum nos articulum figurauimus, sed venit in consequentiam ad emancipationem & sic non est in consideratione, per vulgatissimas regulas.

19 In quantum tandem hic concluditur, quod filiæ feminæ exclusæ a successione parentum per fratres masculos, vel ex dispositione statuti, vel ob dotationem, faciant partem in computatione legitimæ in bonis ascendentium defunctorum, illamque acquirant fratribus, quorum contemplatione excluduntur, addo *Surd. de alim. tit.* 9. *quæst.* 25. *nu.* 13. *Peregrin. de fideicommis. artic.* 38 *nu.* 15. *Grat. discept. forens. lib.* 4. *cap.* 676. & prætèr illos relegendos etiam addo *Bald. & Imol. in l. huiusmodi, §. si Titio, ff. de legat.* 1. *Cagnol. in l. vnic. C. quand. non peten. part. Acet. cons.* 19. *Corne. cons.* 197. *vol.* 1. *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 8. *nu.* 15. *Ann singul.* 215. *Guid. Pap. decis.* 295. *Boer. decis.* 104. *Capyc. decis.* 158. *nu.* 211. *& cit. Surd. decis.* 252. cum plenissima *addit. Dom. mei Consil. Hodier.*

20 Quia lucrum quo quis alterius contemplatione priuatur, illi acquiritur, cuius fauore fuit inducta priuatio, *l. post legatum, §. admittere, ff. de his quibus, vt indign. l. seruo legato, §. si testator, vbi Ias. nu.* 2. *ff. de legat.* 1. *Deci. cons.* 584. *nu.* 4. *vol.* 2. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *nu.* 98. *Gardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 15. *cit. Surd. decis.* 8. *num.* 10. Idem *d. tract. de alim. tit.* 9. *quæst.* 35. *nu.* 12. *& Minad. in Const. Regni, in Aliquibus notab.* 8. *nu.* 34. *fol. mihi* 154.

Io. Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Legitima in bonis filij debetur matri, statim filij professione sequuta, nu. 1.

Legitima in bonis Patris debetur filijs, statim emissa per Patrem professione, nu. 2.

Legitima ascendentium, & descendentium, pari iure regulatur, nu. 3.

Legitima matri debita in bonis filij, quanta sit remissiuè, nu. 4.



AD CAPVT CCLIIJ.

Additio.

1 Legitimam Matris in bonis filij, concluditur in præsenti, deberi ei statim emissa à filio professione, nec alitèr eius naturalem mortem esse expectandam, addo pluries ità fuisse per *Rot.* decisum, vt in *decis.* 116 *decis.* 223. *& decis.* 267. *part.* 5. *in recentior. Sperell. decis.* 32. *nu.* 11. *& decis.* 33 *nu.* 14. *Consal. ad Peregr. de fideicommis. artic.* 36. *fol.* 364. *col.* 1. *in princip.* & tradita per eundem *Spectab. Dom. meum, infr. cap.* 348. *nu.* 5. vbi omnia hic scripta confirmat.

2 Paritèr etiam, filio in bonis Patris debetur legitima, statim sequuta Patris professione, *Abb. in cap. transmissæ, nu.* 5. *vers. nota glos. singularem, tit. qui filij sint legit. Deci. cons.* 426. *in duobus dubijs, nu.* 7. *vol.* 2. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 4. *nu.* 6. *& quæst.* 29. *nu.* 7. aliosq; moderniores pro hac opinione alle-
3 gauimus *sup. cap* 143. *nu.* 10. nam vtraq; legitima, tam nempè illa quæ descendentibus debetur in bonis ascendentium; quam illa ascendentium in bonis descendentium, pari


modo regulatur, vt in §. *quacumque versic. Primum itaq; auth. de hered. & falgid. Barbat. conf. 24. lib. 3.*

4 In quantum etiam tractatur hic, quanta sit legitima matris in bonis filij, nam multi dixerunt esse terriam totius hæreditatis, multi quoque esse tertiam tertiæ, & alij quartam, addo relegenda tradita, & decisa per *Franch. decis. 63. cum addit. ibid. Peregr. de fideicomm. artic. 38. nu. 13. Reg. de Pont. conf. 68. num. 4. vol. 1. Asti. determ. 22. num. 3. Maynard. decis. 11. part. 5. Ricci. collect. 105. & collect. 1369. & Reg. Capyc. Latr. consult. 147. à num. 33. cum seqq.*

Io: *Leonardus* Rodoerius.

SVMMARIVM.

Filius Clerici beneficiati potest legitimari per subsequens matrimonium, vel Principis rescripto, nu. 1.



AD CAPVT CCLIV.

Additio.

1 Solidissimis profectò rationibus probatur in hoc cap. quod filius Clerici beneficiati rectè possit per subsequens matrimonium, vel etiã Principis rescripto legitimari, addo in terminis latissimè *Osas. decis. Pedam. 154. Pras. de Franch. decis. 74. nu. 4. Alphons. Villaut. decis 6. Foller. in Const. Regni, sicut accipimus, nu. 46. & Facchin. contr. iur. lib. 3. cap. 59. per totum*, quos quidem perlegere authores sufficientissimum fore existimo, ad plenam huius articuli dilucidationem.

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

Legitimatio vitiatur ex qualibet minima obreptione, vel subreptione, nu. 1.

Legitimatio vt valeat, debet in supplicatione exprimi, quidquid potuisset Principem à legitimando abstinere, nu. 2.


Legitimatio vt valeat, debet exprimi qualitas coitus ex quo legitimandus filius ortũ habuit, n. 3.

Alias esset nulla, nu. 4.

Legitimatio non tenet, si non fuerit in supplicatione expressum, quod legitimandus filius ortũ habet ex duplicato adulterio, nu 5. Et reijcitur contraria Facbin. opinio, nu. 6.

Vxoratus vir, aliam carnaliter cognoscendo adulterium committit, nu. 7.

Legitimatio ex quibus redditur nulla, & quid exprimi debeat, vt valeat, & an clausula ampla in priuilegio legitimationis apposita, eam à vitio subreptionis, vel obreptionis liberet remissiuè, nu. 8.



AD CAPVT CCLV.

Additio.

1 Præmitto breuitèr ad materiam istam, regulam quam communitèr constituunt DD. legitimationem nempè vitiari, ac nullam reddi, ex qualibet minima obreptione, vel subreptione, vt ex innumeris docet *Viui decis. 339. nu. 6.*

2 Hinc ad hoc vt legitimatio à vitio nullitaris saluetur, opus est quod in supplicatione Principi porrigenda omnia exprimãtur, quæ potuissent eum verosimilitèr inducere ad nõ legitimandum, *cap. super literis 20. §. si verò, de rescript. Rot decis. 33. nu. 5. eod. tit. in nou. Viui. cit. decis. 339. num. 7. & Reg. Merlin. contr. forens. centur. 2. cap. 86. nu. 21.*

3 Signantèr verò qualitas coitus, ex quo filius ortum habuit, exprimi debet, an nempè simplicitèr naturalis, an adulterinus, an spurius, an incestuosus sit, *Deci. conf. 358. nu. 7. Hippol. de Marsil. singul. 492. Paris. conf. 15. Menoch de arbitr. iudic. casu 201. num 34. & casu 203. nu. 2. & 3. & Aluarez in Spec. Pontif. Imperat. & Reg. cap. 77. vers. dixi superius fol 425. in fin.* dicentes, esse prædicta sigillatim in supplicatione exprimenda, aliàs vitia-

4 retur legitimatio, quia difficiliùs dispensatur cum adulterinis, incestuosis, atque spuriis, quam cum naturalibus simplicitèr, *Benedic. de Plumbi. in l. 1. de natal. restit. Bald. in l. eam quam, nu. 36. C. de fideicomm. Felin. in cap. postulasti 17. nu. 2. de rescript. & Reg. Merlin. cit. cap 86. nu. 12. centur 2.*

5 Et magis notabilitèr voluit *Oldrad. conf. 247. Factum tale est, quidam Rex, nu. 21. vers. Ad secundum*, dicens, legitimationem reddi nullam, si non fuerit in supplicatione expressum, filium legitimandum ortum habere ex duplicato adulterio, vtpute ex coniugato, & con-

& coniugata, & ideò satis non est, si dicat simpliciter eum esse adulterinũ, istamq; *Oldr.* sententiam sequuntur *cit. Felin. in d. cap. postulasti, nu. 2. vers. vide Oldr. de rescript. Deci. d. cons. 338. sub nu. 7. vol. 1. Barbat. in addit. ad Bald. in d. l. cum quam, num. 36. lit. I. C. de fideicomm. Menoch. cons. 108. nu. 26. cum seqq. & Valas. lib. 1. consult. 80. nu. 3.*

6 Et licet *Facchin. contr. iur. lib. 3. cap. 60.* velit oppositum, dicens non vitiari in casu prædicto legitimationem, si scilicet fuisset exprimi omissum, quod legitimandus filius ex duplicato adulterio ortum habet, quasi sufficiat si dixerit eum esse adulterinũ, *ex Angel. cons. 204.* quia (inquiunt) coitus ab vxorato vico commissus, nequit verè adulterium nuncupari; nihilominùs à prima opinione nullo pacto est recedendum, cum illa eadem ratio quæ *à Fachin.* inuehitur, falsam suam sententiam reddat.

7 Non enim est verum, quod coniugatus vir aliam carnaliter cognoscendo, adulterium minimè dicatur committere, imò oppositum manifestè elijcitur, *ex text. in Can. nemo sibi 32. quæst. 4.* in illis verbis ibi. *Eadem à viro, qua ab vxore debent castimonia.* Si ergò par est viri, & vxoris castimonia seruandi obligatio, cur magis cum ab vxore castimonia transgrediuntur, adulterium committitur, & non sic etiam in viro? & in effectu per hunc *text.* ità in puncto tenent, *Abb. in cap. vt Clericorum, nu. 6. de vit. & honest. Cleric. Iuli. Clar. in §. adulterium, nu. 2.* & latè *Menoch. cons. 249. lib. 3.*

8 Non omittam tandem remissiuè addere celebrem, & singularem *Dom. Reg. Renert. decis.* in causa Mag. Antonij de Bononia, cum nobilibus Sedilis Nidi, vbi omninò sanè meliùs ostendit, quandò legitimatio ex vitio subreptionis, vel obreptionis nulla sit, quiduè in supplicatione exprimi debeat, & quandò amplæ clausulæ in priuilegio legitimationis appositæ à Principe legitimante, sanent, ac suppleant vitium subreptionis, vel obreptionis, ad eum itaq; tamquam ad fontem in hac materia recurre, quia adeò singularis est, & ampla decisio illa, vt expediens existimauerit *Franc. Censalius*, eam per extensum imprimere, *in addit. ad Peregrin. de fideicommis. artic. 23. fol. 96. col. 1. in fin. cum mult. col. seqq.*

Io: *Leonardus Rodoerius.*

SVMMARIVM.

Litigiosæ rei alienatio, vtroque iure communi, & Regni prohibita est, adeò vt si fortè distrahatur, lis siniatur contrà alienantem, & sententia contrà rei possessorem directè exequationi demandatur, etiam si per mille manus res deambulauerit, nu. 1.

Ac etiam si alienatio fuisset facta in Ecclesiam, vel Ecclesiasticam personam, & quarè, nu. 2.

Litigiosæ rei hypothecatio non tenet, nu. 3.

Litigiosi vitium impedit exercitium propriæ facultatis, & traditur exemplum, nu. 4.

Litigiosa res in nouem casibus hic positis potest rectè alienari, pleniùs nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.


Euictio an debeatur pro re, quam quis emit, sciens esse litigiosam, remissiuè, nu. 15.

Litigiosi vitium non inducitur ex simplici sequestro, nu. 16.



AD CAPVT CCLVI.

Additio.



1 Litigiosæ rei alienatio, indubitatum apud nos est, quod non tantum per Ius commune prohibetur, sub pœna nullitatis, *l. fin. & toto tit. C. de litig.* verum quoq; à iure Regni irrita declaratur, ex vulgat. *Reg. Cap.* incipiente, *Conuentus*, quo expresè cauetur, vt in pœnam alienantis finiatur contrà eum iudicium, & sententia directè exequutioni demandetur contrà possessorem, etiam si res illa per mille manus deambulauerit; sicque apud nos omnis prorsùs deleta est disputandi occasio, triplex siquidem fuit vetus opinio, prima *Cyn. in l. vnic. C. de alienat. iudic. mutand. caus. fact.* volentis, posse directè contrà tertium possessorem, in quem rei litigiosæ distractio facta est, exequutio fieri; secunda, *Bar. in l. à diuo pio, §. si super rebus, nu. 3. ff. de re iudic.* inquientis reuocatoriam præcedere debere, & tertia *Angel. in auth. nunc si hæres, C. de litig.* vbi distinguit, vt si quidem sciebat emptor vitium litigij, & fiet contrà eum directa exequutio, aut ignorabat, & secùs. Ad hanc igitur sedandam quæstionem manauit, *d. cap. Conuentus*, quo sancitur, dictam exequtionem faciendam esse contrà emptorem rei litigiosæ, etiam si per mille manus deambulauerit, nulla reuocatoria, vel litigiosi vitij scientia requisita, sicuti quoque tam in puncto iuris, quam attenta memorata Regni lege, docent *Conar. pract. quæst. cap. 15. sub nu. 7. Cenall. commun. contr. commun. quæst. 820. nu. 34. Cancer. varia. resol. part. 2. cap. 12. nu. 17. & 18. Mobedan. decis. 1. alias 12. tit. de sent. & re iudic. Vestil. ad*

 Afflict.

Afflict. decis. 331. nu. 2. Canalc. decis. Finiz. 16. nu. 7. lib. 1. & Reg. Ronit. cons. 66. num. 1. cum seqq. vol. 1.

2 Sicq; pro firma, ac indubitata opinione ista apud nos remanente, eam ampliandam communiter censuerunt, vt habeat locum, etiam si litigiosæ rei alienatio facta fuisset in Ecclesiam, vel Ecclesiasticam personam, existimantes vt eo quoque casu, intret dispositio *d. cap. Conuentus*, vt directè ad exequutioné sententiæ deueniri possit contrà memoratas personas, absque quod causæ cognitio Ecclesiastico remitti debeat; *Vrsill. loc. cit. nu. 3.* authoritate *Cassan. ad consuet. Burgun. tit. des Iustices, rubr. 1. §. 5. per totum*, quem quamuis improbent *Franch. decis. 545. Consil. de Bott. in addit. ad dict. cap. Conuentus*, & *Epis. Genuens. in prax. Eccles. resol. 75.* nihilominùs non est recedendum ab opinione *Cassan. & Vrsill.* iuxtà quam refert decisum *Mastrill. decis. Sicil. 70 num. 3.* & in nostris Tribunalibus sic frequentiori vsu obseruari testatur, *Reg. Sanfelic. decis. 2*, vbi id solidissimis medijs probat, etiam inspecto iure Canonico, & signantèr quia eo casu turbatur iurisdictio Iudicis laici, sequitur *Lancellott. tract. de attent. part. 2. in præfat. cap. 4. nu 520. cum seqq.* concludens, quod ex quo alienatio rei litigiosæ est nulla ipso iure, nullum meritò ex ea transfertur dominium, etiam ad fauorem piæ causæ, vel fisci, & prosequitur *Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 29. nu. 2. & 3.*

3 Facit quoque litigiosi vitium, vt nequeat res super qua lis mota est hypotecari, *Gui. Pap. decis. 337. num. 5. Mangil. de euict. quæst. 60. nu. 8.* vel super ea seruitus imponi, *Reg. Ronit. decis. 24. sub nu. 5. vers. Quintò.*

4 Imò interdum impedit ius vtendi propria facultate, sicuti obseruatur in Domino directo, qui si à principio sibi cauit, vt emphyteusi finita, posit eam propria authoritate vendicare, nihilominùs si emphyteuta, priùs quam concessionis tempus expiraret, litem ei moucrit, prætextu quod nequiuerit re illa vti, culpa Domini, vel aliquod aliud alleget, isto casu directus Dominus, propter litem sibi motam, emphyteuticam rem authoritate propria, iuxtà præcedentem conuentionem, vendicare prohiberetur *Gramm. decis. 4. nu. 2. Pontanell.* qui sic refert decisum, *tract. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 15. num. 69. vsque ad nu. 73.* & in simili paritèr *Gratian. decis. 132.*

5 Non omittam tamen plures dati casus, in quibus cessat, *tit. de litig. & text. Regni* nostri in *cap conuentus;* Et primò quidem si res in iudicium deducta esset tempore peritura, tunc enim rectè valet distrahi, nè re perempta iudicium reddatur elusorium, sicque vt ea vendita, saltim in pretio litigantibus sit consultum, *Bar. & Bald. in l. si oleum, ff. de dal. Io. de Anaut. in cap. fin in 5. cal. de accus. Alex. in l. pro hærede sub num. 4. vers. pro hoc. ff. de acquir. hæred. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 45. num. 6. & Cancer. variar. resol. part. 2. d. cap. 12. nu. 50.*

6 Secundò si alienatio rei litigiosæ fieret ex causa necessaria, *l. alienationes 13. ff. fam. erciscund.* ibi. *Alienationes enim post iudicium acceptum, interdicta sunt, dumtaxat voluntariæ, non quæ vetustiorem causam, & originem iuris habent necessariam;* concordat alius *tex. in l. is à quo 58. ff. de rei vendic.* & tenent prætèr antiquos *cit. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 32. nu. 68. Hieronym. Geuall. commun. contr. commun. quæst. 820. num. 49. cum multis seqq. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 54. num. 19. Cancer loco cit. nu. 4. & Nigr. de laudem. tom. 2. quæst. 1. nu. 120. fol. 17.* post *Alex. in l. si constante, §. si bona num 2. ff. solut. matrim.* vbi inquit, quod ex causa necessaria limitatur totus *tit. de litig.* & sequitur *Nouar.* qui alios cumulat *quæst forens. tom. 2. quæst. 26 sub nu. 2.*

7 Qua ratione concludit *Spect. Dom. meus*, quod tam *capitulum Regni Conuentus*, quam *const. eorum fraudibus*, locum non habent, si conuentus super aliqua re à Creditore posteriore, eandem rem lite pendente alio anteriori Creditori in solutum daret, ex quo enim isto casu distractio originem trahit à debito antiquiori, videtur consequentèr necessaria, & ideò non comprehensa sub prohibitione alienationis rerum litigij vitio affectatum, sequitur ex nostratibus, *Carol. Anton. Moccia in sylu. forens. cap. 24. nu. 39. & 40.*

8 Tertiò potest alienari res litigiosa pro constitutione, vel restitutione doris, *glos. in l. ante diuisionem 16. in fin.* vbi *Bald. in versic. Pone, C. de iur. doti. Campagn. in d. cap. Regni Conuentus, sub nu. 6. & Nouar. d. quæst. 26. num. 6.*

9 Quartò potest res litigij vitio affecta talitèr distrahi, vt res illa alienata intelligatur, ex nunc pro tunc, sequuta sententia absolutoria ad alienantis fauorem, elegantèr *Reg. Lanar. cons 6.*

10 Quintò si instantia litis esset perempta, possent bona in iudicium deducta distrahi, cum habeatur lis eo casu perindè ac nunquã esset instituta, *Salic. in l. properandum, §. & si quidem, num 15. vers. Tertiò quæro, ff. de iudic. Alex. in l. 2. nu. 16.* ibiq; *Deci. nu. 59. Rip. nu 28. & Ias. nu. 19. vers. secundò limita ff. iudic. solu. Mandos. tract. de inhibit. quæst. 113. Paffet. cons. 67. nu. 7. Natt. cons. 350. nu. 5. Thesaur. decis. 144. nu. 9. Gabriel. cons. 52. nu. 8. lib. 1. Lancellot. tract. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. nu. 598. & 609. & Reg. Ronit. in pragm. 1. de instant. caus. nu. 12.* quidquid dixerit in contrarium *Surd. cons. 429. nu. 58. & 59 vol. 3.* quem sequitur *Ronit.* sibi contrarius *cons. 66. nu. 2. vol. 1.*

11 Sextò ex causa transactionis intèr easdem partes ligitantes initæ, potest distrahi res liti-

litigiosa, *l. cum mota*, vbi *Bart.* & cæteri DD. *C. de transact. Alex. & Dect. in l. 2. nu. 59. C. de eden. Peregrin. de iur. fis. lib. 4. tit. 6. nu. 4. Guid. Pap. decis. 337. Natt. cons. 41. num. 2. & Dom. Consil. Paul. Staiban. resolut. forens. lib. 1. resol. 82. nu. 14.*

12 Septimò si lis de certis bonorum corporibus esset coram arbitro deducta, posset ad illorum alienationem deueniri, quia iudiciũ coram arbitro non ligat necessariò, quemadmodum ligat iudicium coram Iudice ordinario, notabiliter *Alex. in l. si sibi bomo, §. Diui Seuerus, nu. 18. ff. de legat. 1. Afflict. in tit. Regni const. eorum fraudibus nu. 9. & Ann. singul. 320.* & hanc opinionem ipse puto indubitatam, quando voluntariè, scilicet vtraq; parte consentiente lis coram arbitro est introducta; dubitarem tamen de ea, si ex necessitate statuti coram eo litigaretur (sicuti sæpè in Regno practicatur inter coniunctos) ex dispositione *Reg. prag. odia litium de arbitr.*

13 Octauò si res esset in iudicium deducta actione personali, posset quoque distrahi, cũ actor nullum ius in ea vsque ad sententiam acquisiuerit *Guid. Pap. decis. 479.* vbi innumeros allegat, sed vid. *Matthe. ibi in addit.* quia tenet contrarium, & fortè hæc est verior opinio, tum quia iura quæ vitium litigiosi introduxerunt, indistinctè loquuta sunt, & non magis ad hypothecariam, quam ad personalem actionem respexere: tum etiam, quia licet agenti actione personali, nullum ius vsque ad sententiam super re in iudicium deducta competat, res tamen sub Iudice constituta nõ est ampliùs in libero dominio Domini conuenti, quia manus superior in ea imposuit, iuxtà terminos *tex. in cap. bona il 2. vbi Innoc. nu. 7. Butri. nu. 20. & 48. in fin. Io. Andre. nu. 8. circ. fin. Abb. nu. 8. Imol. nu. 5. Bald. nu. 10. tit. de postul. Prælat.*

14 Et tandem omissis alijs, si lis esset iniusta, & calumniosa, rectè posset reus ad rei in iudicium deductæ alienationem deuenire, vt ex quampluribus docet *Macerat. varia. resol. lib. 1. resol. 29. nu. 2.*

15 Vtrum tamen debeatur euictio pro re, quam sciens aliquis eam esse litigiosam, comparauit? videndi *glos. Cyn. Alberic. Bar. Angel. & Salic. in d. l. fin. C. de litig. Perigr. d. tract. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6. nu. 35. Mangil. de euict. quæst. 60. nu. 19. & Reg. Carol. Tapp. decis. S. C. 6. nu. 4.*

16 An tandem litigiosi vitium, ex simplici sequestro contrahatur? negatiuè *Reg. Ronit. consil. 100. num. 10. vol. 2.* quem nouissimè sequutur excellens ille intèr Scribentes *Dom. Consil. Francisc. Maria Prat. discept. forens. tom. 3. cap. 32 nu. 12.*

Io. Leonardus Rodoerius.


SVMMARIVM.

Litis pendentia non inducitur ex petitione, quod quis iura proponat, ideò iste conuentus, potest coram alio competenti Iudice, iura sua proponere, nu. 1.

Litis pendentia per solam citationem inducitur, nu. 2. Sed hoc procedit de iure Canonico, nu. 3. Author tenet hoc esse verum etiam de iure Ciuili, nu. 4.

Litis pendentia vt inducatur ex sola citatione, quæ requirantur, nu. 5.

Litis pendentia respectu actoris inducitur per simplicem libelli porrectionem, cum commissione, & decretatione, licet rei citatio non adhuc fuerit expedita, nu. 6.



AD CAPVT CCLVII.

Additio.

1 Singularitèr in hoc capit. hæsitatur, an conuentus in iudicio, *l. diffamari, C. de ingen. manumis.* possit coram alio Iudice iura sua proponere, an verò comparere teneatur, ac trahi possit in eo Tribunali in quo diffamatus, cum conuenit, vt iura quæ se iactat habere, proponat? Concluditur pro diffamante, vt nimirum taliter conuentus, iura sua coram alio competenti Iudice allegare queat, nulla de prætensa litis pendẽtia, in Tribunali, in quo quod iura proponeret fuit conuentus, habita ratione, addo in proprijs terminis *Amend. Viscont. & Ricc. in addit. ad Franch. decis. 385. Thor.* qui ità refert decisum, *in compend. decis. tom. 1. verb. causa diffamationis fol. 78. col. 2.* vbi dicit quod causa diffamationis coram vno Iudice proposita, non inducit litis pendentiam, ad effectum, vt causa iurium, nequeat ab alio æquè competenti Iudice cognosci, legendaq; latissimè tradita per *Io. Bapt. Ciriu. contr. forens. lib. 1. cap. 34. à nu. 1. vsque ad 12.*

2 In quantum etiam dicitur hic, quod litis pendentia per solam citationem inducitur, addo tex. *in cap. proposuisti 19. & ibi glos. de for. compet. Archid. in cap. non ità in princip. 2. quæst. 6. glos. in clem. 1. vers. citationes, de iudic.* & nouissimè doctè ex innumetis probat *Dom. Io. Francis. Marott. discept. forens. cap. 18. à nu. 114. vsque ad 118.*

3 Dicit tamen *Angel. in l. 1. nu. 1. C. de indic.* hoc de iure Canonico dumtaxat procedere, non verò de iure Ciuili, ac in Tribunalibus

Re-

Regijs, in quibus ipse concludit nullam litis pendentiam sola citatione induci, sed requiri litis contestationem, sicuti quoque de communi testatur, *Lancellott. tract. de atte ut. in præfat. cap. 4. num. 151. cum seqq.* quem sequitur *Macerat. variar. resol. lib. 1. resolut. 64. nu. 4.*

4 Sed reijcit istam *Angel.* distinctionem *Alex. in l. more maiorum, nu. 36 ff. de iurisdic. omn. iudic.* quo loci inquit, non tantum de iure Canonico, sed etiam Ciuili, & sic in sæcularibus Tribunalibus, per solam primam citationem, litem eiusq; pendentiam introduci, & hanc ipse amplector, cum frequentius audiuerim in nostris subsellijs præualuisse, cum infrascripto tamen temperamento.

5 Vt tunc per simplicem primam citationem litis pendentia respectu rei citati inducatur, cum nempè, ad eius aures legitimè peruenerit, à competenti Iudice expedita fuerit, & si de nuncij relatione in actis appareerit; his verò, vel eorum altero deficientibus, perperam litis pendentiam inductam esse diceretur, *cit. Alex. in l. ex hoc edicto, nu. 12. ff. de eo per quem fact. erit Deci. consf. 460. num. 34 lib. 2. Guid. Pap. decis. 488. num. 2. Borgni. Caualc. decis. Piniz. 10. nu. 64. lib. 3. tit. de vlt. volunt. & Dom. Reg. Capye. Galeot. contr. iur. lib. 2. contr. 3. nu. 23.*

6 Dixi respectu rei, nam quò ad actorem inducitur litis pendentia, efficiturque eius actio litigiosa per solam libelli porrectionem cum decretatione subscripta, licet non adhuc rei citatio fuerit expedita, vt habetur decisum per *Rot. decis. 6. tit. vt lit. pendent. in nou.* & pluries iterum itá refert decisum per eandem *Rot. Rom. Peni. decis. 110. nu. 11. & 12. & Cardin. Caualer. decis. fin. nu. 2.*

Io. Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

Literas cambij acceptans, efficaciter ad solutionem quantitatis scriptæ obligatur nu. 1.

Et quo pacto conueniatur in Regno, si post literarum acceptationem soluere recusauerit, vel distulerit, nu. 2.

Acceptans literas cambij sibi directas, ad quantitatis solutionem tenetur, etiam scribentis decoctione sequuta, nu. 3.

Et quid si decoctio effectum sortita sit antè quam fuissent literæ acceptatæ, nu. 4.

AD CAPVT CCLVIII.

Additio.

1 Cceptás literas cambij sibi directas, iuris est exploratissimi, quod efficacitèr ad quantitatis scriptæ solutionem obligatur, ad fauorem eius qui illas præsentauit, per *tex. in l. si filius familias, 18. ff. ad Mared. Bar. in l. si Titius, vers. & sic lex, ff. de const. pecun. Lanfrang. in cap. quoniam contrà, nu. 67. de instrum. product. Alex. consf. 78. nu. 1. vol. 1. Matth. sian. singul. 22. nu. 2. Rot. Genu. decis. 133. nu. 1. Ann. allegat. 89. nu. 1. & 2. idem singul. 322. cum addit. Fab. de Ann. filij, & R. P. Afl. contr. iur. cap. 30. n. 49.*

2 & in Regno contra acceptantes literas cambij, qui postea solutionem differunt, est statutum remedium exequutiuum, quia aduersus eos expediuntur literæ exequutoriales realitèr, & personaliter, examinatis tamen priùs tribus testibus, qui noram habeant manum campsoris, qui literas acceptauit, vt in *prag. 3. §. 12. & prag. 5. §. 3. & 4. tit. de liter. camb.*

3 Quinimo etiam si post literarum acceptationem, scribentis decoctio sequatur, non ideò tamen acceptans ab onere soluendi liberabitur, sicque isto quoque casu ad quantitatis scriptæ solutionem efficacitèr tenetur vt hic concluditur. addo *Andr. Barbat. in addit. ad Bald. in l. pro debito lit. E. C. de bon. author. Iudic. possiden. Foller. ad Marant. in spec. part. 6. act. 6. nu. 54. Scacc. de commer. & cambi. §. 2. glos. 5. quæst. 11. à nu. 327. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 2396 Gallup. in prax. part 2. cap. 23. nu. 3. & Carle. de iudic. tom. 2. tit. 3 disput. 6. nu. 35. fol. 163.*

4 Nisi tamen scribentis decoctio effectum sortita esset antè quam literas scripsisset, vel etiam quandocumq; antè illarum acceptationem, quia isto casu supposita in acceptante ignorantia decoctionis (quemadmodum præsumitur) nulla ex acceptatione oritur illius obligatio, erronea enim præsumitur, nam credendum est, rucó eum literas non acceptauisse, si scribentis decoctionem sciuisset, *Pastbal. de patr. potest. lib. 1. cap. 8. nn. 7. Ann. consf. 82. num. 11. cum seqq.* plenisimè *Reg. Merlin. contr. forens. centur. 2. cap. 11. & Caleual. loc. sup cit. num. 37.* vbi istam partem tuetur, quamuis pro contraria sententia in præcedenti nu. 36. esset argumentatus.

Io. Leonardus Rodoerius.

SVM-

SVMMARIVM.

Singularis, & voluntarius successor non tenetur stare locationi per prædecessorem factæ, nu. 1. Et procedit ista opinio etiam contrà colonum partitarium, nu. 2.

Legatarius non tenetur stare locationi, nu. 3.

Item nec maritus, cui fundus in dotem traditus fuit. & quomodò hoc sit verum, & quandò secus, nu. 4. & 20.

Item nec proprietarius tenetur stare locationi factæ per vsufructuarium, nu. 5. Sed limita, n. 6.

Item nec vsufructuarius cogitur ratum habere locationem factam à defuncto, nu. 7.

Item nec successor beneficiatus, nu. 8. Nec Episcopus, nu. 9. Sed limita, vt nu. 10.

Colonus potest à locatione discedere, in omni casu quo potest singularis successor eũ expellere, n. 11.

Vniuersalis successor tenetur stare locationi per prædecessorem factæ, nu. 12.

Singularis successor pro anno incepto, tenetur stare locationi, nu. 13. Sic etiam, & conductor, n. 14.

Reemens fundum vigore pacti de retrouendendo, tenetur stare locationi illius, nu. 15.

Filius defuncto patre, cogitur ratum habere locationem ab illo factam de bonis suis aduentitijs, nu. 16.

Pupillus pubes factus tenetur stare locationi per tutorem factæ, nu. 17.

Successor per sententiam Iudicis, tenetur stare Colono, nu. 18.

Emens scientèr rem alteri locatam, cogitur stare locationi, nu. 19.


Mulier soluto matrimonio, locationem de bonis dotalibus à viro factam, ratam habere tenetur, n. 21. Sed intellige hãc opinionẽ, vt n. 22. & 23.

Singularis successor tenetur stare colono fiscali, nu. 24. Sicuti quoq; colono Ecclesiæ, nu. 25.

Item tenetur stare locationi factæ ad longum tempus, nu. 26. Ac etiam locationi, pro cuius obseruantia locata res fuit hypothecata, nu. 28. Cum ampliatione, nu. 29.

Locatio ad longum tempus, quæ nã dicatur, nu. 27.

Conductor potest à re expelli, si ea ad vsum Domini deseruierit, etiam quod eandem rem Dominus conductori hypothecauerit, pro obseruantia locationis, nu. 30.



AD CAPVT CCLIX.

Additio.

1 HAbemus in hoc cap. notabilem materiam l. *emptorem*, C. *locat.* ex quo *tex.* elijcitur receptissima regul., vt singularis, & voluntarius successor non teneatur stare locationi per prædecessorem factæ, quia personalis illa obligatio, quam conductor habet contrà locatorem pro defensione, & manutentione, non transit in singularem successorem, *arg. l. fin. §. fin. ff. de contrah. emption. & l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell.* & hac ratione vtitur *Bart. in d. l. emptorem, & Gom. suo. varia. resol. lib. 2. cap. 2. tit. de locat. & conduct. nu. 9. Guid. Pap. decis. 480. nu. 2. & 4. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 15. nu. 5. vers. quod autem, Franch. decis. 488. num. 5.* & alij innumeri penès *Macerat. varia. resol. lib. 1. resol. 45. nu. 1.* & pro-
2 cedit conclusio ista non tantum contra colonum pensionariũ, verum quoq; contra colonum partitarium, *Franch. decis. 334. ex Alex. in l. si filius familias, §. fin. col. 4. vers. Item fallit in colono partiario, ff. solut. matrim.* & colligitur ex *Ias. in l. cum filio familias in fin. vers. Ego crederem. ff. de legat. 1.*

Personæ autẽ, quę sub regula de singulari successore loquente comprehenduntur, quæ in consequentiam locationi per prædecessorem factæ stare non tenentur, plures, multæq; sunt, sex verò ipse breuiter enumerabo.

3 Et quidem primo legatarius, *l. nihil proponi 123. §. fructus, vbi glos. in vers. Colonũ, Bar. & Paul. de Castr. ff. de legat. 1.* volentes ex allegato text. posse legatarium expellere colonum, cui defunctus rem legatam locauerat, *Alex. cons. 120. viso processu, nu. 8. vol. 5. Vint. decis. 56. num. 11. & Nouar. quæst. quæst. forens. lib. 1. quæst. 62. nu. 3.*

4 Secundò maritus cui locatum prædium ipso inscio fuit in dotem traditum, ratam locationem habere non tenetur, secus si locationis conscius dotationis tempore erat, *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 15. sub nu. 5. vers. Quid autem, & Surd. decis. 265. nu. 29.*

5 Tertiò proprietarius, qui vsufructu finito plenum rei dominium acquisiuit, locationi per defunctum vsufructuarium factæ, non cogitur stare, *l. si quis domum 9. §. hic subiungit ff. locat. l. si seruus communis Mauij, & Castrensis 18. §. cum seruus, ff. de stipulat. seru. l. adhuc interesse 30. §. si operas, ff. de vsufruct. Bald. in l. 1. num. 35. C. de iur. fisc. lib. 10. Canale. de vsufruct. mul. er. relict. nu. 176. Cancer. varia. resol. par. 1. cap. 14. nu. 4.* post *Alex. in l. si filio familias, §. si vir in quinquennium, sub nu. 20. vers. Quid singulariter,*
6 *ff. solut. matrim.* vbi hoc notabiliter limitat, si res locata esset talis, quæ de sui natura, fructum minimè afferret, nisi singulo triennio, isto casu dicit ets. *Alex.* quod si vsufructuarius locauit ad triennium, & interim moriatur, teneretur proprietarius stare locationi, ex rationibus ab eo adductis, & sequitur istam opinionem *Nouar. quæst. fo. ens. lib. 1. quæst. 95. signantèr nu. 6.* vbi inquit ità se determinasse in vna facti contingentia, & *Ricci. in collect. decis. part. 7. collect. 2519. in fin. vers. Et An proprietarius.*

7 Quartò vsufructuarius nec etiam tenetur

stare

ſtare colono, & locationi eidem factæ, ſiuè emptionis, ſiuè legati, ſiuè tandem donationis titulo, vſumfructum acquiſiuerit, *l. arbores 65. ff. de vſufruct. Alex. conſ. 120. num. 8. vol. 5. cit. Gomeſ. variar. reſol. lib. 2. d. cap. 2. ſub nu. 9. verſ. Imò Canalc. d. tract. de vſufr. mulier. relict. nu. 177. Caſtill. de vſufruct. cap. 73. nu 8. & Cancer. cit. cap. 14. nu. 32.*

8 Quintò beneficiatus non tenetur ratam habere locationem per prædeceſſorem factã, de bonis beneficij, *Cancer. ibid. nu. 45.* & ex quampluribus nouiſſimè *Ciarlin. contr. forenſ.*

9 *lib. 1. cap. 93. nu. 12.* & fortiùs neque Epiſcopus cogitur ſtare colono, cui Bona menſæ Epiſcopalis Prædeceſſor locauit, *cap. fin. vbi Abb. tit. nè Prælat. vic. ſuas, &c.* idem *Abb. in cap. querelam, de Prælat. Surd. deciſ 33. nu. 7. Rict. in collect. deciſ. part. 4. collect. 1007. & Nouar. cit. quæſt. 62. nu. 8 part. 1.* Niſi ta-

10 men locatio eſſet facta à beneficiato Epiſcopo, alioq; Prælato, ſub nomine Eccleſiæ, in eius euidentem vtilitatem, nam cum Eccleſia (quam fingitur locaſſe) nunquam moriatur, ſed duret perpetuò, fit vt nulla ſit congrua ratio, quarè poſſit à locatione per ſucceſſorem diſcedi, *Paul. de Caſtr. conſ. 2. nu. 3. vol. 1. Iacob. Mandell. Albenſ. conſ. 108. ſub num. 1. & 5.* & *Ciarlin. cit. cap. 93. num. 14. verſ. Niſi tamen.*

11 Vltimò quemadmodum ex diſpoſitione dictæ *l. emptorem, C. locat.* ſucceſſores in caſibus prædictis colono ſtare non tenentur ità colonus ipſe, ſiuè conductor nequit cogi, vt in locatione perſeueret, ſed poteſt etiam inuito domino recedere, vt inquit, *Bart. in cit. l. Padill. in l. vnum ex familia, §. 1 num. 13. ff. de legat. 1. Couar. d. lib. 2. cap. 15. ſub num. 5. verſ. Secundum, Molin. de hypan. primog. lib. 1. cap. 21. nu. 4. Gratian. diſcep forenſ. tom. 4. cap. 606. nu. 13. Gomeſ. d. lib. 2. de locat. & conduct. ſub nu. 9. verſ. Et per conſequens, Ciarlin. d. cap. 93. nu. 13. & Reg. Rouit. in pragm. 1 nu. 25 tit. de locat.*

12 Quibus breuitèr notatis ampliationibus deuenio ad principaliores limitationes, quas paſſim tradidere DD. ad *cit. l. emptorem*, cuius diſpoſitio generalitèr reſtingitur primò in ſucceſſore vniuerſali, qualis eſt hæres, vt teneatur locationem à prædeceſſore factam approbare, *l. viam veritatis 10. C. locat. & conduct. Bar. in d. l. filio familias, §. vir. in quinquennium, nu. 1.* ibiq; etiam *Alex. nu 21. ff. ſolut. matrim. Guid. Pap. deciſ. 489. num 3. Cardin. Caualer. deciſ. 612. nu. 4.* & narrationem *Cyn in d. l. emptorem, nu. 3. in fin.* quia nempè perſonales actiones, tranſeunt in ſucceſſorem titulo vniuerſali; Quinimò, & fideicommiſſarium vniuerſalem, vt locationi per grauatum hæredem factæ, ſtare cogatur, tradunt, *Peregr. de fideicommiſſ. artic. 40. ſub nu. 105. Fuſar. de fideicom. ſubſtit. quæſt. 525 num. 1. & 5. Scappucin. de Salutan. interdict. inſpect. 4. cap. 1. nu. 35. Rouit. in rubr prag. de locat. num. 23.* & alii quamplures relati per *Cenſal. ad Peregrin. loc. ſup. cit. fol. 418. col. 1. verſ. Secundo obſerno.*

13 Limitatur ſecundò ſi res non eſſet integra; nam vt omnes DD. dicunt, ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem, pro illo anno iam incæpto, quia æquitas non patitur, vt Colonus qui ſumptus erogauit, vt fundum laboraret, & ſeminaret, ab eo indè euincatur, *Caualc. deciſ. Fixiæ. 44. nu. 32. & 33. lib. 1. Surd. deciſ. 40. in princip.* & meliùs *deciſ. 52. num. 12. verſ. Quæ verò, Menald. conſ. 25 vol. 1 Reg. Rouit. conſ. 81 nu. 19. vol 1. Ciarlin. d. cap. 93. num. 11. & 15.* & deciſum refert *Macerat. variar. reſolut. lib. 1.*

14 *reſol. 45.* Verumtamen quemadmodum iſto caſu cogitur ſucceſſor locationem approbare, ità paritèr tenetur colonus à locatione non recedere, prætextu noui ſingularis Domini, *Caualc.* ita referens iudicatum, *dicta deciſ. 44 nu. 24. & Surd. cit. deciſ. 52. nu. 12.*

15 Reſtringitur tertiò in reemente fundum vigore pacti de retrouendendo, nam tenetur ſtare colono, cui prædeceſſor emptor fundũ locauerat, *Bald. in l. 1. in fin C. de iur. fiſc. Rolan. conſ. 49 à nu. 2. cum ſeqq. lib. 2. Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 18. nu. 8. Ciarli. d. cap. 93. nu. 10. Cancer. d. cap. 14 nu. 49. lib. 1. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 62 cit. Caualc. deciſ. 16. nu 53. lib. 2.* vbi quamplures allegat *Giurb. deciſ. 58. nu. 4. Reg. Sanfelic deciſ. 366. nu. 15.* & ità determinauit *Rot. in vna Romana affictus, ſeù locationis, Mercurij 26. Aprelis 1589.* vt refert *Penn. deciſ. 18.*

16 Reſtringitur quartò in filio, qui defuncto Patre tenetur ſtare locationi ab eo factæ, in bonis ſuis aduentitijs, ſuper quibus Pater ipſe vſumfructum habebat, *Ann. ſingul. 217. Rouit. in d. prag. 1. nu. 24. de locat. & conduct.* & ex *Pract.* nouiſſimè docet *Nigr. de laudem. tom. 1. quæſt. 30. nu. 79. fol. 490.*

17 Quinto limitatur in pupillo, qui pubes factus præcisè ſtare compellitur locationi per tutorem factæ, *Couar. lib. 2. variar. d. cap. 15. nu. 5. verſ. Ad exemplum tutoris, ex tex. in l. ſi tutelæ. 9. ff. de adminiſtr. tutor.* & fuit deciſum per Senat. Mantuan. validam eſſe locationem à tutore factam per quinquennium, & quod ei pupillus pubes factus teneatur ſtare, *Surd. deciſ. 299.* quem ſequitur *Nigr. loc. cit. nu. 80.* poſt *Gomeſ. varia. reſol. lib. 2 cap. 2. ſub nu. 8. verſ. Secunda concluſio,* Sed vid. *Dom. Hodier. ad cit. deciſ. Surd. 299.*

18 Sextò limitatur in ſucceſſore neceſſario, immiſſo per ſententiam Iudicis, quia tenetur ſtare colono, nam regula contraria loquitur de ſucceſſore voluntario, *Alex. in dict. l. filio familias §. vir in quinquennium, nu. 7 ff. ſolut. matrim.* Idem in *l. diuortio, nu. 35. ff. eod. & conſ. 128. ſuo nu. 18. vol. 5. Franch. deciſ. 488, nu. 2. Surd. d. deciſ. 299 nu. 6. Card. Caualer. deciſ.*

decis. 612. nu. 10. Tiraquell. de retract. convent. §. 3. glos. unic. nu. 15. Beniuten. decis. Rot. Bononiens. 14. & Rovit. cit. cons. 81. per totum, signantèr nu. 2. vol. 1.

19 Limitatur septimò in eo, qui sciens rem alteri locatam comparauit, Ias. in d. l. cum filio familias in fin. vers. Ego crederem, ff. de legat. 1. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 25. nu. 79. fol. 575. cit. Cavaler. d. decis. 612. nu. 12. & aliàs sup. diximus, quod

20 maritus scientèr in dotem recipiens rem alteri locatam, colono stare compelletur, addo Campeg. de dot. part. 2. quaest. 24. quem sequitur Covar. d. lib. 2. variar. cap. 15. nu. 5. in fin.

21 Limitatur octauò in muliere, quae soluto matrimonio tenetur stare locationi ab eius defuncto viro factae, de rebus dotalibus, per rationes adductas à Bald. in dict. l. si filio familias, §. vir in quinquennium, ff. solut. mat. imo Abb. quem sequitur Gomes. d. cap. 2. sub nu. 8. vers. Adde tamen lib. 2. cit. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 14. nu. 42. fol. 581. & latè Peni. dict. decis. 18. per discursum.

22 Sed in hoc melior opinio est, vt si quidem ad annum fuerit locatio, teneatur et parere mulier; si verò vnius anni spatium excesserit, & tunc detracto anno iam inchoato, pro reliquis possit colonum expellere, Alex. in d. §. vir in quinquennium, sub nu. 1. vers. Sed quia Bemutend. decis. Rot. Rom. 54. in fin. Carroc. de locat. tit. de iur. doti. quaest. 7. Surd. decis. 172. nu. 9. & Reg. Sanfel. d. decis. 366. nu. 16.

23 Tenetur tamen mulier, quae pro restantibus annis vult à locatione discedere, viri haeredibus de indenditate cauere, nè ex coloni expulsione aliquod patiantur detrimentum, fortè quia vir locator ei patientiam, & defensionem à quacumq; persona promisit, vt satis manifestè colligitur ex text. in d. § si vir in quinquennium, ibi. Si vir in quinquennium locauerit fundum, & post primum fortè annum divortium interuenerit, Sabinus ait, non aliàs fundum mulieri reddi oportere, quam si cauerit, siquid post vnius anni locationem maritus damnatus sit, ipse praestaturum iri.

24 Nonò restringitur in colono fiscali, cui singularis fundi successor stare tenetur, nè fiscus ab eo locationis causa molestetur, l. fin. cum glos. verb. sententiam, ff. de iur. fisc. cit. Bart. in d. §. si vir in quinquennium, num. 1. vers. Fallit fauore fisci, Bald. cons. 175. in princip. lib. 2. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. nu. 33. & 40. Boer. cons. 23. nu. 10. & Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 357. nu. 17. & eadem

25 vel maiori ratione idem dicimus de Colono Ecclesiae, vt eum singularis successor rei locatae nequeat expellere, Facchin. contr. iur. lib. 11. cap. 21. & Grat. cons. 95. nu. 23. lib. 1.

26 Decimò limitatur, si locatio facta esset ad longum tempus, nam quia Colonus eo casu dicitur ius in re acquisiuisse, nequit meritò à singulari successore expelli, Bart. in l. qui fundum, nu. 1. ff. de locat. & conduct. idem in nostra l. emptorem, nu. 1. C. locat. & in l. 1. §. quod autem, il prim. nu. 1. ff. de superfic. Angel. cons. 20. in fin. Alex. cit. cons. 118. nu. 17. vol. 5. Gomes. variar. d. lib. 2. cap. 2. sub num. 9. vers. Secundò infertur, & Billot. qui multos allegat consul. 1. num. 52. & ad effectum prae-

27 dictum dicit Bart. in d. l. 1. §. quod autem, nu. 3. tunc dici locationem ad longum tempus, cum sit ad decennium, vel ad vitam, sicuti quoque sentiunt Alex. cons. 17. in princ. vers. Ad quod ostendendum, vol. 4. Deci. cons. 204. per discursum, Ant. Pinell. in l. 1. part. 3. sub nu. 63. vers. Ante alia, C. de bon. mater. Gomes. d. part. 2. tit. de locat. & conduct. sub nu. 9. versic. Secundò infertur, cit. Carocc. de locat. & conduct. part. 2. tit. de locat. ad long. temp. quaest. 1. sub num. 2. vers. Contraria est opinio, quem sequitur Ciarlin. dict. cap. 93. num. 8.

28 Limitatur tandem omissis aliis, si in limine locationis, ac pro eius obseruantia, fuisset res ipsa locata, vel generalitèr cuncta locantis bona hypothecata, eo namq; casu nequit per singularem successorem expelli conductor, qui potest ex vi hypothecae rem pignoris iure retinere, Bart. in d. l. filio familias, nu. 2. ibiq; etiam Alex. num. 3. ff. solut. matrim. Ias. in l. quotiens, nu. 29. ff. de rei vendic. idem Bar in d. l. emptorem, C. locat. & in l. qui fundum, ff. eod. Alex. d. cons. 118. num. 20. & cons. 120. nu. 10. vol. 5. Curti. Seni. cons. 10. Guid. Pap. decis. 480. Negusan. de pignor. membr. 1. 2. part. nu. 7. Gomes. cit. cap. 2. sub nu. 9. vers. Ex quo infertur Carocc. de locat. tit. de success. quaest. 25. nu. 28. Cavaler. d. decis. 612. num. 11. latè Reg. Sanfelic. cit. decis. 366. num. 5. & 6. Bilot. d. consult. 1. nu. 52. & Nigr. de laudem. tom. 2. quaest. 25. nu. 24. & 25. vbi hoc am-

29 pliat, etiam si à successore offerretur colono interesse, quidquid in contrarium proprio Marte voluerit, Guttier. in l. nemo potest, sub num. 44. versic. Et hoc modo, ff. de legat. 1. videndusque latè Fontanell. ad quem hac in re recurrendum, d. tract. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 25. à nu. 66. vsque ad 78.

30 Sed animaduertendum est ad vnum satis notabile, quod hypotheca rei pro obseruantia contractus locationis, operatur tantum contrà singularem successorem, vt mox diximus, non tamen operatur contrà ipsum locatorem, qui ob id non prohibebitur colonum expellere, si contingat rem locatam ad proprios vsus deseruire, idq; etiam si cum hypotheca, esset appositum pactum expressum, de non expellendo, vt improbato Cuman. Alex. Angel. & Carol. Molin. plenè probat Covar. dict. lib. 2. variar. resolut. cap. 15. num. 4. & propterea meritò fallam

 esse

esse doctrinam *Deci.* contrarium sentientis, *cons. 667. num. 8. vol. 2.* docet ibi *Apostill. lit C.* quod benè nota pro ampliatione, *tex. in l. eadem, C. locat.*

Io. Leonardus Rodoerius.

S V M M A R I V M.

Herbagia vendens, an pro pretio illorum præferatur cunctis alijs Creditoribus super pretio animalium, quæ depasculauerũt, & quando, nu. 1.


Creditor cuius pecunia res refecta est, quando super ea alijs Creditoribus præferatur, nu. 2.

Locator fundi, præfertur pro pensione super fructibus illius, tàm naturalibus, quàm industrialibus, etiam esiccatis, omnibus alijs conductoris Creditoribus, nu. 3. Non tamen præfertur mulieri, pro dote, cum hypotheca expressa anteriori, nu. 4.

Semen dans ad seminandum, præfertur in fructibus omnibus alijs Creditoribus, & quandò, nu. 5. Etiam Domino fundi pro pensione, num. 6. Sed contrà nu. 7. Vid. tamen, nu. 8. vbi primam opinionem author amplectitur.

Creditor ex causa venditionis mercium, vel alterius rei an pro pretio præferatur super re vẽdita, omnibus alijs emptoris Creditoribus, num. 9. Et in quibus casibus præferatur, n. 10. 11. & 12.

Creditor vt præferatur super re empta de sua pecunia, opus est quod pecuniam in eam causam expressè mutauerit, & hypothecam eius rei pacto acquisiuerit, nu. 13. & 14. Et quid in minore cuius pecunia res aliqua comparata fuit, nu. 15.



AD CAPVT CCLX.

Additio.

1 
Vamplura memoratu digna, ac in foris admodum frequentia compendiosè, & laconicè in hoc capite Resoluuntur, primum autem illud est, quod vendens herbagia, præferatur in pretio animalium, quæ depasculauerunt, cunctis alijs Creditoribus Domini illorũ, si tamen in eam causã fuerunt expressè vẽdita herbagia, & nõ alitèr, addo latissimè *Nouar. quæst. forens. lib. 2. quæst. 69. Gait. de Credit. c. 4. quæst. 11. à. 1562. cũ seqq. Paschal. de patr. potest. lib. 4. cap. 6. n. 67.* & ita est intelligẽdus *Caual. dec. 23. n. 31. lib. 1.*

2 Secundò concluditur, quod is cuius pecunia res refecta est, tunc demum cæteris Creditoribus anterioribus super re illa præfertur, si expressè in eam causam pecuniam mutuauit, aliàs secùs, addo *tex. in l. interdũ, ff. qui potior. in pignor. habean. Negusan. de pignor. part. 2. 5. part. sub nu. 15. vers. item extenditur ista fallentia* vbi ponit alia requisita, conferunt tradita per *Gaill. obseru. 25. lib. 2. Hartem. tract. de Credit. lib. 2. cap. 9.* & per *Misinger. obseru. 60. centur. 2.*

3 Tertiò concluditur, quod locator fundi, præfertur pro pensione, super fructibus illius omnibus alijs Creditoribus anterioribus conductoris, addo plenissimè *Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 25. à nu. 9. vsque ad 14.* vbi dicit hoc procedere non tantum in fructibus naturalibus, verum etiam in industrialibus, dummodò tamen tàm illi, quàm isti extent, & in alios non sint alienati, optimè etiam *Peregrin. cons. 80. lib. 3.* & antè omnes *Bald. in l. ade, sub nu. 1. vers. in colono puto, C. locat.* inquiens notabilitèr, quod potest fundi Dominus, qui eum alteri locauit, pignoris iure pro pensione retinere etiam fructus esiccatos, & prohibere colono, nè eos alibi exporter, sequitur *Ias. in l. item quia, nu. 17. ff. de pact. Ioseph Sesse decis. Aragon. 87.* & plenè *Paschal. d. part. 4. cap. 6. nu. 63* refert *Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 29. num 8.* vbi hanc

4 candem sententiam approbat, vno dumtaxat excepto casu, si nempè cum Domino locatore, concurrat conductoris mulier pro credito dotali, cum hypotheca expressa, & anteriori, volens vt illo casu hæc pro dote præferatur locatori super fructibus in fundo natis, & ità per Senatum Pedamontanum iunctis aulis decisum refert.

5 Concluditur quartò, quod dans semen ad seminandum, cum expressa hypotheca ad sui beneficium fructuum ex eo nascendorum, præferatur super illis omnibus anterioribus Creditoribus pro pretio, & valore seminis, addo *Pract. Papiens. in form. libell. in action. hypothecar. nu. 12. vers. sub eadem obligatione Caualc.* qui innumeros allegat *decis. 27. sub nu. 37. in vers. Et pro semine Barbat. in prag. assistentiam, glos. 12. num. 122. tit. de assisten.* & sæpè *cit. Paschal. d. tract. de patr. potest. part. 4.*

6 *cap. 6. num. 65.* subdens *nu. 66.* vt præferatur illo casu super fructibus Dominus seminis, Domino fundi, qui non debet locupletari cum iactura eius qui semen dedit, vt per *Rodriq. tract. de priuileg. Credit. artic. 8. nu. 12. cum seqq. part. 1.* & latè *Nouar. tract. de Grauam. vassall. lib. 1. grauam. 311.* vbi quamplures concordantes pro hac opinione alle-

7 gat; Verum quia in contrarium adducit *Anton. de Ball. vario. tract. lib. 5. tit. 21. nu. 8. cum seqq. Tasson. in prag. de antefat. vers. 3. obseru. 4. sub nu. 110. & Gait. de Credit. cap. 4.*

qua

quæsit. 11. *nu* 208. concludens pro Domino
soli, contrà eum qui semen mutuauit; Id-
8 circò proptèr ambiguitatem opinionum
cit *Nouar.* in vna contingentia testatur con-
sulutisse, quod diuidantur intèr eos fructus,
pro rata, & quantitate creditorum; ipse ta-
men à priori sententia, Dominum seminis
indistinctè præferente, nunquam deuiarem.

9 Quintò concluditur, quod Creditor ex causa venditionis mercium, non præfertur in pretio illarum alijs anterioribus Creditoribus emptoris, addo *Borgni. Caualcan.* qui ferè innumeros congerit, *d. decis* 27. *nu.* 37. *lib.* 2. *& Thor. in compend. decis. tom.* 1. *verb. Creditor ex causa venditionis mercium, fol.* 130. *col.* 2. *in fin.* vbi alios concordantes allegat, quia ipso facto quod merces emptori traditæ fuerunt, illarum dominium in eum transiuit, si venditor pro illis fidem habuit de pretio, *l. quod vendidi,* 19. *ff. de contrah. emption. & l. in Ciuile* 12. *C. de rei vendic.* & & ideò omne ius amittit, subintrant tamen Creditores anteriores emptoris, habentes hypothecariam, & ei præferuntur, sicuti indistinctè non tantum contrà venditores mercium, sed etiam contrà vendentes stabilia, habita fide de pretio, concludunt *Franch. decis.* 506 *nu.* 3. *&* 4. *Mart. decis. Pisan.* 43. *& Ricci. in collect. decis. part.* 3. *collect.* 508. *vers. Habet tamen, ex tex. in vulgat. l. licet C qui potior. in pignor. habean.* cum ibi notatis.

10 Sed singulariter determinauit S. C. in causa illorũ de Saluiati Ciuitatis Florentiæ, esse præferendum venditorem mercium, Creditoribus anterioribus emptoris, ex eo quia fuit habitum pro vero, quod stante nulla intercessit fides de pretio, sed simplicitèr fuit promissa solutio, absque mora, & dilatione aliqua, ob quod intelligebatur eadem die promissa, *per text. in l. in omnibus, ff. de reg. iur.* non videbatur meritò translatum mercium dominium in emptorem, quem venditor putabat esse statim pretium soluturum, & ideò non tantum fuit ei concessa prælatio, omnibus alijs Creditoribus emptoris, verum quoque rei vendicatio, vti de re propria, nunquam ab eius dominio egressa, vt refert *Thor. loc. sup. cit. vers. Sicq. intentata rei vendicatione, & Gizzarell. decis.* 69.

11 Notabilitèr quoque concludit *Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 74. quod vendens alicui rem, absque pecunia præsenti, præfertur super illa pro pretio omnibus alijs emptoris Creditoribus, si pendente solutione generalitèr omnia bona ipsius sibi fecit hypothecari, medio iuramento, cuius tanta est virtus, vt videatur venditor sibi specialitèr cauisse super re vendita, cum pacto prælationis, sequitur, *Viscont. ad Franch. decis.* 506. *nu.* 2.

12 Communis tamen, & frequentior cautela, ad finem vt quis super re ab eo vendita, pro eius pretio omnibus Creditoribus emptoris præferatur est, vt pendente solutione reseruet sibi eiusdem rei dominium, quod non intelligatur translatum vsque ad integralem satisfactionem, plenè *Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 8. *per totum, fol.* 62 *Gratian. discept. forens. tom.* 3. *cap.* 523. *nu.* 13. *Cenci. de Censi. quæst.* 26. *nu* 1. *cum seqq.* Reg. *Rouit. decis.* 7. *per discursum,* & *Fontanell. tract. de pact. nuptial. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 10. signantèr *à nu.* 18. *cum seqq. fol.* 461. vbi ampliando dicit, operari pactum hoc reseruationis dominij ad fauorem venditoris, contra omnes anteriores emptoris creditores, etiam contrà dotem, habentem expressam anteriorem.

13 Et demum dans pecuniam pro comparando prædio, non præfertur super illo alijs
emptoris creditoribus, nisi per hypothecariam sibi cauerit in specie super re empta
(vel in genere super omnibus bonis, cum iuramento, ex supradict. *Thesaur.* doctrina)
Francis. Marc. quæst. 923. *part.* 2. *& Andre. Gail. obser.* 12. *nu.* 4 *part.* 2. vbi dicit, quod is
14 cuius pecunia merces comparatæ fuerunt,
non præfertur super illis alijs emptoris creditoribus, nisi pecunia expressè pro illis emendis mutuo data fuerit, & merces in specie mutuanti hypothecatæ, idem tenet *Anton. Trigon. singul.* 84. Nisi tamen essemus in pupillo, qui ex peculiari priuilegio, omnibus creditoribus præfertur super re empta de sua pecunia, ex virtute legalis hypothecæ ad sui fauorem inductæ, sicq; alia extrinseca cautela ad acquirendam potioritatem, non eget, *L. idemque* 7. *ff. qui potior. in pignor. habean. glos. in §. his consequent. vers. agrum auth. de equal. dot. Bart. in l. quamuis* 17. *C. de pignor. Negusan. de pignor. membr.* 2. 5. *part. nu.* 19. *vers. Tertiò Fallit, & Rot. Genu. decis.* 127. *in fin. vers. Fallit.*

Ex quibus ad laudem Dei, Gloriosissimæ Virginis Mariæ sine labe conceptæ, & totius Triumphantis Curiæ, sit impositus finis hiscè meis adolescentulis laboribus, quos sub correctione, & censura Sanctæ Romanæ Ecclesiæ submitto. Neap. Septimo Kal. Iulij 1660. ætatis meæ anno XIX.

Io. Leonardus Rodotrius.

LAVS DEO.

FINIS.

INDEX

Copiosissimus Rerum, & verborum omnium quæ in hoc opere continentur.

A

Abbas non præsumitur exemptus cap.1. nu. 1. fol.2. Quandò dicatur exemptus, ibid.nu. 2. Si est exẽptus, nomine tantum differt ab Episcopo, ibid. nu. 3. Venit appellatione Episcopi, ibid.nu.4. Habet iurisdictionem ordinariam in subditos, priuatiuè ad Episcopum viciniorem, ibid.nu.5. Cognoscit inter subditos de causis criminalibus, & matrimonialibus, ibid.nu.6. Concedit licentiam prædicandi in sua Diœcesi, & quandò, ibid. nu. 7. Approbat confessarios, & quomodò, ibid. nu. 8. Benedicit publicè populum, ibid. nu. 9. fol. 3. Creat Rectores in Ecclesijs suæ diœcesis, ibid. nu.10. Interponit decretum super alienatione bonorum Ecclesiæ, ibid. nu.11. Potest remittere denunciationes in matrimonijs, ibid.nu.12. Potest alteri assistendi licentiam concedere in matrimonijs, ibid n.13. Potest excommunicare, & absoluere subditos, ibid.nu.14. Non potest dispensare super irregularitate occulta, ibid. nu. 15. Potest vti insignijs Pontificalibus, ibid.nu.16. Potest erigere Baldacchinum, & quandò, ibid. nu.17. Potest assentiri in fundatione iurispatronatus, & erectione nouarum Ecclesiarum, ibid.nu.18.fol.4. Potest concedere licentiam Nouitijs volentibus profiteri, disponendi de eorum bonis, ibid. nu. 19. Potest concedere dimissorias subditis, ibid. nu.20. Potest conferre minores ordines subditis suis, ibid.nu.21. Quando est exemptus, non dicitur de Prælatis Episcopo inferioribus, ibid. n.22. Potest beneficia etiam curata vnire, ibid. n.23. Potest consecrare virgines ingredientes monasterium, ibid.n.24. Potest cognoscere de causis hæresum, ibid. n.25. An possit visitare Ecclesias suorum religiosorum, nonissimè. ibid.n.27.fol.5. Potest benedicere campanas, ibid.n.28. non verò pixides, & patenas, ibid.n.29. non potest declarare quem incurrisse in censuras Gregorianæ, sed id pertinet Episcopo viciniori, ibid.n.30. d. fol. 5.

Abbatis familiares, vid.verb.familiares.

Absenti quando acquiratur actio, vid.verb.Iuramentum, verb.Notarius, & verb.Pactum.

Acceptans literas cambij sibi directas, ad scripta quantitatis solutionem tenetur, etiam scribentis decoctione sequuta.cap.258.n.3.& quid si decoctio sequuta sit ante literarum acceptationem, ibid.n.4. fol.454.

Actio semel extincta, amplius non reuiuiscit, cap.42 n.8.fol.82. sed intellige, vt ibid.n.23 fol.83.

Actio personalis oritur ex contractu censuali, cap. 100. n.2. quidue talis actio operetur, ibid. n.3. fol. 187.

Actio pro refectione damnorum, & interesse, transit in hæredes occisi, cap.101.n.2. & etiam contra hæredes occisoris, ibid.n.3.fol.393.

Actio qualibet 30. annis præscribitur. cap.234.n. 2. fol.424.

Actio de inofficioso testamento expirat quinquennio. ibid.n.8 fol.425.

Actor ad rei restitutionem aliquem condemnari petens, sequuta sententia, non potest amplius ad fructus agere. cap.198. n.13.fol.389.

Actus factus vigore potestatis insufficientis, nõ sustinetur ex potestate sufficienti. cap. 7. n.10. fol. 18.

Actus factus per habentem potestatem, obligat successorem.cap.30.n.9. fol.63.

Actus profani non possunt exerceri intùs Ecclesiam. cap.44.n.8. fol.88.

Actus præsumitur gestus ex causa necessaria. cap. 54.n.9.fol.106.

Actus qui fit de stylo, si omittatur, habetur pro facto, vid.verb.Solemnitas.

Actus, qui facilius celebratur, præsumitur prius expeditus. cap.72. n.6. fol.137.

Actus requirens scripturam, non sufficit quod enucietur. cap.102.n.6.fol.190.

Actus debet esse consumatus, vt ex eo contrahatur excommunicatio. cap.111. n.42. fol.225.

Actus facti tempore feriato, parte non contradicente, valent. cap.118. n.24.fol.241.

Actus facultatis in ius deducibilis 30.annis præscribitur. cap.219.n.15.fol.409.

Actus ab agentis potestate regulatur. cap.252.n.7. fol. 447.

Accusandi ius competit illis quibus successio debetur ab intestato. cap.2. n.4. fol.6.

Accusandi, & remittendi ius est sanguinis, ibid.n. 5. sed intellige, vt n.10.

Accusare, vid.verb.Filius, verb.Mater, & verb. Soror.

Adam si habuisset filium priùs quam peccasset, ille originalem maculam non contraxisset. cap.127. n.5. fol.269.

Adam si adhùc in viduitate viueret, non haberet, cui nuberet.cap.132.n.17.fol.283.

Adeundi ius ex titulo vnde legitimi, vel vnde agnati, quanto tempore duret. cap.218. num.8. fol.408.

Additio hæreditatis facta pro maiori parte verè debita, corruit in totum.cap.6.n.39.fol.15.

Adhærentia Ecclesiæ per totum eius circuitum, habent priuilegium immunitatis, & protegunt aufugientes ad ea.cap.179.n.1. fol.361.

Adiectus solutioni dupliciter considerari potest, vno modo simpliciter, alio modo quodammodò principaliter.cap.4 n.1. & 2.fol.8.

Adiectus solutioni simpliciter non potest debitorem vrgere ad soluendum, neq; contra eum liquidare instrumentum.ibid.n.3. & 4.fol.9.neq; potest so-

lu-

INDEX.

lutionis terminum dilatare.ibid.n.5. Potest tamen oblatam solutionem recipere,ibid.n.6.quãdo tamen est adiectus solutioni principaliter, potest contra debitorem liquidare, sicuti etiam eius hæres,ibid.n.9.& 10.d.fol.9.

Adiectus solutioni,vid.verb.Debitor.

Adiudicatio bonorum debitoris creditori facta pro maiori quantitate crediti,corruit in totum. cap. 6.n.4.fol.16.

Adulterium committit vxoratus vir, aliã carnaliter cognoscens. cap.155.n.7.fol.451.

Aduocatus qui interuenit in collegio, effectus Iudex,non potest in ea causa interuenire. cap.5.n.12.fol.10.

Affectio non cadit in non dum natis.cap.89. n.11.fol. 167.

Affinitas magna est inter feudum,& emphyteusim. cap.97.n.13 fol.182.

Affinitas spiritualis, est maior affinitate carnali. cap.190.n.8.fol.377.

Agens ad districtum repetendum, tenetur sequi forum rei possidentis.cap.106.n.4.fol.359.

Agnatus potest inter viuos omnia bona sua donando alienare, non reseruata medietate bonorum antiquorum agnato proximiori.cap.24.n.1.Limita si alienares in fraudem,ibid.n.2. fol.51.& quæ sint in hac materia coniectura fraudis,vid. verb.Donatio.

Agnatus omnia bona sua potest inter viuos alienare,cessante fraude, & iusta suadente causa. ibid. n.12.& quare. ibid.n.13.fol.52.

Agnatus potest soluto pretio reuocare bona antiqua inter viuos alienata ab alio agnato,ibid. n. 27. fol. 53.

Agnatus non potest priuari medietate bonorum antiquorum, ex virtute pupillaris substitutionis alicui facta. cap.70.n.52.fol.131. Sed limita, vt ibid.n.57.fol.132.

Agnatus si non disponat de medietate bonorum antiquorum,illa medietas, vna cum alia medietate est proximioris agnati, vnde bona obuenerunt. cap.88.n.5. fol.164.

Agnatus post 30.annos excluditur à iure retractus, & quando per solum annum.cap.234.n.5.& 6. fol.234.

Allegare nihil prodest, si allegatum non probetur. cap.83.n.6.fol.158.

Allegans qualitatem facti,vid. verb. Facti qualitatem allegans.

Alba pagina se subscribens, non dicitur approbare scribenda in ea,cap.45.n.18 fol.91.

Alienatio bonorum Ecclesiæ valet sine solemnitatibus si fuerit illi vtilis.cap.6.n.14 fol.13.

Alienatio bonorum Ecclesiæ,post 30.annos præsumitur solemnis. cap.27.n.2.fol.58.

Alienatio bonorum Ecclesiæ, vid.verb. Bona Ecclesiæ.

Alienatione prohibita, censetur etiam prohibita pignoratio. cap.28.n.15. fol.61.

Alienationis verbum est generuum,comprehendens pignorationem,ibid.n.6. Sed limito,& intellige,vt ibid. n.18.

Alienatio vera illa est, per quam realis dominij translatio celebratur, ibid. n.17.

Alienatio quæ fit ex causa dotis, dicitur ob causam necessariam cap.39. n.7.fol.75.

Alienandi facultatem habens,an possit testamento disponere,remissiuè.cap.88. n.10.fol.165.

Alienationem extra familiam prohibere, idem est, ac velle, quod bona in familia conseruentur. cap.141.n.16.fol.303.

Alienationis prohibitio,vid.verb.Prohibitio,&c.

Alienatio necessaria quæ sit, vid.verb. Necessaria alienatio.

Alimēta præstita genero,& vxori,à socero in eius domo augēt dotem.& quando.cap.9.n.1.fol.21.

Alimenta præstita non repetuntur ab alito, sed ab eo qui alere tenebatur,ibid.n.4. hinc alimenta præstita filiofamilias non possunt repeti ab ipso filio, sed à patre, ibid.n.5. d.fol.21.

Alimenta debentur filio etiam naturali lite pendente inter ipsum,& patrem, licèt de paupertate,non docuerit. cap.143.n.20. fol.309.

Amita excludit fratres patrueles à successione feudi nepotis sui. cap.126.n.23 fol.262.

Annui reddit⁹ connumerantur inter immobilia, & quare. cap.11.n.1.2.& 3. etiam si essent redimibiles. ibid.n.5.fol.26.

Annui redditus Ecclesiæ,minorum,& Vniuersitatum, non possunt sine solemnitatibus alienari, ibid.n.6.vel locari ad longum tempus.ibid.n.7.

Annui redditus continentur in legato immobiliũ, ibid. n.8. ac etiam in confiscatione stabilium, ibid. n.9.

Annua pecuniarum quantitas alicui à Rege concessa quoad viuat, non extinguitur per concessionarij ingressum in aliqua religione, professione etiam sequuta. cap.166.n.1. fol.338.

Annus inceptus habetur pro completo in fauorabilibus,cap.247.n.2.& vid.n.11. fol.440.

Antefatum non debetur dote non soluta. cap.14.n.1.fol.31. Et quid si antefatum fuerit promissum cum iuramento,ibid.n.2.& quid si dos fuerit pro parte soluta, ibid.n.3. Et quid si matrimonium fuisset sine dote.ibid. n.4. & quid si maritus renunciauit beneficio,auth. sed quæ nihil. C.de pact.conuent ibid.n.5. Et quid si antefatũ fuerit constitutum, tam habito respectu ad dotes, quàm ob alias causas.ibid.n. 6. fol.32. Et quid si maritus decessit pendente dilatione ad soluendũ dotem concessa, ibid. n. 8. & quid si maritus habuit fidem de dote,ibid.n.9. Et quid si dos non fuit exacta ob cauillationes dotãtium,ibid.n.10 & 12. & quid si dos non fuit exacta ob negligentiam viri,ibid.n.11. d.fol.32.

Antefatum an debeatur mulieri, matrimonio non consumato,d.cap.14.n.13 & 14.fol.eod.

Antefatum an debeatur mulieri deosculatæ tantũ, eod.n.14.

Antefatum an debeatur mulieri, quæ recessit à domo viri & requisita noluit reuerti, si isto medio tempore vir decedat,pleuè eod.cap.14 n.15.16. & 17.fol.33.

An-

I N D E X.

Antefatum à muliere lucratum, ea mortua reuertitur ad filios vti patris haeredes, non ex propria persona.cap.15.n.2.& 3.secus de iure communi,ibid.n.4. vel si in capitulis matrimonialibus esset expressè conuentum contrarium. ibid.n.5. & 6.fol.33.

Antefatum an debeatur nurui super bonis socrri, qui consensit,quod filias reciperet dotem,& bona sua obligaret.cap.94.n.13. fol.177.

Appellatione patris, vel matris , veniunt auus, & auia.cap.70.n.6.Sed intellige,vt n.7.fol.127.

Appellatio non suspendit exequutionem sententiae excommunicationis. cap.113 n.1.fol.226. limita in sententia excommunicationis conditionali, ibid.n.7.Item in sententia declaratoria. ibid. n. 11. Verum sublimita, vt ibid.n.12.fol.227.

Appellatione pendente à sententia excommunicationis , beneficiatus excommunicatus non facit fructus beneficij suos,ibid.n.5.eod fol.226.

Appellatione remota, vel prohibita, non censetur remota facultas proponendi nullitates.cap.150. n.9. fol.319.

Appellatione remota , non censetur prohibitus recursus, ibid. n.12.

Appellatio ab vno ex pluribus delinquentibus proposita, prodest socijs eiusdem criminis,cap.160. n.2.fol.330.

Appellatur ad Curiam Baronalem à decretis bonorum.cap.213.n.6 fol.403.

Appellare potest dignior, qui cum ad Iuspatronatus concurreret, fuit minus digno postpositus. cap.229.n.15 fol.420.

Apoca banchales, licet verificata, si non continent causam debiti,paratam exequutionem non obtinent.cap 73.n.7.fol.140.

Aqua nascens in fundo superiori , potest à domino illius ad libitum modò vni,modò alteri concedi. cap.16.n.1.etiam in praeiudicium domini fundi inferioris,ibid.n.2.3.4. & 5 fol.35. sed limita, vt ibid.n.16 fol.36.

Aqua vsum nemo potest habere inuito Domino fundi,in quo illa oritur, ibid.n 6.

Aqua oriens,vel ingrediens fundum meum, statim efficitur mea. ibid.n.7. & efficitur pars fundi. ibid.n. 8. d.fol.35.

Aqua quae per mille annos fluxit in fundum inferiorem , potest à domino fundi superioris euerti, ibid. n.9.

Aqua molendini superioris, potest à Domino illius euerti, in praeiudicium habentis molendinum inferius, ibid.n 11.

Aqua euerti potest,etiam ad emulationem si aliqualis diuersionis vtilitas resultat, ibid. n.13.

Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. cap. 45.n.2.fol.90.

Arbitrator an teneatur citare partes in laudo ob eo proferendo, affirmatiuè, ibid n.10. Sed contrà n.11.non tenetur seruare ordinem iudiciarium, ibid.n.12. Potest ferre laudum die feriata, ibid. n.13.& in quibus differat ab arbitro, remissiuè. ibid. n.14.cit. fol 90.

Arbiter an possit punire testem , qui falsum dixit coram se,latissimè cap. 60. n.17 18. 19. & 20. fol.103.

Archiepiscopus in subditos sui suffraganei non est competens , nisi tantum in causis appellationum legitimè deuolutarū. cap.17.n.2.3.& 4 fol.37.

Archiepiscopus quidquid facit in diaecesi sui suffraganei est irritum , exceptis causis appellationum legitimè deuolutarum,ibid.n.5.

Archiepiscopus quomodo, & quando possit subditos sui suffraganei ab excommunicatione absoluere, ibid. n.6,

Archiepiscopus an possit citari facere subditos sui suffraganei , vt in causis appellationum ad eum deuolutarum,veniant testimonium veritatis perhibituri. ibid.n.7.& 9.

Archiepiscopus non potest tenere in diaecesi sui suffraganei Vicarium,pro causis appellationum denoscendarum. ibid.n.10. fol.38.

Archiepiscopus potest decidere causas appellationū deuolutas in diaecesi sui suffraganei, ibid.n.11.

Archiepiscopus non potest decidere causas appellationum,quas in prima instantia terminauit,cum esset Episcopus,ibid.n.12.

Archiepiscopus non cognoscit de nullitate sententia sui suffraganei. ibid.n.13.

Archiepiscopus in prima instantia cognoscit causas sui suffraganei.qui eas neglexit intrà biennium terminare. ibid.n.18.& 19.

Archiepiscopus non est competens in causis appellationum, à sententijs latis per delegatum Episcopi , sed Iudex competens est ipse Episcopus, ibid.n 14 & quid in appellationibus à sententijs latis per Vicarium foraneum. ibid. n. 15. cit. fol.38.

Archiepiscopus quando possit,vel non punire Vicarium sui suffraganei plenè cap.18. fol.39.

Archiepiscopus in quibus casibus possit curiam sui suffraganei inhibere,nè in aliqua causa, se intromittat, plenè cap.19 fol.40.

Argumentum à contrario sensu non tenet, si resultet prauus intellectus. cap.28.n.20. fol.61.

Argumentum de feudo ad emphyteusim , validum est.cap.97. n.12. fol.182.

Articulus virum in aliquo feudo viuatur iure Francorum,an iure Longobardorum, remittitur Regia Camera.cap.146.n.8. Item si disputaretur,an aliquod feudum sit quaternatum,vel nō, ibid.n.9.vel si dubitaretur, an res aliqua sit feudalis , vel non,ibid.n.10. fol.315.

Assassinij qualitas , per quam Clericus efficitur de foro saeculari,à quo debeat cognosci à laico,an ab Ecclesiastico Iudice. cap.51.n.4. Debet concludenter probari ad effectum praedictum. ibid. n. 7. Item ad effectum excludendi aliquem ab immunitate ecclesiastica.ibid.n.9. Vel à generali criminum abolitione, ibid.n.10.fol.104.

Assassini non gaudent immunitate Ecclesiae. cap. 171.n.10. etiam morte non sequuta. ibid. n.11. fol. 351.

Assassinus ille dicitur,qui pretio,vel prece,vt alio compla ceret, aliquem interemit, ibid. n. 12. & adducuntur nonnulla exempla,ibid.n.13. Ampli

plia, vt modicum etiam recipiens pretium, dicatur assassinus, ibid. n. 14. Limita, vt non dicatur assassinus, qui oblatum pretium, vel pretij promissionem nō acceptauit, ibid. n. 15. Item nec minus is, qui mandante domino, genitore, vel consanguineo, aliquem occidit. ibid. n. 16. d fol. 351.
Assassinus ille dicitur, qui habita pecunia, vel pecuniæ promissione, mandatum recipit ad aliquem occidendum. cap. 173. n. 3. fol. 353.
Assassinus stricto iure ille dicitur, qui aliquem occidi mandat per Saracenos, & Infideles. cap. 51. n. 5. sed vid. ibid. n. 6 fol. 104.
Assecuratio pro dote, &c. vid. verb. Mulier.
Assecuratio in iudicium, &c. vid. verb. Iudicium assecurationis.
Assecuratio, an sit concedenda mulieri pro dote, si habeat plures obligatos, quorum vnus ad inopiā vergit, & alij sunt soluendo, cap. 49. n. 22. fol. 178.
Assensus præstitus super restitutione dotis, an habeat locum, & extendatur ad casum restitutionis, propter vergentiam viri ad inopiam, plenissimè cap. 20. n. 41. 42. 43. 44. & 45. fol. 45.
Assensus super feudi alienatione, vel obligatione, nequit post alienantis, vel obligantis mortem impetrari, sine nouo cōsensu hæredum. cap. 25. n. 1. & 4 fol. 54.
Assensus Apostolicus potest impetrari post mortem Prælati alienantis. ibid. n. 2. & 3.
Assensus post acquirentis mortem potest ab eius hærede impetrari, nō tamen ab alienante, ibid. n. 5.
Assensus post alienantis, vel obligantis mortem, potest dotis fauore impetrari, sine nouo hæredis consensu, ibid. n. 7. sed cōtrà, n. 8. Author tenet primam opinionem, ibid. n. 9. fol. 55.
Assensus potest impetrari, post alienantis decoctionē, ibid. n. 10.
Assensum non posse impetrari mutato rerum statu, quomodo intelligatur, eod. cap. 25. n. 14 fol 56.
Assensus Baronis requiri in alienatione feudi plani, cap 26. n. 1 fol. 56. Sed limita si Baro sine iusta causa assensum concedere recusaret, quia tunc sufficit assensus Regis, ibid. n. 8 fol. 57.
Assensus Regis, & Baronis requiritur in alienatione feudi quaternati secundum quid. ibid. n. 4 & vid. n. 5. & 6. & est adeò necessarius assensus Baronis, vt etiam si esset longè absens debeat expectari, ibid. n. 19 Sufficit tamen solus Regis assensus in duobus casibus, ibid. positis, n. 7. & 9.
Assensus Apostolicus præsumitur post 30. annos. cap 27. n. 3. Amplia tribus modis, vt ibid. n. 4 5. & 6. Sed limita, vt n 7. fol. 58.
Assensus Regis post 30. annos præsumitur, ibid. n. 10. Sed contrà n. 11. & 16. & de ratione n. 12 et 14. d. fol. 58. & fol. 59.
Assensus præsumptus in Regno nihil operatur. ibid. n. 13.
Assensus Baronis super alienatione subfeudi per 30. annos præsumitur. ibid. n. 15.
Assensus Baronis potest testibus probari, non verò assensus Regis, & quare. ibid. n. 17. d. fol. 59.
Assensus concessus super alienatione feudi, non extenditur ad illius obligationem. cap. 28. n. 1. & 4. fol 60.
Assensus verba, strictè, & propriè accipi debent, ibid. n. 5.
Assensus extenditur ad connexa, & ad ea quæ veniunt per viam comprehensiuam, ibid. n. 8. cum ampliatione, n. 10.
Assensus concessus super alienatione feudi, an extendatur ad illius pignorationem, eod cap. 28. n. 12. Affirmatiuè, ibid. n. 13. Negatiuè n. 16. & 19. & responde tur argumentis contrarijs, ibid. n. 20 fol. 61.
Assensus non requiritur super compromisso, neque super laudo de re feudali facto si feudum non ammouetur à possessore cap. 67. n. 15. & quomodo intelligatur Ann. sentiens contrarium, ibid. n. 16. Item non requiritur, si inter plures contēderetur de succedendo in feudo, ibid. n. 17. fol. 122.
Assensus Regis superueniens conualidat feudi venditionem antea factam, cap 69 n. 9 fol. 125.
Assensus super feudi hypotheca pro dote præstitus, extenditur etiam ad illius interesse. cap. 76. n. 2. fol. 144.
Assensus nō incipit sumere vires à memorialis porrectione, sed tantùm à verbo, fiat, cap. 124. n. 6. fol 256.
Assensus requirit scripturam, ibid. n. 9. fol 257.
Assensus concessus per verbum, fiat, non est perfectus, sed stat in suspenso, quousq; registretur, & redigatur in forma Regia Cancellaria, ideò habetur pro non præstito ibid. n. 10. Sed contrà n. 12 & 13 d. fol. 257.
Assensus Regis sufficit, cum Vniuersitates nouas volunt imponere gabella, & itā de consuetudine seruatur. cap. 156. n. 1. & 10 fol. 327. & fol. 328
Assensus retrotrahitur ad tempus contractus. cap. 217. n. 4. sed intellige n. 5 fol 406.
Assensus ordinarij requiritur in fūdatione Iurispatronatus. cap. 223. n. 1 potest tamen talis assensus subsequi fundationem, ibid. n 2. fol. 412.
Assensus ordinarij requiritur in donatione Iurispatronatus, ibid. n. 3. potest tamen assensus subsequi donationem, ibid. n. 4. quinimo sufficit si fuerit tacitus, ibid. n 5. & quando inducatur tacitus assensus, ibid. n. 6 fol. 413.
Assensus ordinarij non requiritur super donatione de Iurepatronatus facta Ecclesiæ, Clerico, vel alio compatrono. cap 230. n. 1. & 2. fol. 421.
Assensus directi domini non requiritur super donatione facta ab emphyteuta de sua portione alij emphyteutæ. nec est soluendum laudemium, ibid. num. 3.
Asserens bona sua esse alicui reddititia, nō sibi præiudicat, plenè cap 102. n. 2. & 3. fol. 189.
Assertioni Notarij, an credatur, vid. verb. Notario.
Assertioni Prælati, an credatur, vid. verb. Prælato.
Ascendentes, & descendentes, sunt inter se in infinitum in eodem gradu coniuncti. cap. 132. n. 16. fol. 283.
Auus, vel auia, non possunt sine venia à nepotibus in ius vocari. cap. 70. n. 10. fol. 127.

Auo,

I N D E X.

Auo, vel auia existente in medio, an cessent Consuetudines latè ibid.n.4.& 5.cum seqq. fol.126. & d.fol.127.

Aula tentans nepti inequales nùptias, debet eius educatione priuari.cap.95.n.12.fol.179.

Audientia deneganda est illi, qui petit, non expressa causa petendi. cap.73.n.4. fol.149.

Audientia testium potest committi, non obstantibus ferijs. cap.118.n. 15 fol.240.

Aufugiens ab Ecclesia metu Curiæ secularis eum persequentis, si extrà Ecclesiam capiatur, debet reponi. cap.175. n 8.fol.357.

Authorari ad sui commodum nemo potest.cap.144. n.7.fol.310.

Authoritas vnius Tutoris sufficit ad validandam actum pro pupillo gestum.cap.193.n.2.sed vid. ibid.n.4.fol.381.

Auxilium Curiæ pro persequitione malefactorum, nemo præstare tenetur, & quando. cap.29. n.1. fol.61.

B.

BAlius in generalibus parlamentis sedet, & vocat vti verus feudatarius, non vti procurator pupilli Baronis. cap.30.n 2 fol.62. habet omnimodam iurisdictionem proprio nomine, nō procuratorio, ibid.n.3. habet generalem administrationem tam bonorum feudalium, quàm burgensaticorū feudatarij pupilli, ibid n 4. Dicitur plenus Dominus, & administrator cum libera, ibid. n.5.& est ad instar tutoris, & curatoris, ibid n. 6. fol.63.

Bancum habet duplex peculium. cap.139. n.2.fol. 294.

Banco decocto præferuntur super extanti pecunia creditores ex causa simplicis depositi, omnibus alijs creditoribus, etiam priuilegiatis, & hypothecarijs, & quid super alijs bonis stabilibus ipsius Banci, ibid.n.9.fol.293. & referitur contraria decis.Ludou. Peguer.28. quæ reijcitur, & impugnatur, ibid.n.10.11.& 12.d fol.295.

Bonum probibens frumenti, aliorumq; victualium extractionem extra locum statuentium, an comprehendat Clericos, aliasq; personas Ecclesiasticas, cap.31.n.1. An comprehēdat colonos Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, ibid. n. 2. & quid in casu magnæ penuriæ, ibid.n.3. & an comprehendat destinata ad cultum, & vsum Ecclesiarum.ibid.n 4.Et an comprehendat forenses habentes territoria in districtu illius loci, in quo viget statutum probibitiuū. ibid.n 5 fol.64.

Barones non possunt probibere vassallis accessum ad alia molendina, præter sua.cap.32 n.1 fol.65. Limita, vt ibid.n.11.& 12. Non possunt probibere vassallis accessum ad aliud torculare oliuarum, præter suum, ibid.n.2. Non possunt probibere venationem, & piscationem in nemoribus, & fluminibus publicis, ibid n 3.Nō possunt probibere vassallis, nè aquam à flumine publico extorqueant, pro vsu suarum molēdinorum, vel pro irrigatione agrorum.ibid n.4.Non possunt probibere vassallis constructionem nouorum molendinorum, ibid.n.5 & si probibendi facultatē specialitèr baberent, non possent hoc probibere Ecclesia, ibid.n.6 Non possunt cogere vassallos ad alteri inseruiendum, etiam mercede soluta, ibid. n.7 fol.66. Non possunt emanare banna contra libertatem vassallorum, etiam si habeant merū, & mixtum imperium ibid. n. 9. & quibus concurrentibus possint statuta facere.ibid n. 10.

Baro pendente lite inter ipsum, & vassallos recusantes accedere ad sua molēdina, vel furnu, probata possessione, est manutenendos, eod.cap.32.n. 13.fol.66.

Barones ante sententiam condemnatoriam possunt vassallos delinquentes gratiare.cap.33.n 1.Non tamen post sententiam ibid.n.2. etiamsi haberent merum, & mixtum imperium. ibid. n 3. Sed limita si baberent regalia.ibid.n.4. Item si superiorem non recognoscerent. ibid.n.5. Item si baberent cognitionem primarum, & secūdarū causarum, quia in secunda instantia, possunt gratiare vassallos delinquentes condemnatos. ibid. n. 6. fol. 66.

Baro qui de facto aliquem in exilium condemnauit, eundem potest de facto reuocare, eod cap.33.n.7. fol. 67.

Baro, qui de aliquo crimine inquiritur, potest eum quem ad exulandum condemnauit reuocare, vt ab eo possit eius innocentiæ veritas baberi, ibid. n. 10.

Baronum iurisdictio est maior ea, quam babent iudices ordinarij, ibid n.12.fol 68.

Barones post sententiam Tribunalium superiorum, tam in Ciuilibus, quàm criminalibus causis, possunt petere remissiones suorum vassallorum, & ità author concludit, quidquid alij diuersimodè sentiant. cap.34.n.1.5.6. & 10.fol.68. & fol, 69.

Baroni non præiudicat factum vassalli, consentientis in alium Iudicem. ibid.n.8.

Barones babent Iurisdictionē priuatiuam ad alios Iudices, ibid. n.14.

Barones habentes merum, & mistum Imperium, habent fiscum. cap.35. n.1.& possunt taxare pretia rerum. ibid.n.3.fol.70.

Baroni debentur bona vassalli confiscata, etiam quod sententia lata sit per alium superiorem Iudicem. ibid.n.4 & nè dum bona existentia intrà eius baroniam, verum quoq; vbibi sita.ibid n.5.

Barones possunt auocare eorum vassallos, qui alibi domicilium transtulerunt. cap. 107 n.5. Sed intellige conclusionem istam, vt latè n. 6.7.8.10. 11.12.13.14.& 15.vsq; ad finem. fol.196.

Barones non possunt nouas gabellas in eorum terris imponere, etiam quod merum, & mixtum imperium habeant. cap.156. n.3. ac etiam quod consentiat maior pars ciuium, vel maior pars eorū, qui pro gubernio Vniuersitatis fuerunt deputati, ibid.n.4.fol.327.

Beneficium Ecclesiasticum, ad boc vt tale nuncupari possit, septem requiruntur, de quibus cap. 36. fol.71.& fol.72.

Beneficium Ecclesiasticum, ex quibus causis, & de-

lictis

licitè vacent,& amittantur.cap.60.n.1.& 2.fol. 111.

Beneficiatus ob delictum condemnatus, ipso facto beneficium amittit, absq; alia sententia respectu illius,si delictum est tale,ex quo ipso iure benefi- cij vacatio oriatur, ibid.n.3.alias secus n. 4. fol. 112.

Beneficium non vacat ,si beneficiatus fuerit simpli- citèr ad perpetuos carceres condenatus,vel per- petuò bandìtus,vel etiam ad inseruiendum vita durante in triremibus, quia requiritur specialis sententia respectu benefic, & quando hoc pro- cedat,d.cap.60.n.5 6.& 7. cit.fol.112.

Beneficium vacat ipso iure si beneficiatus efficiatur miles,ibid.n.9.& quid si militaret pro Pontifice. ibid.n.10.Item si matrimonium contraheret, sū ampliationibus,& declarationibus.ibid.n.10.13 & 14. & quid si matrimonium esset nullum. ibid.n.15. 16.& 17.fol.113.

Beneficiatus concubinarius, an amittat beneficium, & quid requiratur. ibid.n.18.

Beneficiatus delinquens potest priuari beneficio à Iudice loci delicti,licet beneficiumsit alibi situm. ibid.n.8.

Beneficia ex permutatione disuntur verè vacare. cap.69.n.3.fol.124.

Beneficium idem si plures obtinuerint, ille prafer- tur,qui prius illius possessionem obtinuit.cap.72 n.12 fol.137.

Beneficium à Pontifice obtinens,prefertur illi, qui idē beneficium eadem die, ab ordinario obtinuit. cap.72.n.16. Sed limita si in collutione ordinarij fuisset apposita hora. ibid.n.17.fol.138.

Ben fi iatus Clericus,duellando amittit beneficium. cap.110.n.27 fol 220.

Beneficiatus exscommunicatus nonfacit fructus be- neficij suos. cap.113 n.6 fol.226.

Beneficiatus clericus efficitur ciuis loci, in quo be- neficium possides.cap.220.n.1. & reijcitur con- traria Bart. opinio. ibid.n.2. Idcircò potest vti rebus communibus Ciuitatis, in qua beneficium habet,sicut cateri ciues. ibid.n.3. fol.410.

Beneficium legit,quod cum eo,habet locum etiam si filius patris hares sit, cum beneficio samenl.& inu-cap.145.n.14. sed cessat si filiusfamilias se cum patre obligans,sui iuris esse dicat.ibid.n 16. Item cessat in Regno,propter pinguius beneficiū Macedoniani. *ibid.n 18. sed vid.n.19.fol.313.*

Beneficium d. l. quod cum eo *habet locum,etiam si defuncto patre ,filius contractum cum eo ge- stum ratifi.et ib d.n.20. Sed contraria sententia est verior. ibid.n.21. Obligatio tamen isto casu incipit à die ratificationis,non à die contractus. ibid. n. 22.*

Beneficium, deducto nè egeat , impedit instrumenti liquidationem. ibid.n.4. fol.312.

Beneficio cap. Odoardus de solut. *non ceßetur re- nunciatum, nisi specialissimè fuerit dictum, eod. cap.145.n.9 fol.eod.*

Bona Ecclesia non possunt nec alienari , nec infeu- dari, vel in emphyteusim concedi , inconsulto Pontifice. cap.6.n.1 fol.12. possunt liberè in

vndecim casibus sine solemnitatibus alienari. ibid.n.10. Sterilia,& inutilia possunt sine assensu alienari.ibid.n.12.ac etiam in emphyteusim con- cedi.ibid.n.13. concurrente Ecclesia vtilitate, possunt etiam sine solemnitatibus permutari cum bonis alterius Ecclesia,vel etiam alicuius priua- ti,& quando.ibid.n.15.Possunt inconsultò Pon- tifice alienari, ob famem, bellum, vel pro redem- ptione captiuorum. eod.cap.5.n.20 fol.14. Item etiam si essent relicta , cum facultate alienandi. ibid.n.22.& 23.Non possunt locari vltrà trien- nium. ibid. n.24.

Bonorum Ecclesia alienatio,sine solemnitatibus fa- cta,nequit nulla declarari, inuita Ecclesia, eod. cap.6.n.42.sed declara,vt ibid.n.43 fol.16.

Bona Ecclesia semel solemnitèr alienata, infeuda- ta,ac in emphyteusim concessa, durant perpetuò alienabilia,& concessibilia.cap.7.n.3.fol.17.

Bona Ecclesia quando dicantur solita alienari. ibid.n.4 fol.18.

Bona Ecclesia solemnitèr hypothecata,possunt libe- rè instante creditore alienari. ibid. n. 6.

Bona Ecclesia alienabilia sine solemnitatibus, si a- lienentur cū solemnitatibus insufficientibus, alie- natio est nulla. ibid. n.7.

Bona Ecclesia malè alienata,sunt ei restituenda vnà cum omni medij temporis incremento. cap. 8. n. 11.fol.20.

Bona Ecclesia emphyteutica sunt extrà iurisdictio- nem laicorum. cap.99 n.3.fol.184.sed vid ibid. n.15.16.& 19 fol 186.

Bona Ecclesia possunt alienari ex decreto Iudicis subhasta , vrgentibus creditoribus , sine assensu Pontificis, cap.121.n.3 fol.249.

Bona Ecclesia malè alienata, possunt à quolibet de clero vendicari,etiam alijs discrepantibus, cap. 6 n.8.fol.13.

Bona alienari prohibita, si semèl legitimè alienen- tur,durant perpetuò alienabilia. cap. 7. n.1.& 2.fol.17.

Bona fideicommisso subiecta , possunt alienari pro are alieno testatoris. cap. 39. n.2. Item pro are alieno haredis grauati,& quando. ibid.n.3. fol. 74 Itē vt hares grauatus se liberosq; suos à car- ceribus eximat,cum ampliatione ibid.n.4 fol.75. Item pro redemptione grauati,eiusq;filiorum,ab hostibus captorum. ibid.n.5. Item pro eorundē alimentis,ibid.n.6. Item pro dote puellarum de- scendentium à testatore.ibid.n.8.cum ampliatio- nibus , de quibus infra verb. tex. in auth. res quæ.

Bona fideicommisso subiecta, si fuerint l gitimè a- lienata ab harede grauato,vndè verò ad eum iure reuertantur,an recidāt in causam fideicommissi. cap.39.n.22. fol.76.

Bona fideicommisso subiecta, non dicuntur esse in dominio haredis grauati.cap.240.n 4.fol.430.

Bona fideicommisso subiecta, in tribus casibus sub generali bonorum appellatione comprehenduu- tur. ibid.n.10.11.& 12 fol.231.

Bona empta ex pretio bonorum antiquorum, sunt subiecta Consuetud.cap.70.n.59. *Sed contrà. ibid.n.60.fol.132.*

Bona permutata cum bonis antiquis, sunt subiecta Consuetud *ibid. n.61. Item bona mobilia antiqua ibid. n.62. Non tamen bona empta ex fructibus bonorum antiquorum ibid.n.63.*

Bona mobilia in dotem data inastimata, soluto matrimonio, sunt restituenda talia qualia reperiuntur cap 91.n.3.& quid si essent data astimata. ibid n.4.fol.170.

Bona, qua consistunt in pondere, numero, & mensura, si in dotem dentur, censentur data astimata. ibid.n.7.

Bona patris, post aditam à filio hareditatem, non dicuntur amplius paterna, sed propria ipsius filij. cap.126.n.77.& 78. fol.267.

Bulla Pij V. prohibens pacta rescissoria, non est recepta in Regno.cap.195.n.6.fol.384.

C.

CAnonicus absens, vt iura prabēda tueatur, vel vt se ab imposito crimine defendat, an distributiones quotidianas lucretur. cap. 40. n.2. fol. 77. Celebrans missam tempore quo alij in choro assistunt, distributiones non lucratur. ibid.n.3. Sed limita, vt n.4. Canonici associantes Pralatum, volentem aut re missam, pro tempore absentia, non lucrātur distributiones. ibid.n.5. Canonicus distributiones percipiens pro tempore absentia, in conscientia tenetur illas restituere. ibid. n.6. Habens priuilegium abessendi, non ideo distributiones lucratur, si absit à choro. ibid.n.7. Absens ex iusta causa lucratur distributiones, ibid.n.11.fol. 78 Sed declara vt n.33.fol 79. Canonico infirmo debentur distributiones ibid n.12. Amplia, vt n. 13. Sed intellige, vt n.34. Canonicus per coadiutorem deseruiens, lucratur distributiones, coadiutore confirmato, ibid n.14. Amplia, vt n.15. Ob senectutem non assistens in choro lucratur distributiones ibid.n.19. Iniustè carceratus, excommunicatus, à Ciuitate expulsus, vel ab hostibus captus lucratur distributiones ibid. n.23. Canonico coadiuto legitimè excommunicato, vel carcerato, non debentur distributiones, licèt coadiutor in choro assistat. ibid.n.24. Canonico habenti curam animarum, vel confessario assistenti, vel cū Episcopo celebranti, vel misso ab eodem ad visitanda limina Apostolorum, debentur distributiones. ibid.n.25. Item absenti ex causa pestis. ibid.n. 26. Sed intellige, vt n.27 fol.79. Item cui legendi onus impositum est. ibid n.29. Item etiam absenti ob vtilitatem Ecclesia. ibid.n.30. cum ampliatione, n.31. Absenti tamen ex causa studij, distributiones non debentur. ibid.n 32 fol.79.

Canonici ad finem lucrandi quotidianas distributiones, per se debent, non per substitutum deseruire. cap.41.n.1. nisi substituatur alter eiusdē collegiata Canonicus. ibid. n.2. Item nisi adsit substituendi consuetudo. ibid. n 3. & demum limita in locis, in quibus Sac. Conc. Trid. *non est vsu receptum. ibid.n.4fol.82.*

Canonici septuagenarij sunt immunes à personali interessentia d cap.40.n.21.fol.78.

Canonicorum numerus augendus est, auctis bonis capituli. cap 227. n.2. fol.417.

Cappellani *Sācti Ianuarij huius Neapolitana Ciuitatis, an teneantur in casu infirmitatis mittere substitutum.cap.41.n.6. vsque ad fin. fol.80. & quid in alijs* Cappellanis. *ibid.n.8 9. & 10 fol. 81.*

Capitulum *sede vacante, omnia potest, qua poterat Episcopus defunctus.cap.95 n.4.fol.193.*

Carceratus *dicitur quisquis non potest à loco liberè discedere.cap.44.n.19 fol.89.*

Carceratus *dicitur, qui est relaxatus sub fideiussoria cautione, vel cui est assignata Ciuitas, palatiū, vel castrum loco carceris. ibid. n. 20.*

Carceratum *eximens de manu familia, quibus panis puniatur, & ad quid teneatur, vid. verb. Eximens carceratum.*

Cauensi *Ciuitati, quare non prosint priuilegia ei concessa ab Aragonensibus Regibus. cap.45. n. 19. fol. 91.*

Causa liquidationum instrumentorum, sunt criminales. cap.58.n.15. fol.110.

Causa in quibus Fiscus est actor, vel reus, author laudatus, vel habet aliquod cōsiderabile, & prasentaneum interesse, remittuntur ad Reg. Cam. cap.146.n.1. causa tamen in quibus eius interesse est dubium, non remittuntur, sed expediuntur cum assistētia Dom Fisci Patroni. ibid.n.2.& ità practicatur in causis debitorum Fisci. ibid. n.3. fol. 314.

Causa priuatorum dependentes ex facto Fisei, remittuntur ad Reg.Cam.ibid.n.5.

Causa possessorij alicuius rei, de qua dubitatur, vtrū sit feudalis, vel burgensatica, non remittitur ad Reg.Cam ibid.n 11. Sed refertur contraria opinio Ann. *qua reijcitur, & interpetratur. ibid.n 12.fol.315.*

Cautela delinquentibus, non est danda, ad euitandā delicti panam. cap.83. n.3.fol.158.

Cautela ad hoc vt filiusfamilias validè contrahat pra re ad patrem pertinente. cap. 144. n.13.& 14 fol.311.

Cautela ad hoc vt legitima possit onerari. traditur cap.252.n.13.cum ampliatione.n.14.fol.448.

Census *impositio super bonis Ecclesiasticis, sine solemnitatibus, non tenet. cap.6.n.5.fol.12.*

Census *impositio est species alienationis. ibid.n.6. fol 13.*

Census impositus super re aliena, non conualidatur ob dominij superuenientiam.cap.84.n.9.fol.159

Census constitui potest à viro super fundo dotali, sibi tradito, pravia astimatione.cap 91.n.22. fol. 171.

Census *constitutus super re alienari prohibita, substinetur pro quantitate meliorationum super re illa factarum. cap.101. n.15. fol.189.*

Censualis contractus requirit scripturam.cap.102 n.7.fol.190.

Cessante causa, cessat effectus cap.157.n.1. Ideò gabella exactio debet cessare cessante causa illius. ibid.

ibid.n.2.ac etiam debet cessare immunitas alicui concessa à solutione onerum, cessante causa illius. ibid.n.3.& vid.per tot. cap. fol.358.

Cedi non potest ius prælationis, resultans ex directo dominio.cap.232.n.13.fol.423.

Cessione nominis debitoris creditori facta, non inducitur debitoris liberatio. cap. 41. n.2. Sed limita, vt ibid.n 3.fol.82.

Cessio non potest fieri ex internallo post solutionem. cap.43.n.1.Sed declara, vt ibid.n.2 fol.85. Amplia vt nec peti possit à correo soluente totum debitum, etiam remedio restitutionis in integrum. ibid. n. 3. Item amplia in singulari casu relato per Scacc.ibid.n.4.Item vt nec peti possit à consutore post solutionem pro alio confutore factā. ibid.n.5.Sed limita primò si in actu solutionis interessit pactum de cedendo.ibid.n.6. Secundò in soluente debitum alterius. ibid.n.7. & quomodò hoc procedat, & intelligatur.n.8.& 9.Tertiò limita in casu singulari relato per Grattan. ibid. n.10. Quartò in legatario soluēte onera rei legata, cum tamen res illa libera ei dari debuisset. ibid.n.11 fol.86. Quintò in tertio possessore soluente debitum.ibid.n.12. Sextò in soluente pro fideiussore condemnato.ibid.n.13.Vltimò in cōfideiussore soluente totum debitum. ibid. n.14. Sed intellige, & amplia, vt ibid.n.15.16. & 17. d.fol.86.

Cessionarius an agat via executiua contra debitorem cessum, quemadmodum poterat cedens. eod. cap.43.n.19.cit.fol Negatiuè ibid. n 20. Affirmatiuè n. 22. Author tenet primam opinionem. ibid.n.25 fol.87.

Cessionarius repræsentat cedentem, ibid.n.23.& de ratione.n.27.

Cessio absq; causa facta non tenet.cap.72.n.11.sed limita, vt ibid.n.12 fol.141.

Cessionarius iuris luendi, si reemat habita iurium cessione, efficitur anterior, tam pro sorte, quàm pro tertiis.cap.76.n.12. fol.145.

Cessionarius Fisci potest conuenire debitorem cessum in Curia fiscali. cap 146. n.6. fol 314. cum ampliatione.ibid.n.7.fol.315.

Cessionarius eius, cui prohibita erat facultas liquidandi, propter reuerentiam, an possit liquidare. Affirmatiuè cap.190.n.23.& de ratione. ibid.n. 24.Sed Author tenet contrarium.ibid.n.25.fol. 378.

Citatio realis, non potest fieri in alterius territorio. cap.44.n.3.quia est actus iurisdictionis. ibid.n.4. fol.88.

Citatio verbalis pront fieri intus Ecclesiam. ibid. n.15.fol.89.

Citatione inualida, sunt nulli omnes actus super ea edificati. ibid.n.22.

Citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere. ibid. n.18.

Citari nemo potest tempore feriarum.cap.118.n.8. fol. 240.

Ciues alicuius Vniuersitatis, se obligantes pro debito illius, non tenentur.cap.77.n.2.fol.149.sed limita, & intellige, vt ibid. n.4. 15.16.& 17. fol.150.& fol.151.

Ciues non possunt se pro debito Vniuersitatis sine assensu obligare.ibid.n.5. Sed intellige, vt n.6.

Clausula decreti irritantis, operatur nullitatem volente eo, & ad cuius fauorem est apposita. cap. 6. n.51.fol.17.

Clausula constituti excludit remedium discussionis, & potest tertius possessor recta via conueniri. cap.20.n.15.& 16 fol 43.

Clausula, de iure,& de facto, in instrumento compromissi opposita, quid operetur.cap.45.n.15.et 16 fol.90.

Clausula, pro quibus omnibus obseruandis,&c. quid operetur, vid.verb tex. in l.Lutius, ff.qui pot in pign hab.

Clausula, sine præiudicio iurium, excludit nouationem.cap 77.n 8.fol. 150.

Clausula, pro te,& quibus dederis vel pro te, et hæredibus quibuscumq; cuius naturæ sit. cap. 79.n.6 & 8 fol.181. & cap. 126. n.45. & 46. fol.264.

Clausula, Saluo assensu Domini, nec aliter, nec alio modo, an aliquid operetur, & quando non. cap.129.n.9.& 10 fol. 275.

Clausula, appellatione remota, quid operetur.cap. 150.n 10.fol 319.

Clausula, pro se, hæredibus,& successoribus, particularem successorem comprehendit.cap.169.n. 9.& 10.fol 344.

Clausula consueta, censentur apposita, licèt sint omissa.cap.196.n.7.fol.386.

Clausula,&c quid operetur, & quid comprehendat. ibid.n.9 & 10.fol.387.

Clausula, iustitiam faciat, quid operetur, remissiuè. cap,208.n.3 fol.400.

Clerici comprehenduntur sub statuto laicorum fauorabili cap 44.n.11 fol 88.

Clerici non tenentur ad collectas, pro bonis emptis, vel donatis cap.47.n.1.fol.92 Limita si venditio, vel donatio fieret in fraudem collectarum. ibid.n.7.Item si bona essent obnoxia reali oneri collectarum.ibid.n.8 fol.93.

Clericus succedens patri, pro bonis hæreditariis, nō tenetur ad collectas.ibid.n.3 fol.92.

Clericus non potest collectari, pro bonis, quæ possidet. ibid.n.6.

Clericus ratione feudi, quod possidet, est subiectus Principi sæculari. ibid.n.9.d.fol.93.

Clericus si post delictum efficiatur laicus, à quo debeat puniri. cap 48.n.2.& 3.fol.98.

Clericus si quis efficiatur post delictum, à quo debeat puniri. ibid. n.8. 9. & 10. vbi referuntur diuersæ opiniones Sed quæ sit melior opinio.ibid. n.11.12.14.& 18.d.fol.98.& fol.99.

Clericatus etiam in fraudem assumptus prodest, & de ratione, ibid.n.18.

Clericus, qui habitum dimisit, si illum reassumat, maximè post delictum, an gaudeat priuilegio clericali.cap.49.n.1.d.fol.99.

Clericus falsum committens coram Iudice sæculari, an ab eo possit puniri.cap.50.n.2.sed vid.ibid. n.3.4.& 5.fol.100.

Clericus assassinium committens, efficitur de foro,

&

& iurisdictione Iudicis sæcularis. cap. 51. n. 1. fol. 103. ipso iure amittit priuilegia clericalia. ibid. n. 2. absq; vlla degradatione. ibid. n. 3. fol. 104.

Clericus an possit conueniri coram Iudice sæculari, vt cum alijs creditoribus concedat dilationem quinquennalem debitori. cap. 52. d. fol. 104.

Clericus suscipiens sæculare officium, vel artem, an possit pro concernentibus officium illud coram laico Iudice conueniri, remissiuè. cap 53. n. 1. Itē an Clericus à sæculari Iudice tutelam suscipiēt, coram eo, pro computis vrgeri queat, remissiuè. ibid. n. 2. & an coram eodem pro deposito, possit conueniri. ibid. n. 3. fol. 105.

Clericus si quis efficiatur post litem contra se inchoatam, an debeat remitti Ecclesiastico, remissiuè. cap. 54. n. 1. fol. 106.

Clerici actiuè, & passiuè ligātur iure congrui. cap. 55. n. 1. Sed limita in hac Ciuitate. ibid. n. 2. & quare, n. 3. fol. 107.

Clericus beneficiatus gaudet priuilegio fori, etiamsi in habitu non incedat. cap. 56. n. 1. Amplia, vt ibid. n. 2. fol. 107. & an idem in clerico habente pensionem. ibid. n. 3. & 6. Sed author distinguit n. 7. fol. 108.

Clericus pro crimine falsæ monetæ, potest puniri à Iudice sæculari. cap. 57. n. 1. sed intellige, & limita, vt ibid. n. 2. d. fol. 108.

Clericus coniugatus canonis, & fori in causis criminalibus priuilegio potitur. cap. 58. n. 1. & 2. fol. 109 dummodò incedat in habitu, & tonsura, & diuinis inseruiat. ibid. n 3. & 4. An possit obtinere, & retinere beneficia, latè distinguitur, ibid. n. 12. 17. & 18. fol. 110. gaudet priuilegio fori in causis criminalibus, ciuilitèr intentatis, ibid. n. 13.

Clerici coniugati nō sunt immunes à collectis, alijsq; sæcularibus oneribus. cap. 59 n. 1. fol 110.

Clericus filiusfamilias, an cōprehendatur sub prag. ad Maced. vid. verb. Prag. ad Maced.

Clericatus non liberat à patria potestate. cap. 62. n. 3. & 9 fol. 115.

Clerici quidquid acquirunt, reputatur in eis castrense, vel quasi. ibid. n. 4.

Clericus degradatus traditur Iudici laico condemnandus, non condemnatus. cap. 82. n. 1. Degradatione non obstante, retinet priuilegium Canonis. ibid. n. 2 Conficit Sacramētum Eucharistiæ. ibid. n. 3 non potest matrimonium contrahere. ibid. n. 4 fol 157.

Clericus Author laudatus, declinat forum. cap. 108 n. 34. fol. 205.

Clericum per capillos, vel humeros apprehendens, est excommunicatus. cap. 111. n. 28. fol. 224.

Clericum, aliasq; personas ecclesiasticas percutiens, quando sit excommunicatus, vel non. vid. verb. Percutiens clericū, & verb. Tex. in can. si quis suadente, &c. vbi latissimè.

Clericus non succedit in feudis. cap. 120. n. 5. fol. 246. etiam clericus prima tonsura. ibid. n. 6. Sed contrà n 15. pro concordia tamen, vid. ibid. n. 17. & 18. fol. 248.

Clericorum in sacris constitutorum, fratres, & parentes in communi habitantes, sunt immunes ab onere hospitandi. cap. 167. n. 2. Limita, vt ibid. n. 6 fol. 340.

Clericatus exceptione proposita, Iudex laicus non potest amplius in causa procedere. cap. 203. n. 1. sed hodie quid in praxi seruetur. ibid. n. 2. fol. 396.

Clericatus exceptio potest opponi à consanguineis citati ad impediendam fori iudicationem. ibid n. 4.

Clericus non potest fieri contumax à Iudice laico. cap. 203. n. 5. fol. 396.

Clericatus exceptio quandocumq; proponi potest, et reddit iudicium retrò nullum. ibid. n. 7.

Clericus conuentus pro auocatione pecuniæ sibi à laico Iudice liberatæ est Ecclesiastico remittendus. cap. 106. n. 1. fol. 398. & de ratione. ibid. n. 2. Sed limita, vt n. 3. fol. 399.

Clericus conuentus pro restitutione bonorum, sibi à laico Iudice assignatorum, debet Ecclesiastico remitti. ibid. n. 5. Sed limita, vt n. 6.

Cliens an possit recusare Iudicem, qui in ea causa fuit suus aduocatus, vid. verb. recusari.

Coactè fecisse dicitur, qui licèt non coactus, poterat tamen cogi. cap. 108. n. 120. fol. 212.

Coactè vendens ad euictionem non tenetur. ibid. n. 164 fol. 216.

Cognationis vinculum non attenditur in feudis. cap. 126. n. 61. & quod hodie sit prosiguum per ius Regni, quomodo intelligatur. ibid. n. 64. fol. 266.

Cohæres an pro portione hæreditatis sibi assignata de euictione agat contrà alium cohæredem. cap. 108. n. 68. 69 70. 71. 72 73 & 74. fol. 208. vbi latissimè quamplures distinguntur casus, & ib. n. 80. fol. 209.

Collateralis quamuis descendat à primo acquirente, si tamen non est in gradu legitimo respectu vltimi decedentis, non succedit in feudo. cap. 126. n. 11. fol. 261.

Collatione in facienda inspicitur valor bonorum, tempore quo sunt in collatione ponenda. cap. 128 n. 11. fol. 273.

Collatio bonorum, vt locum habeat, quatuor requiruntur, de quibus. cap. 251. n. 1. 2. 4. & 5. fol. 444

Collatio bonorum non habet locum in linea collaterali. ibid. n. 2.

Collatio fieri debet de illis tantum bonis quæ extant, non verò de illis quæ sunt bona fide consūpta. ibid. n. 10. fol. 445.

Collatio cessat si fuerit à testatore prohibita, etiam tacitè, vel præsumptiuè ibid. n. 17. & an officiū, beneficium, militia, vel quid simile, paternis sūptibus acquisitum, debeat à fratre, cæteris fratribus conferri, remissiuè. ibid. n. 24. fol. 446.

Collecta debet solui pro ann. redditibus. cap. 11. nu. 15. etiamsi essent redimibiles. ibid. n. 16. fol. 27.

Collecta non debetur pro bonis, quæ pater filio donauit, vt ad sacros ordines promoueretur. cap. 47. n. 5. fol. 92. Nec minus debetur pro bonis donatis, pro construenda Ecclesia, vel Cimiterio, cum

am-

ampliatione, ibid. nu. 10. fol. 93.

Collectæ non possunt Ciuibus imponi pro bonis quæ possident extrà territorium collectantium cap. 63. nu. 1. sed limita, & intellige, vt ibid. nu. 2. & 3. fol. 117.

Collectari non possunt bona; quorum Domini non sunt subditi collectantibus, tam ratione originis, quam ratione domicilij, ibid. num. 4. sed limita si collecta imponeretur ob publicam vtilitatem loci in quo bona sunt sita, ibid. nu. 5. Item limita de consuetudine totius Italiæ, ibid. num. 6. eod. fol. 117.

Collecta solui debet ab eo qui fructus percipit cap. 64. nu. 1. hinc vsufructuarius, non proprietarius tenetur ad illam, ibid. nu. 2. Similitèr maritus, non mulier pro bonis dotalibus, ibid. num. 3. Sed limita in conductore, ibid. nu. 8. fol. 118.

Collecta an debeat solui à laicis, pro bonis quæ à Clericis acquisiuerunt, vid. verb. laici.

Coloni partitarij Episcoporum, an gaudeant priuilegio fori tanquam familiares Cap. 117. num. 15. fol. 236.

Coloni, & emphyteutæ Ecclesiæ, pro pensionibus, & annuis præstationibus, coram quo Iudice conueniri debeant, remissiuè cap. 207. nu. 3. fol. 399.

Colonus potest à locatione discedere, in omni casu quo potest eum singularis successor expellere cap. 259. nu. 11. fol. 456.

Committens crimen lesæ Maiestatis, perpetuò est inhabilis ad succedendum in feudis, omnesque etiam descendentes ab eo cap. 127. nu, 11. fol. 269.

Commissio alicui facta à Pontifice, quod se informet si in euidentem, &c. expirat defuncto Pontifice cap. 181. nu. 8. fol. 364.

Communio parit ius indiuiduum respectu omnium, etiam in tertij præiudicium, capit. 167. num. 1. fol. 382.

Comparitio vnius ex debitoribus in solidum obligatis, prodest alijs debendi correis, super tenore instrumenti citatis cap. 194. nu. 1. fol. 382.

Comparitio vnius prodest alijs, quando vnica est causa defensionis, ibid. nu. 2.

Compromissum ex dispositione Regiæ Pragm. *intèr coniunctos faciendum, si semel factum fuerit, iterum fieri debet, si prima vice expirauerit, vel quomodolibet laudum non sit sequutum cap. 65. nu. 1. & de ratione nu. 2. fol. 119.*

Compromitti non potest super re iudicata cap. 66. nu. 1. Sed limita duobus modis, vt ibid. num. 3. & 4. Item nec valet super instrumento publico, ibid. nu. 2. Sed limita tribus modis, vt ibid. num. 5. 6. & 7. fol. 120.

Compromissum de re alienari prohibita non valet, cap. 67. num. 1. fol. 120. & sic non valet de re emphyteutica sine assensu directi Domini, ibid. nu. 5. fol. 121. Item de re dotali, ibid. nu. 6. Item de rebus minorum, & vniuersitatum ibid. nu. 7. Item de rebus Ecclesiæ, ibid. nu. 8. Item de rebus feudalibus, ibid. nu. 9. Sed contra nu. 10. Author concludit quod valet compromissum de re feudali sine assensu, qui tamen debet interponi super laudo, quia ex eo ad feudi alienationem deuenitur, ibid. nu. 11. & 12. & de ratione ibid. nu. 13. & respondetur nonnullis obiectionibus ibid. num. 14. & 18. fol. 122.

Compromittentes obligantur ad inuicem in id quod per arbitros iudicabitur, eod. cap. 67. n. 2. fol. 121.

Compromissum factum in duos cum facultate eligendi tertium in casu discordiæ, non valet cap. 236. nu. 1. fol. 426.

Conuexorum eadem est ratio cap. 5. nu. 9. fol. 10.

Concessio in emphiteusim, vid. verb. emphyteusis concessio.

Concesso quod est plus, censetur concessum quod est minus, cap. 28. nu. 6. Sed limita, vt nu. 7. fol. 60.

Concesso vno, omnia concessa censentur, sine quibus actus perfici non potest cap. 122. nu. 4. fol. 251.

Condemnatus ad soluendum quinquaginta fisco, & quinquaginta parti, si non sit soluendo nisi tantum in quinquaginta, quis præferri debeat, cap. 148. vbi pro Fisco, nu. 8. pro priuato, ibid. nu. 9. Sed author quid sentiat, ibid. num. 10. & 11. fol. 317. & 318.

Condemnari non potest reus ex confessione per iniustam torturam extorta, cum ampliatione, cap. 205. nu. 9. fol. 398.

Condemnatus si restituatur, vel gratietur, quæ bona recuperet, vid. verb. delinquens.

Conditio quod sufficiat si impleatur per momentum temporis, quomodò intelligatur cap. 239. nu. 2. & 5. fol. 429.

Conditio, si sine liberis, expirat, licet filij superstites momento superuiuant, ibid. nu. 3.

Conditio nubendi consanguineo reputatur impossibilis, & quare cap. 244. num. 13. Sed contra ibidem num. 17.

Conductores plures eiusdem rei, pro rata tenentur ad pensionem cap. 140. nu. 4. fol. 297.

Conductor potest à re expelli, si ea ad vsum Domini deseruierit, etiam quod eandem rem Dominus conductori hypothecauerit, pro obseruantia locationis cap. 259. nu. 30. fol. 457.

Conferre qui tenetur, non est in mora, quousque interpelletur cap. 128. nu. 6. fol. 172.

Confessio emanata coram incompetenti Iudice, non facit inditium ad torturam cap. 61. num. 1. Sed contrarium est verius, ibid. num. 2. fol. 114. Hinc confessio Clerici coram Iudice sæculari facta, facit contrà eum inditium ad torturam coram Ecclesiastico, ibid. num. 3. & reicitur Sperell. *volens contrarium, ibid. nu. 4.*

Confessio Clerici coram Iudice Laico, habet vim extraiudicialis confessionis, ibid. nu. 5.

Confitens delictum cum qualitate, an possit puniri pæna ordinaria, vid. verb. delinquens.

Confitens pecuniæ receptionem, sed tamen fuisse illa ei debitam, non tenetur probare causam debiti, cap. 83. nu. 9. fol. 158.

Confessiones sunt indiuiduæ, ideò non possunt pro parte recipi, & pro parte reyci, dicto cap. 83. nu. 10. Sed limita, & intellige, vt ibid. nu. 14. & 15.

Confitens delictum blanditijs, vel sub spe veniæ, non potest ex ea confessione condemnari cap. 178. num. 2. limita data perseuerantia in illa, ibid. num. 3. ob

quod cauti debent esse aduocati vt statim procurent reuocationem confessionis talitèr extorta ibid.nu.4.fol.361.

Confideiussor vnus non potest opponere beneficium diuisionis cum alio confideiussore in cuius personam obligatio est nulla, & ideò in solidum tenetur cap. 140.nu.7.fol.297.

Confideiussor vnus diuisionis beneficium non opponens, si totum debitum soluat, non repetit à debitore dimisso id quod ei vltra suam ratam soluit, ibid.nu.20.neque etiam alios confideiussores potest molestare, nisi habita à creditore iurium cessione, ibid.nu.21.fol.299.

Confirmatio non operatur, si confirmatum erat nullum ipso iure cap.69.nu.10.fol.125.

Confiscationes sunt fructus iurisdictionis cap.35.nu.2.fol.70.

Confiscationes, & prouentus non exequuta, neque exacti viuente Barone, eo defuncto, ac feudo ad Dominum deuoluto, cuius sint, vid. verb. Prouentus.

Confiscatis bonis alicuius proptèr delictum, est autè omnia detrahenda estimatio damnorum, & interesse passi à parte offensa cap.201.nu.3.fol.394.

Confraternitates Laicorum, sunt de iurisdictione Seculari cap.117.nu.28.fol.238.

Confugientes ad statuam Principis sunt securi, & immunes, cap.179.nu.9. Item confugientes ad Sacerdotem portantem Sanctiss: Eucaristiæ Sacramentum, ibid, nu.10. Item confugientes ad cubiculum infirmi, in quo Sanctis: Sacramentum sit delatum, ibid.num.11. Item immiscens se cum associantibus corpus Christi, ibid.nu.12. Item confugientes ad reliquias Sanctorum, quæ processionaliter per Ciuitatem deferuntur, ibid.num.13.fol.363.

Coniunctus comparens pro coniuncto vti eius procurator, si non habet mandatum, acta sunt nulla, & non substinentur vti facta à coniuncto cap.7.nu.13.fol.19.

Consanguineum Clerici percutiens, ipsius Clerici intuitu, non est excomunicatus cap.111.nu.44.fol.225.

Consanguineus petens preferri in emptione feudi, tenetur offerre illud pretium, quod ab alio emptore venditor esset percepturus cap.233.nu.6.fol.424.

Consensus Patroni Laici pro validitate permutationis factæ de beneficio, potest subsequi, cap.69.nu.6.fol.124.

Consensus alterius vbicumque requiritur pro validitate actus, potest subsequi, ibid.num.7.fol.125. & datur exemplum de consensu illius, de cuius hæreditate paciscitur, vt sufficiat pro validitate pacti si superueniat, ibid.nu.8.

Consentiens venditioni rei suæ, & recipiens pretium, tenetur de euictione, Cap.108.nu.140.fol.214.

Consentiens venditioni alicuius rei, videtur remittere omne ius, quod ei super re illa competebat cap.122.nu.9.fol.252.

Consensus resultans ex taciturnitate, iunctis actibus positiuis, non dicitur tacitus, sed expressus, ibid, nu.6.fol.251.

Consensus maioris partis, quod alijs dissentientibus præiudicet, quandò sit verum, cap.156.nu.8.fol.327. & quando non ibid.nu.9.

Conseruatoria puellarum, & orphanorum, an habeant priuilegium immunitatis, cap.179.num.5.fol.362.

Consiliarius effectus Fisci patronus, debet sedere in nouissimo loco cap.202.nu.1. Interueniens in causa, vti aduocatus, postremum locum in sedendo occupat, ibid.nu.2.fol.394.

Consiliarij assistentes in M.C, cum vadunt ad S.C. nouissimum locum cum alijs Consiliarijs occupāt, ibid.nu.4. Præcedunt Præsidentes Regiæ Cameræ, ibid.nu.8.fol.395.

Constitutio Regni, Constitutionem Diuæ Memoriæ, habet locum si fuedi emptor non curauit intrà tempus præfixum expedire literas assecurationis vassallorum, & præstare iuramentum fidelitatis cap.123.nu.1. Item si assensum intrà bienniū non registrauit, ibid.num.2.fol.253. Sed limita si feudi emptor esset legitimè impeditus, ibid.nu.11.fol.254. An autem teneatur denunciare impedimentum, ibid.nu.12.13.& 14. Item limita in hærede, qui ignorabat contractum defuncti, ibid.nu.15. Et postremo si emptor esset minor, ibid.nu.16.cit fol.254.

Constitutio, Constitutionem Diuæ Memoriæ, habet locum etiam in emente partem feudi, cap.129.nu.3. Sed non habet locum in singulari successore feudi dismembrati, quò ad facultatem reuocandi corpora alienata sine assensu, & quomodò ei consulatur, vide verbo, singularis successor.

Constitutio, Constitutionem Diuæ Memoriæ, in quibus casibus habeat locum, vel non, vid. verb. Feudi venditio, & verb. Reuocatio, &c.

Consuetudo iuris congrui, non habet locum contrà Clericos cap.55.nu.3.fol.107.

Consuetudo, Si qua moriens, non habet locum in obuentis mulieri, cum libera facultate disponendi cap.70 nu.29.fol.129. Item nec in dote à muliere acquisita ex sua industria, ibid.nu.30. Item nec in bonis quæ mulier à viro habuit ob ipsius pulcritudinem, ibid.nu.31.fol.130. Item nec in bonis, quæ vir senex, vel ignobilis dedit mulieri iuueni, vel nobili, ibid.num.32. Item nec in bonis extrà districtum existentibus, ibid.nu.33. & demum non habet locum ad fauorem filiorum naturalium, ibid.nu.36.fol.130.

Consuetudo, si qua moriens, ampliatur etiam in bonis stabilibus sitis extrà districtum; emptis tamen de pecunia dotali in hac Ciuitate numerata, ibid, nu.34. Cætera ad hac materiam, vid. verd, mulier.

Consuetudo, & si testator; quid disponat, eod.cap.70.nu.58.fol.132.

Consuetudo attenditur in materia decimarum, cap.81.nu.14.fol.156.

Consuetudo ad hoc vt inducatur, requiritur continuata actuum vniformitas, ibid.nu.17.

Consuetudo attenditur in contractibus emphyteuticarijs cap.98.nu.11.fol.184.

Consuetudo permittens duellum, non tenet cap.110.nu.19.fol.219.

Consuetudo Capuanæ, & Nidi, quæ solet in capitulis matrimonialibus apponi, operatur parentum exclu-

INDEX

clusionem à successione filiorum, ab intestato decedentium, cap.142.nu.2.fol.304.
Contractus omnes sunt indiuidui cap.5.nu.35.fol.15.
Contractus eum minore gestus, non potest ipso iniuito nullus declarari, cap.6.nu.45.fol.16.
Contractus dolo celebratus est nullus, volente tamen eo qui dolum passus est, ibid.nu.47.
Contractus sub nomine dignitatis facti, non possunt reuocari per successorem in dignitate cap.30.nu.19.fol.63.
Contractus per filium familias ad fauorem Clerici celebratus, an sit nullus cap.62.nu.19. Refertur ratio dubitandi pro negatiua, ibid.nu.20. Sed author tenet quod sit nullus, ibid.nu.21 fol.116.
Contractus possunt celebrari tempore feriato in honorem Dei, cum peccato tamen, cap.118.num.16.fol.240. sed vid.ibid.nu.18.& 19.fol.241.
Contractus filij familias valet, si Pater in eo pro filio fideiussit cap.122.nu.11.fol.252.
Contractus rescinditur superueniente aliqua causa propter quam quis non contraxisset cap.195.nu.4.fol.384.
Contractui renunciare censetur, si contrahens non satisfacit contentis in illo cap.123.nu.10.fol.254.
Contractus an reddatur suspectus ex appositione horæ, vid.verb.hora appositio.
Contractus sine causa non valet, vid.verb.obligationes, & pollicitationes.
Contrariorum eadem est ratio cap.12.nu.4.fol.27.
Contribuere oneribus hæreditarijs tenentur omnes hæredes in feudalibus, & burgensaticis pro rata valoris bonorum, quorum separatio non fit, neque attenditur quorum occasione debita fuerit contracta cap.162.nu.1 fol.331.& confutantur sententes contrarium, ibid.nu.2.fol.332.
Contributio non fit attento valore introituum, sed attenta æstimatione bonorum, ibid.nu.3.
Contribuere non tenetur oneribus hæreditarijs succedens in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, ibid.nu.9.fol.333.
Contributio cessat, si testator eam tacitè, vel expressè prohibuisset, ibid.nu.12.
Contumacia Vassalli non præiudicat Baroni, quo ad suam iurisdictionem cap.34.nu.9.fol.69.
Conuentus in actione hypothecaria debet absolui, si lite pendente obtineat inrium cessionem ab alio anteriore creditore cap.217.nu.9.fol.407.
Conuersi comprehenduntur sub dispositione Can si quis suadente &c.cap.111.num.23. cum ampliatione ad conuersos Clericorum Regularium, ibid.nu.24.fol.224.
Conuersi dicuntur verè Religiosi cap.120.num.13.fol.247.
Conuersi ad fidem retinent iura sanguinis, & ius succedendi cap.143.nu.17.fol.308.
Creditor habens viam exequutiuam si agat via ordinaria, ad exequutiuam non potest redire, cap.7.nu.15. Sed limita tribus modis, ibid.nu.16.17.& 18.fol.19.
Creditores paterni non possunt habere regressum contrà filios in quantitate antefati in qua ipsi successerunt vti filij, ex pacto apposito in capitulis matrimonialibus cap.15.num.6.fol.34.
Creditoribus quomodò consulendum, si bona debitoris fuerunt confiscata, & deuenta ad plures Fiscos cap.35.nu.7.fol.70.
Creditor anterior in quibus casibus possit, vel non auocare pecuniam solutam creditori posteriori, vid.verb.pecunia,
Creditor anterior volens auocare pecuniam posterioribus creditoribus solutam, non tenetur nouissimos creditores prius conuenire, sed potest quemlibet ad sui libitum vrgere cap.71.nu.26.fol.136.
Creditores duo habentes instrumenta eadem die confecta, equalitèr concurrunt, nisi eorum alter haberet instrumentum cum certitudine horæ cap.72.nu.1.fol.137.
Creditor qui obtinuit possessionem bonorum debitoris non potest inquietari ab alio creditore habente instrumentum eadem die stipulatum, ibid.nu.10.
Creditor posterior an sit audiendus aduersus venditionem sub hasta factam de re sibi hypothecata, remissiuè cap.74.nu.2.fol.132.
Creditor anterior pro sorte, est etiam anterior pro interesse cap.76.nu.1 fol.144.
Creditor dans ad rem emendam, vel ad rei refectionem, est potior pro sorte, & interesse, ibid.nu.3.
Creditor ex causa simplicis mutui, si faciat deindè contractum emptionis annuorum introituum, cū reseruatione primorum iurium, est anterior tantum pro sorte, non etiam pro tertijs decurrendis, quæ trahunt anterioritatem ex secundo contractu, ibid.nu.8.fol.145.
Creditor tenetur solutionem recipere à quocumq; ue cap.77.nu.13.fol.150.
Creditor non tenetur liberare fideiussorem sibi semel datum, licèt alius equè idoneus fideiussor ei offeratur cap.79.nu.1.fol.153.
Creditor acceptans literas cambij, solutione non sequuta, potest contra scribentem redire cap.80.nu.1. Amplia, etiam si non fuisset sequuta solutio propter negligentiam, & moram eiusdem creditoris, ibid.nu.2. Sed contrarium tenet Author, ibid.num.3.fol.154.
Creditor cui literæ cambij consignatæ fuerunt, si eas exigere non potest, tenetur illas scribenti mittere cum protextatione, ibid.nu.4.
Creditor acceptans literas cambij, non potest contrà scribentem redire, prius quam principalem conueniat, atque excutiat, ibid.num.5.& de ratione, nu.6.fol.155.
Creditor non potest contrà scribentem literas cambij redire, etiam solutione ob decoctionem sequuta, si scribentem quietauit, ibid.nu.7.
Creditores ad quorum fauorem rei venditæ pretium cessit, ad restitutionem illius tenentur, sequuta illius euictione cap.108 num.138.fol.214.sed vid. ibid.nu.179.fol.217.
Creditoribus cum assensu, vel etiam sine assensu, quando Fiscus soluere teneatur, feudo ad eum deuoluto vid.verb.Fiscus.
Creditor potest agere in solidum contrà vnum cohæredem, possessorē alicuius rei, sibi à defuncto obligatæ cap.163.nu.5.fol.334.

Cre-

*Creditor potest noua actione agere ad interesse consecutum, si sententiam pro sorte tantum obtinuit cap.*198.*nu.*18. *& etiam ad fructus pariter debitos iure actionis.ibid.nu.*19.*fol.*389.

*Creditori petenti liquidari instrumentum;ob cessationem à solutione tertiarum, prodest mora contracta liquidatione pendente cap.*217.*num.* 7.*fol.*406.

*Creditor posterior aduersus anteriorem habet ius offerendi cap.*219.*nu.*1.*cum ampliatione,ibid.num.* 2.*fol.*408.

Creditor cuius pecunia res refecta est, quandò super ea alijs creditoribus præferatur cap. 260. *num.* 2. *fol.*458.

*Creditor ex causa venditionis mercium, vel alterius rei, an pro pretio præferatur super re omnibus alijs creditoribus ibid.nu.*9.10.11.*&* 12.*fol.*459.

*Creditor vt præferatur super re empta cum sua pecunia, opus est, quod expressè in eam causam mutuauerit, & rei hypothecam pacto acquisiuerit, ibid.nu.*13.*&* 14.*& quid in minore,cuius pecunia res aliqua comparata fuit,ibid.nu.*15.

Crimen quod sit de exceptis per Bullam Gregorian.*debet à Iudice Ecclesiastico declarari, cap.* 175.*nu.*2.*fol.*356.

*Cudentes, & tondentes monetam, gaudent immunitate Ecclesiæ cap.*172.*nu.*4.*fol.*352.

*Curatores Patrimoniorum multi sunt boni, & multi mali,contrà quos Author inuehit cap.*46.*num.* 3. *fol.*91.

Curia famulis resistentes, vid. verb. eximens carceratum.

D

*Damnati ad mortem,si aufugiant de manu iustitiæ, an gaudeant immunitate Ecclesiastica cap.*177.*nu.* 1.*& quid in damnatis ad tryremes, ibid.nu.*2.*fol.*358.

*Datio in solutum habet vim solutionis cap.*42.*nu.* 6. *& liberat debitorem,ibid.nu.*7.*fol.*82.

*Datum non dicitur id quod euingi potest,eod. cap.*42. *nu.*11.*fol.eod.*

Data à Sponso Sponsæ, an censeantur ei donata,& & quid in datis Sponsæ à consanguineis sponsi, vid.verb.Sponsus.

*Debitor soluens adiecto solutioni liberatur cap.*4.*nu.* 7. *Limita si adiectus solutioni post contractum, statum suum in deterius mutauisset, ibid. num.* 8. *fol.*9.

*Debiti diuisio inducitur,si ab vno ex pluribus in solidum obligatis creditor portionem illi tangentem exigisset cap.*13.*nu.*5.*Sed amplia,limita,& intellige,vt plenè ibid.à nu.*6.*ad fin.fol.*29.*&* 30.

*Debitor non liberatur, quousque res creditori tradita,eius irreuocabiliter efficiatur cap.*42. *num.* 14. *fol.*83.

Debitor liberatur,si creditori ex pignoris venditione fuerit satisfactum,ibid.num. 16. *Et si inde pignoris euictio sequatur, ita vt sit facienda pretij restitutio, ibid. nu.*17.

*Debitor ad hoc vt possit audiri aduersus instrumenti liquidationem,sufficit quod habilitetur per Palatium cap.*44. *num.* 21.*fol.*89.

Debitum præsumitur pro præterito solutum, si producantur solutiones trium continuorum annorũ, cum ampliationibus,& limitationibus,vid. verb. tres solutiones.

Debitum præsumitur remissum, vel solutum ex diuturnitate temporis,sanguinis coniunctione, & sepè calculata ratione cap. 75. *num.* 6. *& reijcitur opinio illorum qui tenent,requisitum, sepè calculata rationis non esse necessarium,ibid.nu.* 7. *&* 8. *Sed vide num.*9.*fol.*143.*Reliqua pro intelligentia huius materiæ,vid.verb.*tex.in l. procula ff. de probat.

Debitor carceratus ad instantiam creditoris, intrusionem non euitat, licet fideiussorem offerat cap. 79.*num.*2.*Sed* author *quid sentiat,ibid.num.*3.*fol.* 153.

*Debitor qui fideiussori suo promisit, eum à vinculo fideiussionis liberaturum,si hoc non potest exequi, quid agendum,ibid.nu.*4.

*Debitor qui creditori promisit dare ei certum fideiussorem,liberatur præstando alium æque idoneum, & quando,ibid.nu.*5.*fol.*154.

*Debitor censu potest cogi ad soluendum pro præterito,& in futurum,etiam quod rem censui suppositam alienauerit cap.*100.*nu.*1.*fol.*187.

*Debitor census, vel annuorum introituum,qui ab hærede grauato prænia reemptione fuit liberatus, an possit à fideicommissario conueniri, remissiuè, ibid.nu.*4.

Debendi correus, non tenetur pro rata alterius correi,si in eius personam contractus sit nullus cap. 140 *nu.*5.*fol.*297.

*Debendi correus si totum debitum soluat, habita à creditore iurium cessione, repetit ab alijs correis eorum ratas,& quando hoc procedat, ibid. nu.*6.

*Debendi correi,si in solidum se obligant, quilibet ad totum debitum tenetur,ibid.nu.*8.

*Debendi correi in solidum tenentur,si factum indiuiduum promiserunt,ibid.nu.*23.*fol.*299.

Debitor soluens creditori creditoris, liberatur cap. 192.*nu.*1.*Ideò prævenit in M.C. V. & instet contrà creditorem,pro cassatione instrumenti, ibib. nu.*2.*fol.*381.

*Debitor vnus,ex pluribus in solidum obligatis, si se in vinculis cõstituat,etiam in loco domicilij,transmissa fide carcerationis, correos quoque habilitat ad se defendendum aduersus petitam à creditore liquidationem cap.*194.*nu.*6.*fol.*382.

*Debitor constituens se carceratum in vinculis domicilij debet ad carceres M.C. transmitti, ad finem, vt possit aduersus petitam liquidationem audiri ibid.nu.*7.*&* 8.

Debitor censetur absolutus ab interesse debito indicis officio, si tantum ad sortem condendetur cap. 198.*num.*10. *Et quid isto casu agere debeat creditor, ibid.nu.*11.*fol.*389.

Debita hæreditaria à quo hærede solui bebeant à proprietario, an ab vsufructuario hærede cap. 249. *nu.*1.*fol.*441.

Decennalis præstatio non obligat in futurum cap. 78. *num.*1.*Sed limita primo,si petens allegaret efficacem*

cem titulum.ibid.n.8. Item si solutiones reperirentur facta pro aliqua causa. ibid.n.9. Item fauore dotis. ibid. n. 10. & demum fauore piæ causæ. ibid.n.12.fol.152.

Decimarum solutio à iure diuino ordinatur. cap. 81.n.2. illarum definitio refertur. ibid.n.3 fol. 155.

Decimarum fructus possunt laicis concedi ad vitã, ibid.n.9. fol. 156. Possunt locari, vendi, atque obligari. ibid.n.10.

Decimarum materiam, qui latè tractent. ibid.n.18.

Decimæ an possint à laicis præscribi, an à Religiosis, an ab Episcopo vnius Diœcesis, pro fructibus nascentibus in aliena Diœcesi & an à Parrochis, vid. verb. Episcopus, verb. Laici, verb. Parrocus, & verb. Religiosi.

Decoctio æquiparatur morti, cap.25.n.11.sed vid. n.13 fol 56.

Decretum Iudicis, per quod mandatur alicui, quod non alienet, non tenet, non expressa causa prohibitionis. cap.70.n.8.fol.141.

Decreta Sac.Congreg. vt probent & obligent, quid requiratur. cap.117.n.8. & 9. fol.236.

Defectus plures omnes sanantur, si actus sanatorius subsequens sit habilis comprehendere omnes defectus. cap.122.n.2.& 3.fol.251.

Delegatus Principis, vel alterius inferioris in causa ciuili, non potest punire testem, qui falsum coram se dixit. cap.50.n.15. Sed vid. n.16.fol. 102.

Delegato Principis potest resisti, si procedat ad actus sibi minimè commissos, vel si procedat post appellationem.cap 115.n.7 fol.230.

Delicti tempus inspicitur ad fundandam iurisdictionem contrà delinquentem. cap.48.n.1 fol.98.

Delinquens si cōdemnetur, indè autem restituatur, debet reponi ad omnes dignitates, & prærogatiuas, quibus antè cōdemnationem potiebatur.cap. 68.n.4.fol.123. Imò recuperat bona, etiam in tertios alienata. ibid.n.10.fol.124. Et quid si non fuerit restitutus, sed dumtaxat gratiatus, quæ nō bona recuperet. ibid.n.6. & 7.

Delinquens si confiteatur delictum cum qualitate, potest ordinariè puniri.cap.83.n.1 fol.157.& de ratione.ibid.n.11. Cōtrarium quod non possit puniri ordinariè. ibid. n. 8. Sed Author tenet primam sententiam. ibid.n.13.fol.158.

Delictum ad hoc, vt totum habitum ab aliquo videatur, quid sit necessarium. cap. 111. n.37. fol. 225.

Delictum si non adest, vel non est probatum respectu principalis, non potest adesse in accessorio, puta in prætenso auxiliatore. cap.116.n.6.fol.234.

Delictum patris, non nocet filio antea nato.cap.127 n.6.fol.269.

Delicti punitio ad quem Iudicē pertineat.cap.170. n.19.fol.347.

Denunciatio litis si venditori facta non fuerit, non potest contra eum de euictione agi. vid. verb. Emptor.

Denunciatio litis ab emptore venditori facienda, sub qua forma fieri debeat. cap. 108. n. 24. Et quid seruetur de consuetudine, ibid. n.2. Potest fieri in quacumque parte iudicij ibid.n.26. Sed intellige, vt n.27. etiam in secunda instantia. ibid. n. 28. Imò prodest etiam, quod venditori fiat à quacumq. persona, quamuis mandatum ad denunciandum non habeat. ibid.n 29.fol.204. Non prodest si fiat an. bori authoris. ibid.n.31. Sed limita, & intellige, vt n.32. Debet fieri coram Iudice competente venditoris. ibid.n.33. fol.205.

Dictio tam, & quam, quid operetur. cap. 20. n.37. fol.44.

Dictio, &, quid importet, ibid.n.39.& cap.94.n.18 fol.178.

Dictio, videtur, fictionem denotat.cap.42.n.21.fol. 83.

Dictio, statim, quid significet.cap.60.n.12.fol.113.

Dictio, si quis, vel si aliquis, fœminabus etiam refertur. cap.111.n.3 fol.222.

Dictio, aliàs, quid importet, cap. 123. n.4.fol.253.

Dictio, in perpetuum, quandoq; sumitur pro vita durante. cap.131.n.18.fol.280.

Dictio, videbitur, boni viri arbitrium importat, cap.245.n.4. Item dictio, placuerit, ibid.n.5 fol. 436.

Dictiones vniuersales sæpè restringuntur iuxtà subiectam materiam. cap.97.n.7.fol.181. & cap. 208.n.5.fol.400.

Dicto appretiatoris concorditèr, vel publicè electi standum est circa valorem meliorationum. cap. 155.n.12.fol.326.

Difformitas actuum non inducit consuetudinem. vid.verb. Consuetudo.

Dignitate in acquirenda, quæ habeant copulatiuè concurrere. cap.202. n.15.fol.395.

Dilatio ad soluendum, non potest concedi debitori pupilli ab vno ex pluribus tutoribus.cap.193.n. n.5 fol.381.

Discussionis beneficium contrà principalem, debet à fideiussoribus opponi, aliàs non operatur.cap.140 n.18.fol.298.

Discussio principalis non est necessaria si is esset notoriè non soluendo.cap.191. n.7. fol.380. Sed si ei superueniant diuitiæ, potest fideiussor opponere discussionem, etiam post litem contestatam, ibidem n.8.

Discussionis exceptio, vti dilatoria debet proponi ante litem contestatam, & quando secus. ibid.n.9

Dispensatio cum illegitimo ad Episcopatum, extenditur ad ordines. cap.168.n.8 fol.342.

Dispensatio cum illegitimo ad beneficia, non extenditur od ordines. ibid.n.7.

Dispensatio cum illegitimo ad ordines, non extenditur od beneficia.ibid.n.12.fol.343. Sed limita vt ibid. n.13.

Dispensatio est stricti iuris, ibid. n.15.

Dispensatum non præsumitur cum illegitimo, licet is in supplicatione dixerit, non obstantibus defectibus oratoris. eod.cap.168.n.16.

Dispensatum præsumitur cum illegitimo ex diuturnitate temporis, concurrente bona fama, & tolerantia Superiorum. ibid. n.18.

Dispensatum præsumitur cum incapaci, per lapsum

 30.an-

30. annorum. ibid. n. 19. fol. 343.

Dispensatio ad beneficium cum illegitimo, an intelligatur de primo beneficio tantum, remissiuè. ibidem n. 20.

Dispositio fundata super pluribus causis, non cessat, licèt illarum vna cesset. cap. 14. n. 7. fol. 32. & cap 190. n. 19. fol. 378.

Disponendi prohibitio de medietate bonorum antiquorum, comprehendit etiam Ecclesiam, vt scilicet nec ei illa medietas possit relinqui. cap 24. n. 26 fol. 53.

Dispositio aliquid fieri mandans, remanet in suo robore, si per primum actum ei non sit satisfactum. cap. 65. n. 3 fol. 119.

Dispositum in patre, vel in matre, habet locum etiam in auo, & auia in fauorabilibus. cap. 70. n. 8. fol. 127.

Disponendi facultatem habens, an possit inter viuos alienare. cap. 88. n. 9. fol. 165.

Dispositio, per quam committitur volūtati alterius distributio bonorum testatoris, cum verbis, prout ei placebit, & videbitur, volet. cap. 245. n. 11. Amplia, vt ibid. n. 12. Sed intellige, vt n. 12. & 13. fol. 437.

Dissimulans qualitatem rei, stellionatus pœna puniri debet. cap. 195. n. 13. fol. 385.

Distinguere quando possimus, licèt lex non distinguat. cap. 127. n. 7. fol. 269.

Distributiones quotidianæ, vid. verb. Canonicus, & verb. Quotidianæ distributiones.

Diuisio debiti, quando inducatur, vid. sup. verb. Debiti diuisio.

Diuisionis beneficium, resultans ex Epistola D. Adriani, impedit instrumenti liquidationem, aduersus vnum confideiussorem, in solidum petitam. cap. 140. n. 12. & 14. fol. 298. Debet tamen opponi, aliàs nihil operatur. ibid. n. 16. & 17. Sed potest opponi in secunda instantia. ibid. n. 19. Cessat verò in sex casibus. ibid. n. 22. fol. 299.

Diuisionis beneficium, vid. verb. Confideiussor, & verb. Fideiussor.

Doctores legum, & medicinæ, communicant eorum priuilegia, & immunitates fratribus, atque parentibus simul cum eis habitantibus. cap. 167. n. 6. Sed limita vt n. 7. & declara, vt n. 8. fol. 340.

Doctor actu legens, & miles stipendiarius, efficiuntur Ciues loci, in quo hic stipendium habet, & ille legit. cap. 220. n. 6. fol. 410.

Dohanerius Regiæ adhoanæ Menopecudum Apuliæ in causis suorum officialium, & subditorum habet priuatiuam iurisdictionem in prima instātia actiuè, & passiuè quoad omnes alios Iudices inferiores, & superiores, & ità decisum per Regiam Cam cap. 213 n. 9. fol. 403. & quarè contrarium determinauit S. C. ibid. n. 10. fol. 404. et quid in causis Neapolitanorum. ibid. n. 11. & 12.

Dolus operatur priuilegij amissionē. cap. 145. n. 17.

Dominus pōt si vult approbare rei suæ alienationē nulliter à procuratore factā. cap. 6. n. 48. fol. 16.

Dominus potest facere de re sua quidquid sibi placet, si et alteri noceat. cap. 16. n. 12. fol. 35.

Dominus, qui vulgo, Capo di Casa, nuncupatur, si est immunis, & priuilegiatus, immunitatem toti eius familiæ communicat. cap. 167. n. 5. fol. 340.

Dominus directus in venditione rei emphyteuticæ præfertur cunctis emere volētibus. cap. 232. n. 2. Amplia, vt ibid n. 3. & 4 fol. 422. Sed limita, vt n. 7. 8 9. 10. 11. & 12.

Dominus directus præferri volens in emptione rei emphyteuticæ, tenetur offerre pretium, quod ab alio emptore esset venditor percepturus. ibid. n. 5. Sed intellige, & limita, vt n. 6.

Dominus directus in venditione rei emphyteuticæ, præfertur vicino volenti retrahere iure congrui. ibid. n. 15 fol. 423.

Dominus directus in emptione feudi præfertur consanguineis feudatarij. cap. 233. n. 5. fol. 424.

Dominium superueniens authori prodest singulari successori. cap. 84. n. 1. etiam in feudis. ibid. n. 4. Sed contrà n. 5. Author tenet primam sententiā. ibid. n 6. fol. 159.

Dominium sola assertione non probatur, etiam ad fauorem Ecclesiæ. cap. 102. n. 4. & 5. fol. 190.

Donatio trascendens summam quincentorum solidorum debet insinuari, etiam quod sit dictum, quod censeantur plures donationes. cap. 6. n. 29.

Donatio bonorum præsentium, & futurorū corruit in totum, & non substinetur pro bonis præsentibus tantum. ibid. n. 36. fol. 15.

Donatio facta ab eo, qui filijs carebat, ac qui erat de filijs desperatus, præsumitur in fraudem agnati, cui medietas bonorum post eius mortem spectabat vigore Consuetud. cap. 24. nu. 5. fol. 52. Item præsumitur in fraudem, si donans post longum coniugij tempus filios non procreenit. ibid. n. 6. Item præsumitur in fraudem si donatio esset omnium bonorū. ibid n. 9. Vel maioris partis bonorum. ibid. n. 10. Etiam si vnica non esset donatio, sed plures, & minutim factæ. ibid. n. 11. Item præsumitur in fraudem, si donans, fructus rei donatæ sibi in vita reseruasset ibid. n. 14. Item si inter donantem, & agnatum, qui successisset adesset aliqualis inimicitia, ibid. n 15. Item si distractio bonorum antiquorum fieret sub titulo venditionis cum esset donatio. ibid. n. 16. Vel si venderetur res magni valoris pro paruo pretio, quia reuocaretur venditio vsq. ad quantitatem receptam ibid. n. 17 fol. 53. Vltimo præsumitur in fraudem si agnatus eum esset graui pressus infirmitate donaret. ibid. n. 19.

Donationes in fraudem agnatorum factæ reuocantur in totum. eod. cap. 24. n. 21. fol. 53. Sed cōtra, quod reuocentur solum pro medietate bonorum antiquorum. ibid. n. 22. Sed prima opinio, est verior, & quare. ibid. n. 23. Nisi donatio esset ad fauorem alicuius Ecclesiæ, quia tunc reuocatur tantum pro medietate. ibid. n. 24.

Donatio facta ab agnato, præsumitur in fraudem concurrentibus coniecturis, etiam si esset facta Ecclesiæ. ibid. n. 25. fol. 53.

Donatio facta filio contemplatione matrimonij, non est in legitima computanda, cap. 85. n. 1. Amplia, vt nec donatio facta ad suscipiendos ordines de-

beat

beat imputari. ibid. n. 5. Sed limita in tribus casibus, in quibus donatio facta filia cum contemplatione matrimonij, est in legitimam imputanda, vt ibid. n. 5. 6. & 7 fol. 160.

Donatio matrimonij contemplatione facta, non reuocatur matrimonio non sequuto. cap. 87. n. 1. Limita, si esset facta pro matrimonia cum certa persona contrahendo. ibid. n. 2. fol. 162. Sed limita, vt ibid. n. 10. fol. 163.

Donatio euanescit non obseruatis promissis. ibid. n. 3. Item cessante causa finali illius. ibid. n. 4.

Donatio sub conditione alimentorum reuocatur non praestitis alimentis. ibid. n. 5. cit. fol. 162.

Donatarius non est spoliandus bonis donatis, si non potuit adimplere promissa. eod. cap. 87. n. 6. cit. fol. Item si esset minor, vel furiosus. ibid. n. 7. & tandem si esset haeres donatarij. ibid. n. 8.

Donatarius, qui non fuerint appellatus, vt subueniret egestatibus donantis, nō debet donatione priuari. ibid. n. 9 fol. 163.

Donans qui reseruauit sibi aliquam summam, de qua possit disponere, si ab intestato decedat, videtur in uenientes ab intestato disposuisse cap. 88. n. 1. fol. 163. Sed declara istum articulum notabiliter, vt ibid. n. 2. fol. 164. Et quid si quis donaret omnia bona sua praesentia, & futura, cum facultate disponendi de aliqua quantitate. ibid. n. 8.

Donandi animus non praesumitur, quando alia potest capi coniectura, quam donationis. cap. 90. n. 2. fol. 168.

Donatio dicitur actus munificentia, & habet pro obiecto liberalitatem. ibid. n. 13.

Donata mei contemplatione, mihi acquiruntur. ibidem n. 18 fol. 169.

Donatarius tenetur donanti ad alimenta, & quid si ea deneget. cap. 92. n. 16. fol. 173.

Donatario non competit eu ctio pro re donata. cap. 108. n. 90. fol. 210. Sed limita, & intellige, vt latissimè ibid. n. 91. 92. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. & 101. d. fol. 209 Et qua recuperet donatarius, sequuta euict. one rei donatae. ibid. n. 102. 103. et 104 fol. 211.

Donans feudum absq; assensu Regis, potest donationem reuocare, etiam quod promisisset euictionem, & defensionem generalem. eod. cap. 108. n. 158. fol. 215.

Donatiua facta à communitate, & vassallis nouo f udi Domino propter eius iucundum aduentum, non sunt venditori restituenda, si feudi venditio vti carens assensu reuocetur per Const. Regni, Constitut. Diuae mem. cap. 125. n. 2. & 5. fol. 258.

Donatiua data legato Principis ei acquiruntur, nō Principi, ibid. n. 4.

Donatiua missa sponsa à sponso, vel ab eius consanguineis, an censeantur sponsa donata. vid verb. Sponsus.

Donatarius Iurispatronatus, per vnicam praesentationem, sequuta Episcopi approbatione, irreuocabiliter in possessione constituitur, cap. 223. n. 8. fol. 413.

Dotis recuperanda actio constante matrimonio non competit. cap. 20. n. 1. Limita, viro vergente ad inopiam. ibid. n. 2. fol. 42.

Dotis dominium non transit in mulierem assecuratam, sed remanet penès virum. eod. cap. 20. n. 33 fol. 44. Sed limita, vt ibid. n. 36. & 38.

Dotis fauore, an possit impetrari assensus post mortem obligantis, vel alienantis feudum. vid. verb. Assensus.

Dos constituenda puella de bonis fideicommisso subiectis, non debet esse excessiua. cap. 39. n. 15. fol. 75.

Dos de bonis fideicommisso subiectis constituta, si ad dotantes redeat, an reincidat in causam fideicommissi. cap. 39. n. 22. fol. 76.

Dotis causa dicitur pia. cap. 78. n. 11. fol. 152.

Dotis aestimatae dominium transit in virum, qui ea potest alienare, & ipsius est omne superueniens incrementum, & decrementum. cap. 91. n. 1. fol. 170. Secus in dote inaestimata. ibid. n. 2 & de alijs in materia dotis aestimatae. vid. verb. Bona, verb. Maritus, verb. Mulier, & verb. Nomina debitorum.

Dos semel à patre data, non potest amplius minui. cap 92. n. 1. Potest tamen minui dos promissa tantum. ibid. n. 2. Sed Author concludit, vt nec dos solum promissa possit diminui. ibid. n. 3. fol. 172. Amplia, vt nec possit minui dos promissa pro tertio matrimonio, licet illud non sequatur. ibid. n. 8. fol 173. Sed limita ampliationem in extraneo dotante. ibid. n. 9. Item amplia in dote relicta filia in testamento, quia nec minus potest minui, licet testamentum sit nullum. ibid. n. 10.

Dos promissa tantum, habetur pro constituta. eod. cap. 92. n. 4. d. fol. 172.

Dos inofficiosa, potest minui, & reuocari. ibid. n. 19. fol. 173.

Dos filio tradita, si ad eius patrem peruenit, ipso mortuo, est detrahenda ab eius patrimonio tanquam aes alienum. cap. 94. n. 5. & quid si fuisset soluta filia, consentiente patre. ibid. n. 6. fol. 176.

Dos est ius vniuersale. cap. 221. n. 6. fol. 411.

Dos danda puella stupratae est conditionalis, & non debetur, nisi tempore nuptiarum. cap. 246. n. 11. fol 439. Ideò si decedat ante nuptias, non transmittit actionem de dote ad haeredes. ibid. n. 12. et quare n. 13.

Dos data nepti ab Auo, debet ab ea conferri in successione patris. cap. 251. n. 6. fol. 444.

Dos data filia debet ab ea conferri, si cum fratribus, vel alijs sororibus vellet succedere patri. ibid. n. 7.

Dos data pro matrimonio spirituali, debet conferri. ibid. n. 9 fol. 445.

Dotata ad hoc, vt à succedendo excludatur, requiritur quod fuerit dotata de bonis eius, de cuius agitur successione. cap. 126. n. 72. fol. 267.

Duellum antiquitus in maxima erat veneratione, & quare. cap. 110. n. 1. & 6. fol. 218. Erat in vsu inter Longobardos. ibid. n. 2. Olim etiam erat in vsu inter Gallos. ibid. n. 3. Sed vid. ibid. n. 10. fol. 219. Item inter Vngaros. ibid. n. 4. Et inter Neapolitanos in certis casibus. ibid. n. 5. Sed vid. n. 9.

Duel-

Duellum quomodo olim definiebatur. eod. cap. 110. n. 7. fol. 219.

Duelli vsus hodie damnatus est, & prohibitus, ibid. n. 8. Nam duellantes ipso facto incurrunt sententiam excommunicationis. ibid. n. 11. Et enumerantur personæ quæ censuras ex duello incurrũt. ibid. n. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18 & 20. d. fol. 219. & 220.

Duellantes à quibus possint, & debeant absolui. ibidem n. 21.

Duellantes etiam quod in mortis articulo ostendissent signa contritionis, vel etiam quod Sacramentis Eucharistiæ, & pænitentiæ muniti essent, debent Ecclesiastica sepultura carere. ibid. n. 24. d. fol. 220.

Duellum est permissum in duobus casibus tantum. ibid. n. 25. & 26.

Duo vincula fortiùs ligare, habet locum etiam in feudorum successione. cap. 126. n. 58. fol. 206.

Duo vincula non dicitur habere, qui habet alterũ eorum inutile. ibid. n. 62.

Duplici onere, quod non possit quis grauari, quando esset. cap. 99. n. 13. fol. 185.

E

EAdem res non debet diuerso iure regulari. cap. 246. n. 9. fol. 438.

Eadem ratio vbi militat, vid. verb. Ratio eadem.

Ecclesia restituitur aduersùs alienationem de rebus suis factam sine solemnitatibus, vnà cum fructibus. cap. 8. n. 1. fol. 19. & à quo die debeant esse restituti fructus. ibid. n. 2. 3. 4. & 5.

Ecclesia non est de Iurisdictione Iudicis sæcularis, licèt sit sita in eius territorio. cap. 44. n. 5. fol. 88.

Ecclesia dicitur de territoria Principis, in quo sita est, in fauorabilibus tantùm ibid. n. 10.

Ecclesia potest quandocumq; allegare suspitiones Officialium, non obstante Prag. 7. de suspici. Offic. & ità decisum fertur per S. C. cap. 123. n. 21. fol. 255.

Ecclesia restituitur aduersus lapsum temporis. ibid. num. 22.

Ecclesiæ ostium, atrium, tectum superficiale, dormitorium, claustrum, campanile, cœmiterium, hortũ, & stabulum, censentur loca immunia, ità vt delinquentes ad ea confugientes, sunt tuti. cap. 179. n. 2. fol. 361.

Ecclesia nondum consecrata, erecta tamen authoritate Episcopi, itemq; Ecclesia polluta, interdicta, diruta, ac etiam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum non retinens, habet priuilegium immunitatis, cum declarationibus, & ampliationibus. ibid. n. 3. fol. 362.

Ecclesiam Matricem gaudere immunitatis priuilegio per circuitum 40. passuum. & aliàs per 30. an sit verum, & quid de consuetudine. ibid. n. 14. fol. 363.

Ecclesiæ, & minori, debetur interesse legati à die mortis testatoris. cap. 200. n. 10. fol. 392. Sed intellige, & limita, vt n. 12. 13. & 14.

Ecclesiasticus Iudex coram quo fuit à laico commissa falsitas, si fuerit pro illa punienda præuentus à Iudice sæculari, potest nihilominus contrà falsarium per censuras procedere. cap. 50. n. 8. fol. 102. Et si habet pinguiores probationes, potest contra eum procedere ad pœnam, licèt per sæcularem Iudicem fuisset dimissus. ibid. n. 9.

Educatio pupillorum matri danda est. cap. 95. n. 1. etiam si esset Creditrix, vel debitrix illorum, ibidem n. 2. Limita si transiret ad secunda vota. ibid. n. 4. etiā si postea iterum viduaretur. ibid. n. 5. fol. 179.

Educationis materia est arbitraria. ibid. n. 9. Non est danda proximè successuris. ibid. n. 13.

Educationis materiam. vid. verb. Auia, verb. Frater, verb. Iudex, verb. Mater, verb. Pater, verb. Pupillus. & verb. Pupilla.

Electio Officialis facta vltrà biennium, corruit in totum. cap. 6. n. 37. fol. 15.

Electio facta de digno, licèt à minori parte, præferri debet. cap. 229. n. 34. fol. 420. & facta de seniori, etiam præferri debet. ibid. n. 8.

Electio facta de seipso, non tenet. ibid. n. 10.

Eligens dignum. amissa digniori mortaliter peccat. ibid. n. 16. Et facit sicut Iudæi qui præposuerunt Barabbam Christo. ibid. n. 52.

Emens bona Ecclesiæ minus sollemniter, habet actionem ex contractu contrà venditarem pro pretio, si illa ab eo auocentur. cap. 6. n. 9 fol. 13.

Emens bona minorum non est in bona fide, licet putauerit non requiri solemnitates. c. 8. n. 9. fol. 20.

Emens subhasta, statim efficitur securus. cap. 74. num. 6. & efficitur Dominus absq; reali traditione. ibid. n. 7. fol. 132.

Emens à non domino, præfertur ementi ab eodem post dominii superuenientiam. cap. 84. n. 2. fol. 159.

Emens rem quam venditor dixit esse subiectam annuo censui ad fauorem alicuius, an possit censui quæstionem refricare, an verò teneatur soluere. cap. 102. n. 1. Sed vid. ibid. n. 14. fol. 190.

Emens scientèr rem alienam, non agit de euictione, eod. cap. 108. n. 75. nec ad pretij restitutionem. ibid. n. 76. Et confutatur contraria opinio. ibid. n. 77. & 78. fol. 208. & 209.

Emens scientèr rem fideicommisso subiectam, an agat de euictione, an recuperet pretium, an expensas, & melioramenta, & de alijs latissimè. ibidem n. 79. 81. 82. 83. 84. & 85. cu fol. 209.

Emens scienter rem totaliter alienam, an agat de euictione. ibid. n. 86. & quid in emente rem notoriè defectuosam. ibid. n. 88. & 89.

Emens à Fisco non potest inquietari. eod. cap. 108. n. 145. Sed Author tenet contrarium. ibid. num. 146. fol. 214.

Emens rem feudalem non est in bona fide, si dicat, ignorasse requiri assensum. cap. 129. n. 8. Secùs si dicat ignorasse rem illam esse feudalem. ibidem n. 11. fol. 275.

Emens scienter rem alteri locatam, cogitur stare locationi. cap. 259. n. 10. fol. 457.

Emptor fundi teneatur ad collectas decursas, & decurrendas, non verò venditor, etiam quod fun-

dus

dus adbuc duret descriptus in faciem venditoris. cap.64.n.4.non obstante pacto in contrariū.ibid. n.5 fol.118.

Emptor non potest de euictione agere, si litem venditori non denunciauit. cap.108.n.22.etiam quod venditor habuisset de ea extraiudicialem notitiā ibid.num.23 fol.204.Sed limita si notoriè constabat de iustitia euincentis, ibid.n.37.fol.205. Item si venditor habuit scientiam litis, & de ea in actis constet, ibid.n.38.Item si tam emptor, quā venditor fuissent ab euincente citati, ibid.n.39. Item si fuisset denunciationi renunciatum, ibid. n.40.41 & 42. Item si venditor cum iuramento promisisset emptorem defendere, ibid.n.4 .& vid.n.44.fol.206.& demum si emptor euictionē passus esset fiscus, Ecclesia, vel minor, quia si agunt de euictione, sine denunciatione, ibid.n 45.

Emptor recusans retrovendere rem vigore pacti, tenetur ad restitutionem fructuum à die, quo fuit ad restituendum, interpellatus. cap.157.n.3.fol. 324.

Emphyteusis cōcessio facta de re Ecclesiæ ultrà tertiam generationem, uitiatur in totum. cap.6.n. 41.fol.16

Emphyteuta cadit in commissum alienando, vel canonem non soluendo, volente tamē Domino.ibid. n.52 fol.17.

Emphyteutica res cadit in commissum, etam si, unus ex pluribus haeredibus partem suā soluerit, alijs cessantibus.cap.13.n.1.sed vid.n.3 fol 29.

Emphyteusis Ecclesiastica ad tertiam generationē fieri potest. & ità in dubio facta præsumitur.cap. 98.n.1.& 2 fol.183.

Emphyteusis ad tertiam generationem concessa, finitur in pronepotibus, non computata persona acquirentis.ibid.n.3. & 4.sed contraria opinio est verior, ibid.n.6.& reijciuntur argumenta cōtraria. ibid.n.7.sed intellige, amplia, & limita, vt idid.n.8 9.& 10.fol.183.& 184.

Emphyteuta Ecclesiæ, an possit à laicis collectari, latissimè disputatur.cap.99.cit.fol.184.

Emphyteuta fisci, pro re emphyteutica est exemptus ab oneribus fiscalibus, & publicis d.c.99.n 5. & quare.ibid.n.18.fol.186.

Emphyteuta Ecclesiæ potest collectari à Principe Ecclesiastico, ibid.n.8 fol.185.sed contrà, ibid.n. 20.

Emphyteutica res potest sine assensu Domini hypothecari.c.101.n.1.etiam Ecclesiastica. ibid. n.2. & comprehenditur sub generali obligatione bonorum. ibid.n.3.& 4.fol.188.

Emphyteusi ad Dominum deuoluta, resoluuntur omnes hypothecę super ea contractę.ibid. n.5.& etiam omnes seruitutes .ibid.n.7 & 8.sed intellige, & limita, vt.ibid.n.9.13.& 14.d.fol.188.

Emphyteutica res potest ex decreto Iudicis sine assensu Domini alienari, adiudicariq; creditori emphyteutę.c.121.n.4.fol 249.

Emphyteuta alienās inscio domino, saluo tamē eius assensu, incidit in commissum. cap.129.n.10.fol. 275.

Emphyteutica re diuisa inter plures hęredes potest ab altero eorum peti canon.cap.163 n.6.fol.334

Emphyteusi finita cuius sint meliorationes, vid. verb.meliorotiones.

Emulatio non præsumitur, cap.16.n.14. & qualis esse debeat, vt faciat corruere actum.ibid.n.15. fol. 36.

Episcopus tenetur pro culpis Vicarij. cap.3.n.4. fol 7.

Episcopus non est in mora si non expediat causas suorum subditorum intrà biennium, nisi interpellctur, cap.17.n.20.fol. 38.

Episcopus, qui de facto Clericum ad exulandū cōdēnauit, potest eundem de facto ab exilio reuocare. cap.33.n.8 fol 67.

Episcopi de communi Consuetudine habent fiscum. cap.35.n.11.fol.71.

Episcopi quid quid acquirunt ex causa pœnarum, & mulctarum, non debent necessario in pios vsus conuertere ibid.n.12. sed quomodò seruetur in Curia Archiepiscopali Neapolis. ibid.n.13.

Episcopi an possint cum bigamis dispensare, & quādò.cap.38.n.14 fol.73.

Episcopus an possit cum Clerico coniugato dispensare, ad beneficium obtinendum.cap.58.n.10.& 11.fol.110.

Episcopus vnius diæcesis potest præscribere exactionem decimarum prò fructibus, nascentibus in aliena diæcesi, & quandò.cap 81.n 7.fol.155.

Episcopus vendens, vel concedēs fundum pro ędificanda Ecclesia, censetur etiam consensum præstitisse super templi erectione. cap 122.n.15 fol. 252.

Episcopus potest familiarem suum triennalem, licet non subditum ordinare si ei conferat beneficium. cap.104.n.1.sed quando hoc procedat. vel non, & quomodo intelligatur, ibid.à n.2.ad fin.fol. 192.

Episcopus potest quemlibet absoluere ab occulta irregularitate.cap.105.n.1.eandemque facultatē potest alteri delegare, ibid.n.2. Hinc Episcopus taliter irregularis delegando potestatem suam alicui confessario, potest ab eo absolui, ibid.n.3. fol.193.

Episcopus non potest dispensare super irregularitate, quamuis occulta, proueniente ex homicidio voluntario, eod.cap.95.n.6.potest tamen dispēsare super irregularitate proueniente ex voluntaria membri mutilatione, ibid.n 7 Item super irregularitate proueniente ex homicidio commisso ex errore in personam vnius, cum debuisset committi in personam alterius, ibid.n.8. & 9. Item tandem super irregularitate contracta ex homicidio in aliquem commisso, quem quis verberari tantum mandauit, ibid.n.10.fol.194.

Episcopus non potest dispensare super irregularitate deducta ad forum contentiosum. ibid.n.13. Ideo iste talis non potest ad ordines promoueri sine dispensatione Pontificis, ibid.n.15.& quid si postquam delictum fuerit deductum ad forū contentiosum, reus absoluatur, ibid n.16. Quidvè etiam si fuerit punitus pro delicto, an post punitionem, possit pro irregularitate absolui, affirma-

matiuè.ibid.n.17. Negatiaè.n.18. Sed Author tenet primam sententiam ibid.n.19.d fol.194.

Episcopus super quibus votis possit, vel non dispensare.cap 106. fol.195.

Episcopus non potest reuocare Clericos habitantes extra Diœcesim. cap.107.n.1. Limita in Clericis habentibus curam animarum.ibid.n.2.& de ratione n.3.cit.fol 195.

Episcopus non potest ad sui commodum authorari. cap.144.n.10 fol.310.

Episcopus cum illegitimis solum ad minores ordines dispensat.cap.168. n.4 fol.342.

Episcopus dispensat cum illegitimo ad simplicia beneficia tantum.ibid.n.5.non verò ad beneficia curata,& dignitates.ibid.n 6.

Episcopi in casibus non exceptis à Gregor. Constit. non possunt delinquentes ab Ecclesijs extrahere, & si alitèr fecerint,irritum est,aliasq; pœnas incurrunt.cap.175. n.1.fol.355.

Episcopi factum, quando expiret per eius mortem, remissiuè.cap.181.n.1.fol.364.

Episcopalia iura alternis vicibus exerceri debent à duobus ordinarijs, si aliqua Ecclesia sita reperiatur in confinio duarum Diœcesium. cap.215. n.7.fol.405.

Episcopi, & Prælati efficiuntur Ciues in suis Diœcesibus cap.220.n.7.& vti tales fruuntur omnibus priuilegijs Ciuium.ibid.n.8.fol 410.

Episcopus approbans præsentatum per Donatariū Iurispatronatus, censetur super donatione consentire cap.223. n.7 fol.413.

Episcopus tenetur consentire super fundatione Iurispatronatus, & licitis conditionibus. cap.224. n.2 fol.413.

Episcopus digniorem eligere debet,ex pluribus, ad idem Iuspatronatus præsentatis. cap.229. n.14. fol. 419.

Æqualitas est in Iudicijs seruanda.cap.55. n.5 fol. 107.

Equū super quo Clericus sedebat per habenas trahens,verberās,vulnerās,occidens,vel eius ephippi cingulum frangens, excommunicationem incurrit.cap.111.n.30.fol.224.

Error est manifestus, cum probatur rem alitèr se habere. cap 78.n.6.

Error in facto proprio quando præsumatur. ibidem num.7.

Eremitæ sunt de foro Ecclesiæ.cap.117.n.24. Contrarium ibid. n. 25.& 27. Quinè Eremitæ sint verè de foro Ecclesiæ. ibid.n.26.fol.238.

Ætatis certa mentio si fieret, intelligitur de ætate vera,non ficta. cap.226.n.11. fol. 417.

Euictione sequuta de re insolutum data creditori, an in eius fauorem reuiuiscat primæua actio. cap.42.n.4.fol.82.Refertur opinio negatiua.ibidem n 5. Refertur opinio affirmatiua, ibid.n.9. Et hanc author amplectitur,ibid.n.19.fol.83.& respondetur argumentis contrarijs,ibid.n.20.& 23.ac non confutatur Surd.ibid.n.22.& opinio Bart. n.25.fol.84.

Euicta vna ex pluribus rebus venditis,non rescinditur totus contractus, sed pro ea tantum re debetur euictio.cap.108.n.1. Secus euicta vna re, ex pluribus insolutum datis,ibid.n.2.& quæ sit ratio disparitatis,latè n.3 fol.202.& 203.

Euicta quarta parte fundi venditi pro mille, si illa quarta pars valeat quingentum, agitur ad euictionem pro medietate. ibid.n.4.

Euictione sequuta tenetur venditor in id quod interearat eam non fuisse sequutam ibid.num.5.& quid hoc importet, ibid.n.6.& 7.

Euictione sequuta,an teneatur venditor ad pretiū, quod valebat res tempore venditionis, an tempore euictionis.eod.cap 108. n.8.& 9. vbi referuntur duæ contrariæ sententiæ, sed Author distinguit,latissimè ibid. nu.10.11.12.& 13.d.fol. 203.

Euictione sequuta tenetur venditor reficere emptori omnia damna,& interesse,ibid.n.14. Item ad expensas in lite erogatas, ibid.n.15. Dummodò emptor eam venditori denunciauerit,ibid.n.16. Et si euictio non sit sequuta,an habita victoria, teneatur venditor ad expensas,quæstio ardua est. ibid.n.17. Præualet tamen opinio negatiua,ibid. n.18.d fol.203 Et eius argumenta referuntur, n. 19 fol 204. Affirmatiua autem opinio est verior in duobus tantum casibus,ibid.n.20.& 21.

Euictio non potest intentari prius quam sequatur. eod.cap.108. n.46. Indè ad effectum prædictum requiritur,quod sit lata sententia, & exequutioni demādata.ibid.n.47. Et reijcitur opinio contraria,ibid. n.48. Sed limita in tribus casibus, ibid. n.49 50 & 51.fol.206.

Euictione in limine contractus imminente impeditur solutio pretij rei venditæ.ibid.n.52 Et si imminet pro parte,pro ea impeditur solutio ibid.n. 53. Imò retardatur etiam instrumenti liquidatio. ibid.n.55.d fol.206. Et quando dicatur imminere euictio,ibid.n.54. Et in quibus casibus euictione imminente,non retardetur pretij solutio,maximè si lis esset affectata, vel si venditor offerret fideiussores, & esset diues, latissimè ibid.n.57. 59. 60.61.62.63.64.65.66. & 67.fol.207. & 208.

Euictio vbicumq; est promissa debetur,eod.cap.108 n.87.fol. 209.

Euictio non debetur si res fuit vendita talis qualis,cum declaratione,ibid.n.115.fol.212.neque competit si res fuit euicta per sententiam arbitri, ibid.n.116. Sed limita in quamplaribus casibus relatis. ibid. n.117.118.119.121.122. & 123.

Euictionis promissio de iure,& de facto, an aliquid operetur.d.n.123 fol.213.

Euictio sequuta culpa emptoris, non debetur, ibid. n.125 puta quia emptor contumax non se defendit. ibid. n. 126. etiamsi litem venditori denunciasset.ibid.n.127.

Euictio sequuta facto Principis, vel alterius absolutæ potestatis,non debetur. eod. cap.108. n.128. Amplia etiam si venditor se obligasset ad casus fortuitos,ibid.n.133.vel si specificè cum iuramento fuisset promissa euictio procedens ex facto Principis.ibi.n.136.cum alijs ampliationibus,& declarationibus.ibidem positis,num.132.& 137. fol.

fol. 213. & 214.

Euictio proueniens ex natura contractus non debetur. ibid 151. Nec minus pretium, ibid. num. 152. Nisi fuisset conuentum contrarium, n. 153. fol. 215.

Euictio non debetur si emptori auferatur res iure congrui. ibid. n. 154. Amplia vt n. 155.

Euictionem promittens ex facto suo tantum, tenetur etiam pro euictione proueniente ex facto Authoris sui. eod. cap. 108. n. 166. fol. 216.

Euictionem promittens à se, & ab habentibus causam à se, tenetur ad restitutionem pretij, re quomodolibet euicta, ibid. n. 167. & quid operetur illa restricta promissio euictionis. ibid. n. 168.

Euictio an debeatur pro re quam quis emit sciens esse litigiosam, remissiuè. cap. 256. n. 15. fol 453.

Exceptiones omnes reo principali competentes, competunt etiam eius fideiussori. cap. 133 n 31. Sed intellige de exceptionibus realibus. ibid. n. 32. fol. 287. & quæ sint istæ reales, & personales exceptiones, & an eis possit reus principalis renunciare. ibid. n. 33. 34. 35. & 36. fol. 288.

Exceptio resultans ex ventre contractus, impedit liquidationem instrumenti. cap. 140. n. 13. & 15. fol. 298.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. cap. 170. n. 30. fol. 348.

Exceptio quæ obstat cedenti, non obstat cessionario. cap. 190. n. 24. fol. 378. Sed vid. ibid. n. 26.

Exceptiones dilatoriæ superuenientes post litē contestatam, vel ignoranter omissæ, possunt opponi. cap. 191. n. 10. fol. 380.

Exclusus à successione per statutum, intelligitur ab intestato tantum. cap. 142 n. 7. fol. 305.

Exclusus à successione repellitur etiam à legitima, ibid. n. 13.

Exclusus à toto, censetur etiam à parte exclusus. ibid. n. 15.

Excommunicatus ostendens signa contritionis ecclesiasticæ sepulturæ tradendus est. cap. 110. n. 22. & quando, & quibus verbis dicatur ostendisse signa contritionis. ibid. n. 23. fol. 220.

Excommunicationem, qui incurrant ex duello, & quando. vid. verb. Duellum, & verb. Duellātes.

Excommunicationem qui incurrant ex percussione Clerici, & quando non. vid. verb. Percutiens Clericum, & verb. Tex. in Can. Si quis suadente, &c.

Excommunicatio non fertur per actum tentatum. cap. 111. n. 43. fol. 225.

Excommunicationis sententia trahit secum exequutionem. cap. 113. n. 2. quæ exequutio valet, etiāsi fiat intrà decem dies datis ad appellandum. ibid. n. 3. fol. 226.

Excommunicatus qui appellauit, est nihilominùs vitandus, ibid. n. 4.

Excommunicatus conditionalitèr, conditione pendente non est excommunicatus, ibid. num. 9. d. fol. 226.

Excommunicatio lata post appellationem, est nulla. ibid. n. 10. fol. 227.

Excommunicatio nulla non est timenda, nec in foro interiori, nec exteriori. cap. 114. nu. 2. fol. 227. Sed intellige hanc sententiam, vt ibid. n. 3. 4. et 5. fol. 228.

Excommunicatus ob aliquam causam, de qua ex actis constet, non est ligatus in foro interiori, si in veritate sit innocens, ibid. n. 6. & reijcitur opinio contraria. ibid. n. 7. In foro tamen exteriori, tenetur excommunicationi parere. eod. n. 7. & latiùs n. 8. & quid si aliquibus sit nota eius innocentia, an coram illis possit celebrare. ibid. n. 9. quidue si celebret in partibus longinquis, in quibus ignoratur eius excommunicatio. ibidem n 10. d. fol. 228.

Excommunicatus ex intolerabili errore. nō tenetur excommunicationi parere, nec in foro fori, nec in foro poli. eod cap. 114. n. 11. Sed intellige hāc opinionem, vt ibid. n. 12. fol. 229.

Excommunicatus iniustè, non tenetur parere excōmunicationi in foro animæ, secus in foro exteriori. ibid. n. 13.

Excommunicatio quod sit timenda, siue iusta, siue iniusta, quomodo intelligatur. ibid. n. 14.

Exemptus ille verè dicitur, qui tam quoad bona, quàm quoad personam est exemptus. cap. 47. nu. 14. & 15. fol. 99.

Exemptio à solutione decimarum alicui concessa, non transit in eius colonum partitarium. cap. 169 n. 5. fol. 344.

Exequutio sententiæ ritè latæ, potest fieri tempore feriato pro necessitatibus hominum. cap. 118. nu. 5. Non autem tempore festiuo in honorem Dei. ibid. n. 6. & reijcitur contraria opinio. nu. 7. fol. 240.

Exigibilitatem nominis debitoris cessi, quando dicatur aliquem promisisse. cap. 42. n. 27. fol. 84.

Eximens carceratum de manu familiæ, qua pœna puniri debeat, referuntur plures casus. cap. 115. n. 1. 2. & 3. Sed Author quid concludat. ibid. n. 4. fol. 230.

Eximens carceratum ordine Iudicis incompetentis non est in pœna, ibid. n. 6. Item si carceratus verberibus, & contumelijs à curia famulis afficiatur. ibid. n. 8. fol. 231. Item si mandatum de capiendo non exhibeatur. ibid. n. 9. Sed contrà, nu. 10. Sed vid. nu. 15. & 28. d fol 231. & 233. Item si quis iniustè carceretur. ibid. n. 12. Sed cōtrà, n. 13. 111. fol. 231. Item si birruarij recusent ostendere se esse tales. ibid. n. 18 fol. 232.

Eximens de manu familiæ carceratum ob debitum ciuile, tenetur ad solutionem debiti, vnà cum damnis, & expensis, cit. cap. 115. n. 21 fol. 232. et si fuerunt plures eximentes, omnes tenentur insolidum. ibid n. 22. cum alijs ampliationibus, ibid. n. 23. & 24.

Eximens de manu familiæ carceratum ob debitum ciuile, potest arbitrariè puniri vsq; ad pœnā mortis. eod. cap. 115. n. 27. fol. 233. Et in quibus casibus eximens carceratum de manu familiæ, nec ciuilitèr ad debitum, nec criminalitèr puniri possit. ibid. n. 28. 29. & 31.

Eximens se de manu familiæ, cum ad carceres duceretur, gaudet immunitate Ecclesiæ. cap. 177. num. 3.

n.3. fol.359. etiamsi captus satellites ad Ecclesiam secum ducat. ibid. n. 4. & etiam quod satellitibus violentiam inferat, eos vulnerando intus Ecclesiam cum magna sanguinis effusione, ibid. n. 5. Non tamen gaudet si carceratus per Ecclesiam transeat. ibid. n.6.

Existent intus Ecclesiam, non dicitur esse in territorio Principis, in quo sita est. cap.44.n.10.fol.88.

Expensæ semper sunt detrahendæ à fructibus, si illorum restitutio esset facienda. cap.152. n.6. fol. 321.

Expensæ à patre erogata in festiuitate nuptiarum filij, non debent conferri. cap.251.n.13. fol.445. Neq; expensa facta pro filio studenti. ibid. n.14. excepto tantum, si contrarium pater voluisset, etiam præsumptiuè. ibid. n.16.

Extensio nulla dicitur fieri, cum sit regressus ad id, quod venit per viam comprehensiuam. cap.28. n.9. fol.60.

Extimatio bonorum dotalium, transfundit stipulationem in contractum emptionis, & venditionis. cap 91.n.5. & quomodo hoc fiat. ibid.nu.6 fol. 170. Sed limita in octo casibus, in quibus extimatio non operatur contractum emptionis, & venditionis, vt ibid. n 11. 12.13.14.15.16.17. & 18.fol.170.& fol.171.

Extractus ab Ecclesia violenter ab inimico suo, debet in ea reponi, licet fuisset à Curia captus extra Ecclesiam. cap.175.n.9. fol.357.

Extrahi ab Ecclesia an possit puella, quæ cum de ordine Proregis ad tutum locum duceretur, ad Ecclesiam aufugit. cap.177.n.11 fol.360. negatiuè n.12 Author affirmat, & quarè. ibid. n.13. cum declaratione. n.14.

Extractus ab Ecclesia blandis verbis, vel fallacijs. debet in ea reponi. cap.178. n.1. fol.360.

Extrahens animalia extra Regnum, contra formã Regiorũ ordinum, pro pœna gaudet generali indulto. cap 183. n.3. fol.366. Idem de extrahentibus victualia. ibid. n.7. dummodò pro pena non reperiatur cautum fisco. n.4.5.& 6. Sed vid. ibid. n.8.& 11. fol.367.

Extraiudicialis confessio facit inditium ad torturã. cap.61.n.6. Imò plenè probat, si concurrant alia adminicula. ibid. n.7. Nihil tamen probat, si fuerit per errorem emanata. ibid. n.8. fol.114.

Exulatus à Patria, vel à loco, in quo adest Princeps, vel pars offensa, non dicitur fregisse exilium, si reperiatur intus Ecclesiam sitam in loco prohibito. cap.44 nu.14 fol.89.& cap.116. nu.1. fol. 234.

Exulatus ab aliquo loco, non frangit exilium, si iter faciens transeat per locum prohibitum. eod. cap. 116. n.2. etiam quod ibi aliquam moram faciat, vt comederet, biberet, vel quiesceret. ibid. nu.4. Item demum si exulatus mitteretur à Domino suo pro Ambasciatore ad Dominum loci prohibiti. ibid. n.7. fol. 234.

F

FActi qualitatem allegans illam tenetur probare, siue sit actor, siue reus. c.83. n.4.& 5. fol.158.

Factum Principis connumeratur inter casus fortuitos, & insolitos. cap.108. n.130 fol.213.

Factum Iudicis dicitur factum partis, ideò si factũ partis non valet, neq; tenet factum Iudicis. cap. 121. n.10. fol.250.

Facultas Confessario concessa per Episcopum, ad absoluendum aliquem existentem in peccato reseruato, vel in voto, non espirat per mortem Episcopi. cap.181. n.2.& 3. fol. 364. Idem est in potestate concessa per Pontificem ad absoluendum excommunicatum, tum reincidentia. ibid. n.4.

Facultatem habens, conueniendi reum vbiq, locorum, non potest extra locum sua Iurisdictionis illum vrgere cap.208. n.4 fol.400.

Facultati reuocandi feudi alienationem sine assensu factam, præscribitur 30. annis. cap.234. n.1. fol.424.

Falsitatis suspicio resultat ex inuerisimilitudine. cap.186. n.28. fol.374.

Familiares Abbatum exemptorum, an gaudeant priuilegio fori, remissiuè. cap.1 n.26. fol.4.

Familiæ appellatione, an veniãt fœminæ. vid. verb. Fœminæ.

Familiaris vt quis dicatur, ad effectum vt ei possit Episcopus ordines cum beneficio conferre, quid requiratur, quiduè debeat concurrere. vid. verb. Episcopus.

Familiares Episcoporum, & Archiepiscoporum, eorumq; Curiales Ministri, gaudent priuilegio fori, sed quando, & quomodò hoc procedat, quidnè concurrere debeat, quidué etiam de Consuetudine in hac Neap. Ciuitate seruetur latissimè cap.117 à n.1 vsq; ad 19. fol.235.236 & 237.

Familiæ appellatione, an veniat familia effectiua tantum, an e iam contentiua, vid. infr. verb. Fideicommissum.

Famulus pro tempore infirmitatis, debetur salariũ. cap.40. n.17. S d int llige, vt n.18. fol 78.

Fœmina veniunt appellatione filiorum. cap.15. n.9. Sed limita vbi e g t statutum exclusiuum fœminarum, extantibus masculis. ibidem num. 10. fol 34.

Fœminæ non comprehenduntur in donatione matrimonij contem platione facta filio, & filijs nascituris, extante statuto exclusiuo fœminarũ propter masculos, ibid. n. 11. Neq; continentur in substitutione facta de filijs. ibid. n. 12. Neq, veniunt appellatione familiæ, extantibus masculis. ibid. n.13 fol. 34.

Fœminæ non continentur appellatione familiæ, cap. 132. n.20. fol. 283.

Fœminæ descendentes per lineam rectam ab eo, qui fideicommissum ordinanit ad fauorem familiæ, extincta linea masculina pariter ab eo descendẽte, excludũt masculos de famila contentiua, & quare. ibid. n 22.

Fœmina, quæ per masculos excluditur, non prohibetur ex testamento capere. cap. 142. n.8 fol.305.

Fœminæ exclusæ ob existentiam masculorum, semper remanent exclusæ, licèt masculi indè decedant. cap.239. n 4. fol.429.

Fœmina exclusa per statutum à successione parentum,

tum, facit partem in computatione legitima ad fauorem masculorum. cap. 252. n. 19. fol. 449.
Fœmina. vid. verb. Sorores.
Feriarum tempore, omnes actus iudiciarij qui expediuntur sunt nulli. cap. 118. n. 1 fol. 239.
Feria vindemiarum, & messium, non prosunt ijs, qui vindemijs, & messibus non sunt occupati. ibid. n. 22. Sed Author defendit contrarium. ibid. n. 23. fol. 241.
Ferijs vindemiarum possunt partes renunciare, nō autem ferijs inductis in honorem Dei. ibid. n. 25. hac autem renunciatio non præiudicat Iudici, & testibus. ibid. n. 26 fol. 242.
Feriarum tempore potest procedi ab arbitratore ad laudum. eod. cap. 118. n. 27 d fol 242 Item contra latronem insignem. ibid. n. 28. & de ratione, n. 29. Item in causis criminalibus. n. 30. signanter in causis hæresum. n. 31. Item potest capi debitor suspectus de fuga. ibid. n 32 & de ratione, n. 33. Item potest tractari causa fructuū, qui sunt breui tempore perituri. ibid. n. 34. Item causa fiscalis, & publica. ibid. n. 35 Item causa salis [illegible] ibid n 36. Item causa Mag[illegible] ibid. n. 37 Item S[illegible] Offi[illegible] ibid. n. 38. Itē causa expulsionis P[illegible] malleantis propè domū, ibid. n. 39. fol. 243. & postremo causa pia, dotis, dationis Tutorum, & Curatorum causa pupillorum, & miserabilium personarum, causa salarij famuli pauperis, & causa alimento um. ibidem num. 40.
Feudatarius filijs carens, ac de illis desperans, contrahit solùm feudo, vel illud Domino repudiāt censetur id agere modium proximi eis agnati. cap. 24. n 7 fol. 52.
Feudum quaternatum secundum quid, quod non dicatur. cap. 26 n. 3. fol 56.
Feuda alienare, vel hypothecare, equaliter prohibitum est sine assensu. cap 28. n 2 fol. 60.
Feudatarius an possit post ipsius mortem disponere de fructibus feudi. Affirmatiuè cap. 119 n. 1. fol. 243 Negatiuè ibid n. 5 & quare n. 6 fol. 224. Author verò distinguit inter feudum ex pacto, feudum hæreditarium, & feudum mixtum, & alios quamplures casus ponderat. ibid. n. 10. 12. & 13 & n. 14 17 18 19 & 20 fol. 245.
Feudum est species servitutis. eod. cap. 119. sub nu. 6 fol. 244.
Feudum ex pacto, & prouidentia spectat successori ex propria persona, vti quid distinctum ab hæreditate. ibid. n. 15. d fol. 245.
Feudatarium non posse de fructibus feudi disponere, nisi tantum ad vitam, quomodo intelligatur. ibid. n. 16.
Feudatarius statim ac religionem ingreditur, amittit feudum, non expectata professione. cap. 120. n. 1. fol. 248. Sed contrà, ibid. n. 11. & 12. fol. 247. Sed pro concordia, ibid. n. 16. fol. 146.
Feudum amissum propter ingressum Religionis, acquiritur Domino, exclusis feudatarij agnatis, ibidem n. 2. Sed contrà n. 3 fol. 246.
Feudatarius si efficiatur Clericus, statim amittit feudum, eod. cap. 120. n. 7, Sed contrà, ibid. n. 14. d. fol. 247. Pro concordia. vid. ibid. n. 16. fol. 248.
Feuda quibus de causis non possint à Clericis, & Religiosis retineri. ibid. n. 8 9. & 10.
Feudi si successio deferatur alicui Clerico in minoribus constituto, vel Monacho antè emissam professionem, præfigitur illi terminus, ad deliberandum, vtrum velit habitum dimittere, & stā in feudo succedere. ibid. n. 18. d fol. 248.
Feudi venditio iussu Iudicis facta, vrgentibus creditoribus feudatarij, valet sine assensu, nec potest reuocari ex Const. Regni, Constit. Diuæ mem. cap. 121. n. 5. & 6. fol. 249. Sed Author disputandi gratia probat contrariam opinionem, eamque defendit ab aduersantibus rationibus. ibid. à nu. 15. vsq; ad fin. d. fol. 249. & 250.
Feudum si concedatur personæ inhabili ad habendos filios, censetur ei concessum cum qualitate transitoria ad hæredes extraneos. cap. 122. n. 12. fol. 252.
Feudum si concedatur personæ inhabili ad seruiendum, censetur ei concessum cum qualitate, vt possit deseruire per substitutum. ibid. n. 13.
Feudi alienatio, an possit reuocari, vigore Constit. Regni, Cōstit. Diuæ mem. post memorialis porrectionem pro assensu. cap. 124. n. 1. Negatiuè ibid n. 3 Affirmatiuè n. 5. Sed Author distinguit. ibid. n. 7. fol. 256 Et an possit reuocari post assensum concessum, per verbum, Fiat in forma, antè tamen illius registrationem, & redactionem in forma Regia Cancellaria, Affirmatiuè ibid. n. 8. & 10 fol. 257. Sed negatiua opinio est verior. ibid. n. 11.
Feudi alienatio si reuocetur vigore cit. Constitut. Emptor feudum cū fructibus restituere tenetur, Vendi or autem pretium cum interesse. cap 125. n 1. fol 257. & an isto casu emptor teneatur restituere donatiua sibi facta à vassallis. vid. verb. Donatiua.
Feudi successio inter collaterales de iure communi feudorum extendebatur vsq; ad septimum gradum. cap 126. nu. 1. & 2. vbi reprobatur opinio eorum, qui dicunt, quod eodem iure attento, protrahebatur in infinitum, & quando hæc opinio sit vera, ibid. n. 3. fol. 260. Sed de iure Regni, successio feudorum in linea collaterali est restricta ad tertium gradum. ibid. num. 4. verum hodie ex gratia est ampliata vsq; ad quartum gradum. ibid. n. 21. fol. 262.
Feudatarius habens patruum, vel fratres patrueles, potest eos in feudo instituere, exclusa sorore, vel nepte ex filia, eod. cap. 126. n. 17. fol. 261.
Feudi alienatio sine assensu facta, quando possit reuocari, vigore Const. Regni, vid. verb. Constit. Regn. Constit. Diuæ mem.
Feudum reuertitur ad Dominum propter graue feudatarij delictum, exclusis filijs. cap 127 n. 13 Sed hoc non procedit in feudo ex pacto. ibid. nu. 14. & 15 fol. 270.
Feudum emens sine assensu, de iure communi amittit rem, & pretium. cap. 129. n. 1. Idem in emente partem feudi. ibid. n. 2 fol. 274.
Feudi diuisio est prohibita, etiam cum assensu Pro-

regis.cap.129.n.12.& 13.fol.275.

Feudi pars diuisa à suo integrali, nullo tempore praescribitur. cap.129.n.14.fol.276.

Feudum ex pacto, & prouidentia nouum vendicat sibi omnes qualitates feudi hereditarij, cap.162. n.10 fol.333.

Feudo adiacentia, transeunt in emptorem illius. cap.221.n.2.fol.411.

Feudum dicitur ius vniuersale. ibid. n.3.

Feudi fructibus auctis, non debet augeri adoa, & relevium.cap.227.n.4.fol.417. Nec diminui illis diminutis. ibid. n.5. fol.418. Sed limita, vt num.6.

Feudi Dominus, an in illius locatione, ordine S.C. facienda, sit praeferendus.cap.233.n.2.fol.423.& quid in agnatis feudatarij. ibid. n.4.

Feudum si concedatur, cum hoc vt concessionarius certas nuptias contrahat, eo recusante conditioni parere, feudo priuatur.cap.244.n.9.fol.435.

Feudi refutatio, vid. verb. Refutatio.

Fideicommissum non inducitur ex simplici alienandi prohibitione.cap.131.n.1.fol 477. Etiã q. ad testator apposuisset poenam priuationis in casu alienationis, ibid.nu.2.fol.278. Secùs si in eodem casu, iussisset alium admitti, ibid n.3. Quid autem si testator prohibuit bonorũ alienationem extrà familiam. ibid.n.4. Et quid si simpliciter alienationem prohibuit, volens quod bona in familia conseruentur.ibid.n.5.& 6 Et quid si alienationis prohibitio esset geminata. ibid. n.7. Item quid si prohibuisset alienationem extrà familiam, volẽs quod bona in ea conseruentur.ibid.n.8.Vel si dixisset, quod bona perueniant ad filios masculos de casata, legitimos, & naturales, de primogenito in primogenitum.ibidem n.9. d.fol.278. Quid si res alienari prohibita, esset conspicua, & maiorum testatoris.ibid. n.10. fol. 279. Item quid si post prohibitionem alienationis, testator praecepisset haeredi, vt nomen, cognomenq; suum, & insignia assumeret.ibid.num.11. Quidue demum si post alienãdi prohibitionem, dixisset testator, quia volo, quod bona de domo non exeant, sed quod in familia perpetuò conseruentur. ibid.n.12.d.fol. 279.

Fideicommissum simpliciter fauore familiae ordinatum, eos tantum comprehendit qui sunt de familia testatoris effectiua.cap.132. n.1. Sed haec opinio reijcitur. ibid.num.2.3 & 4.& concluditur comprehendi omnes tam de familia effectiua, quàm contentiua.ibid.n.5.cum ampliatione, n.6. Seruari tamen debet ordo succedendi, & qualis sit iste ordo.ibid.nu.7.fol.281. Et quid si pluribus de familia concurrentibus, proximioritatis notitia in persona alicuius nequeat haberi. ibid. n.8. fol.282.

Fideicommissum ordinatum fauore familiae, est fauorabile.ibid.d.n.14.cit fol.281.

Fideicommissum ordinatum inter illos de familia testatoris, comprehendit illos tantum, qui sunt de familia effectiua, exclusa familia contentiua.eod. cap.132.nu.10.Sed contrà ibid.nu.11. Et haec secunda opinio est verior, & defenditur, ibid.num. 12.& 13. dicto fol. 282.

Fideicommissum ordinatum ad fauorem proximiorum de familia in infinitum, comprehendit tantum familiam effectiuam, & quarè. ibid.n.15.

Fideicommissum ordinatum inter descendentes de familia, solam effectiuam familiam comprehendit, cum ampliatione. ibid n.18. Sed limita si testator fideicommittens descendentes non haberet, ibid.n.19.fol. 283.

Fideiussor euictionis, potest iure congrui, reuocare alienationem rei, nec obstat ei regula, quem de euictione tenet actio, &c. cap.108.n.161. Sed Author tenet contrarium. ibid.n.162. fol.216.

Fideiubens pro alio, videtur contractum approbare.cap.122.n.10.fol.252.

Fideiussor soluens pro debitore, ac cui cessae fuerunt actiones, an possit executiuè agere contrà principalem, quemadmodum poterat cedens. cap.43. n.18 fol.85. Resoluitur negatiuè. ibid. num.27. fol.87.

Fideiussor de repraesentando post certum tempus, debet interpellari, vt in mora constituatur. cap. 133.n.1.Sed contraria opinio est verior. ibidem n.4.fol.284.

Fideiussor de repraesentando, intrà certum tempus, potest moram purgare, reum praesentando etiam lapso termino. ibid.n.5.& euitat poenam, ibid.n. 6. fol.285. Sed intrà quantum tempus possit moram purgare, distinguitur ibid. n.7.& 8.

Fideiussor de repraesentando, non liberatur si reus committat nouum delictum.ibid.n 9. Liberatur tamen si pro alio nouo delicto bannitur. ibid.n. 10. Sed Author distinguit, ibidem n.11.& 13.d. fol.285. Et quid si offeratur saluus conductus pro nouo delicto, pro quo fuit banditus, ibid. num.14. fol.286.

Fideiussar de repraesentando, quando liberetur per mortem rei. ibid. n 12. Et an liberetur si efficiatur Clericus ibid n.15.

Fideiussar eius, qui tenet mandatum per Palatium, liberatur si Iudex concedat ei licentiam discedendi aliquando. eod.cap.133, nu. 16. Et quid si habenti domum loco carceris, Iudex concedat licentiam audiendi missam in Ecclesia propinquiori. ibid. n.18.

Fideiussor liberatur cum alteratur actus fideiussionis. ibid n.17.

Fideiussor liberatur cum prorogatur terminus debitori.ibid.n.19. Contrarium, ibid.n.20.Sed cõcordantur opiniones.ibid.n.20.& 22.d.fol 286.

Fideiussar mutuatarij, qui pecuniam intrà annum restituere promisit, liberatur si creditor proroget terminum, & transfundat contractum mutui, in contractum venditionis annuorum introituum, eod.cap.133.n.23 fol.287.

Fideiussor liberatur, si creditor sua negligentia non exegit, ibid.n.24. Sed limita, & intellige, vt ibidem n.25.& 26.

Fideiussor vnus totum debitum soluens, habita cessione iurium, potest contrà confideiussores agere pro eorum rata. ibid.n.27. Sed vid.n.28.

Fideiussor tenetur appellare à sententia contra se lata.

lata, & quando non. ibid. num 29.

Fideiussor proprio nomine potest appellare à sententia lata contrà principalem. ibid.num.30.d. fol. 287.

Fideiussori competunt omnes exceptiones, quæ competunt principali. vid. verb. Exceptiones omnes.

Fideiussor de repræsentando, liberatur si reus repræsentandus, culpa Iudicis qui eum terruit sit effectus irrepræsentabilis. cap 134. n. 1. Item si reus sit effectus irrepræsentabilis, utputà quia Iudex eum citauit. ibid. n. 2 fol. 289.

Fideiussor debitoris, liberatur si facto creditoris debitor sit effectus fugitiuus. ibid. n. 3.

Fideiussor de repræsentando liberatur, si reus culpa Curiæ, quæ eum terruit, in Ecclesiam se contulit. ibid. n. 4.

Fideiussores liberantur ex nouatione contractus. cap. 135. n. 1. Sed limita si fieret cautelarum, & fideiussorum reseruatio. ibid. n. 5. fol. 289.

Fideiussores primi non liberantur datione secundorum. ibid. n 3. Sed intellige, ut ibid. n. 4.

Fideiussor officialis temporalis, non tenetur si expleto tempore officij, is confirmetur. cap. 136. n. 1. Sed vid. ibid n. 2. & 3 fol. 290.

Fideiussor conductoris ad certum tempus, finita conductione, non tenetur pro tempore tacitæ reconductionis. ibid. n. 4.

Fideiussores Castellani dati ad mensem unum, si Castellanus confirmetur, non tenetur pro tempore confirmationis. ibid. n 8.

Fideiussores compromissi dati ad certum tempus, nõ tenentur, expirato termino compromissi, licèt postea prorogetur. ibid. n. 9.

Fideiussor de Iudicatum soluendo datus coram Iudice delegato, liberatur eo defuncto, etiam si causa alteri fuerit delegata. cap. 237. nn. 1. fol 291. Item præstitus in uno Tribunali, non tenetur si causa ad aliud Tribunal remittatur. ibid. nu. 2. cum ampliatione, n. 3. Item præstitus coram aliquo Iudice, expresso eius nomine, Iudice mutato non tenetur. ibid. n. 4.

Fideiussor de soluendo quidquid fuerit iudicatum per tertium bonum virum, non liberatur si causa terminetur per Iudicem, iuris ordine seruato. ibid. n. 5 fol. 292.

Fideiussor alicuius administratoris, qui semel rationes dedit, & non fuit repertus debitor, non tenetur ampliùs si computa reuideantur & declaretur debitor. ibid. n. 6. fol. ead. Item fideiussor officialis, qui in Sindicatu fuit absolutus, censetur etiam liberatus, quamuis posteà Sindicatus reuisio ordinetur. ibidem n. 7.

Fideiussor de soluendo Iudicatum reo absoluto in prima instantia, non tenetur in causa appellationis. ibid. n. 8. cum ampliat. n. 9.

Fideiussoria obligatio est strictissimi iuris, ibid. n. 10. fol. 293.

Fideiussor de soluendo Iudicatum, reo in prima instantia condemnato, non liberatur in secunda instantia, si reus appellet. ibid. num. 11. & reijcitur contraria opinio, n. 12. vid. tamen ibid. n. 13. & 14. fol. 293.

Fideiussor Banci, eo decocto, non tenetur pro illis creditoribus, qui post depositam in Banco pecuniam, ab eo nullis singulis, aliquid interusurij nomine receipiunt, & quare. cap. 139. nu. 1. & 5. fol. 294.

Fideiussores mercatorum facientium cambia, non tenẽtur pro alijs priuatis negotiationibus, quamuis descripta reperiantur in libro actis cambij, ibid. n. 6 fol. 295.

Fideiussores Castellani tenentur etiam pro augmento superueniente Castro. ibid. n. 7. Non tamẽ tenentur pro priuatis delictis, & robarijs Castellani. ibid. n. 8.

Fideiussores plures, habent inter se beneficium diuisionis, ex Epistola D. Adriani, cap. 140. n. 1. cũ ampliatione. ibid. n. 2 fol 296.

Fideiussores plures, quamuis se insolidum obligent, non tamen amittunt beneficium diuisionis, ibid. num. 9. fol. 297. Secùs si illi expressè renuncient. ibid. n. 10.

Fideiussor unus potest conuenire creditorem, ut omnes confideiussores pro rata conueniat, priùs quam non soluendo efficiantur, vel quod debitũ diuidat. ibid. n. 11. fol. 298.

Fideiussores plures pro eadem quantitate, diuersis temporibus obligati, non habent inter se beneficium diuisionis, neq; eisdem cedendarum exceptio competit. ibid. n. 24 Sed limita, ut n. 25 fol. 299.

Fideiussor de aliquem repræsentando nouis superuenientibus indicijs, potest quandocumque in ius ad præsentandum vocari, non obstante lapsu biennij. cap. 184. n. 5 vid. tamen n. 6. & 10. fol. 368.

Fideiussio de repræsentando reum, biennio expirat. ibid. n. 7. vid. tamen n. 11.

Fideiussorum species sunt plures. cap. 191. n. 4. fol. 380.

Fieri permissa intrà certum tempus, post illud censentur prohibita. cap. 122. n. 7. & 8. fol 254.

Filia volens secundò nubere, potest cogere Patrem ad ei dandam tantum dotem, quantam primo viro dedit, absq; diminutione. cap. 92. n. 12. Sed limita diminuta paterna substantia, ibid. n. 13. & quomodò intelligatur Boer. volens contrarium, ibid. n. 14. fol. 173.

Filia nupta habens filios, qualitèr possit de dotibus suis disponere, & an cessent Consuetudines ob existentiam patris, vel matris. cap. 70. num. 27. fol. 129.

Filia ob dotem exclusa à successione parentum, potest petere legitimæ supplementum, si ei quid minus legitima relinqueretur. cap. 142. nu. 13. fol. 305 Sed contraria opinio est verior. ibid. n. 19. vid. tamen n. 20. fol. 306.

Filij succedunt patri ut hæredes, in bonis ei ab eorum Auo donatis contemplatione matrimonij. cap. 89. n. 1. fol. 166. Sed ponderantur quamplures casus, in quibus succedunt ex propria persona. ibid. nu. 5 6. 7. 8 9. & 16. cit. fol. 166. & fol. 167.

Filij eius, qui læsæ Maiestatis crimen commisit quibus pluribus puniuntur pœnis. cap. 127. nu. 3. & an hoc sit verum, & quando, & an sit in usu. ibidem n. 4.

n.4. & 8. & an arceantur à successione feudorum.ibid.n.11.fol.269.

Filij post matris obitum succedunt in quantitate anteasati ab ea lucra : vti patris hæredes de iure Regni.cap.15.n.3.fol.33. Secus de iure communi,ibid.n.4.Vel si esset expressum contrarium in capitulis matrimonialibus. ibid. num.5.& 6. fol.34.

Filijfamilias non possunt compromittere sine consensu patris.cap.67.n.3 fol.121.

Filij pupilli successio,cui debeatur,si ad illam concurrat mater, Agnatus proximior pro medietate bonorum antiquorum, & substitutus pupillariter. cap.70. n.40.& 41. Pro matre quò ad medietatem,& pro substituto quòad aliam medietatem.ibid.n.47.fol.131.Sed contra,n.49.Author defendit priorem sententiam. ibid. n.54. Aliter sequeretur absurdum. n.55.fol.132.

Filij fœminarum,non veniunt appellatione familiæ, cap.132.n.21.fol.283.

Filij in conditione positi, non censentur dispositiuè vocati.cap.141.n.1. fol. 300. Limitatur coniecturis concurrentibus. ibid.n.2. Istæ tamen coniecturæ remittuntur arbitrio Iudicis. ibid.nu.3. fol.301.& sigillatim numerantur. n.4.5.6.7.8. 9.10.11.& 12.cit fol 301.& fol.302 Quando tamen ob coniecturas sunt dispositiuè vocati, id verum intelligitur quoad portionem patris tantum,non quò ad portionem patrui.ibid.n.14 fol. 303.& quandò secus.ibid.n 15. & 16.

Filij in vita Patris nullum ius habent super legitima. c..143.n.1.& confutatur Guid.Pap.volens contrarium, ibid.n.2.fol 305.

Filij Presbiterorum non possunt ordinari in Ecclesia, in qua eorum Patres Sacramenta ministrant, cap.168.n.10. sed limita, vt n.11.fol.343.

Filius forisudicati,natus,& conceptus post Patris forisudicationem, an sit successibilis Patri,& consanguineis.cap.127 n.1.& an faciat deficere conditionem, si sine filijs,&c.ibid.n.2.fol.268.

Filius potest accusare interfectores Patris,licet non sit eius hæres .cap.2.n.6.& 7 fol.6.

Filius si accipiat aliquid ab interfectoribus Patris pro facienda eis remissione, non videtur Paternam hæreditatem adiuisse.ibid.n.8.

Filius familias, quandò possit vel non, renunciare dispositione Reg.prag. ad macedon. cap.62. n. 118.fol.116.

Filius qualiter possit de iure Consuetudinario de bonis suis disponere, Patre vel Matre existente in medio. cap.70.n.26 fol.128.

Filius an possit cogere Patrem, vt ei restituat dotē vxoris suæ, quam ipse Pater recepit, distinguitur.cap 94.n.20.fol.178.

Filius primogenitus occupat locum primogeniti,& excludit Patruum secundogenitum à successione feudi fidei cōmissi,& Maioratus,in quibus inuitatur primogenitus.cap.126.n.32.& 33 fol. 263.

Filius familias, se cum Patre obligans, quandò gaudeat veluon beneficio leg quod cum eo, vid. verb. Beneficium leg. quod cum eo, &c.

Filius Clerici beneficiati potest legitimari per subsequens matrimonium, etiam rescripto Principis.cap.254 fol.459.

Filius familias quomodò disponat de bonis maternis in Ciuitate existentibus.cap.142.n.1 fol.304

Filius familias an iuuetur Macedoniani exceptione si se pro re ad Patrem pertinente, cum eius consensu obligauit.cap.144.n.1. affirmatiuè.ibid.n. 2 3.& 4.sed contraria opinio defenditur. à n.5 ad fin.fol.310. vbi traditur cautela ad hoc vt possit filius fam.lias se ad fauorem Patris obligare.

Filius familias obligatus cum Patre, effectus sui Iuris, non tenetur nisi in quantum facere potest cap.145.n.1.& 2.fol.302.cum quo etiam beneficio impedit instrumenti liquidationem, & executionem sententiæ contrà eum latæ, ibid. n.3.

Filius obligans se cum patre, potest renunciare beneficio leg.quod cum eo, ibid. n.6. Sed hæc renunciatio debet esse specialis,n.7. Neq;sufficit,si renunciet omni legum auxilio,n.10.cum seqq.& si post patris mortem diu in obligatione permanserit, non ideò huic beneficio renunciasse censebitur,ibid.n.13.fol. 313. Sed quid si obligationem agnouerit.ibid.n.20. 21.& 22.

Filius pro interesse legitimæ præfertur in bonis hæreditarijs creditoribus hæredis,& agit in subsidium contra tertios possessores. cap.200 nu.20. fol 393.

Filius exclusus ab hæreditate patris per titulum vndè liberi, admittitur per titulum vndè legitimi, & vndè agnati.cap.218 n.7.fol.408.

Filius legitimam liberam detrahere potest, licèt approbauerit testamentum patris, in quo vniuersale fideicommissum ordinauit,cap.252 n.4. & 5. etiam si fideicommissum fuit in specie ordinatū, etiam super quantitate legitimæ, ibidem num.8. fol.447.

Filius acceptans legatum paternum ei relictum pro omni parte, & portione, non sibi præiudicat quò ad legitimæ supplementum.ibid.n 9.

Filius tenetur stare locationi factæ per patrem defunctum, de suis bonis aduenstitijs. cap. 259. n. 16.fol 456.

Filius Patris donatarius ex causa meritorum tenetur aliundè probare merita, ad validandam donationem.cap.251.n.21.fol.446.

Fiscus si habet instrumentum stipulatum eodem die cum instrumento priuati, quis præferatur? pro priuato. cap.72.n.22.fol. 138. sed reijcitur hæc opinio. ibid.n.26. & 27. quod si remittendum arbitrio Iudicis. ibid. n. 23. sed hæc sententia nullo Iure, vel ratione probatur.ibid.n.28.quod concurrant equaliter.ibid.n.24. sed reprobatur ista opinio.ibid.n.29.& 30.fol 139. Author tenet quod fiscus debeat præferri. ibid. n. 25. & probat, fiscum in hoc esse expressè priuilegiatū. dicto n.30. nisi priuatus haberet instrumentum cū certitudine horæ, fiscus autem non.ibid.n.31.

Fiscus quandò non reperitur expressè priuilegiatus vtitur Iure priuati.eod.cap.72.n.29.

Fiscus qui potest extrà Ciuitatem citare sine præsentia testium, si citet coram testibus minus idoneis

I N D E X.

neis, vel in numero non oportuno, citatio est nulla.cap.7.n.11.fol.18.

Fiscus quilibet capit bona delinquentis confiscati, existentia intrà suam iurisdictionem.cap.35.nu. 6.fol.70.

Fiscus author laudatus declinat forum. cap.108.n. 35.fol.205.

Fiscus non tenetur ad duplum euictionis nomine, sed ad simplum. ibid.n.141. fol.214.

Fisci procurator vendens rem fiscalem, si promittat dupli euictionem, remanet ad illam obligatus proprio nomine,ibid.n.147.fol.215.

Fiscus tenetur soluere creditoribus, cum assensu super feudo contractis, illo ad eum deuoluto.cap. 130. n.1. & 2. Non tamen tenetur creditoribus sine assensu.ibid.n.3 fol.276. Et in quibus casibus teneatur creditoribus carentibus assensu. ibid.n.4.5.& 6.cit.fol.276. & fol.277.

Fiscus succedens priuato, auocat causam ab eo inchoatam coram suo Iudice. cap. 146. n.13. Sed intellige vt n.14 fol.315.

Fiscalium rerum venditiones, & locationes,sub hasta celebrantur.cap 147 n.1. & sub tacito pacto adiectionis in diem.ibid.n.2 fol.316.

Fiscus acquirit hypothecam in bonis administratoris suorum bonorum à die captæ administrationis.cap.148.n 1 Sic etiam pupillus,n.3 fol.317.

Fiscus,& pupillus quò ad priuilegium tacitæ hypothecæ,pari passu ambulant.ibid.n.2.

Fiscus cum tacita hypotheca præfertur omnibus creditoribus, etiam anterioribus, in bonis à debitore acquisitis post suam obligationem.ibid.nu.4. An hoc procedat contra pupillum,& dotem.n.5. Itē quid si tacita hypotheca resultaret ob delictum, pro pœna pecuniaria,n.6. Negatiuè n.7.vsq; ad n.11.fol. 318.

Fiscus creditor ex causa tributorum, præfertur omnibus alijs creditoribus, etiam anterioribus, & cum hypotheca ex causa onerosa. ibid.n.12.

Fiscum non teneri ad interesse, quomodò intelligatur, remissiuè. cap.149 fol.318.

Fiscus de iure communi potest appellare à sententijs contra se latis, tam in causis criminalibus, quàm ciuilibus. cap.150.n.1.cit fol.318. Sed de Consuetudine totius Italiæ, in criminalibus non appellat. ibid. nu.2. Præcipuè in hoc Regno, vbi reperitur ità cautum per binos Rit.M.C.V. ibid. n.3. Limita tamen in Tribunalibus Ecclesiasticis, in quibus Fiscus appellat, ibidem.num.4. fol.319.

Fiscus in gradu appellationis per reum interposita, non potest impinguare.ibid.n.7.

Fiscus potest dicere de nullitate.ibid.n.8.

Fiscus licèt non appellet, habet tamen recursum. ibid.n.11.Sed vid. n.16.fol.320.Et quomodo recursus petatur,& intrà quantum tempus,n.13. & 15.

Fiscus hæres institutus in feudalibus, tenetur contribuere cum hærede in burgensaticis, oneribus hæreditarijs.cap.162 n.7.fol.333.

Fiscus in venditione feudorum, vti directus Dominus præfertur omnibus emere volentibus, cap. 232.n.1.fol.422.

Foraneus Vicarius quis sit, & quam potestatem habeat. cap 19.n.16 fol.38.

Forma data ad esse rei, si non seruatur corruit actus.cap 123.n.3.fol.253.

Forū declinare nemo potest occasione alicuius exercitij, si solam matriculam habeat, absque actuali exercitio. cap.202.n.17.fol.395.

Francorum ius dicitur ius commune Regni,circa feudorum successiones. cap.126.n.20.fol.262.

Frangentes carceres,si aufugiant,gaudent immunitate Ecclesiæ. cap.178 n.7. fol.359. Etiamsi essent capitaliter damnati.ibid. n.8. Vel ad perpetuos carceres condemnati.ibid.n.9. Sed limita,si essent damnati ob delictum exceptum à Bulla Gregor.n.10.

Frater alimentans sororem maritatam, repetit alimenta ab eius viro.cap.9.n.3 fol.21.

Frater non tenetur dotare sororem de bonis proprijs. cap 39.n.17. Sed limita sorore existente paupere.ibid.n.18. fol.76.

Frater ex vno latere coniunctus, an excludatur à fratre vtrinq; coniūcto à successione alterius fratris, patre, vel matre existentè in medio. Affirmatiuè.cap.70.n 17.fol.127. Sed sequeretur absurdum ibid.notatum,n.20, fol.128 Negatiuè n.18. Sed sequeretur aliud absurdum notatum. ibid n.23. Refertur Authoris sententia. ibid. nu. 24.cit fol.128

Frater ex vno latere coniunctus, de iure communi excluditur à successione fratris, per vtrinq; coniunctum eod.cap.70 n.19. Secus de iure Consuetud.na.10. ibid n.21.fol 128.

Frater consanguineus tantum, succedit fratri in bonis paternis, vterinus verò in bonis maternis. ibid. n.22.

Frater propter succedendi spem, repellitur ab educatione fratris.cap.95.n.14.fol.180.

Frater succedit fratri in feudo etiam nouo, concesso cum clausula,pro se,et hæredibus ex corpore, vigore gratiæ.cap.126.n.12.& 13. Amplia idem in fratre vterino tantùm. ibid.n.14.fol.261.

Frater coniunctus fratri ex latere vnde feudum peruenit, succedit exclusa sorore vtrinq; coniuncta. ibid.n.15.

Frater consanguineus tantum, succedit fratri, exclusa sorore vterina à feudo materno. ibid.n.16. Sed vid.n 65.& 66 fol.266.

Frater vtrinque coniunctus natu minor, excludit à successione feudi fratrem consanguineum tantum natu maiorem.eod.cap.126.nu.57 Sed contra ibid n.59. Et hæc est verior opinio,n.64. Contraria verò sententia procedit in feudo materno,nu. 65.cit.fol.266.

Frater vterinus excludit cōsanguineum à successione feudi materni.ibid.n.66.

Frater secundogenitus succedit in feudo paterno, si primogenitus commisit crimen læsæ Maiestatis. cap.127.n.12.fol.270.

Frater tenetur fratri in id quod facere potest, deducto nè egeat.cap.190.n.5. fol 377.

Frater, fratribus conferre non tenetur libros sibi à patre emptos. cap.151.nu.15.fol.445. Nec mi-

 nus

uùs tenetur conferre sumptus erogatos, pro redemptione sua persona ibid.nu.18. Neq; pœnam pecuniariam pro eo solutam, & quando secus, nu. 19. Neq; quæ pater ei donauit ex causa meritarum.ibid.n.20 fol.446.

Fratres mendicantes possunt liberè eorum bona alienare.cap.6.n.11.fol.13.

Fratres patrueles succedunt inter se in feudis.cap. 126. n.20. & quid si existat alius proximior cuiuscumq; sexus. ibid. n.24.fol.262.

Fraus non præsumitur.cap.24.n.3.probatur tamen coniecturis, & præsumptionibus.ibid.n.4 fol.51.

Fratres habitantes in communi cum fratre immuni, sunt immunes,cap.167.n.4.fol.340.

Fructus pignoris recepti à genero pendente dotis solutione, non sunt in dotis sortem cõpensandi, cap. 9.n.9 fol.21.

Fructus pignoris extenuant sortem. ibid.n.13. Sed quomodò, & quando hoc sit verum.n.14.fol.22.

Fructus pendentes in re legata post mortem testatoris, vel post aduentum conditionis, cuius sint. cap.10.n.4.fol.24.

Fructus pendentes in bonis hæreditarijs, non veniunt sub legato mobilium. ibid. n.5.

Fructus maturati in vita hæredis grauati, & ab eo non exacti sunt fideicommissarij. ibid.n.6. Sed an augeant fideicommissum, an verò sint in libera dispositione ipsius fideicommissarij successoris, nu. 7.8.& 9.fol.24.

Fructus in beneficio maturati tempore vacationis, sunt expendendi, vel in vtilitatem Ecclesiæ, vel sunt reseruandi pro successore. ibid.n.13.

Fructus bonorum datorum mulieri in assecurationem dotis, dempta quantitate pro ipsius, filiorumque alimentis, remanentes sunt viri, eiusq; creditorum.cap.20.n.34 fol 44. Sed limita vt nu.40. fol.45.

Fructus dotis pendentes, vel maturati, & non exacti, an sint subiecti Consuetud. c.70 n.37 f.130.

Fructus feudi sunt allodiales.cap.119 n.3. Sed vid. ibid.n.7.fol.244.

Fructus ex pignore percepti, si eos pignoris Dominus non percepisset, non computantur in sortem. cap.125.n.6.fol.258.

Fructuum appellatione, non veniunt ij, qui non sunt percipi soliti.ibid.n.7.

Fructus pendentes in rebus dotalibus, vxore mortua, quomodò diuidantur inter eius hæredes, & virum superstitem.cap.152.n.1.& quid mortuo viro, quomodò diuidantur inter eius hæredes, & vxorem.ibid.n.2.fol.321.

Fructus pendentes in feudo, quomodò diuidãtur inter hæredes feudatarij, & Dominum ad quem illius deuolutio facta est. ibid.n.3.4.& 5.

Fructus pendentes in fundo sunt integri proprietarij successoris, mortuo vsufructuario. ibid.n.7. debent tamen detrahi expensæ,n.8.fol.322.& quid in emphyteusi. ibid. n.9. & 10.

Fructus pendentes in re vẽdita, quomodò inter emptorem, & venditorem diuidantur. ibidem n.11. & quid si venditor esset Fiscus,n.12.

Fructus beneficij à solo separati, sunt beneficiati, eiusq; hæredum.ibid. n.15. Fructus verò pendentes diuidi debent pro rata inter hæredes beneficiati mortui, & successorem. ibid.n.16. Sed quod integri sint successoris verius est, ibidem nu.17. 18.19 & 20.cit.fol.322.

Fructus non sunt restituendi ab emptore, rescissa venditione, ex remedio l.2. C.de rescind.vend. cap.153.n.1. Secus si læsio esset enormissima, & quarè. ibidem n.2 fol.323.

Fructus in re vendita pendentes, quomodò diuidantur inter emptorem, & venditorem retrahere volentem vigore pacti de retrouendẽdo.cap.154. n.1.& 2. fol.324.

Fructus rei in specie legatæ, debentur à die mortis testatoris. cap.200. n.4. fol.391. & recuperari possunt ab eo, qui illos percepit, etiam ante aditã hæreditatem,ibid.n.5. Sed refertur alia opinio, & declaratur,n.7 fol.392.

Fructus compensantur cum melioramẽtis.cap.155. n. 1. Sed hoc procedit in simplici bonæ fidei possessore, secus in possidente cum titulo, ibidem n.2. fol. 325.

Fructus ex meliorationibus percepti, non sunt cum melioramentis compensandi.ibid.n.9.

Furnum, vel molendinum in emphyteusim recipiens cum pacto molendi frumentum, vel panem coquendi gratis Domino, & toti eius familiæ tenetur etiã aucta familia ad magnum numerũ. cap. 227. n.7 fol 418. de ratione, ibid.n.8. Refertur contraria opinio, n.9.& quandò procedat. n.10.

Furtum in Ecclesia committens de re illius, immunitate Ecclesiastica non gaudet. cap.170.nu. 27. Contrarium ibid.n.28. Sed Author quid sentiat,n.29.& 31.fol 347.

G

Gabella debet solui de venditione annuorum introituum, sicut de venditione stabilium. cap.11.n 9.fol.26.

Gabellarius anni præcedentis, præfertur nouo eiusdem Gabellæ conductori, & quomodò hoc sit verum.cap.147. n.5. fol.316.

Gabellæ ab Vniuersitatibus tribus modis solent imponi.cap.156.n.2.fol.327.

Gabellæ impositio est de regalibus, & solis supremis Dominis, & Ciuitatibus, Dominos non recognoscentibus licet, ibid. n.5.

Gabella tunc dicitur iusta, cum est imposita, assentiente, vel iubente supremo loci Domino, ibidem num. 6.

Gabella in imponenda, non sufficit consensus maioris partis Ciuium, sed omnes debent consentire. ibid. n.7.

Gabellæ, vel tributi exactio, cessat, cessante causa impositionis.cap.152.n.2. Sed limita, vt n.7 fol. 328.

Gabellam fraudare est peccatum.ibid.n.5. Sed limita, vt n. 6.

Gabellæ Dominus si eius ordinarios directus alieni locauerit, ad solutionem Gabellæ pro rebus suis ad fauorem conductoris non tenebitur.cap.158. num.1.

n.1. Secus distinguitur, vt ibid. n. 2. vid. tamen. n. 3 & 5. fol. 329.

Gabellæ durictus locaus, si posteà hæreditatem alii quam fuerit adeptus, pro bonis hæreditarijs tenebitur conductori ad Gabellam, ibid. n. 6.

Gabellam fraudentes gaudent generali indultu pro pœna contracta, sed tenentur ad solutionem ordinariorum districtuum. cap. 183. num. 2. & 7. fol. 366.

Gabella si solui deberet pro quolibet contractu non deberetur pro contractu stipulato sub pacto leg. Commissoria, vel adiectionis in diem. cap. 235. n. 3. fol. 425.

Generalis delictorum abolitio comprehendit vendentes victualia pro cariori pretio, cum hoc tamen, vt teneantur restituere emptoribus pretium superfluè ab eis exactum. cap. 163. n. 1. & 9. Sic etiam fraudantes gabellam. n. 2. & 7 fol. 366.

Gener potest cum Socero pacisci. vt dotis solutione pendente, certum quid pro interesse soluatur. cap 9. n. 8 fol. 22.

Giratarius apocha banchalis, exequutiuè agit contrà debitorem. cap 43. n. 30. fol. 87.

Gratia facta à Baro alieni vassallo sui feudatarij pupillorata habenda est à successore in Baliatu. cap 30. n. 1. & 8 fol. 62. & 63.

Gratia non expirat morte concedentis. ibid. n. 10. Ampliatur in gratia Regis, vt per successorem rata habenda sit. n. 11. etiam re integra. ibidem num. 12.

Gratiatus delinquens, quæ bona recuperet. vid. verb. Delinquens.

Gratia concessa pro secundo delicto, non valet, si non fuerit in supplicatione facta mentio de primo delicto cap. 159. n. 1 fol 330.

Gratia generalis comprehendit ea tantum crimina, quæ ad forum deducta sunt, non verò ea quæ silent. ibid. n. 2. Sed limita, vt n. 3.

Gratia concessa motu proprio Principis, habet multa specialia. ibid. n. 4.

Gratia non expirat morte concedentis, etiam re integra. cap. 181. n. 6 fol. 364. Sed vid. ibid. n. 7.

Gratificationi quandò sit locus. cap 229. nu. 12. & quid sit gratificatio. ibid. n. 13. fol. 419.

Grauatus de restituendo, si sine liberis decesserit, si in mortis articulo religionem ingrediatur, vel professionem emittat, præsumitur in fraudem vocati id fecisse, & ideò Monasterium non excludit substitutum. cap. 24. n. 20. fol. 53.

Grauatus de restituendo cum hoc vt possit de certa quantitate disponere, si non disponat, quantitas illa est fideicommissarij. cap. 88. num. 3. & 4. fol. 163.

Gubernatores alicuius Ecclesiæ, vel hospitalis, non possunt reuocare locationes factas à prædecessoribus Gubernatoribus. cap. 30. nu. 17. Et quid si locatio esset damnosa. ibid. n. 18. fol. 63.

H

Habens instrumentum cum certitudine horæ, in qua fuit stipulatum, præfertur habenti instrumentum eadem die confectum sine appositione horæ, licet in possessione reperiatur. cap. 72. n. 13. Sed contrà. ibid. n. 14. & 15. fol. 137. & 138.

Herbagia vendens, an pro pretio illorum præferatur cunctis alijs creditoribus super pretio animalium, quæ depasculauerunt. cap. 260. nu. 1. fol. 458.

Hæres grauatus tenetur restituere fideicommissario fructus ante aditam hæreditatem perceptos. cap. 10. n. 10. fol. 24.

Hæres sub conditione institutus in medietate hæreditatis, adueniente conditione non potest petere fructus à cohærede purè instituto perceptos. ibid. num. 11.

Hæres vnus soluens pro sua rata portionem Canonis, agit ad interesse contrà cohæredes non soluentes si rem commissum inerit. cap. 13. num. 2. fol. 29.

Hæres potest liquidare instrumentum, sicut poterat defunctus. cap. 43. num. 24. De ratione, num. 27. fol. 87.

Hæredes contrahentium in quocumque contractu comprehenduntur. cap. 86. n. 1. Et ad eos transmittitur vtilitas contractus modalis, vel conditionalis, qui non habuit effectum in persona defuncti. ibid. n 2. fol. 161.

Hæres venditoris. potest iure proprio reuocare venditionem à defuncto factam, per ius congrui, vel retractus. cap. 108. n. 159. fol. 215.

Hæres quando possit impugnare factum defuncti, ibidem n. 160 fol. 216.

Hæres non potest amplius adire hæreditatem, transacto tempore à testatore præfixo ad adeundum. cap. 123. n. 6. fol. 254.

Hæres cum beneficio inuentarij, videtur se ab hæreditate abstinuisse, & dicitur impropriè hæres. cap. 145. n 15 fol. 313.

Hæredes in burgensaticis, tenentur contribuere cum hærede in feudalibus in solutione onerum super feudo contractorum. cap. 162. n 5 fol. 332. Sed limita, vt n. 6.

Hæredes in allodialibus non tenentur contribuere oneribus contractis occasione feudi ex pacto. ibid. n. 11. fol. 333.

Hæredes plures non possunt conueniri in actione personali, nisi pro hæreditarijs portionibus. cap. 163. n. 1 Sed limita, vt n. 2. & 3 fol 334.

Hæredes plures quando possint insolidum ad censas solutionem conueniri. ibid. n. 4.

Hæres non potest vendere rem specialitèr legatam pro soluendis creditoribus, si hæreditas alitèr sit soluendo. ibid. n. 10. fol. 335.

Hæreditas iacens non potest præscribere. cap. 164. n. 5 Sed intellige, vt n. 6 fol. 336.

Hæres tenetur adimplere votum defuncti. cap. 165. n. 1. Sed intellige, vt n. 4 5. 6. 7 & 8 fol. 337. & contraria opinio reijcitur. ibid. n. 9. fol. 338.

Ha-

Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti. ibid. n.3.

Hæres grauatus, vsufructuario æquiparatur, cap. 240.n.5.fol.430.

Hæres de restituendo grauatus, tenetur restituere fideicommissario legata repudiata, vel effecta caduca, cap.248.n.2.fol.440.

Hæres proprietarius, an inuito vsufructuario possit vendere corpora hæreditaria, vt reemeret ann. introytus debito ab hæreditate? Affirmatiuè. cap. 249.n.2 fol.441. *Negatiuè.* ib.n.3. *Sed vid.* n.4.

Hypotheca posteriorum creditorum, an dicatur re soluta, facta venditione bonorum debitoris, instante alio creditore posteriore, si tamen pretium fuit solutum creditori anteriori. cap.74.n.3. *Pro affirmatiua,* ibid. n. 4. *Sed contrarium concludit Author.* ibid. n.5.fol.132.

Hypotheca super feudo contracta, resoluuntur eo ad Dominum deuoluto. cap.101.n.10. *Sed intellige, vt* ibid.n.11.& 12.fol.188.

Homicidium nemo tenetur prohibere, licèt possit. cap.29.n.5.& 6.fol.62.

Horæ appositio reddit contractum suspectum, & quare. cap.72.nu 32. *Sed Author tenet contrarium.* ibid.n.33.fol 139.

Horæ appositio licèt faciat præsumere instrumentũ anterius alio instrumento eadem die stipulato, tamen si apponatur vltima hora diei, operatur effectum contrarium, ibid.nu.34. *cum ampliatione,* n. 35. *Item nec minùs operatur contrà aliud instrumentum eadem die sine appositione horæ stipulatum, quod tamen anteà reperitur in prothocollo registratum.* ibidem n. 36. *& de ratione,* n.37. *Amplia, etiam contrà dotem,* ibid.n.38. *Itẽ contrà fiscum,* n.39.fol.139.

Hospitalia an habeant priuilegium immunitatis. cap.179.n.6.fol.362.

I

ILlegitimus, qui obtinuit promoueri ad Episcopatum, censetur obtinuisse quod possit omnibus sacris ordinibus insigniri. cap. 28. num.11. fol. 60.

Illegitimi non succedunt in emphyteusi Ecclesiastica. cap.97.n.1. *Item nec legitimi, & naturales descendentes ex patre illegitimo.* ibid.n.3. *etiam quod concessio esset pro se, & quibus dederit.* ibid. n.4.fol.181. *Sed limita, vt succedant illegitimi, si tempore concessionis erant iam nati, nec aderant alij filij legitimi.* ibid.n 9. *Item si fuissent legitimati ab Imperatore, expressè ad emphyteusim Ecclesiasticam,* ibid.n.10. *Et si fuissent legitimati per subsequens matrimonium.* ibid. n.11. eod.fol.182.

Illegitimi absque dispensatione, ad ordines promoueri non possunt. cap.168.nu.1. *& si celebrant, mortaliter peccant.* ibid.n.2 fol.342.

Illegitimus cum dispensatione, potest, & ordines, & beneficia obtinere, ibid. n.3.

Illegitimus est incapax pensionis, nisi cum eo ad Episcopatum dispensaretur, ibid. num.14. fol. 343.

Immunitatis Ecclesiasticæ priuilegium est mixtum, tam fauore delinquentis, quàm Ecclesiæ. cap.44. n.16.fol.89.

Immunitas an solutione gabellarum pro fructibus suorum prædiorum, non transit in conductorem, vel emptorem illorum. cap.169.n.2 fol.344.

Immunitas à solutione onerum, præsumitur personalis. ibid.n.3.

Immunitas realis à solutione onerum, in quemlibet rei possessorem transit, ibid.n.6.

Immunitas ab onerum solutione, concessa titulo oneroso, censetur realis, ibid.n.7.

Immunitate alicui, & eius hæredibus, & successoribus concessa, vt pro bonis, quæ possidet non teneatur ad onera, an transeat in singularem rei successorem. ibid.n.8. *Sed contrarium est verius,* n.9.& 10.

Immunitate Ecclesiastica non gaudet, committens in Ecclesia homicidium, vel mutilationem membri, cap.170.n.1.fol.345.

Immunitate vnius Ecclesiæ si quis non gaudet, neq; gaudet immunitate aliarum. ibid.n.2.

Immunitate Ecclesiastica non gaudere mutilantem membrum in Ecclesia, quomodò intelligatur. ibid.n.3.fol.346.

Immunitate Ecclesiastica gaudet, obtruncans alicui digitum in Ecclesia, & quare. ibid.n.4. *Item obtruncans aurem.* ibid.n.5. *Item abcecans aliquem, citrà oculi eiectionem* ibid.n.6. *Item debilitans membrum,* ibid.num 7. *Item abscindens mammillas mulieri,* ibid.n.8. *Item inferens alicui sfrigium in faciem.* ibid.n.9.

Immunitate Ecclesiastica non gaudet obtruncans membrum mortuã ibid.n.10. *Sed contrà,* n.11.

Immunitate Ecclesiastica gaudet vulnerans aliquẽ in Ecclesia, ibid.n.12. *etiamsi ex post facto, extrà Ecclesiam vulnerati mors sequatur.* ibid.n.13.

Immunitate Ecclesiastica gaudet si quis inimicum suum in Ecclesia morantem, violentèr extraxit, & occidit. ibid n.14. *Item occidens aliquem in Ecclesia rixosè.* ibid n.15. *Item committens homicidium in Dormitorio, Claustribus, Campanili, Sacristia, Schalis, & Tecto Ecclesiæ,* ibid.nu. 16. *Item etiam delinquens propè Ecclesiam, vel intrà fines illius sub spè immunitatis.* ibid.n.17. fol. 347. *Item si existens in Ecclesia, mandauit aliquem extrà Ecclesiam occidi.* ibid n.18. *Item mandans aliquem in Ecclesia occidi,* ibid.nu.20. *Item si existens in Ecclesia, igneo tormento aliquem extrà Ecclesiam occidat.* ibid.num.21. *Sed contrarium, & de ratione.* ibid.n.22.

Immunitate Ecclesiastica non gaudet, si quis extrà Ecclesiam existens tormento æneo aliquem intus Ecclesiam existentem accidat. ibid.n.23.

Immunitate Ecclesiastica gaudet committens quodcunque atrocissimum crimen in Ecclesia, excepto homicidio, & membri mutilatione. ibid. nu. 24. cum ampliatione, n.25.& 26.

Immunitas Ecclesiarum est in honorem Dei, non gentium, ibid. n.34.fol.348.

Im-

INDEX.

Immunitate Ecclesiastica gaudent blasphemantes Deum, vel B. Virginem, item Scismatici, Infideles, Haretici, Iudei, Sacrilegi, & excommunicati, ibid. num 36.

Immunitate non gaudet proditorium homicidium committens. cap.171.n.1.fol.349.

Immunitate Ecclesiastica gaudet, tentans homicidium proditorium, effectu indè non sequuto, licet ad vulnera deuentum sit, ibid. n.5.

Immunitate Ecclesiastica, &c. vid. verb. Assassinus, verb. Confugiens, verb. Cudentes falsam monetam, verb. Frangentes carceres, verb. Lesa Maiestatis crimen committens, verb. Mandans, verb. Damnati ad mortem, verb. Occidens, verb. Proditorium homicidium, verb. Testis, qui pecunia corruptus, verb Vassallus occidens Baronem, & verb. Veneno interficiens.

Impediens curia ministros, volentes aliquem carcerare, tenetur pœna eximentium, cap.115.nu.26 fol.232.

Impedimentum excusans, an debeat denunciari. cap.123.n.12. 13. & 14. fol.254.

Impossibile reputatur, id quod à Principis voluntate dependet, cap.244. num.14. Sed quomodò intelligatur ista conclusio, & quandò procedat, ibid. n.15. & 16. fol.435.

In ambiguis quaestionib. contrà fiscum, vt indicandum. cap.72. n.27. fol.138.

Incapax ad habendum stabilia, est etiam incapax ad habendum annuos redditus. cap.11. nu.11. fol.26.

Incommodum maximum causatur ex particularib. & diminutis solutionib. cap.163. num.12. fol.335.

Indulgentiarum concessio facta ab Episcopo vltrà quinquaginta dies, corruit in totum, cap.6 nu.38 fol.15.

Indultum generale comprehendit etiam vassallos Baronum. cap.159. n.5. fol.330.

Indultum, vid. verb Generalis, & verbo, Gabellam, verb. Extrahentes, & verb. Vendentes.

Infamib. porta dignitatum patere non debent, cap.182. n.1. fol.365. ideò à quacunque dignitate, etiam obtenta post infamiam contractam arcendi sunt, ibid. n.2.

Infamis dicitur falsus homo, & quarè ibid. n.3. Arcetur à testimonio ferendo, ibid. n.4. sed limita, vt num.5. & etiam arcetur ob ordinum susceptione, & beneficiorum impetratione, ibid. num.6.

Infamiam qui incurrant, plenè ibid. n.7.

Infirmus habetur pro seruiente. cap.40. num.16. fol.78.

Inhibitio non potest relaxari, nisi prius constito de iurisdictione inhibentis. cap.19. n.6 fol.40.

Inhibitio supponit iurisdictionem inhibentis, ibid. num.7.

Inhibitio potest relaxari ad instantiam eius, qui timet iniustè grauari, ibid. n.9.

Inimicitia inter Iudicem, & subditum parit iustum metum futuri grauaminis, eod. cap.19. n. 10. fol.41.

Inimicitia capitalis oritur inter litigantes, cap. 118 n.21. fol.241.

Inimicitia praesumitur durare, etiam post reconciliationem. cap.174. n.4. fol.334.

Inimicitia capitalis oritur ex litib. ciuilibus. cap. 209. n.6 fol.401.

Inimicitia qualis esse debeat ad recusandum testem, & quid in criminalibus, ibid. num.10. & 11.

Inimicus reconciliatus non est idoneus testis, cap. 174. n.5. fol.334.

Inofficiosi testamenti actio non dicitur extincta, si interposita super ea transactione, illa effectum non sortiatur. cap.42. n.12. fol.83.

Inquisitus an possit per procuratorem comparere? cap.44. n.17. fol.82.

Inquisitus per M. C. V. si alibi se spontè carcerorum constituat, potest in dicta M. C. comparere, & instare pro remissione causa. cap.194. n.12. fol.383.

Irregularis non efficitur abtruncans membrum mortuo, cap.170. n.11. fol.346.

In similib. idem est iudicandum. cap.190. n.12. fol.377.

Instantia causa criminalis, ac etiam ipsa agendi actio perit biennio de iure communi, licet impedimento partis esset decursum biennium. cap.184. num.1. & quid in Regno, ibid. nu.2. fol.367.

Instantia causarum ciuilium in Reg. Cam. nunquam pereunt, ibid. num.12. fol.368. sed instantia causarum criminalium indistinctè pereunt biennio in eodem Tribunali, ibid. n.13. & quid seruetur, quidue sentiat author, ibid. n.14. & 15. fol.369.

Instantia causa non transit in singularem successorem, cap.185. n.1. sed limita, vt ibid. n.3. & an transeat in vniuersalem successorem, ibid. n.2. fol. eod.

Instantia inchoata à feudatario pro reintegratione alienini corporis feudalis, transit in successorem in feudo, ibid. n.4. Sic etiam instantia inchoata à pradecessore in maioratu, vel fideicommissario, quia transit in successorem, nu.5. fol. 370. etiam passiuè, ibid. num.6. sed limita, vt num.7.

Instantia inchoata à pradecessore patrono, vel rectore iurispatronatus, transit in successorem, ibid. num.8.

Instantia per vsufructuarium capta, transit eo mortuo in proprietarium, ibid. n.9.

Instantia semper transit in successorem necessarium, etiam singularem, ibid. nu.10. & datur exemplum legatarij, ibid. n.11.

Instantia in Iudicio hypothecario capta per creditorem, transit in legatarium illius crediti, ibid. num.12.

Instantia inchoata per creditorem, transit in alium ipsius creditoris creditorem, ibid. n.13. cit. fol.370.

I N D E X.

Instrumentum non potest liquidari per procuratorem. & de ratione, cap.43. nu.21. fol.86.& cap.187. n.1. sed limita. vt n.2. fol.374.

Instrumentum vt possit per cessionarium liquidari, datur cautela, ibid. n.29.fol.87.

Instrumentum quarentigiatum potest liquidari, licet debiti causam non contineat, cap.73. num. 5. sed author tenet contrarium, ibid. num.6. fol.140.

Instrumenti qua verba probent. cap.102. nu.13. fol.190.

Instrumentum publicum facit rem notoriam, & manifestam, & inducitur ex eo veritas apparens, cap.186. n.1. fol.371. & in dubijs quastionib. illi standum est, ibid. nu.3. quia habet pro se tres prasumptiones, quod sit verum, solemne, & stipulatum de voluntate contrahentium, ibid.n.4.& fundatur ex eo intentio producentis, ità vt transfundat onus probandi contrarium in aduersarium, ibid. num.5. fol. 373.

Instrumentum publicum producens, non tenetur ad instantiam partis aduersa exhibere prothocollum, ibid num.8. sed contrà, num.9. Prima opinio, vt verior, ibid.num.10. qua tamen limitatur in trib. casib. ibid.n.11.12.& 13.

Instrumentum prasumitur falsum, si non sit in prothocollo registratum, ibid. num.14. sed contrarium pluries determinauit Rot. ibid. nu.15. Author verò quid sentiat, ibid. num.16. fol. 373.

Instrumentum publicum numquam prasumitur falsum, licèt non reperiatur in prothocollo, si in eo adsit aliqua laceratura, vel vitiatura in abaco carthарum, nam magis prasumitur detractum, ibid. n.17.

Instrumentum an prasumatur falsum, si testes in illo descripti contradicant, remissiuè, ibid. num. 19. Author verò distinguit octo casus, num. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. & 30. fol. 374.

Instrumentum liquidari non potest, contrà procuratorem, qui se procuratorio nomine obligauit. cap.187. n.3 Author verò tenet contrarium, & quomodò. ibid. n.4. fol.375.

Instrumenti liquidati exequutio, impeditur si liquidationis nullitates allegantur, etiam non facto deposito, vel reo in vinculis non constituto. cap.188. n.1. fol.375.

Instrumegtum ab aliquo confectum laicatus tempore, non potest contrà eum liquidari in foro sæculari, cap.189. n.1. fol.375.

Instrumenta liquidantur etiam contrà Clericos in foris Ecclesiasticis, ad formam rit. M.C. ibid. n.2.& 4. & de ratione, n.3. sed intellige, vt n. 5. fol.376.

Instrumentum non potest liquidari contrà patrem, cap.190. n.1. nec minùs contrà matrem, ibid. n. 3. fol.377. Item nec contrà fratrem, ibid. n.4. Item nec contrà compatrem, ibid.n.6. Item tandem contrà personas, quib. reuerentia debetur, non potest liquidari, ibid.n.7. Potest tamen liquidari contrà socerum, ibid.n.10. Sed contrarium est verius, nu.11. & 17. vsq; ad 20. fol. 378.

Instrumentum liquidare non potest, qui non potest se obligare, eod. cap.190. n.2.

Instrumentum potest liquidari ab vno ex plurib. tutorib. cap.193. n.1. fol.381.

Instrumentum potest liquidari ex capite falsa assertionis, ac rei libera non tradita, vel hypothecata. cap.195. n.1. fol.384. Sed limita, & intellige, vt n.2 10.& 12. fol.385. Quid si fundus esset capax omnium obligationum, ibid. n. 3. 9. 14. & 16.

Instrumentum repertum in filcia Notarij mortui, an possit in forma publica per alium notarium reassumi, remissiuè cap.196. n.1. Author quid dicat, ibid.n.20.& negatiua opinio quandò procedat, ibid. n.4. fol.386. & an possit reassumi cum clausulis consuetis, licèt sint in originali omissa, negatiuè, ibid.n.5. Sed affirmatiua opinio est verior, ibid. n.6.

Instrumentum promissionis de rato, repertum in filcia notarij mortui, non potest reassumi cum pacto promissionis de proprio, si illud non fuerit appositum in originali, ibid. num 11. fol. 387.

Instrumentum an possit liquidari ab adiecto solutioni, vid. verb. Adiectus solutioni.

Instrumentum an possit liquidari ab harede creditoris, vid. verb. Hares.

Instrumenti liquidatio impeditur, quomuis debitor per Palatium relaxetur, vid. verb. Debitor.

Instrumenta plura eadem die confecta ad fauorem duorum creditorum, quod nam anterius prasumatur, vid. verb. Creditores duo, verb. Hora appositio, verb. Fiscus, & verb. mulier.

Instrumenti liquidatio impeditur ex beneficio, deducto nè egeat, vid. verb. Beneficium deducto nè egeat.

Intentio est primario fundenda. cap.7. num.9. fol.18.

Interesse maturatum in vita testatoris, an spectet ei cui sors legata fuit, cap.10. num.1. & 2. fol.23.

Interesse maturatum in vita donantis pro sorte maturata, cuius sit, ibid. n.3.

Interesse tertiarum est anterius sicut sors, & tertia. cap.76. n.4 fol.144.

Interesse decursum post rescissionem contractus, potitur etiam anterioritate sortis, ibid. num.5. fol.145.

Interesse legatorum non habet eandem anterioritatem, ibid. n.9. Neque hypothecam, n.10. Sed limita, vt n.11.

Interesse partis pretij feudi noui secundogeniti debiti, non debetur à die mortis Patris, sed à die interpellationis. cap.128. nu.5. & de ratione, ibid. n.8 fol.272.

Interesse est anterius sicut sors, vid. verbo Creditor, & verb. Tex. in l. Lucius, ff. qui potior. in pignor. habean,

Interesse debitum officio Iudicis peti non potest re-

221

cepta

cepta sorte. cap. 198. nu. 1, cum ampliatione, ibid. n. 2. fol. 388.

Interesse dotis non traditæ, peti non potest, si iadè maritus dotis sortem recibiat, ibid. nu. 3.

Interesse debitum Iudicis officio, censetur remissum recepta sorte, etiam cum protestatione de interesse, ibid. n. 4. sed vid. n. 5. & quid si debitor contradixerit protestationi, ibid. n. 6. & 7. & quandò censeatur protestationi consensisse. ibid. num. 9. fol. 389.

Interesse conuentum, non censetur remissum exacta sorte principali, ibid. n. 16. cum ampliatione, n. 17.

Interesse alterius interesse non debetur. cap. 199. nu. 1. etiam si interesse sit in sortem redactum, ibid. num. 2. limita tamen, vt num. 3. & 4. fol. 390.

Interesse tertiarum habet eandem anterioritatem ac ipsa tertia, ibid. n. 5. & ad quam rationem liquidetur, n. 6.

Interesse tertiarum non debetur à tertio possessore conuento hypothecaria, si creditor fuerit negligens in exigendo à debitore principali, ibid. n. 7. Nec minus potest exigi à debitore decocto, ibid. n. 8. fol. 391.

Interesse legatarum debetur à die petitionis. cap. 200. num. 1 & quomodò hoc intelligatur, ibid. n. 3. fol. eod.

Interesse legati relicti, vt certo tempore præstetur, debetur adueniente tempore sine interpellatione, ibid. n. 9 fol. 392.

Interesse legitima ad quam rationem liquidetur, remissiuè ibid. n. 21. fol. 393.

Institutio captatoria valet fauore piæ causæ. cap. 245. n. 10. fol. 437.

Inuerisimilitudo dicitur imago falsitatis, plenè cap 186. n. 29. fol. 374.

Inuestitura facta de feudo viuentis vassalli, conualidatur feudo ad Dominum deuoluto. cap. 84. n. 7. fol. 159.

Inutile, & nihil, sunt synonima, cap. 126. fol. 266.

Irregularis an quis efficiatur ex homicidio commisso in personam vnius, cum debuisset committi in personam alterius. cap. 95. num. 9. Item ex homicidio commisso in personam eius, quem quis verberari tantum mandauit, ibid. nu. 10. fol. 194.

Iudex in conscientia potest interuenire in causa in qua fuit Aduocatus. cap. 5. n. 1. secus in foro fori, ibid. n. 2 Cum ampliatione, vt nec in causa dependenti ab ea in qua fuit aduocatus possit interuenire, ibid. n. 3. etiam consentientib. partib. ibid. num. 8. Sed limita vt possit quis esse Iudex in causa simili ei, in qua fuit Aduocatus, n. 7. fol 10.

Iudex dimisso officio, an possit esse aduocatus causa in qua iudicauit, ibid. n. 13 fol. 11.

Iudex qui sub pœna tenetur intrà mensem expedire processum, non est in mora si à partib. non interpellatur. cap. 17. n 21. fol 38.

Iudex qui ad exulandum aliquem condendauit potest eundem ab exilio reuocare, ad finem vt se ipsum exonerarec ab aliquo crimine pro quo inquiritur. cap. 33. n. 11. fol. 67.

Iudex mecum litigans non potest in causis meis interuenire. cap. 19. n. 11. fol. 41.

Iudex loci delicti non potest delinquentis remissionem petere post sententiam contrà eum latam ab alio Iudice. cap. 34. n. 3. fol. 68. Sed contrà ibid. n. 12. fol. 69.

Iudex loci delicti, est potentior quorumque alio Iudice. ibid. n. 11.

Iudex laicus non potest exercere actus iurisdictionis intus Ecclesiam. cap. 44. n. 1. Ideò non potest existentem intus Ecclesiam capere, custodire, vel in compedib. ponere, ibid. n. 2. fol. 88.

Iudex causarum ciuilium, potest punire eum, qui coram se falsitatem commisit. cap. 50. n. 10. Sed distinguitur, ibid. n. 11. Author verò quid sentiat, ibid. n. 12. 13. & 14. fol. 102.

Iudex in educandis pupillis potest recedere à voluntate testatoris, cap. 95. n 10. fol. 179. & quid debeat in hac materia præ oculis habere, ibid. num. 11.

Iudex ad fundandam in delinquentem iurisdictionem, potest ex officio inquirere aliquam qualitatem excludentem fori declinatoriam. cap. 190. n. 1. fol. 217.

Iudex quando procedit ex officio potest testes examinare post dicta testificata, ibid. num. 2. fol. 218.

Iudex Ecclesiasticus in declarando aliquem commisisse crimen exceptuatum, ad finem extrahendi reum ab Ecclesia, non debet stare processui Iudicis sæcularis. cap. 175. num. 3. & quid dicat author, ibid. n. 4. fol. 356.

Iudex sæcularis nequit proprio marte extrahere delinquentem ab Ecclesia, etiam quod notoriè commiserit crimen de exceptis, ibid. n. 5. & refertur opinio contraria, n. 6. & an possit illum intus Ecclesiam compeditare, ibid. n. 7.

Iudex non potest ex officio reum ad fructus non petitos condemnare. cap. 198. n. 14. Limita, vt ibid. n. 15. & 20 fol. 389.

Iudex sæcularis requisitus pro exequutione sententia lata ab Ecclesiastico in crimine hæresis, non potest illam reuidere, & quarè, cap. 204. n. 1. secùs verò in alijs criminib. sæcularib. vel mixti fori, ibid. n. 3. vel si ageretur de exequutione sententia in causa ciuili, ibid. num. 5. fol. 397.

Iudex sæcularis est prorsus incompetens, cum agitur de crimine hæresis, ibid. n. 2.

Iudex sæcularis potest cognoscere de nullitate, vel subreptione absolutionis à iuramento, ab Ecclesiastico Iudice concessa, ibid. n. 4.

Iudex qui nouo torquendi genere, indicijs præcedentib. aliquem magnum criminosum tormentis supposuit, ad nihilum tenetur, licèt rei mors sequatur. cap. 205. n. 2. cum ampliatione, n. 3. fol. 298.

Iudex summariè procedere debet super exceptionibus aduersus legati petitionem propositis. cap.

cap.241. num.4. fol.431.

Iudex quandò possit recusari, vid. verb. Recusatio.

Iudex Ecclesiasticus, an, & quandò possit procedere contrà laicum, qui coram se falsum deposuit, vid. verb. Ecclesiasticus Iudex, & verb. Laicus.

Iudicem inferiorem, reuidere, vel reuocare gesta per superiorem Iudicem, est inconueniens. cap. 34. num. 4. fol.68 sed intellige, vt num.13. fol.69.

Iudicis decretum per quod mandatur alicui, quod non alienet, est nullum, si prohibitionis causam non contineat. cap 73. n.8. fol.141.

Iudicium assecurationis defuncta muliere, transit in filios, & quare. cap.20. num.17. & 18. & si moriatur maritus, tunc mulier ex eisdem actis potest petere plenariam dotium restitutionem, ibid. n.19. fol 43.

Iudicium cum vno ex plurib. tutorib. factum, non tenet. sed omnes debent vocari, cap.193. nu.6. fol.381.

Iuramentum in contractu appositum, operatur actionis acquisitionem ad beneficium absentis, absq; notarij stipulatione. cap.86. n.6. & 9 quia supplet partis absentiam, ibid. nu.7. & notarij stipulationem, ibid. nu.8. etiam de iure ciuili, ibid. n.10 fol. ibi.

Iuramentum habet vim continua interpellationis, cap.133. n.3. fol.284.

Iura sanguinis non possunt statuto tolli. cap.2. nu.13. Sed intellige, vt ibid. n.14. fol.6.

Iuris error excusat à restitutione fructum. cap.8. num.6. Sed limita duobus modis, vt nu.7. & 8. fol.20.

Iuris post liminij materiam, qui latè tractet. cap. 231. n.1. fol.421.

Iuris nostri efficitur, quidquid captiuitatis tempore amisimus, ibid. n.3. fol.422.

Iuri dicendi de nullitate actus 30. annis praescribitur. cap.234. n.3. fol.424.

Iuri rehemendi vigore pacti de retrouendendo praescribitur 30 annis, etiam si sit dictum, semper, & quandocumque, ibid. n.9. sed vid. n.10. fol. 425. Sic etiam iuri retrahendi ex consanguinitate, ibid. n.5. & 6. fol.424.

Iurisdictione concessa, censetur concessum omne id sine quo non posset exerceri. cap.17. num.8. fol.37.

Ius congrui an habeat locum in bonis in dotem datis praeuia aestimatione. cap. 91. num. 20. fol.171.

Ius reuocandi fendi alienationem, vel alienationem corporum feudalium, ex Const. Diua Memoria, non transit in singularem successorem, nec est cessibile. cap.129. n.5. fol.274.

Ius praesentandi in aliquo iurepatronatus annexo feudo, potest exerceri, etiam post longissimum tempus, quia praescriptione tolli non potest. cap. 129. n.15. fol.276.

Iuri de futuro debet specialissimè renunciari, nec sufficit generalis renunciatio. cap. 145. num.11. & 12. fol.312.

Ius retractus an habeat locum in feudis hereditarijs, & quid in feudis planis, & de tabula, remissiuè cap.233. n.1. fol.423. & an habeat locum, si sciente, & non contradicente eo cui competebat, fiat feudi venditio, ibid. n.4.

Ius petendi legitimam liberam transit ad haeredes. cap.252. n.10. fol.448.

Iurispatronatus fundator, si illos de familia praesentari iussit, comprehenduntur non tantum illi qui sunt de familia effectiua, verum quoq; illi de familia contentiua. cap. 132. num. 9. fol. 282.

Ius patronatus cum vniuersitate bonorum transit in quemlibet. cap 221. nu.1. fol.411. Situm in feudo transit in emptorem illius, & etiam in conductorem. ibid. num.2. & 4. Transit in virum mutuis rerum dotalium, quibus adharet, ibid. num.5. Transit in vsufructuarium vniuersalem, ità vt praesentatus ab eo praeferatur praesentato à proprietario, ibid. num.7. Transit in vxorem relictam vsufructuariam, ibid. nu.8. Item in emptorem haereditatis, ibid. num.10. & pro eo agi potest de euictione, & quomodò, nu.11. Item in fiscum, ob generalem bonorum confiscationem, ibid. nu.12 fol.412. Et demum in fideicommissarium vniuersalem, ibid. nu.13. Sed contrà, nu.14. Author verò tenet primam opinionem, ibid. n.15.

Ius patronatus parit fructus, & qui sint isti fructus, eod. cap.221. n.9. cit. fol.411.

Iurispatronatus in fundatione, qua debeant concurrere. cap.223. n.1. fol.412.

Ius patronatus transit in haeredes extraneos. cap. 224. num.6. fol.414.

Ius patronatus non acquiritur ex modica dotatione. cap.225. n.1. fol.415.

Ius patronatus non potest testibus probari, sed tantum authenticis scripturis, eod. cap.225. nu.2. Potest tamen probari ex libris visitationum, armis, insignis, instrumentis enunciatiuis, & confessione Episcopi, ibid. num.3. Item ex epitaffiis, & literis marmoreis, ibid. n.4. fol.415. Item ex actibus praesentationum, etiam non continuatis, ibid. nu.5. Item demum ex decreto decernenti alicui alimenta ex redditibus iurispatronatus, vti patrono pauperi, ibid. num.6. fol.416.

Ius patronatus paternum non transit in naturales filios. cap. 226. num. 1. limita, vt num. 2. & 3. Sed intellige, vt n.4. fol. eod.

Iurispatronatus donatio Ecclesiae, vel Clerico facta, valet sine diacesani assensu. cap.230. nu.1. Sicuti etiam donatio facta à patrono alio compatrono, ibid. n.2. fol.421.

L

LAicus falsum committens coram Ecclesiastico, potest ab eo puniri. cap. 50. num. 6. fol.101.

Laici acquirentes bona à Clericis tenentur ad solutio-

lutionem collectarum.cap.47.n.4.fol.92.

Laici, quod non possint praescribere ius decimandi, vel exemptionem à solutione decimarum, & quando secùs.cap 81.n.1.4.11.& 13.& per totum fol.151.& 156.

Laudemiũ debet solui, si daretur in dotem res emphyteutica praeuia aestimatione. cap 91.num.21. fol. 171.

Laudemium solui non debet pro pretio meliorationum factarum in re emphyteutica.cap.155.n.8. fol. 325.

Laudemium non debet solui de alienatione rei emphyteuticae facta sub pacto legis commissoriae, vel adiectionis in diem.cap.235.n.1.& 6.Et si fuerit solutum, debet restitui dissoluto contractu ex pacto leg.commissoriae.ibid.n.2.fol.425.Nec minus debet solui pro venditione conditionali ibid. n.7.fol.426.

Laudemium debetur pro venditione facta cum pacto de retrouendendo, ibid.n.8 & iterum indè debetur pro retrouenditione.ibid.n.10. Sed Author tenet contrarium ibid.n.11 & prima opinio quando procedat, n.12.

Laudum arbitri, vt valeat, debet ferri praemissa partium citatione.cap.45.n.1.aliàs esset nullum. ibid. n.3. Amplia etiam si esset dictum, vt posset procedi partibus absentibus, vel praesentibus.ibidem n.4. Secus si esset dictum, partibus citatis, vel non citatis.ibid n.5 fol.90.

Laudum inter coniunctos factum, vigore Reg.prag. si nullum declaretur per Iudicem, debet ordinari, quod fiat aliud nouum compromissum cap.65. n.7.fol.119.

Laudum est nullum si fuerit deuentum ad tertij electionem, antequam de discordia arbitrorum constaret.cap 236.n 2 fo.426.

Legatarius conditionalis non potest petere fructus perceptos ab haerede pendente conditione. cap. 100.n.12 fol.24.

Legatarius tenetur ad onera debita super re legata. cap.12 n 5.fol.27.

Legatario competit actio ex testamento, si ei euincatur res ab haerede tradita cap.42.n.10 fol.82.

Legatario an competat euictio pro re, vel quantitate legata, latissimè cap.108. n.105.106. & 107. fol. 211.

Legatarius certae quãtitatis anno quolibet dum vixerit, si decedat anno nondum expleto, transmittit ad suos haeredes integrum anni legatum.cap. 152 n.13. fol 322.

Legatarius quantitatis, pro consequutione legati, debet omnes haeredes pro haereditarijs portionibus conuenire. cap. 163.n.7.fol.335.

Legatarius certae speciei, praefertur creditori anteriori haereditate soluendo existente. ibid.n.9. & potest speciem legatam petere ab vno tantum cohaerede, qui illam possidet ibid.n.8.

Legatarius certae speciei, si decedat antè adeptam rei legatae possessionem, transmittit legatum ad suos haeredes, vnà cum fructibus, à die mortis perceptos cap.200.n.6.fol 392.

Legatarius speciei incertae de certis, à quo die fructus, & interesse consequatur. ibid.n.8.

Legatario non competit via executiua pro legati consequutione.cap 241.n.1. Refertur contraria opinio. ibid. n.2. Et haec est magis recepta ibid. n.3.& 6.fol.431.

Legatarius non tenetur integrum testamentũ exhibere, sed sufficit si legati particulam exhibeat. ibid.n.7.fol.432.

Legatarius non tenetur stare locationi factae per defunctum. cap 259.n.3.fol.453.

Legatarius tenetur ad seruitutem debitam super re legata.cap.12.n.6 fol.27.

Legatum amico relictum de re hypothecata, vel etiã coniuncto, debet liberum ab haerede praestari. ibidem n.8. Quemadmodum quamuis eisdẽ ignoranter fieret de re aliena, etiam debetur. ibid. n. 9. Sed limita, vt n.10.

Legatum piae causae relictum ignoranter de re aliena debetur. ibid.n.11.fol.28.

Legata relicta consanguineis, amicis, & piae causae latissimam recipiunt interpretationem, ibidem num 12.

Legatum annuum piae causae relictum in testamento nullo, in futurum debetur si fuerit per tres vices solutum cap.78.n 14. Amplia in legato alimentorum, ibid.n 15.fol 153.

Legatũ puellae relictum si in certo Monasterio monacabitur, debetur si Monasterium recuset eam in Monialem recipere. cap 87.n.11. fol.163.

Legatum dotis à patre filiae relictum non censetur reuocatum, reuocato testamento. cap.92. nu.11. fol. 163.

Legatum factum vxori de annuis decem saccis frumenti, donèc vidua vixerit, debetur ei integrum pro vno anno, etiam si infrà duos menses nubat, cap.152.n.14 fol.322.

Legatum alimentorum de equitate peti potest insolidum ab vno haerede.cap.163.n.12. Item legatum pium. ibid.n.13. Item legatum dotis, ibid. n.15 fol.335.

Legatum pium ab vno haerede relictum, potest ex priuilegio ab alijs etiam peti.ibid n.14.

Legatum relictum vxori in compensatione dotis, nõ potest insolidum ab vno haerede peti, & quando secus, ibid.n.16.

Legatum dotis vna cum interesse, debetur statim sequutis nuptijs.cap.200.n.15.fol 392.

Legatum annuum incipit currere à die mortis testatoris. ibid.n.16.fol.393.

Legatum in satisfactione legitimae, debetur cum interesse à die mortis testatoris. ibid. num. 17. 18. & 19.

Legatum certae speciei pluries, in diuersis scripturis ad fauorem eiusdem personae repetitum, semel praestari debet.cap.237.n.1.Secùs in legato quãtitatis, ibid.n.2 vid.tamen n.3.4.& 5.fo 427.

Legatum annuum alicui in perpetuum relictum casu quo cum filijs decederet, extinguitur si moriatur cum posthumo, qui natus posteà decessit, cap. 239.n.2 Sed vid n.6 fol.429.

Legatum vsusfructus ad certum tempus relictum, ad haeredes transmittitur, si legatarius tempore

 non-

nondum completo decedat. cap.242.n.1.fol.432.

Legatum annuum integrum pro anno incæpto debetur, licèt legatarius anno nondum completo decedat. ibid. n.2.

Legatum annuum relictum cum onere, quod debeat legatarius trium testatoris hæredum negotijs vacare, extinguitur pro rata vno hærede defuncto, cap.243.n.1.fol.433.

Legatum determinatur secundum causam illius. ibid. n.2.

Legatum annuum relictum Ecclesiæ pro officio celebrando, non amplius debetur diruta Ecclesia, vel ea in aliam Religiosorum speciem translata. ibid.n.3.

Legatum annuum alicui relictum, cum onere quod debeat legatarius hæredis negotijs vacare, debetur etiam, quod hæres recusauerit legatarium pro suo aduocato, ibid.n.4.

Legatum debet cessare, cessante causa, sed quomodò hæc regula procedat, plenè ibid. n.6. 7.8. & 9. eit fol.433.

Legatum relictum puellæ sub conditione nubendi certæ personæ consanguineæ, nõ debetur si legataria recusauerit conditioni parere. cap.244.n.1.fol.434.

Legatum filiæ relictum dummodò nuberet cum cõsilio duorum amicorum, non debetur si ipsa nubat spretis amicis. cap 244. n.10 fol.435.

Legatum ità relictum si expediens hæredi meo videbitur, valet. cap.245.n.1. Item valet si fiat de eo quod hæres arbitrabitur, ibid.n.2. Et quo pacto teneatur isto casu arbitrari. ibid.n 3.fol.436.

Legatum grãtitatis ità relictum, si hæres meus voluerit, non valet. ibid.n.8. Fallit fauore piæ causæ. num.9.

Legatum dotis ab extraneo relictum est conditionale, sicq; debetur sequutis nuptijs. cap.246.n.1. Sed limita, vt ibid.n 2 fol 438 Non transmittitur ad hæredes, si legataria decedat innupta, ibidem n.3. Tenetur tamen hæres illam quantitatẽ in alios pios vsus erogare. ibid.n.4.

Legatum dotis relictum filiæ est parum, eod. cap. 246.n.5. Quod sit conditionale. ibid.n.6. vid. tamen n.7.8. & 10. fol. eod.

Legatum dotis relictum puellæ cum erit annorum quindecim, debetur statim incæpto decimoquinto anno. cap.247.n.1.3.& 8 fol.439.& 440.

Legatum pium tali anno præstari relictum, statim incæpto anno debetur. ibid n.4.

Legatum dotis dicitur pium, ibid.n.5. Sed limita, vt num.6.

Legatum relictum consanguineo pauperi, non dicitur pium. ibid.n.7.

Legatum à legatario repudiatum, vel effectum caducum augeat hæreditatem ad fauorem hæredis instituti. cap.248 nu.1.fol.440.

Legato feudo debetur legatario æstimatio, detracta legitima primogeniti. cap.250.n.1 fol.442.

Legitima filiorum de iure consuetudinario, est aucta ad nonam partem in bonis maternis, & ad medietatem in bonis paternis. cap.70.n.43.44.45. & 46. fol. 131.

Legitima debita ascendentibus, potest in totum tolli, non verò legitima debita descendentibus. cap. 142.n.14 fol.305.

Legitima vocatur pars hæreditatis. ibid.nu.16. & est tertia pars eius, quod esset abintestato habiturus. ibid.n.17.

Legitima debetur filijs statim emissa professione per patrem, non expectata morte naturali. cap. 143. n.10. Item debetur in vita patris filio ad bellandum proficiscenti, causa adiuuandi Regem, Item filio volenti sacros ordines suscipere, & filio volenti nubere ibid n.11. Alios casus in quibus debetur filio, vel filiæ legitima viuente patre, vid. ibid.n.12.14.15.& 16.fol.308.

Legitima debita primogenito super feudo, quanta sit, plenè cap.250.n.2.3.& 6 fol.442. Sed Author quid sentiat. ibid.n.7. fol.443.

Legitima est tertia pars eius, quod quis esset ab intestato habiturus. ibid. n.4.

Legitima quantitas filijs debita, nunquam censetur sub generali fideicõmisso comprehensa. cap.252. n.6. fol.447.

Legitima in quibus casibus possit onerari, vel non, remissiuè. ibid.n.11. fol.448.

Legitima potest relinqui sub cõditione nè alienetur quousq; filius erit annorum 30. ibid.n.12.

Legitima in bonis filij debetur matri statim filij professione sequuta. cap. 253.n.1. fol.449.

Leg i a ascendentium, & descendentium pari iure regulatur. ibid n.3. fol.450.

Legitima matri debita in bonis filij quanta sit, remissiuè. ibid. n. 4.

Legitima dicitur debitum naturale, & legale. cap. 85.n.4.fol.160.

Legitimati filij an succedant in emphyteusi Ecclesiastica, vid. verb. Naturales legitimati.

Legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutum vocatum in casu deficientiæ filiorum ex legitimo matrimonio procreatorum. cap.226.n.6.& 13.fol.417.

Legitimatus per subsequens matrimonium, dicitur legitimus à principio per quandam retrotractionem. ibid.n.7. Sed vid. nu.8.& 9.

Legitimatio vitiatur ex qualibet minima obreptione, vel subreptione. cap 225 n.1 fol.450. Vt valeat debet in supplicatione exprimi quidquid potuisset Principem à legitimando auertere. ibid. n 2. Debet exprimi qualitas coitus, ex quo filius ortum habet, alias est nulla, ibid n.3.& 4. Et sic debet exprimi duplicatum adulterium. ibid n.5. Et rejicitur contraria opinio, n.6. fol 451 Quanè alia sint exprimenda pro validate legitimationis, remissiuè. ibid.n 8.

Legitimorum filiorũ appellatione in dignitatibus assequendis non veniunt legitimati. cap.226.n.5. fol. 416.

Læsæ Maiestatis crimen committens, quod nõ gaudeat immunitate Ecclesiastica, quomodò intelligatur. cap.172.n 1.fol.352.

Læsio enormissima quæ dicatur. cap 153.n.3.f.323.

Lex debet esse equalis. cap.55.n.4.fol.107.

Lex puniens filios eorum, qui læsæ Maiestatis crimen

men committit, non tenet in foro consciētiæ.cap. 127.n.9 fol.296.
Liberalis nemo existit in necessitatibus, cap.90. nu. 8 fol. 168.
Liberatio fauorabilior est,quam obligatio.cap.102. n.9 fol.190.
Licentiato vno ex pluribus debitoribus insolidùm obligatis, cæteri etiam qui non comparuerunt licentiati censentur.cap.194.n.4 fol.381.
Licentiandus quando sit debitor. ibid.n.5.
Liquidatio instrumenti, impeditur per quamlibet iuris exceptionem. cap.145.n.5 fol.312.
Literæ dimissoriales concessæ ad obtinendos ordines sunt valida, etiam Episcopo defuncto, vel ad aliū Episcopatum translato.cap.181.n.5 fol.364.
Litteras cambij acceptans efficacitèr ad solutionem quantitatis scriptæ obligatur.cap.258. nu.1.fol. 454. Et quid si post acceptationem soluere recusauerit, vel distulerit.ibid.n.2.
Literas cambij acceptans.vid.verb.Creditor.
Litis contestatio non requiritur ad declarandum quem excommunicatum ex violenti manuum iniectione in personas Ecclesiasticas. cap.111.n.46. fol.225.
Litis affectatio quando præsumatur. cap.108.n.58. fol. 207.
Litigiosa rei alienatio omni iure prohibita est, ideò si res litigiosa alienetur, lis sinitur contrà alienantem, & sententia contrà rei possessorem directè exequutioni demandatur, etiamsi per mille manus res transiuerit.cap.256 n.1.fol.451. Etiamsi alienatio fuisset facta in Ecclesiam, vel Ecclesiasticam personam. ibid.n.2 fol.452.
Litigiosa rei hypothecatio non tenet. ibid.n.3.
Litigiosi vitium, quid operetur. ibid.n 4.
Litigiosa res in nouem casibus rectè potest alienari. ibid.n.5.6.7.8 9.10.11.12.13.& 14.fol.453.
Litigiosi vitium non inducitur ex simplici sequestro. ibid.n 16.
Litis pendentia non inducitur ex petitione, quod quis iura proponat ideò ipse conuentus potest coram alio Iudice iura proponere cap.257.n.1.fol. 453 Inducitur tamen per solam citationem. ibid.n.2. Sed hoc procedit de iure Canonico, ibidem n.3. Author verò tenet id esse verum, etiam de iure Ciuili. ibid.n.4. fol 454.
Litis pendentia vt inducatur per solam citationem, quid requiratur.ibid.n 5.
Litis pendentia respectu actoris inducitur per simplicem libelli porrectionem, cum commissione, & decretatione, licèt conuenti citatio non adhuc fuerit expedita. ibid n.6.
Locatio de re Ecclesiæ ad vitam alicuius facta non tenet sine solemnitatibus.cap 6. n.25 fol.14. Sicuti nequit fieri locatio ad longū tempus ibi.n.26.
Locatio bonorum Ecclesiæ non valet vltrà triennium, etiam quod sit dictum quod censeantur plures locationes. ibid. n 28.
Locatio de rebus Ecclesiæ vltrà tempus permissum si sit solemnitatibus, non substineetur, neq; pro tempore licito, ibidem n.30 fol.14. Contrarium quod substineatur pro tempore permisso. ibid. nu.31.
Author verò tenet primā opinionē.ibi.nu.3 f 15
Locatio facta per Gubernatores Ecclesiæ, vel hospitalis, an possit reuocari per successores, & quid si esset damnosa. vid.verb.Gubernatores.
Locatio facta à tutore de bonis pupilli, non potest reuocari per successorem in onere tutelæ. cap. 30. n.15 fol.63.
Locatis fructibus Episcopatus, Archidiaconatus, vel Baronia, non veniunt sub locatione, munera quæ Episcopo, Archidiacono, vel Baroni dantur in eorum iucundo aduentu.cap.125.n.3. fol.257.
Locatio ad longum tempus, quæ nam dicatur.cap.6 n.27.fol.14.& cap.455.n.27.fol.457.
Locator fundi præfertur pro pensione super fructibus illius, tàm naturalibus, quàm industrialibus, & exiccatis, omnibus alijs conductoris creditoribus. cap.260. nu.3. Et an præferatur mulieri pro dote, cum expressa, & anteriori hypotheca. ibid n 4 fol 458.
Loquentis persona in generali sermone comprehenditur cap.98.n.5 fol.187.
Loquendi vsus maximè attendi debet.cap.132. nu. 14 fol.282.
Lucrum, quo quis alterius contemplatione priuatur, illi acquiritur, cuius contemplatione est inducta priuatio. cap.252.n.20.fol.449.

M

Maioris partis consensus sufficit ad validitatem actus, non obstante dissensu minoris partis.cap.229.n.1. fol.419.
Maiorem partem efficiunt ij qui meliori mouentur ratione, ibid. nu.5 fol. 420. quinē sunt melioris conditionis. ibid.n.6.
Malæ fidei possessor amittit melioramenta, quæ in re fecit.cap.155.n 10 fol.325.
Mandatum habens ad compromittendum, toties potest compromittere, quousq; lis ad finem reducatur. cap.65. n.9.fol.119.
Mandatum de citando expeditum tempore feriato non valet.cap.118. n 9 Sed contraria opinio est verior. ibid. n.10 fol.240.
Mandans aliquem vulnerari mediante pecunia, sicut etiam accipiens mandatum, sequuto vulnere, gaudet immunitate Ecclesiæ.cap.173.9. & 10. fol 353.
Mandatum ad vulnerandum recipienti pretio mediante, non est assassinus.ibid.n.4.
Mandatum accipiens ad vulnerandum pecunia mediante, vulnere sequuto gaudet generali indultu, etiam quod in eo exceptaentur vulnera per assassinium illata. ibid n.5.
Mandatum, quod fuerit ad vulnerandum tantum, quomodo probetur.ibid.n.6.
Mandans aliquem vulnerari tantum, sequuta morte, an teneatur de homicidio cum qualitate assassinij referuntur duo contrariæ sententiæ.ibid.n. 7. & 9. Author verò quid sentiat. ibid.n. 10. fol. 354.
Mandans aliquem percuti non est irregularis, etiā morte sequuta, sed quomodò hoc sit verum.ibid.n. 8.fol.353.

Ma-

INDEX

Maritus comparens vti procurator vxoris, si non habet mandatum, acta sunt nulla, nec substinetur vti facta à legitimo mūdualto. cap.7.n.12.fol.18.

Maritus dotem æstimatam recipiens, soluto matrimonio, illam in pecunia restituere tenetur. c.91.n.9 *sed limita, vt* ibid.n.10.fol.170.

Mater, quæ transiuit ad secunda vota, an filij occisi mortem possit vendicare. cap.2.n.12.fol.6.

Mater binuba præsumitur excoriare filios primi matrimonij, & illis adducere tyrānū. c 95.n.3.f.179

Mater binuba in tribus casibus potest obtinere educationem filiorum primi matrimonij. ibi.n.15.17 & 18 fol. 180.

Mater binuba exclusa à successione filiorum, potest petere supplementum legitimæ, si aliquid ei filius relinquat. cap.142. n.11. *Sed intellige hanc sententiam.* vt ibid.n.21 fol.306.

Mater potest relinquere legitimam filio, cum hoc vt eius vsusfructus patri non quæratur. cap.252.n.15. *Refertur contraria opinio.* ibid. n.16 & *hāc Author sequitur.* n.17.& 18.fol 448.& 449.

Matrimonium ad contrahendum nemo metu pænæ potest compelli. cap.244.n.2 fol.437.

Mediator ad assassinium puniri debet sicut assassinus cap.171.n.17. *Gaudet tamen immunitate Ecclesiasti ca.* ibid.nu.18 fol.351.

Medietas bonorum antiquorum debetur agnato, non obstante pupillari substitutione alicui à patre facta, vid. verb *Agnatus*.

Melior est conditio possidentis in pari causa cap.72 n.9 fol.137.

Meliorationes in re emphyteutica factæ, cuius sint emphyteusi finita. cap.101.n.16.17.& 18.f.189

Meliorationes in re factæ, qualescumq; sint, debent emptori refici à venditore, volente rem recimere vigore pacti. cap.154.n.9 fol.324.

Meliorationum exceptio apposita ante sententiam impedit illius exequutionem in iudicio assistentiæ. cap 155.n.17 fol.326.

Melioramenta in re facta, quo pacto appretiari debeant. ibid. n.11.

Memoriale non probat fuisse porrectum ab eo, qui supplicat. cap.115.n.30 fol.233.

Meritorum assertioni inter personas; prohibitas nō statur. c.251.n.22 *Sed limita, vt* ibi.n.23 f 446

Miles si quis efficiatur postquam delictum commisit, à quo debeat puniri. cap.48.n.15.& 17.fol.99.

Milites Hierosolymitani comprehēduntur sub dispositione Can. si quis suadente, &c. cap.111.n.26 fol.224.

Miles si quis efficiatur, vt aduersarium defatigaret, debet à militia reijci d.cap.48.n.17.fol 99.

Minor potest approbare venditionem rei suæ, à tutore fraudulenter factam. cap.6 n.46. fol.16.

Minori sunt restituendi fructus suorum bonorum sine solemnitatibus alienatorum à die celebrati contractus. cap 8.n.10.fol.20.

Minoribus non succurritur ad lucra. cap.46.n.4.& *contraria opinio quando procedat.* ibid.n.6.f.92.

Minor non restituitur aduersus lapsum tēporis ad petendum Ius congrui. ibid.n.5.

Minor donatarius, qui non obseruauit promissa, non debet carere donatis, vid. verb. *Donatarius*

Minori non præiudicat lapsus temporis statuti ad petēdum nouam inuestituram. c.123.n.17.f.255.

Minor restituitur aduersus omissam assensus registrationem intrà biennium. ibid.n.18.

Minor si omittat intrà annum præsentare Proregi gratiam ei concessā à sua Maiestate, restituitur in integrum, non obstante prag.de priuileg.intr. ann. præsentand. *ibid.n.19.*

Minor potest quandocūq, allegare suspictiones officialiū, nō obstante prag 7.de suspictio.official. ibid. n.20.

Minores aliàs persona miserabiles, restituuntur aduersus lapsum temporis. ibid n.22.

Minori in venditione læso sunt restituendi fructus rei venditæ, pro quantitate in qua fuit læsus. cap. 153.n 4.fol. 323.

Missarum numerus augendus est, auctis redditibus iurispatronatus. cap.227.n. 1.& *diminui illis diminutis.* ibid.n.3.fol. 417.

Monachus non amittit iura sanguinis cap.70.n.15. fol.127.

Monachus reputatur mortuus, quomodo intelligatur. ibid.n.16.

Monachus non succedit in feudo. cap 120.n.4.fol. 246 *vid tamen.* ibid.n.17. & 18 fol.248.

Monacha Bizzoche, seu Tertiaria dicuntur Religiosæ duobus concurrentibus. cap 117.n.29 fol. 238. & *eo casu non ligantur statutis laicorum.* ibid.n. 30.fol.239.

Mora purgatio conceditur debitori, etiam post bonorum exequutionem, & subhastationem. cap. 121.n.13.fol.250.

Moræ purgatio non cōceditur, si ad aliquid agendū fuerit statutū certum tempus. cap.123.n.5.f.254

Mora contrahitur re ipsa, tam ad fauorem Ecclesiæ, quàm minorum. cap.200. n.11 fol.392.

Mors naturalis, & ciuilis, quando equiparentur. cap.25. n.12 fol.56.

Mulier retinēs bona defuncti viri pro dotibus suis, tenetur illorum fructus in dotis sortem computare. cap 9.n.11. *Sed intellige.* vt n.12 fol.22.

Mulier viro ad inopiam vergente, potest petere assecurationem dotium, antefati, & bonorum parafernalium. cap.20.n.3 *Etiam super bonis viri emphyteuticis.* ibid.n.4. *Item etiam si plures habeat insolidum obligatos.* ibid.n.5. *Et etiā si vir dissipans cautionem offerat.* ibid.n 6 *Et competit ei assecuratio etiam contra tertios possessores.* ibid.n.14.& 15.fol.42.

Mulier, quæ acceptauit fideiussores pro securitate dotis, assecurationem amplius petere non potest. ibidem n.7.

Mulieri petenti assecurationem super bonis viri, non possunt illius creditores ei creditum offerre. ibi.n.8. *Sed limita quatuor modis, vt* n.9.10 11. & 12.

Mulier an, & quando pro assecuratione dotiū possit impedire exequutionem sententiæ latæ ad fauorē alterius creditoris viri, eod.cap.20.n.13 fol.43.

Mulier, quæ assecurationem in bonis viri obtinuit, nō amittit bona in assecurationem tradita, si vir in meliorem fortunam reincidat. ibid.n.20.

Mu-

Mulier vt possit obtinere assecurationem in bonis viri, non tenetur eius vergentiam concludenter probare, ibid. n.21.& 28.Sed vid.n.29.30.& 31.fol.44.

Mulieri concedenda est dotium assecuratio, si probet solere maritum fideiubere, ibid. nu.22. fol.43.vel quod fuerit exulatus; Banditus, vel forindicatus, ibid.n.23. vel quod confecerit plura instrumenta donationum, & alienationum, ibid. num.24. Vel tandem quod sit ludi vitio deditus, n.25.cit.fol.44.

Mulieri an sit concedenda assecuratio in bonis feudalib. viri vergentis, eod.cap.20. à n.41. cum seqq. fol.45.

Mulier quæ sciens contraxit cum viro dilapidatore, ac ad inopiam vergente, an possit petere assecurationem dotium, ibid. nu.46.

Mulier ex iusta causa totam dotem potest alienare. cap.24.n.13.fol.52.

Mulier se pragnantem dicens, si fuerit ventris nomine in possessionem missa, eadem facilitate debet ab illa remoueri, si eam pregnantem non esse ex defuncto viro compertatur, cap.33. n.9. fol.67.

Mulier nupta si videatur post litem contrà se captam, gaudet priuilegio electionis fori. cap. 54. nu.4.fol.106.

Mulier prohibita contrahere absque consensu propinquorum, nec potest compromittere. cap.67. n.4 fol.121.

Mulier filios habens, an possit liberè disponere de bonis ei obuentis ex successione alterius premortui filij. cap.70. n.38 fol.130.

Mulier pro dote, si concurrat cum alio creditore, etiam cum fisco, habente instrumentum eadem die stipulatum, ei præfertur. cap.72. num.18. Sed limita si priuatus, vel fiscus haberent instrumentum crediti cum certitudine horæ, ibid. n.19. & 21 fol.137.

Mulier quæ dotem æstimatam dedit, soluto matrimonio, si non habet vndè sibi satisfaciat, potest vendicare corpora dotalia à quocumque possessore, & præfertur super illis cunctis viri creditoribus, cap.91. n.19.fol.171.

Mulieri pro dote ei tradita, an competat euictio contrà dotantem, latissimè distinguuntur plures casus. cap.108. n.108. 109. 110. 111. 112.& 114.fol.211. & 212.

Mulieres extera nuptæ Ciuib. Neapolitanis non comprehenduntur sub prag.16.de feud.cap.22. num.6. fol 48. Est exempta ab omnibus oneribus perindè ac sunt exempti omnes neapolitani, tam pro bonis dotalibus, quam extradotalibus, ibid.nu.8.Gaudet omnibus priuilegijs Neapolitanorum, ibid. nu.10. fol.49. Ligatur consuetudinibus Ciuitatis, ibid. nu.11.& tandem vti Neapolitana trahit, & non trahitur, ibid. n.12.

Mulier assumit domicilium viri, eod.cap.22.n.14.

Mulier ignobilis nubendo nobili, efficitur nobilis, ibid. num.17. & retinet nobilitatem etiam viro mortuo, ibid. n.18.

Mulier vidua retinet omnia priuilegia defuncti viri, ibid. n.19. & 20.

Mulier ad finem gaudendi priuilegijs viri, non est opus quod in eius domum sit traducta, quia sufficit. quod sit parata ad accessum, ibid. nu.21. cit. fol.49.

Mulieri petenti assecurationem, non potest opponi ius offerendi. cap.219 n.12.fol.409.

Mulier relicta à viro vsufructuaria suorum bonorum, non consequitur vsufructum bonorum, quæ vir sub fideicommissi vinculo possidebat, cum ampliatione. cap. 240. num. 1. fol.430. Sed limita, vt ibid. num.10. 11. & 12. fol. 431.

Mulier soluto matrimonio tenetur ratam habere locationem de bonis dotalibus à viro factam. cap.259.num.21.Sed intellige hanc opinionem, vt ibid. n.22. & 23.fol.457.

Mutatione personæ, mutatur conditio rei. cap.47. num.2 fol.92.

N

Naturales legitimati rescripto Principis, non succedunt in emphyteusi Ecclesiastica. cap.97.n.2.Secùs in legitimatis ab Imperatore, ibid. n.10. fol.182. & in legitimatis per subsequens matrimonium, ibid.num.11.

Naturales etiam legitimati non succedunt in feudis. eod cap.97.n.15.Limita in legitimatis per subsequens matrimonium, ibid. n.16. Verùm sublimita limitationem, si inuestitura esset, pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, ibid. n.17. & 18. fol.182.

Neapolitanus author laudatus, ex priuilegio trahit causam, cap.108.n.36.fol.205.

Necessitatis causa, per quam valet alienatio bonorum Ecclesiæ sine solemnitatibus, debet probari. cap.6. n.21.fol.14.

Necessaria alienatio quæ dicatur. cap.121. nu.2. fol.249.

Negligentia notarij non debet partibus nocere.cap. 196. n.3.fol.386.

Nepos succedit Patruo in feudo etiam nouo, cap. 126.n.19.fol 262.

Nepos ex sorore excludit fratres patrueles à successione feudi, ibid. n.22.

Nepos masculus descendens ex fœmina, excludit à successione feudi neptem fœminam descendentem ex masculo, ibid. n.25.

Nepos ex sorore primogenita, non excludit amitam secundogenitam à successione feudi, ibid. num.28. cit. fol.262. Sed contrà ibid. num.34. fol.263.

Nepos ex fratre primogenito, excludit patruum secundogenitum à successione feudi, ibid. num 32.

Nepos succedit in feudo aui, non obstante patris delicto, cap.127. n.10.& 16.fol.269.& 270.

Nepotes in successione aui, tenentur conferre dotem eorum matri traditam. cap.251. nu.8. fol.445.

Neptis descendens ex masculo primogenito, excludit patruum secundogenitum. cap.126. nu. 26. fol.262.

Nihil, & inualidum sunt synonima. cap.65. n.10. fol.119.

Nihil, & inutile sunt idem. cap.126. num.63. fol.266.

Nobilitatem non amittit is, qui in proprijs agris laborat. cap.59. n.2. fol.111.

Nomina debitorum connumerantur inter immobilia, vid verb. Annui redditus.

Nomina debitorum sunt subiecta Consuetudini. *cap.11. n.4 fol.24. & cap.70. n.64. Et quandò dicantur esse in districtu Ciuitatis, ibid. nu.65. & 66. fol.132.*

Notario dicenti alienationem rei Ecclesiæ cessisse in ipsius vtilitatem, non creditur. cap.6. n.18. fol.14.

Notarius stipulando vti persona publica, acquirit actionem omnibus quorum interest. cap.86. n.3 fol.161.

Notarius rogatus de instrumento, statim censetur rogatus pro appositione omnium clausularum consuetarum. cap.196. n.8. fol.387.

Nouatio non inducitur ex obligatione aliorum. cap.77. n.9. Item nec inducitur ex interuentu noua personæ, ibid. n.10. Item nec minus ex minoratione annua quantitatis, ibid. n.11. Et nec minus ex fructuum perceptione ab alio facta, ibid. n.12. fol.150.

Nouatio non inducitur cum aliquid additur contractui, vel actioni, sicuti nec inducitur per interuentum noua persona. cap. 135. num.2. fol.289.

Nouercarum natura qualis sit. cap.95. num.7. fol.179.

Nouitij comprehenduntur sub dispositione Can. si quis suadente diabolo, *cap.111. num.22. fol.224.*

Nullitas introducta ad fauorem alicuius certa personæ, non potest à nolente exerceri. cap.6. n.44. & 50. fol.16.

Nullitatem laudi an possit opponere is, qui alba paginæ se subscripsit, eamque arbitro consignauit. cap.45. n.17. fol.91.

Nullitates aduersus liquidationem instrumenti, possunt per procuratorem proponi, cap.187. nu. 5. fol.375.

Nuncio dicenti habere mandatum de citando non creditur, nisi mandatum ostendat. cap.15. nu. 17. fol.232. Neq; ei creditur si dicat fuisse contumelijs affectum, vel impeditum in exercitio officij, ibid. n.20.

O

Oblationes noua an sint admittendæ, pretextu melioris additamenti, in venditione, & locatione bonorum Ecclesiæ, vniuersitatum, fisci, & minorum. cap.46. n.1. fol.91. & cap.147. n.3. fol.316.

Oblatio melior non est recipienda, postquam semel sine læsione, alicuius bona vendita fuerunt, vrgentib. creditorib. eod. cap.46. n.2.

Oblatorum species quot sint. cap.117. n.10. quinè oblati gaudeant priuilegio for., ibid. nu.21. fol. 237. Nec non exemptione à munerib. & onerib. publicis, ibid. n.22. fol.238. & quid si eorum vita durante reseruauerunt sibi vsufructum bonorum, quæ Ecclesiæ donauerunt, ibid. nu.23.

Obligatio semel extincta amplius non reuiuiscit. cap.42. num.8. fol.82. sed intellige, vt nu.23. fol.83.

Obligationes, & pollicitationes, sine causa non valere, probatur. cap.73. n.1.2. & 3. fol.140. Sed limitatur primò si promissens capisset explere promissa, ibid. num 13. fol.141. Secundò si contractus esset liberatorius, ibid. n.14. Tertiò si fuisset appositum iuramentum, ibid. n.15. Quartò si obligatio esset conditionalis, ibid. nu.16. Quintò si præcessisset aliqua causa, ad quam sequens obligatio posset referri, ibid. n.17. Sextò si obligatio esset iudicialis, ibid. n.18. & demum si obligatio esset ad fauorem alicuius contuncta persona. ibid. n.19 fol.142.

Obligandi animus non præsumitur. cap.78. nu.2. fol.152.

Obligatio non oritur ex erronea diuturna solutione, ibid. n.4.

Obligationes penes acta possunt capi tempore festiuo. cap.118. n.17. fol.241.

Obligatus insolidum ad debitum cum alio, ad quem contractus vtilitas peruenit, non potest nisi eo discusso conueniri, & quarè. cap.191. n.1 fol.379. tenetur tamen offerre expensas creditori, ad finem vt discussio fiat, ibid. num.6. fol.380.

Occidens Caium Clericum, cum putaret esse sempronium laicum, excommunicationem non incurrit. cap.111. n.8. fol.222.

Occidens ex errore Caium, cum vellet occidere sempronium non debet puniri pœna ordinaria, ibid. n 9.

Occidens Clericum non gaudet immunitate Ecclesiæ. cap. 170. num. 32. Sed contrarium est verius, ibid. n.33. 34. & 35. fol.348.

Occidens aliquem in duello, gaudet immunitate Ecclesiæ, ibid. n.38.

Occidens infidelem proditoriè, etiam gaudet immunitate. cap.171. n.6. fol.350.

Occidens inimicum suum alio mandante, & pecuniam dante, Ecclesiastico præsidio tutatur, ibid. n.20. fol.352.

Occidens officialem Regium, committit crimen Læsæ Maiestatis. cap.172. n.2. fol.352. Sed gaudet immunitate Ecclesiæ, ibid. n.3.

Occidens fratrem, sororem, vel legatum Principis, itidem gaudet immunitate Ecclesiastica, ibid. n.4.

Occidens inimicum cui fideiussorem dederat de non offendendo, vti proditor non gaudet immunitate Ecclesiæ. cap. 174. n.1. Sed contrarium est verius, ibid. num.2. fol.354 Item occidens inimicum reconciliatum, ibid. num.3. Item occidens

sidens inimicum retrò, & eum insidijs, ibid. n. 6. fol.355.

Offerendi iure vti valens, totum debitum offerre tenetur. cap.219. n.5. vna cum interesse, ibid. n.6.fol.408.

Offi ialis substituens, an teneatur pro culpis substituti, cap.3. n.1. & 2. fol.7. & an liberetur si substitutum exhibeat, ibid. n.5. Et quid si substituat ex causa necessaria, ibid. n.6. & 7. Et quid si substituat virum probum, ibid. n.9. & 10. fol.8. & quid si substitutus confirmetur à Prorege, ibid. n.11.

Officialis substituens non tenetur pro culpis substituti delinquentis in negotio priuato, ibid. num.8.

Officialis electio, vid. verb. Electio officialis.

Officiales hodiè tenentur personalitèr deseruire, cit.cap.3.n.12.

Officiales Curiæ videntes aliquos rixari, si rixam non prohibeant, sunt ab officio deponendi. cap. 29. n.7 fol.62.

Officiali absenti ex causa pestis debetur salarium. cap.40. n.28.fol 79.

Officialis qui deliquit in officio illud non recuperat, etiam quod fuerit gratiatus, cap.68. num. 1.fol.123. Secùs si non deliquit in officio, ibid. n.2.Item secùs si cum in officio deliquisset, fuerit restitutus, ibid. n.3.

Officialis facultatem habens nominandi sibi successorem in officio, si decedat nominatione non facta, haeredem venientem ab intestato præsumitur nominasse, cap.83.n.5.Sed declara, & limita, vt n.6.fol.165.

Officialis finito officio, si in eo confirmetur, videtur adeptus nouum officium numero, non qualitate, cap.136. n.7.fol.290.

Officialis transiens de maiori ad minorem dignitatem, perdit omnes prærogatiuas prioris dignitatis.cap.202. n.5. fol.395.

Officialis posterior in data priuilegij, sed anterior in adeptione possessionis, præfertur officiali, qui habuit priuilegium anterius, ibid. num.10.

Officiales plures si à Barone eligantur ille præfertur, qui primò possessionem officij fuit adeptus, ibid. n.11.

Officialis quis non dicitur ante captam possessionem, ibid. num.14. eiq; nullum ius competit, ibid.n.16.

Officialis durante officio dicitur ciuis, & caput ciuium loci in quo præest. cap.220. n.4.& ideò potitur durante officio omnibus priuilegijs Ciuium, ibid. n.5.fol.410.

Officialis qui cum voto consultoris iniuxtam intulit torturam, non tenetur in sindicatu, tenebitur tamen consultor. cap. 205. num. 8. fol.398.

Officium si ex certa scientia concedatur ei, qui non est legitimæ ætatis, censetur cum eo super ætate dispensatum, cum ampliatione. cap.122. n.14. fol.252.

Omissum censetur in Principum concessionibus, quidquid non fuit expressè concessum. cap.41. n.7.fol.81.

Onera debita super re legata, à legatario, an ab hærede solui debeant. cap.12. num. 1. 3. & 5. fol.27.

Onus non potest super legitima imponi. cap.232.n. 1.& impositum reijcitur, ibid.n.2.etiam ipso iure, ibid. n.3 fol.447.

Oratoria, & confraternitates, erectæ authoritate Episcopi, gaudent immunitatis priuilegio, non tamen oratoria priuata. cap.179. num. 4. fol.362.

Ordo scripturæ quod non sit attendendus, quomodò intelligatur. cap.72. n.40. fol.139.

P

PAce facta intèr Principes, an vtrorum rebelles bona recuperent, remissiuè cap.68. n.12. fol.124.

Pactum legis commissoriæ, operatur volente tantum venditore. cap.6. n.53. fol. 17.

Pactum de non computandis fructibus pignoris in sortem, non valet etiam fauore dotis. cap.9. nu. 10.fol.22.

Pactum appositum intèr contrahentes ad fauorem tertij absentis, tribuit ei ius, absque quod alius pro eo stipuletur. cap.86. num.4. Itá vt non possit in eius præiudicium reuocari, ibid. n.5. fol.161.

Pactum de retrouendendo, quanto tempore extinguatur, vid.verb.Ius reemendi.

Pactum resciforium in casu falsæ assertionis, ac rei libere non reperta, omni iure valere probatur. cap.195.n.5.fol.384.Limita in statu Ecclesiastico, ibid.n.11.fol.385.

Pactum per quod conceditur ementi censum sortis repetitio quandò valeat, ibid. n.7.& 8.

Pactum per quod conductor suscipit in se periculum sterilitatis, si omittatur, non censetur de consuetudine appositum. cap.196. nu.12. Amplia, vt n.13. & 14. fol.387.

Palatia Episcoporum habent priuilegium immunitatis.cap.179. n.7. & quid de Palatijs Episcoporum titularium, & inquisitorum, ibid. n. 8. fol.362.

Papa potest Iuripatronatus laicorum derogare. cap.228. n.2. & quid requiratur, vt censeatur derogatum, ibid.n.3.fol.419.

Paria sunt esse extra territorium, ac in territorio, sed in loco exempto. cap.44 nu.6.9.& 12. fol.88.

Paria sunt non esse, ac esse, & non apparere. cap. 83. n.7.fol.158.

Parricidæ filius succedit in feudo aui occisi, exclusò fisco, alijsq; remotiorib. cap.127.n.17.Secùs in bonis allodialib. in quib. succedit fiscus, ibid n.19. fol.270.

Parricida succedit patri in bonis allodialib. dein de fiscus aufert ab eo, ibid. n.18.

Parrochus vnius loci, non potest exigere decimas pro fructib. quos sui Parrochiani possident in alte-

aliena Parochia, nisi alitèr præscriptione, vel consuetudine seruetur. cap. 181. num. 8. fol. 156.

Parentes ad luctuosam filiorum hareditatem admitti, nil equius. cap. 70. num. 12. fol. 127.

Pars pretij feudi noui, non est pracisè soluenda in contantis, quia sufficit quod assignentur tot corpora burgensatica. cap 128. n 3 fol. 271. Debetur inspecto valore feudi tempore emptionis, ibid. n. 9. Sed author defendit esse attendendum valorem tempore mortis patris, ibid. nu. 10. & 12. fol. 272. & 273. Non debetur si feudum fuisset acquisitum titulo lucratiuo, ibid. n. 13. Sed limita, & intellige istam conclusionem, vt ibid. num. 14 Non debetur si pater diuisit bona, ibid. num. 15. Item nec debetur in linea collaterali, ibid. n. 16. cit. fol. 273.

Pater alimentans filiam maritatam, repetit alimenta à viro. cap. 11. n. 2. limita si dotem nondum soluisset, ibid. n. 6. fol. 21.

Pater succedit filio in bonis maternis, exclusis ex parte matris proximioribus, cap. 70. num. 3. fol. 126.

Pater tenetur relinquere filijs medietatem bonorum antiquorum, vigore Consuet. ibid. nu. 42. fol. 131.

Pater potest filio pupillaritèr substituere, & excludere matrem a legitima, non obstante Consuetud. ibid. num. 51. Sed intellige, vt num. 56. fol. 132.

Pater stipulando pro filijs, censetur stipulasse pro filijs vti haeredib. cap. 89. n. 2. & de ratione, n. 3. fol. 166.

Pater qui dedit dotem filiæ excedentem quantitatem legitima, si ad inopiam deueniat, potest ab ea alimenta petere. cap. 92 num. 15. fol. 173.

Pater potest à filia cogi ad eidandam tantam dotem secundo viro, quantam primo viro dedit, & quandò secùs, vid. verb. filia volens secundò nubere.

Pater dans dotem filiæ excedentem quantitatem legitimæ, pro excessu videtur facere puram donationem, quam potest vitio ingratitudinis reuocare. cap. 92. n. 18. fol. 173.

Pater qui solus recepit dotem eius filio traditam, solus tenetur. cap 94. n. 1. & quid si dos vtriq; fuisset soluta, & ambo receptionem confessi essent, ibid. n. 2. 3. & 4. fol. 176. & quid si dos fuisset soluta solo filio, cum consensu patris, ibid. n. 7. & 8. fol. 177 Et quid si pater consensit solo matrimonio filij, an etiã numerationi dotis videatur consensisse, ibid. n. 9. 10. 12. & 14 Et quid si consensit matrimonio, sed dixit se nolle pro dote teneri, ibid. n. 11. Et quid sic super pradictis omnib. de iure consuetudinario, ibid. nu. 17. & 19. fol. 178.

Pater cogi potest ad se obligandum pro dote eius filio tradita, eod. cap. 94. num. 15. fol. 117. Sed contrà de iure Consuetudinario, ibid. num. 16. fol. 178.

Pater an possit cogi à filio, vt ei restituat dotem vxoris sua, quam ipse recepit, ibid. n. 20. & an liberetur ab obligation. si illam filio restituat; ibid. n. 21.

Pater bonibus priuatur multoties educatione filiorum, & quandò. cap 95. n. 6 & 8. fol. 179.

Pater censetur concedere licentiam filio agenti in Iudicio, si pro eo fideiubeat de Iudicio sisti, vel si eidem de aduocato prouideat, vel causam solicitet, itemq; demum si simul cum filio causam prosequatur. cap. 122. n. 8. fol. 252.

Pater non succedit filio in feudo, eod. cap. 126. nu. 36. fol. 263. Sed limita istam conclusionem in quamplurib. casib. ibid. notatis num. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 44. 45. & 46. cit fol. 263. & 264.

Pater concurrẽns cum filio ad successionem feudi alterius defuncti filij, an ab eo excludatur, ibid. n 47. 48 49. & 50. fol. 264.

Pater succedens filio feudatario, an teneatur alijs feudatarij fratrib. atq; sororib. dare vitam militiam, vel paragium, ibid cit. n. 49.

Pater succedens filio in feudo ab eo illi refutato, venit iure reuersionis, non autem titulo hareditario, sicq; non tenetur ad debita per filium contracta, ibid. num 51. Sed contraria opinio est verior, ibid. num. 52. & 55. & confutatur Andre. in sui ratione, ibid. num. 53. cit. fol. 265.

Pater succedens filio in feudo ei per priùs refutato, tenetur ad releuij solutionem, ibid. n. 54.

Pater qui iuxtà nouum vsum matrimonium contraxit, potest petere legitima supplementum, si ei quid minus legitima à filio relinquaretur, cap. 142. n. 9. Sed hac opinio reijcitur, & contraria probatur, à num. 12. vsq; ad finem, fol. 305. & 306.

Pater alienando cuncta eius bona titulo oneroso, potest per indirectum filios legitima priuare. cap. 143. n. 3. fol. 307 nec cogitur in vita filijs legitimam assignare, ibid. n. 4. Amplia etiam quod filius propter delictum contrahat pœnam pecuniariã, ibid. n. 5. Item etiam quod committat crimen Lesa Maiestatis, ibid. n. 6. Imò si pater in vita filio legitimam assignasset, non posset super ea à fisco fieri executio, propter delictum filij, ibid. num. 7. Potest tamen pater cogere filium inuitum ad recipiendum legitimam, ibid. nu. 8. fol. 308.

Pater donando non potest filium legitima priuare, ibid. n. 9.

Pater tenetur dare filijs alimenta, & compelli potest etiam officio Iudicis, ibid. num. 18. Sed limita in duobus casibus, ibid. num. 19. & 20 fol. 309.

Pater potest remittere iniuriam illatam filio, etiam eo inuito. cap. 151. n. 1. Sed limita tribus modis, vt ibid. n. 2. 3. & 4 fol. 320.

Pater spiritualis non potest in ius vocari sine venia, cap. 179. n. 9. fol. 377.

Patre, vel matre existente in medio, non habent locum Consuetudines. cap. 70. nn. 2. fol. 126. & hoc est valdè aequum, ibid. n. 11. fol. 127. etiam

I N D E X.

si Pater esset Monacus professus. ibid. n.13. cū ampliatione. n.14. & quid quandò adsunt descēdentes defuncti. ibid. n.28. fol.129.

Patri datum videtur quod fuit datum filio eius cōtemplatione. cap.126 n.43 fol.264.

Paterna bona post aditam à filio hæreditatem, nō dicuntur amplius paterna. ibid. n.77 fol.267.

Patria, quæ dicitur, & quid veniat appellatione patriæ. remissiuè. cap. ibi. n.1.

Patronus domus alicui ius præsentandi, censetur donasse cumulatiuè ad se. cap.213. n.4 fol.403.

Patronus in fundatione, & dote Iurispatronatus, potest quaslibet conditiones apponere, dummodò nō sint exorbitantes. cap. 224. n.1. fol. 413. sed amplia, intellige, & limita, vt n.3.4.5.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17. & 18 fol.414.

Patronus quis efficitur ex fundatione, & dotatione iurispatronatus, etiam absque illius reseruatione ibidem. n.20. fol.415.

Patroni plures eiusdem iurispatronatus, possunt inter se conuenire de alternis vicibus præsentando cappellanum. cap.228. n.1 fol 419.

Patronus non potest se ipsum ad iuspatronatus præsentare, potest tamen sibi votū dare, & accessus sua vocis auget numerum votorum ad sui fauorē cap.229. n.11. fol.420.

Patruus succedit nepoti in feudis nouis, & antiquis cap.126. n.18. fol.262.

Paulina Constitutio circà alienationem bonorum Ecclesiæ præsumitur ab omnibus recepta cap.6. n.2. sed contrà. ibid. n. 3 Prima opinio est verior n.4. fol.12.

Paupertas quandò est fundamentum intentionis, debet probari. cap.39. n.20 fol 76.

Pauper quis dicatur, remittitur arbitrio Iudicis. ibid. n.21.

Peculij distinctio datur tantum in filij familias, cap. 62. n 5 fol.115.

Pecunia, quæ datur hæredi ab interfectoribus defuncti, non est obnoxia creditoribus illius, nec est ponenda in inuentario bonorū cap.2. n.9 fol.6.

Pecunia posteriori creditori soluta. & ab eo bona fide consumpta, non potest per anteriorem auocari. cap.71. n.1. fol.133. Limita si mala fide esset consumpta, ibid. n.2. Et quomodò & quandò dicatur mala fide consumpta, latissimè ibid. n.3 4.5 6.7.8. & 10. fol.134. Item limita si pecunia esset soluta posteriori creditori à debitore decocto, ibidem n 9. Item si pecunia extaret, ibid. n.11. Et quando, & quibus casibus dicatur extare. ibid. nn. 12.13.14. & 15. d fol.134. & fol.135. Item limita si anterior creditor esset priuilegiatus, vt putà Fiscus, vel mulier ex causa dotis, ibi. n.17. Nisi creditor posterior esset creditor ex causa onerosa. ibid. nn.18. Sed contrà, quod etiam isto casu creditor priuilegiatus anterior auocet. ibid. n.19 Item limita si creditor anterior, esset creditor ex causa onerosa, posterior verò ex causa lucratiua. ibid. n. 20. Item limita in creditore anteriore ex causa onerosa cum simplici actione personali, quia auocat pecuniam solutam legatarijs. ibid. n.21. Et demum limita in creditore anteriore hypothecario, quia auocat à posteriore chyrographario. ibid. n.22.

Pecunia posteriori creditori soluta, ad hoc vt possit per anteriores auocari, debet primò discuti principalis debitoris patrimonium eod cap 71. n.23. Amplia etiam si creditor anterior esset Fiscus. ibid. n.24. Sed limita si creditor anterior haberet clausulum constituti. ibid. n. 25. fol.136.

Pecunia in Banco deposita dominium, in bancum transit si depositans aliquid ab eo annuatim recipiat interusurij nomine, & quare. cap.139. n.3. Secùs verò si pecunia simpliciter custodia causa in eo deponeretur. ibid. n.4. fol.294.

Pœna legis Iuliæ de vi publica, vel vi priuata, non est in vsu cap.115. n.5 fol 230.

Pœna statuta contrà filios committentes crimen læsæ Maiestatis, de generali consuetudine non sunt in obseruantia cap.127 n 8. fol 269.

Pœnam, vel damnum pati, quando quis dicatur. cap. 244. n.5.6 7. & 8. fol.435.

Pensio differt à beneficio Ecclesiastico. cap.56. n.4. fol.107 Sed distingue vt ibid n.8. & 9 fol.108.

Pensio non potest renunciari ad fauorem. ibid. n.5.

Pensionarius an teneatur recitare diuinum officium distinguitur. ibid n.10.

Pensio amittitur omnibus de causis, quibus perditur beneficium cap 60. n.19. Sed Author distinguit. ibid fol 113.

Pensio simplex potest concedi etiam sæcularibus. ibidem nu. 21.

Pensionem habēs in titulum, illam amittit ex duello. cap.110. n.28. fol.220.

Percutiens Clericum, aliamuè personam Ecclesiasticam excommunicationem incurrit, & præter mortis articulum à nemine potest absolui, quàm à Papa. cap.111. n.1. fol.222. Limita in percutiente gratia disciplinæ, vel correctionis. ibid. n. 4. Sed vid. n.5 Item limita in percutiente iocosè. ibid. n 6 Sed declara, vt n.7. Item limita in percutiente Clericum ex errore. ibid. n.8. Item in percutiente ob defensam. ibid. n.10. cum apliatione, n.11 Sed declara, vt n.12 fol.223. Item limita in percutiente Clericum adulterantem, cum vxore, matre, vel sorore, ibid. n.13. Sed declara limitationem duobus modis, vt ibid n.14. & 15. Item limita in percutiente Clericum, quem percutiens ignorabat esse talem. ibid. n.19. Item in percutiente sæcularem, quem percutiens credebat Clericum. ibid. n.20 Itē in percutiente Clericum realitèr degradatum, vel prohibitis deditū negotiationibus, vel arma militaria deferentem dimisso habitu, vel effectum Ioculatorem, Tabernarium, vel Macellarium, & quandò. ibid. n. 21. Sed amplia, vt ex omni leui percussione incurratur excommunicatio, ibid. num 31. fol.224. Item amplia, vt Clericum mortuum percutiens sit excommunicatus. ibid. nn.32. Item consulentes, mandantes, & solicitantes. ibid nu 33. Item Clericus se ipsum percutiens. ibid n.34. Item ratam habens Clerici percussionem, cum declarationibus, ibid. n. 35. Item non obstantes Clerici percussionem, cum posset, ibid. n.36. fol.225. cum am-

ampliatione n.39 Sed Author quid sentiat, ibidem n.40.

Percutiens consanguineum, Clerici ipsius intuitu, non est excommunicatus ibid. n.44. nec minus Clericum verbaliter iniurans. ibidem num.45. cit. fol.225.

Percutiens Clericum, quandò à Pontifice, & quandò ab ordinario absolui possit, quandò personæ indifferenter ab ordinario possint absolui, eodem cap. 111.n.47.48. & 50.fol.225. & 226.

Percussio atrox, vel leuis, quandò dicatur. ibidem num.49.

Perempta instantia in causa ciuili, perit etiam fide iussio de iudicatum soluendo. cap.184.n.8. neque reuiuiscit si instantia restauretur. ibid. n 9.

Periculum nominis debitoris cessi cuius sit. cap.42. n.1.fol.82.

Periculum peremptionis bonorum datorum mulieri in assecurationem dotium, pertinet marito. cap. 20. n.35. fol.44.

Periculum superueniens post perfectam emptionē, est emptoris. cap.108.n.129. & 131 fol.213.

Periurus quibus pœnis afficiatur. cap.58. num. 16. fol.110.

Permissum fieri, si fiat in fraudem non valet, cap. 24 n.8 fol.52.

Permutationis beneficiorum materiam, qui latè tractent. cap.37. fol.72

Permutatio facta de beneficio, cuius collatio ad laicum Patronum pertinet, non valet sine eius consensu. cap.69.n.1. & de ratione. ibid. n.2. fol.124. sed intellige, & limita, vt. ibid. n.5.6.11. & 12. fol.125.

Personalis immunitas ab onerum solutione, non est transmissibilis. cap.169 n.4 fol.344.

Pignus nō liberatur, nisi solutione sequuta. cap.41. numero.15. fol.83.

Pollicitatio simplex non inducit obligationem. cap. 165. n.9. sed limita. vt n.11 fol 338.

Portans aliquem ad certum locum sub colore amicitiæ, vt ibi ab alio occideretur, gaudet immunitate Ecclesiastica. cap.171. n.4 fol. 350.

Portio, quæ Parricidæ in bonis Patris occisi spectabat, an accrescat aliis fratribus, an verò sit fisco applicanda. cap. 127. n.20. fol 270.

Possidens annuos redditus releuatur ab onere satisdandi, sicuti possidentes stabilia. cap.81 num.12. fol.160.

Possidere non dicitur is à quo possessio auocari potest. cap.42. n.24. fol 83.

Possessoriū causa an possit tractari tempore feriato; remissiuè. cap.118 n.41 fol. 243.

Possidentes bona fide, à die litis contestatæ efficiuntur pares cum prædonibus. cap.155. n.4. & 5. Sed limita, vt n.6. fol.325.

Possessioni captæ tempus attenditur in officiorum præcedentiis. cap.202. n.12 fol. 395.

Possessorium remedium competit in quæstionibus præcedentiæ. ibid. n.13.

Potestas exequutoribus data pro exequendone gratia, non expirat morte concedentis. cap 30. nu. 13. Sed limita, & intellige, vt n.14. fol.63.

Prag. sub tit. ad Maced. comprehendit filiosfamilias Clericos. cap.62. n.1. & 2 fol.115. Sed contrà. ibid. n.7.13.15. & 17. fol.116 Eius ratio, & quæ ratio quæ sit, ibid. n.10. Est fauorabilis respectu filiorumfamilias, ibid. n.16.

Prag. Odia litium de arbitr. explicatur, quatenus prohibet in certis casibus fieri compromissa, cap. 67. n.14. fol.122.

Pragm.16. de feud. an extendendatur ad compromissa ab exteris facienda super eorum feudis, cap.22. nu. 1. Refertur ratio dubitandi pro affirmatiua, ibid. n.2. Sed Author concludit contrarium, & quarè. ibid. n.3. & 4. An extendatur ad hypothecas ab exteris faciendas super eorum feudis quæ in hoc Regno possident. ibid. cit. nu.2. Et an habeat locum in cessione iurium, quæ exteri habent super feudis in hoc Regno existentibus, ibid. n.5 fol.48.

Prag.12. de administr. Vniuers. limitatur in contractu iurato, cap.77. n.7. fol. 150. Item si pecunia recipiatur pro soluendo debito eiusdem vniuersitatis legitimè per prius contracto. ibid. n. 18. Item pro mannicuenda vbertate tempore penuriæ. ibid n 19. fol.151.

Prælatus, vel Rector potest reuocare bona Ecclesiæ alienata, etiam quod iurauerit non contrauenire. cap.6. n.7 fol.13.

Prælato dicenti alienationem rei Ecclesiæ cessisse in illius vtilitatem, non creditur. ibid. n.17.

Prælatus iurans non alienare bona Ecclesiæ inconsulto Pontifice, potest dicti abhere bona effecta alienabilia. cap.7 n.5. fol.18.

Prælationis ius competens ratione directi dominij, cessat in sex casibus relatis. cap.232. n.7.8.9.10. 11. & 12 fol.423.

Præscriptio non inducitur ex naturali aqua currenti in loca inferiora cap.16. n.10. fol.35.

Præscribi non possunt ea quæ sunt meræ facultatis, cap.63. n.7. sed intellige, & limita, vt ibid. n.8. & 9 fol. 117.

Præscribi an possit contrà hæreditatem iacentem, cap. 16. n.1 negatiuè. ibid. n.2. sed limita, vt n.4. fol. 336.

Præscriptio cessat, cessāte petendi negligentia. ibid. numero 3.

Præscriptio contrà minorē non potest inchoari. ibid. n.8. sed limita, & intellige vt. n.9. & 10.

Præsumptio sinistra nō est de Clericis capienda. cap. 62. n.11 fol.115.

Præsum. turcō. id delinquē. ē. cap.83. n.2. fol.158.

Præsumptio non habet locum in claris. cap. 27. n.9. folio 58.

Præsentatus à maiori parte Patronorum, præferri debet. cap. 229. n.2. fol.419. sed limita, vt n.5. 6. & 9 fol.420.

Præsentatio Cappellani facta per procuratorem, an teneat, distinguitur tres casus. ibid. n.18.19. & 20. fol.421.

Præuenientis Iudicis melior est conditio in pari causa. cap.48. n.4 f l 98.

Præuentioni locus est in delictis mixti fori. ibid n.5. Et quomodò iudicatur præuentio. ibid. n.6.

Præ-

Praueniens realitèr præfertur ei qui verbalitèr antè præuenerat. ibid. n. 7.

Praeuenire volens edaerses liquidum instrumentum, tenetur cautionem præstare de soluendo debitum, & panam. cap. 194. n. 10. Et an ista cautio præstari possit in loco domicilij. ibidem num. 11. fol. 383.

Primogenitura principalitèr attenditur in fendis, in quibus viuitur iure Francorum. cap. 126. num. 60. fol. 266.

Primogenitus succedens in feudo nouo, tenetur dare secundogenitis partem pretij in emptione illius erogati. cap. 128. nu. 1. & sororibus paragium. ibidem num. 2. Sed non potest cogi ad vendendum feudum ob causam prædictam. ibidem n. 4. fol. 271.

Princeps alba pagina se subscribens, non censetur approbare scribenda in ea. cap. 45. num. 20. fol. 91.

Princeps non præsumitur, quod voluerit tertio præiudicere. cap. 68. n. 8. Neq; potest præiudicare sine iusta causa. ibid. n. 9 fol. 123.

Principis factum connumeratur inter casus fortuitos. cap. 108. n. 130 fol. 217.

Princeps si scienter conferat incapaci dignitatem, censetur super incapacitate dispensasse. cap. 168. n. 9 fol. 342.

Primatus concurrens cum Fisco habente instrumentum eodem die stipulatum, postponitur Fisco, & quando fecùs. vide verb. Fiscus.

Priuilegium superueniens, quid operetur. cap. 54. n. 5. fol. 106.

Priuilegium fori reo superueniens lite pendente, ei prodest ad obtinendam remissionem. ibid. n. 7. Sed quando hoc sit verum. ibid. n. 8.

Priuilegium viro concessum, dicitur quoque concessum vxori. cap. 21. n. 15. fol. 49.

Priuilegia electionis fori, ex dispositione leg. vnic. C. quand. Imper. &c. *non censetur renunciatum; nequid rogatum, nisi id specialissimè fiat. cap. 145. n. 8 fol. 312.*

Priuilegia Doctorum hodie non sunt in vsu. cap. 167. n. 8 fol. 340.

Probationes claræ, & liquidæ requiruntur in condemnandis reis. cap. 83. n. 12. Sed declara, vt sufficiant probationes resultantes ex præsumptionibus iuris, ibid. n. 16.

Probatio contrà instrumentum publicum, debet esse clara euidens, & manifesta, cap. 186. nu. 6. & respuitur contraria opinio. ibid. n. 7 fol. 372.

Procurator comparens cum mandato insufficienti, facit acta nulla, licet aliud sufficiens mandatum habeat. cap. 7. nu. 14 fol. 19.

Procurator ad vendendum si euictionem promittat, ad illam proprio nomine tenetur, quamuis desinat esse procurator. cap. 108. n. 148. Et de ratione. n. 150 fol. 215.

Procurator constitutus cum pacto de non reuocando, potest etiam ad libitum reuocari. cap. 214. n. 1. fol. 404. etiam si constituens iurasset de non reuocando, vel panam apposuisset in casu reuocationis. ibid. n. 2. fol. 405.

Proditorem Regis quilibet capere tenetur cum possit, & quid in casu impotentiæ. cap. 29. num. 2. fol. 61.

Proditionis tractatum contra Regem sciens, illum reuelare tenetur, sub pæna mortis. ibid. n. 3. Et quid si esset adeò occultus, vt probari non possit. ibid. n. 4.

Proditorium homicidium quando dicatur commissum, vt ab Ecclesiastica immunitate delinquens excludatur, remissiuè cap 173. n. 2. fol. 350.

Proditorium homicidium non est illud, quod tormento igneo à tergo fuit commissum, ibid. n. 3.

Producens instrumentum authenticum, dicitur producere eiusmodi legis cap. 186. n. 1. fol. 371.

Producens copiam instrumenti, instante parte, tenetur exhibere originale. cap. 186. num. 13. fol. 371.

Prohibitio alienationis, non comprehendit alienationem ex causa necessaria. cap. 39. n. 1 fol. 74.

Prohibitio alienandi nuda, absque causa non tenet. cap. 72. n. 9. Sed limita si in casu alienationis alius vocaretur. ibid. n. 10. fol. 141.

Prohibitio alienationis, quia vult testator, quod bona in familia conseruentur, non transit quartum gradum heredis grauati. cap. 131. n. 13. Sed limita si prohibitioni essent adiecta verba denotantia perpetuitatem. ibid nu. 14. Item si alitèr constaret ex voluntate testatoris. ibidem num. 15. fol. 279.

Prohibitio alienationis nominatim heredi facta, non progreditur eius personam ibid. n. 16. Amplia etiam si prohibitioni esset edictum verbum in perpetuum. ibid. nu. 17. fol. 180. Sed limita si verba testatoris prohibentis essent valdè prægnantia. ibid. n. 19. Item si prohibitio esset in rem directa, non in personam ibid. n. 20.

Promissio de se obligando habet vim veræ obligationis. cap. 92. nu. 6. fol. 172. Item promissio de donando, habet vim veræ donationis. ibidem num. 2.

Promittens soluere debitum alterius, non potest conueniri, nisi prius principali debitore discusso, & quando fecùs. cap. 191. n. 5 fol. 380.

Proprietarius heres, defuncto vsufructuario, tenetur ad omnia legata ab eo non soluta. cap. 249. n. 6. fol. 442.

Prorex si impartiatur decretum super alienatione feudi alicuius minoris, censetur eidem concessisse assensum. cap. 122. n. 1. & per totum fol. 251.

Prorex si emat feudum, non potest assensum super emptione impartiri. cap. 144. n. 11. fol. 310.

Prorogatio termini in compromisso appositi, debet ab arbitris fieri partibus citatis, sicuti & arbitrator. cap. 45. nu. 6. & 7. Debet fieri intrà primum terminum, aliàs non valet, & quando fecùs. ibid. nu. 8. Et si fiat post primum terminum, cum sapiat naturam noui compromissi, debet fieri cum omnibus solemnitatibus requisitis ad compromittendum ibid. n. 9 fol. 90.

Protestatio iuuat si pars consentiat, secùs si discrepetur. cap. 198. n. 8. fol. 389.

Protbocollo deperdito, plena fides publica, & authentico instrumento adhibenda est. cap.186.nu. 18. *fol.*373.

Proventus, pœnæ pecuniariæ, & confiscationes contractæ in terra Baronis eo vivente, si indè moriatur, & feudum Fisco aperiatur, sunt ipsius Fisci, non hæredum feudatarij. cap.35.nu.8. *Sed limita in duobus casibus, vt ibid.* num.9. & 10. *fol.* 70.

Proximitas hæredis grauati, non verò testatoris attenditur in successione fideicommissi. cap.126.nu. 7.*fol.*260.

Pupillaris substitutio expressa excludit matrem à legitima. cap.70.n.41.*fol.*131. *Sed hoc procedit si vellet mater detrahere legitimam immediatè ab hæreditate, vti à bonis filij.* ibid. nu.48. *Non tamen excluditur à portione legitimæ, quæ spectabat filio pupillo super bonis patris.* ibidem n. 49. *Sed hæc opinio non est tuta.* ibid. nu 53.

Pupilla debet auferri ab auia educanda, si illi immaturas, & inæquales nuptias procuraret. cap. 95.n.12. *fol.*179.

Pupillus non potest educari à fratre, qui habet spem succedendi. ibid.n.14.*fol.*180.

Pupillus pubes factus, tenetur stare locationi per tutorem factæ. cap.259.n.17.*fol.*456.



Qualitas aggrauans delictum, vel mutans illud de vna specie in aliam atrociorem, debet concludentèr probari. cap.51 n.8 *fol.*104.

Qualitas excludens aliquem ab Ecclesiastica immunitate, quomodò probari debeat, ad finem, vt eius extractio fieri possit. cap.176.n.1.*fol.*37. *Quod sufficiat extraiudicialis informatio, per quam Iudex possit conscientiam suam accomodare,* ibid.n. 2. *Quod sufficiant probationes, ex quibus resultant indicia ad torturam.* ibid.num.3. *Sed quod plenè debeat probari,* ibid. n.4. *Saltim per indicia adeò indubitata, quæ equipolleant plenæ probationi* ibid.num.5. *Author verò quid sentiat,* ibid.n.6 *fol.*358. *Quidnè seruetur in praxi.* ibid. n.7. & 8. & *refertur opinio, cum verbis* Cancer. ibid.n.9.*fol.*eod.

Qualitas aliquo tempore requisita, non prodest, si transacto tempore superueniat. cap. 226. nu.12. *fol.*417.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. cap.108. n.156. *Sed limita istam regulam, si intentetur euictio ex natura rei.* ibid.n.157.*fol.*215.

Qui non potest de re liberè disponere, potest tamen de fructibus illius. cap.119. nu.2.*fol* 243. *Sed intellige, vt* n.8.*fol.*244.

Quod ab initio non valet, non posse tractu temporis conualescere, quomodo intelligatur. cap. 84. n.3.*fol.*159.

Quotidianæ distributiones, debentur interessentibus tantum. cap.40. num.1. *fol.*77 *Non veniunt appellatione fructuum.* ibidem num. 8. *Et quibus de causis absentibus debeantur,* ibidem n.10. *fol.* 78.

R

Ratio, quæ militat in principali, militat etiam in accessorio. cap.5.n.4. *fol.*10.

Ratihabitio habet vim mandati. cap.108 num.30. *fol.*204.

Reassumptio instrumenti confecti à Notario mortuo, potest fieri, viuentibus duobus testibus, qui interfuerunt stipulationi, etiam si isti dicant non recordari, nam adhùc possunt cogi ad se subscribendum. cap.186.n.16.*fol.*374.

Rebelles an recuperent bona, facta pace, vid. verb. Pace facta.

Rector Studij, præfertur Episcopo scholari cap. 203.n.3 *fol.*394.

Recursus est species appellationis. cap.150.num.14. *fol.* 320.

Recusari an possit Iudex à suo Cliente, plenè cap.5. n.9.10.& 11.*fol.*10.

Redimens fundum vigore pacti de retrouendendo, tenetur stare locationi illius. cap.259. n.15.*fol.* 456.

Refectio damnorum, & interesse, quando sit facienda ei, cui sine dolo vulnus, vel aliud damnum illatum fuit, remissiuè. cap. 201. n.1.*fol* 393.

Refutatio feudi in immediatè successurum, valet sine assensu. cap.23. n.1. & *de ratione.* num.2. *fol.* 50.

Refutatio in immediatè successurum, vocatur anticipata successio ibid.n.3. *Et regulatur iuxtà terminos successionis, & parit omnes effectus illius.* ibid. n.4.

Refutatarius feudi, non dato alio cohærede vniuersali habetur loco hæredis, & tenetur ad omnia, ad quæ tenetur hæres. ibid.n.5. & 7.

Refutatarius tenetur soluere releuium. ibid. n.6.

Refutatio, vt valeat, debet intrà quindecim dies registrari in quinternionibus Regiæ Cameræ. ibid, n.9. *Sed limita, vt* n.10.

Regentes Regiam Cancellariam, præcedunt Spectab. Præsidem S.R.C. cap. 202.n.6. *Sed limita, vt* n.7. *fol* 395.

Regulares falsum dicens coram Episcopo, an possit ab eo puniri. cap.50. n.21. *fol.*103.

Releuium debetur à succedente hærede tantum. cap. 23.num.8 *fol* 50.& cap.126.nu.56.*fol.*266.

Releuium non debetur à succedente in feudo propter Monachismum feudatarij prædecessoris, cap 166.n.8 *fol.*339.

Religiosi possunt præscribere decimas. cap.81.num. 6 *fol.* 155.

Remedia competentia pro recuperatione stabilium, competunt etiam pro recuperatione annuorum redditnum. cap.11. n.14.*fol.*26.

Remedium restitutionis in integrum, potest statuto tolli cap 123 n.23. *Sed requiritur expressa derogatio.* ibidem n.24. *fol.*255.

Remedium legis 2.C.de rescind.vend *an possit intentari contrà tertium possessorem, remissiuè.* cap. 153.nu.5.*fol.*323. & *an 30. annis extinguatur.* cap.234.n.4.*fol.*424.

INDEX.

Remiges capti ab hostibus, si reuertuntur, reincidunt in pristinam deseruiendi obligationem. cap.231. n.2 fol.421.

Remissio obtenta à delinquente, prodest socio eiusdem criminis, ad finem vt mitius puniatur. cap. 160. n.1. *Sed vid.* n.3. fol. 330.

Rescissio contractus ex falsa assertione, non est concedenda, si lite pendente, contentus efficiatur rei Dominus. cap.217. n.8 fol.407.

Residentia differt ab interessentia. cap.40. nu.9. fol.77.

Resignans beneficium, quarè statim illud amittat, cap.103. num.1. & *quid in resignante ad fauorem,* ibid. nu.2 & 7. & *quandò possit resignans ad beneficium resignatum redire, latissimè,* ibid. à n.3. fol.191.

Resignatio ad fauorem, quandò dicatur, ibid. num.11.

Resignatio ad fauorem debet fieri in manibus Pontificis, quia non valet in manibus ordinarij, ibid. num. 12. *Sed vid.* num. 14. & 15. fol. 192.

Resignatio beneficij ad fauorem, dicitur simoniaca, ibid. n.13.

Resignationis beneficiorum materiam, qui latè tractent, remissiuè. cap.37 fol.72.

Restitutio tantum dat, quantum tollit condendatio. cap.68. n.11. fol.124.

Reuerentia maior debetur patri spirituali, quam carnali. cap.190. n.8. fol.377.

Reuocari non potest actus, super quo superius capit manus imponere. cap.124. num.2. & 4. fol.256.

Reuocatio alienationis feudi, est concedenda vigore Const. Regni, Constitutionem Diuæ Memoriæ, *proptèr defectum iuramenti fidelitatie, præstiti à non habente potestatem.* cap.212. nu. 1. fol.402.

Reuocatio alienationis feudi sine assensu facta, ex virtute Const. Regni, *quandò, & in quibus casibus concedatur, vel non,* vid. verb. Constitutio, Constitutionem Diuæ Memoriæ; & *verbo, Feudi alienatio.*

Reuocatio alienationis feudi, vigore præfata Constit. *si fuerit facta eadem die in qua fuit expeditus assensus, præsumitur quod præcesserit, si contineas horam sub qua reuocatio fuit facta.* cap.72. num.4. *Sed Author tenet, quod præsumatur, quod præcesserit reuocatio, indistinctè,* ibid. n.5 fol.137.

Reus condendatus si appellet ab excessiua condendatione, si eus censetur inhærere appellationi; ità vt possit augeri condendatio. cap.150. nu. 5. *Sed quandò hoc sit verum,* ibid. num.6. fol. 319.

Reus liberatus, nouis superuenientibus inditijs, potest non obstante, quocunque lapsu temporis vocari, si noua contrà eum emergant inditia, cap.184 n 3. & *contraria opinio reijcitur,* ibid. n.4. fol....

Reus condendatus ad rei restitutionem, censetur à fructibus illius absolutus; & ideò quid agere debeat actor, nè pro fructibus sibi præiudicet, cap.198. n.12. fol.389.

Rex de iure non potest se intromittere in primis instantijs in causis vasallorum Baronum, qui habent priuatinam iurisdictionem. cap.34. nu. 15. fol.69.

Rex concedens alicui feudum, nullo accepto pretio, non tenetur ei de euictione. cap.108. num. 142. & *quandò secus,* ibid. num.143. *Et quid si Rex infeudasset, cum clausula,* Saluo iure cuiuslibet, ibid. n.144 fol.214.

Ritus 65. M. C.V. *quoad pœnam contumaciæ aduersus Clericos, non est in vsu.* cap.203 nu.3. fol.396.

S

Salarium debetur officiali pro toto annò, illudque ad hæredes transmittit, licèt nondum completo anno decedat. cap.242. n.4 *cum ampliatione,* n.5. fol.432.

Salaianum interdictum competit, quandò constat de credito, & possessione. cap.77. num.1. fol. 149.

Satisdare obligatus, sufficit si satisdet in loco domicilij, cap.194. n.9. fol.383.

Sciens tractatum proditionis contrà regem, tenetur illum denunciare, vid. verb. *Proditionis tractatum.*

Secundogenitus rebellis, si fuerit restitutus, recuperat vitam militiam. cap. 68. num. 5. fol. 123.

Secundogenitus habet electionem petendi, vel partem pretij feudi noui, vel vitam militiam. cap. 118. num.7. fol.272. & *pro parte pretij feudi noui, habet contra primogenitum actionem personalem in rem scriptam,* ibid. num. 17. fol.273.

Semen dans ad seminandum præfertur in fructibus omnib. alijs creditorib. cap.260. n.5. *etiam domino fundi pro pensione,* ibid. n.6. *Sed contrà,* n. 7. *vid.tamen,* n.8. fol.459.

Senectus ipsa infirmitas est. cap. 40. num. 20. fol.78.

Sententia virtus reuiuiscit, si eum fuisset super ea compromissum, eique renunciatum, transactio effectum suum non sortiatur. cap.42. n.13. fol.83.

Sententia lata intus Ecclesiam non valet. cap.44. n.7. fol.88.

Sententia præsumitur emanata antè inhibitionem, eadem die expeditam. cap.72. n.7. *Sed limita si inhibitio contineret horam sub qua fuit facta,* ibid. n.8. fol.137.

Sententia lata tempore feriarum est nulla, nec potest validari de consensu partium. cap.118. n. 2. & 3. fol.239. *neq; confirmari in gradu appellationis,* ibid. n.4. fol.240.

Sententia Iudicis laici contrà clericum in contumaciam est nulla. cap. 203. num.6. fol. 396.

Seruitus aquæ ducendæ non extinguitur, etiam

Zzz quod

quod fundus serviens in fiscum transeat. cap. 16. n.17. fol 36.
Servitus aquae ducendae non praesumitur, ibid. num. 18. Sed limita in duobus casibus, ibid. nu. 19. & 20.
Servitutes possunt imponi super re emphyteutica. cap. 101. n.6. fol. 188.
Servitus super feudo potest liberè imponi. cap. 119. n.4. fol. 244 Sed intellige, ut n.9.
Servitus servitutis non datur, ibid. n.6.
Servitus aquae ducendae pluribus competens debet dividi divisione alternativa, ut ea tanto tempore unus utatur, & totidem alter. cap. 215. n. 8 fol. 406.
Servus aufugiens ad Ecclesiam ob timorem Domini, non potest extrahi, nisi praestita à Domino cautione de eum benè tractando. cap. 170. n. 37. fol. 348.
Simulatio nòn potest à simulante allegari. cap. 6. n.49. fol. 16.
Sindici aliqui electi pro regimine universitatis, an ex eorum facto obligent Universitatem, remissive. cap. 196.
Singularis successor feudi dismembrati, non potest revocare corpora alienata. cap. 129. nu. 4. fol. 274. Potest tamen actione rei vendicationis illa recuperare nomine feudi, absque quod ad pretij restitutionem emptoribus teneatur. ibid. n.6. & 7. fol. 275.
Singularis, & voluntarius successor, non tenetur stare locationi per praedecessorem factae. cap. 159. num. 1. & procedit ista opinio, etiam contrà colonum partitarium, ibid. num. 2. fol. 455. Sed limita in colona fiscali, ibid. num. 24. Item in colono Ecclesiae, num. 25. Item si locatio esset ad longum tempus, ibid n 26. & demum si pro observantia locationis, fuisset hypothecata ipsa res, ibid. n.28. cum ampliatione, n, 29. fol. 457.
Singularis successor pro anno incepto tenetur stare locationi, ibid. n. 13. sic etiam, & conductor, num. 14.
Socer non potest conveniri pro interesse dotis non solutae, si filiam, & generum aluit. cap. 9. n.7. fol. 21.
Socer an teneatur se obligare pro dote nurus. cap. 94. n. 15. & 16. fol. 177. & 178.
Socer patris locum obtinet. cap. 190. num. 13. fol. 377. eadem ei debetur reverentia, quam patri, ibid. num. 14. fol. 378. nec potest in eius vocari sine venia, etiam soluta affinitate, ibid. num. 17.
Socer non tenetur genero, vel nurui, nisi in id quod facere potest, deducto nè egeat, ibid. num. 16. etiam soluta affinitate, ibid. num. 17. Sed contrarium procedit de iure Consuetud. ibid. num. 18. Author verò quid sentiat, num. 20. & 21.
Socij dicuntur intèr se habere mandatum reciprocum. cap. 194. n. 3. fol. 382.
Solemnitas non attenditur ubi actus geritur in utilitatem eius, ad cuius favorem fuit introducta. cap. 6. num. 16. fol. 13.
Solemnitates extrinsecae 30. annis praesumuntur. cap. 17. n. 1. fol. 57. limita si evidentèr constet solemnitates non fuisse adhibitas, ibid. num. 8. fol. 58.
Solemnitas quae fit de stylo, si omittatur, habetur pro facta. cap. 71. n. 16. fol. 135.
Solutioni adiectus, vid. verb. Adiectus solutioni.
Solutio simplicitèr facta extenuat sortem, si dubitetur an debeatur interesse. cap. 9. num. 15. fol. 23.
Solutio semper cedit in causam duriorem. cap. 13. n. 4. fol. 29.
Solutiones ex errore factae, non obligant in futurum, cap 76. n. 3. fol. 152.
Solutum indebitè per errorem repetitur, ibid. num. 5.
Soror non potest accusare occisores fratris existente patre in medio. cap. 2. n. 1. & quid existente fratre, qui fecit remissionem, ibid. n. 2. 3. & 11. fol. 5. & 6.
Sorores an viriliter cum masculis succedant in quantitate antefati à communi matre lucrati, stante pacto, quod in eo debeant succedere filij utriusq; sexus, cap. 15. n. 7. & 8. fol. 34.
Soror an à fratris successione repellatur ab alio fratre, vigore Consuetud. si moriatur, patre, vel matre existente in medio. cap. 70. num. 39. fol. 130.
Soror excludit fratrem à feudi successione, si is esset monachus, vel clericus. cap. 126 num. 67. fol. 266. Item si frater fuisset ob ingratitudinem à patre exhaeredatus, ibid. num. 68. fol. 267. Item si esset deportatus, ibid. nu. 69. & demum si esset demens, vel altèr perpetuò imperfectus, ibid. n. 70.
Soror dotata, & maritata, an excludatur à successione feudi per sororem in capillo, ibid. n. 71. Et an excludatur per sororem in capillo à successione fratris, ibid. num. 73. Et quid in bonis fratri obventis à patrimonio patris, à quo soror ipsa fuit dotata, ibid. n. 74. 75. & 76. fol. 267. & n. 79. & 80 fol. 268.
Soror volens cum fratribus patri succedere, tenetur dotem conferre. cap. 251. n. 11. sic etiam eius filij, ibid. n. 12. fol 445.
Specialis expressio defectus facienda est, ad hoc ut super eo dici possit dispensatum. cap. 168. n. 17. fol. 343.
Sponsus an censeatur donasse ea quae sponsae dedit, & quid in donatis sponsae à consanguineis sponsi, latissimè. cap. 90. fol. 167.
Spuria mulier nubendo legitimo fit legitima, & habilis ad succedendum. cap. 22. n. 16. fol. 49.
Statutum admittens ad invicem coniuges ad successionem mobilium, excludit annuos introytus, cap. 11. n. 13. fol. 26.
Statutum loquens de infirmis, habet locum in senibus. cap. 40. n. 22 fol. 78.
Statutum requirens consensum alterius in contractibus certarum personarum, non comprehendit professum. cap 62. n. 8. fol. 115.

Sta-

INDEX:

Statutum laicorum rationabile ligat Clericos, ibid. num.6. Sed contrà, num.12 & 14. f.116.

Statutum de insinuandis testamentis, non comprehendit testamenta, in quibus Clerici instituuntur, ibid. num.20. Sed vide n.21. & 22.

Statuti verba sunt intelligenda cum effectu, cap. 65.num.4. fol.119.

Statutum aliquid fieri mandans, non intelligitur de primo actu tantum, si eius intentioni per illum non satisfiat, ibid. n.5.

Statutum mandans aliquid fieri, intelligitur de actu valido, ibid. num.6.

Statutum prohibens frumenti extractionem extrà Ciuitatem, non comprehendit eum, qui alibi emit frumentum, vt illud in Patriam suam asportaret, licèt transeat per locum prohibitum, cap.116. n.3. fol.234.

Statutum prohibens habitatoribus, certi loci, nè permittant manere in eo banditos, non habet locum si permittant bannitos transire tantùm per locum illum, ibid. n.5.

Statutum loquens de exteris, non comprehendit mulieres exteras nuptas Ciuibus, quia hæ sunt Ciues, latè cap. 22. n.7. & 9. fol. 48. & ibid. num.13. & 20. fol. 49.

Statutum prohibens mulieribus contrahendi, vel disponendi facultatem sine consensu propinquorum, habet locum, si aliqua mulier contrahat ad illorum fauorem ipsis authorantibus, cap. 144. num.12.fol.310.

Statutum laicorum concedens instrumentis publicis viam executiuam, habet locum etiam in foris Ecclesiasticis contra Clericos. cap. 189. n. 3. sed intellige vt n.5.fol.376.

Statutum intelligi debet in casu suo tantùm, nec illius verba sunt extendenda, sed taliter capi debent, quominùs corrigant ius commune, cap. 190. num.22 fol.378.

Statutum loquens de fideiussore, habet etiam locum in obligato insolidum cum aliquo, ad quem contractus vtilitas peruenit, cap.191. num.2. fol.379.

Subfeudatarij ad quæ teneantur, cap. 26. num.3. fol.56.

Submittens se gratijs Curiæ, quid fecisse videatur, cap.245. num.7. fol.437.

Successio eadem potest diuerso iure regulari, & quando, cap.70. num.25. fol.128.

Succedendi spem habens, repellitur ab educatione eius cui foret successurus, cap.95. num.13. fol. 179. sed vide num.15. fol.180.

Successio in feudis non fit primo acquirenti, sed vltimo decedenti, ab eoque fit graduum computatio, cap. 126. num. 5. fol. 260. Refertur contraria opinio, ibid. num. 7. Sed prima est verior, ibid. num.8. fol. 261. Secunda autem opinio procedit in feudis ex pacto, ibid.n.9. Sed Author concludit, quod etiam in feudis ex pacto, graduum computatio fit ab vltimo decedente, ibid. num. 10.

Succedens in feudo, præter, vel contrà testatoris voluntatem, tenetur contribuere oneribus hæreditarijs, cap.162. num.4. fol. 332.

Successor non potest reuocare locationem factam à prædecessore, qui legitimam administrandi facultatem habebat, cap.30. num.16. fol 63.

Successor per sententiam Iudicis, tenetur stare colono, cap 259. n.18. fol.456.

Supplementum legitimæ non potest peti lapsis 30. annis, cap.234. num 7. fol.425.

Suscipiens in se periculum casus fortuiti, non tenetur pro casu penitùs insolito, cap.108. nu.134. fol.213. etiam si promissio fuisset iurata, ibid. num.135. fol 214.

T

Tacita reconductio censetur celebrata cum omnibus pactis, & qualitatibus; sub quibus stipulata fuit prima conductio, exceptis iuramento, & ijs quæ tertij præiudicium respiciunt. cap. 136. num. 5. fol. 290. Item nec censetur facta pro tanto tempore quantum durauit prima conductio, sed tantum per annum. ibid.n.6. fol.291.

Tempus continuum currit etiam ignoranti: cap. 218. n.6.fol.408.

Tempus ad petendum beneficia ad probandum, non currit aduersus iacentem hæreditatem. cap. 164. num.7. fol.336.

Tempus quod non sit modus inducendæ obligationis, non procedit fauore piæ causæ. cap.78.n.13. fol.153.

Tertius possessor conuentus hypothecaria, à quo tempore teneatur fructus cum melioramentis compensare, cap. 155. num.3. fol. 325. Debet totum debitum creditori offerre ad hoc vt liberetur, licet res sit minoris valoris. ibid. n. 13. Sed limita, vt num.14. fol. 326. Potest rem retinere quousque soluantur ei melioramenta. ibid. num.15. vid. tamen num.16.

Tertius possessor alicuius feudi habens causam ab eo qui contribuire oneribus hæreditarijs tenebatur, non potest ad contribuendum conueniri, cap. 162. num.13. fol.333.

Tertius possessor conuentus hypothecaria, habet ius offerendi aduersus creditorem agentem. cap. 219. num.7. Sed intellige, vt n.8. & 9.fol.

Testamenta duo si fuerunt eodem die ab eodem testatore, ad fauorem diuersorum hæredum confecta, non valent, quia vnum alterum confundit. cap. 72. num.2. Limita si in eorum altero fuisset apposita hora in qua fuit stipulatum, quia tunc illud præfertur. ibid. num. 3. Item limita si hæres in eorum altero scriptus, fuisset prius in possessionem missus. ibid. n. 11. fol.137. & vid. num.41. fol.139.

Testamentũ filij, conditũ ad fauorẽ maternorũ cõsanguineorũ, patre præterito valet. c. 142. n.3. fol.304. Pariter valet ad fauorem extraneorum, præterito patre, & consanguineis. ibid. num.4. Non valet tamen ad fauorem patris, præteritis consanguineis. ibid. num.5. Sed contraria opinio est verior, & pluribus probatur. ibid. n. 6.

Te-

INDEX.

Testamentum imperfectum ratiane voluntatis, subsisinetur fauore piæ causæ. cap.238. num. 1. Sed contraria opinio est verior. ibid. num. 2. fol. 428. Subsistnetur tamen testamentum imperfectum ratione solemnitatis. ibid. num. 3. quamuis deficiat in institutione hæredis. ibid. num.4.

Testamentum dicitur imperfectum ratione solemnitatis, si testator qui Notarium, & testes vocari iussit, morte fuit præuentus. ibid. num. 5. & quanda dicatur imperfectum ratione voluntatis. ibid.num.6.7.& 8.

Testamenta quarè adinuenta fuerunt. cap. 240. num.9. fol.430.

Testator videtur legare rem eum omnibus actionibus, actiuis, & passiuis, quemadmodum sibi spectabat. cap.12 num 7. fol 27.

Testator in generali dispositione bonorum, non præsumitur disposuisse de ijs, quæ alio titulo ad suum hæredem erant peruentura. cap.240. n.2. Amplia, vt num.3. fol.430.

Testator potest hæredem in re propria grauare. ibid.num.6. Sed intellige, vt num.7.

Testator præsumitur disposuisse de bonis proprijs tantum. ibid. num.8.

Testis falsum dicens coram aliquo Iudice, potest ab eo puniri, licèt aliàs esset incompetens. cap. 50.num.1 fol.100.

Testes nullitèr examinati non probant. cap. 77. num.3. fol.150.

Testes in quibus casibus possint examinari post didigita testificata, remissiuè. cap.109. num. 3. fol.218.

Testes feriarum tempore, nec vocari, nec examinari possunt. cap. 118 num. 11. Sed limita in tribus casibus relatis. ibid. num. 12. 13. & 14. fol. 240.

Testis qui pecunia corruptus falsum testimonium perhibuit, proptèr quod alicuius capitalis condemnatio sequuta sit, non est reputandus assasinus, ideò immunitate Ecclesiastica gaudet, cap.171. num.19 fol.351.

Tex. in auth. res quæ, *habet locum in constitutione, & restitutione dotis. cap.39.num.9. fol. 75. Item habet locum pro appendicibus dotis. ibid. num.10. Item pro interesse dotis, & pro antefato. ibid. num. 11. Item pro dote spiritualis matrimonij. ibid. num.12. Item tandem, etiam si testator alienationem ex causa dotis expressè prohibuisset, ibid. num. 13. Procedit tamen in subsidium tantùm, ibid. n.14. fol. 75. Cessat in fideicommissis transuersalium, ibid. num. 16. Et quando secùs, ibid. num.19. f 76.*

Tex. in l. nullum, C. de testib. *quomodò intelligatur, & quandò procedat. cap.50. n.7. fol.101, & ibid. num.13. fol.102.*

Tex. in cap.1. de homicid. in 6. *procedit quandò mandatur quem occidi per Saracenos, & Infideles. cap.51. num. 5. Sed vid. num.6. fol.104.*

Tex. in l. vbi acceptum, ff. de Iudic. *quandò, & in quo casu limitetur, cap.54. num.6. fol.106.*

Tex. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. *quomodò intelligatur. cap. 65. num. 10. fol.119.*

Tex. in auth. matr. & auiæ, C. quand. mulier, &c. *habet locum etiam in proauia. cap. 70. num. 9. fol.127.*

Tex. in l. non puto, ff. de iur. fisc. *explicatur. c.72. num.26. fol.138.*

Tex. in l. fisco tempore, ff. de distract. pignor. *limitatur. cap.74. num.1. fol.142.*

Tex. in l. procula, ff de probat. *non procedit contra illum qui probabiliter ius suum ignorabat. cap. 75. num. 10. Item nec minus in rebus magni momenti, ibid. num. 11. fol. 143. Et quomodò intelligatur circà eius necessaria requisita, ibid. num.12. 13. & 14.*

Tex. in l. Lucius, ff qui potior. in pignor. habeant. *procedit tantum in interesse conuento. cap.46. nu. 6. Sed limita si in contractu adesset clausula, Pro quibus omnibus obseruandis, &c. quia tunc habet locum etiam in interesse ex mora. ibid. num.7 fol.145.*

Tex. in Can. si quis suadente diabolo 17. q. 4. *habet locum etiam cōtrà fœminas percutientes Clericos. cap.11. num.2. fol. 222. Comprehendit etiam Clericos primæ tonsuræ, ibid. num.16. Item Clericos excommunicatos. ibid. num. 17. Item Clericos non incedentes in habitu, & tonsura, ibid. num.16. fol. 223. Item Conuersos, ibid. num. 23. Item Conuersos Clericorum Regularium, ibid. num.24. Item oblatos, ibidem. num.25. Item Milites Hierosolymitanos, ibid. num.26. Item Nouitios, ibid. num.22. & omnes qui religiosorum more in communione viuunt, deseruiendo alicui Ecclesiæ, ibid. n.27. fol.224.*

Tex. in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. *latissimè interpetratur, cap.139. nu.9. fol.295.*

Tex. in l. si quis in pignore, §. fin. ff. de pignor. actio. *explicatur, cap. 195. num.10. fol. 385.*

Tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. *habet locum etiam in venditione necessaria, cap. 232. num. 14. fol.243.*

*Tres solutiones continuæ, faciunt præsumptionem, quod debitum pro præterito fuerit solutum, cap 75. num. 1. qua occasione refertur de*cis. Præsid. de Franch. 137. *vbi concludit hoc esse verum, dummodò tres illæ solutiones producantur factæ illis tribus immediatis annis, prius quam debitor conueniretur, ibid. num.2.* Sed *impugnatur hæc opinio, ibid. n.3. fol.143. Non inducunt præsumptionem solutionis pro præterito, si tres illæ solutiones pro tribus annatis, essent vnica vice factæ. ibid. n.4. & quid si producerentur solutiones trium continuarum tertiarum, ibid. num.5.*

Timor amissionis magni lucri, parit iustum metum, cap.244. num.11. Sed *contrà, ibid. n.12. fol.244.*

Torturam an irroget infamiam, cap. 182. num.8. fol.365.

Torqueri qualitèr debeant rei, c.205. n.1. f.397.

Tra-

I N D E X

Tractatum proditionis contra Regem sciens, &c. vid. verb. Proditionis tractatum.

Traditum irreuocabiliter non dicitur id quod euinci potest. cap. 42. n. 18 fol. 83.

Transactiones intra tempore festiuo stipulata, valent. cap. 118 n. 20 fol. 141.

Tribunal Reg. Cam. est incompetens in litibus priuatorum, etiam quod partes illud concorditer eligant, vel adsit commissio Sua Excellentiæ. cap. 146. n. 4. Sed limita, vt n. 5. fol. 314.

Tributum pro fructibus, debet solui à conductore, non à locatore. cap. 64. n. 7. fol. 118.

Tutor tenetur pro mala administratione contutoris, seu factoris per eum electi. cap. 3 n. 3 fol. 7.

Tutores habent administrationem cum libera in bonis pupilli. cap. 30. n. 7 fol. 63.

Tutor vendens rem pupilli, si euictionem promittat, non tenetur nisi tantum tutorio nomine. cap. 108. n. 149 Et de ratione. ibid. n. 150 fol. 215.

Tutor vnus ex pluribus, validè pro pupillo agit. vid. verb. Authoritas vnius tutoris.

Tutor non potest authorare pro pupillo contrahente in ipsius commodũ cap. 144 n. 8 & 9 fol. 310.

Tutores plures dicuntur habere administrationem insolidum. cap. 193. n. 3. fol. 381.

V.

VAssalli liberam habent eundi facultatem, quò volunt ad molendum frumentum, ac similia faciendum. cap. 32. n 8. fol. 66.

Vassalli contumacia, vid. verb. Contumacia vassalli.

Vassalli factum non præiudicat Baroni, vid. verb. Baroni.

Vassallus potest renunciare foro Baronis, consentiendo in alium Iudicem. cap. 34. n. 7. fol. 68.

Vassalli Angarij & perangarij, qui dicantur. cap. 107. n 9 fol. 196.

Vassallus occidens Baronem, potitur immunitate Ecclesiæ. cap. 172. n. 5. fol. 352.

Vassallorum interest nè Iurisdictio diuidatur. cap. 215. n 2 fol. 405. Et vnicum habere Dominum. ibid. n. 4. Et pluris Iurisdictionis Dominos possunt compellere ad se concordandum. ibid. n 5.

Vassallus submittens se gratijs Baronis pro compositione obtinenda, potest ab excessiua compositione appellare. cap. 245. n. 6. fol. 436.

Vbi militat eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio militare debet. cap 158. n. 4 fol. 329.

Vendere est quid omninò diuersum ab hypothecare cap 28. n. 3. fol. 60.

Vendens feudum cum iure exigendi certam excessiuam gabellæ quantitatem, tenetur emptori ratam pretij restituere, si gabella illa Superiorum iussu ad iustũ reducatur. cap. 108. n. 138. f. 214.

Venditio de feudo alieno cum assensu Domini, conualidatur ex superueniente dominij. cap. 84. nu. 8 fol. 159.

Vendens vicino ob ius congrui, non tenetur de euictione. cap. 108. n. 163. Et de ratione. ibid. n. 164. fol. 216 Sed an sequuta euictione, teneatur saltim ad pretij restitutionem. ibidem n. 165.

Vendens, qui conuenit se nolle de euictione teneri, tenetur nihilominus ad restitutionem pretij euictione sequuta. ibid. n. 169. Amplia vt nu. 170. eod. fol. 216. Sed limita in octo casibus relatis. ibid n. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. et 179 fol. 217.

Vendens liberatur ab euictione, si offerat euictionem passo eandem rem euictam. ibid. n. 180.

Venditor volens pactum de retrouendendo exercere, an teneatur pretij depositum facere, ad finem consequendi fructus à die interpellationis. cap. 154. n. 5. fol. 324.

Vendentes herbagia eis assignata in Adhoana Menapecodum Apuliæ, licèt gaudeant generali indultu pro pœna contracta, tenentur tamen reficere Fisco damnum passum ex illa venditione cap. 183. n. 10. fol. 366.

Venditor post perfectam venditionem, non potest reseruare sibi rei dominium pendente solutione. cap. 224. n. 19 fol. 416.

Veneno aliquem interficiens, non gaudet immunitate Ecclesiæ. cap. 171. n. 7. Sed vid. n. 9. fol 350.

Venerare connumeratur inter species proditionum. ibid. n. 18.

Venia concessa censetur filio agenti contrà patrem, vel aliam personam, cui reuerentia debetur, si Iudex, vel Princeps mandet citari conuentum. cap. 122. n. 7 fol 252.

Verba enunciatiua quando probent, vel nonlatissimè. cap. 102. n 8. 10. 11. & 12. fol. 190.

Verecundia & pudore obligamur. cap. 90. n. 7. f. 168.

Vergentia viri ad inopiam, probatur ex publica voce, & fama. cap. 20. n. 26. Item ex confessione ipsius mariti. ibid n. 27 Sed limita vt n. 32. fol. 44.

Veteres rerum fiscalium conductores, nouis præferuntur. cap. 147. n. 4 fol. 316.

Vibrans in Clericum baculum, lapidem, ferrum, vel contrà eum scoplum exonerans, absque reali percussione, non est excommunicatus. cap. 111. n. 41 fol. 225.

Vicarius Archiepiscopi potest punire Vicariũ Episcopi suffraganei in omnibus casibus, in quibus potest Archiepiscopus, & quando secùs. cap. 18. n. 5. & 6 fol. 39.

Vicarius Episcopi delinquens vti persona priuata, debet puniri ab Episcopo. ibid. n. 4.

Vicarius mortuo Episcopo, potest quemlibet absoluere ab irregularitate occulta. cap. 95. n. 5. f. 139.

Vidua si quæ efficiatur post litem contrà se inchoatam, potitur priuilegio variationis fori. cap. 54. n. 4. fol. 106.

Violentiam inferens rebus Clerico adhærentibus, est excommunicatus. cap. 111. n. 29. fol. 224.

Voluntarium homicidium, quod nam dicatur. cap. 95 n. 11. fol. 194.

Voluntas distinguit delictum à non delicto, & peccatum à non peccato discernit. ibid. n. 5.

Voluntas testatoris debet verificari in casu vero, non in casu ficto. cap. 226. n. 10. fol. 417.

Votum tenet præcisè in vim pacti solemniter celebrati

brati inter voventem, & Deum. cap.165.nu.10. fol. 338.

Vovens ligatur sub peccato ad satisfactionem voti. ibid.n.2 fol 337.

Vniversalis successor tenetur stare locationi per prædecessorem factæ. cap 259. n.12.fol.456.

Vniversitas potest Civibus mandare, ne ad alia molendina, vel furna præter sua accedant. cap 32. n. 14. Sed limita, vt nequeat hoc fieri in præiudicium Ecclesiæ *habentis in eadem Vniversitate alind molendinum, vel furnum. ibid.n.15 fol.66.*

Vniversitas mutuo accipiens pecuniam, in quibus casibus obligetur, non obstante contraria Regni lege. vid. verb. Prag.12. de administr. Vniuers.

Vsucapi potest contra hæreditatem iacentem. cap. 164.n.1.fol.336.

Vsusfructus est species servitutis. cap. 119. sub n.6. fol.244.

Vsusfructus alicui legatus, non finitur per legatarij Monachismum. cap.166.n.2 fol.339.

Vsusfructus quem habet pater in bonis filij, finitur per patris ingressum in aliquam approbatam Religionem. ibid n.3. Refertur opinio Bar. *n.4. Author quid sentiat. ibid.n.5. & 6. An autem finiatur per filij monachationem. ibid.n 8.*

Vsufructuarius hæres tenetur ad annua legata. cap. 239 n 5.fol.442. Limita vt ibid.n.7.8.& 9.

Vtilitas, quæ facit valere bonorum Ecclesiæ *alienationem sine solemnitatibus, quomodò sit probanda. cap.6.n.19.fol.14.*

Vtile per inutile non vitiatur. ibid.n.32. Sed quandò hoc procedat. ibid.n.34 fol.15.

Vulnus per assassinium, gravius puniri debet. cap. 173.n.2 fol.354.

Vxor, cui legatum à viro anno quolibet fuit relictum, quousque innupta vixerit, totum legatum consequitur, licèt anno nondum completo nubat, vel moriatur. cap.242.n.3 fol.432.

F I N I S.



